


1880
A
3
72


8-11 8-2 8-4

1
4-8

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34



$x=11$ $y=2$ $z=9$



R. 2190

BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,

N E C N O N

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA &c.

De principalioribus, & fere omnibus, quæ in dies occurrunt, nec penes omnes facile,
ac prompte reperiri possunt, ex utroque Jure, Pontificiis Constitutionibus, Conciliis,
Sacrarum Congregationum Decretis, Sacræ Romanæ Rotæ Decisionibus,
ac probatissimis, & selectissimis Auctoribus accurate collecta,
adaucta, Ordine Alphabetico congesta,

AC IN OCTO TOMOS DISTRIBUTA

A. B. A. D. M. R. P.

LUCIO FERRARIS

*Soler - Alexandrino, Ord. Minor. Regul. Observ. Lectore Jubilato, Exprovinc.,
Examinat. Synodali, ac S. Offic. Consultore.*

EDITIO SECUNDA ROMANA AUCTIONIOR,

Cui, præter ea, quæ Auctor in Tertia Editione Veneta in calce Operis adjecerat, nunc suis locis
inserta, accesserunt ex aliena manu multa tum Theologiam, tum maxime Jus Canonicum
& Civile concernentia, eaque scitu dignissima, & omnibus præsertim Ecclesiasticis
Viris apprime utilia, & necessaria; ac Index rerum locupletissimus.

TOMUS QUINTUS.

COMPLECTENS LITTERAS

M. N. O.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. S. N. G.

ROMÆ, MDCCLXVIII.

EX TYPOGRAPHIA CAROLI BARBIELLINI
IN VIA CURSUS



SUPERIORUM FACULTATE.



CAROLUS BARBIELLINI
LECTORI



Pro in limine primi hujusce Bibliothecæ voluminis admonuimus, in hac secunda nostra Editione CLARISSIMOS THEOLOGOS operam fore duros, nedum, ut nævis, qui adhuc eadem in Bibliotheca supererant, suis Animadversionibus occurrerent; verum etiam ut Notis suis eam exornarent. Id quam fideliter, & abundanter præstitum sit, facile dignoscere poteris, Benigne Lector, si hanc Editionem cum præcedentibus contuleris. Hoc unum omnibus palam fieri optamus, scilicet præter memoratas Notas, & Animadversiones non parvi sanè momenti, huic accessisse varia Sacrarum Congregationum Decreta, ut verbo EPISCOPUS, & verbo MATRIMONIUM, variaque supplementa, ubi res ea exposcebat. Insuper verbo INDULGENTIA Appendix altera adlaborata est, nec non cusus integer articulus verbo NEOPHYTUS, cui multa eaque notatu dignissima inserta sunt, quæque non ita facilia sunt inventu. Ab opere incepto manus pro eorum humanitate nequaquam amovebunt suas laudati Theologi; quin immo ille, cujus sunt, & Appendix ad verbum *Indulgentia*, & articulus *Neophytus*, alias plures additiones, ut verbo SEPULTURA, & TERTIARI, atque Sacrarum Congregationum Decreta, ad usum præsertim Missionariorum, se daturum promittit.

Del.
D. D. Juan Fran. Co Carbonel del Ponal
Sect. 6. ta 5. ta Jg. de Bara.

APPROBATIONES.

Quæ mihi hunc BIBLIOTHECÆ R. P. LUCII FERRARIS Tomum Quintum legenti occurrerunt censura digna, iis vel Notam, vel Monitum adjeci, ut cautum Lectorem facerem. Quare, si videbitur Reverendis. P. Thomæ August. Ricchini Sac. Pal. Apost. Magistro, ego quidem eundem hunc Tomum typis mandari posse opinor.

Datum Romæ ex Collegio Clementino die 21. Decembr. 1767.

D. Joseph Bettoni C. R. S. Consultor S. R. Congreg.

REIMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

Dom. Patriarch. Antiochen. Vicegerens.



REIMPRIMATUR.

Fr. Thom. Augustin. Ricchini Ord. Prædicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister.

Non absimili modo judico de Tomo V. BIBLIOTHECÆ Ad. R. P. Lucii Ferraris, quem ut ceteros attentè examinavi auctoritate Reverendissimi P. Sac. Palatii Apostolici Magistri, ac de præcedentibus Voluminibus antea judicaveram. Cum enim Sphalmata, quæ in eo occurrerant, ea opportunis Animadversionibus pro meis Viribus castigare conatus sim, nihil obesse reor, quin iterum sic imprimatur. In quorum fidem &c.

Datum ex ædibus nostræ Congregat. S. Joannis Baptistæ Idibus Decembris MDCCLXVII.

*Paulus Marcellus Del Mare Congregationis S. Jo. Baptistæ Presbyter,
ac S. Theologiæ Lector.*

Supplicatis Additionibus, quæ huic Quinto LUCII FERRARIS Tomo accesserunt, jussu Reverendissimi P. Magist. Sac. Pal. Apost. attentè perlectis, nihil in iis offendi, quod aut Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus adversari videatur; ideoque typis dari posse censeo, si ita eidem Reverendiss. Mag. videbitur. Ex Collegio Ecclesiastico hac die 23. Decembr. 1767.

*Ubaldo Givaldi a S. Cajetano Cl. Reg. Scholarum Piarum Apostolicus
Romani Cleri Examinator.*

Obtemperaturus jussu Reverendis. P. Sac. Palatii Apostolici Magist. Quintum Bibliothecæ R. P. Lucii Ferraris Tomum perlegi: nihil autem animadverti, quod Dogmatibus, vel moribus repugnet: Proinde censeo, quod iterum in lucem publicam prodeat.

Romæ hac die 20. Decembr. MDCCLXVII.

Felix Antonius Tombolini J. U. D.

INDEX TITULORUM, SEU MATERIARUM,

Quæ in hoc Quinto Tomo continentur.

M		Miraculum	53	Nuncius	233
MACELLUM	pag. 1	Missæ prout, & Sacrificium	56	Nundinæ	233
Magi, qui Christum adoraverunt in Cunabulis	1	Missiones . Missionarii	120	Nuptiæ	233
Magia	2	Molendinum . Molitor	120		
Magister	2	Mollities	121		
Magister Coeremoniarum	4	Monachus	121	O	
Magistratus	5	Monasterium	121	B BEDIENTIA	236
Malchus	6	Moneta . Monetarius	121	Oblati Monasterio-	
Maledicus	6	Moniales	124	rum	236
Maleficium	6	Monopolium	171	Oblationes	236
Malefonans Propositio	6	Montes Pietatis	173	Obrectio	240
Maritus	6	Moribundus	177	Observantia vana ,	240
Martyrium	7	Mortis articulus	182	Obstetrices	240
Mater	13	Mulctæ	182	Occasio peccandi	240
Matrimonium	16	Mulier	182	Occisio	241
Matutinum	33	Mundus	182	Occultatio	241
Medicus	35	Munera	204	Occultum	241
Melchisedech Rex, & Sacerdos	37	Musica . Musicus	204	Occupatio pro acquirendo	
Melioramenta	38	Musica	205	rerum dominio	241
Mendacium	39	Mutum	205	Octavæ	241
Mendicantes Religiosi	41			Oculus	243
Mercator	41			Odiu	243
Mercatus	42			Officiales Bellici	244
Mercês	42			Officium Divinum	244
Mercimonia	42			Officium Defunctorum	264
Meretrix	42			Omen	266
Metoposcopia	44			Onyromantia	266
Metropolitanus	44			Opinio	266
Metus	44			Opinio probabilis	266
Miles	45			Oraculum vivæ vocis	267
Militia	46			Oraculum superstitiosum	273
Minister Sacramentorum	47			Oratio	273
Minor, Minorennis	52			Oratorium	277
Minoritæ	52			Ordo . Ordinare	292
				Ordo prout est impedimen-	
				tum Matrimonii	326
				Organa	326
				Ostiarius	326

ADMO.




ADMODUM REVERENDI

P. F. LUCII FERRARIS.

PROMPTA BIBLIOTHECA

Canonica, Juridico - Moralis - Theologica &c.



M A C E L L U M .

- M**acelli separati pro Ecclesiasticis est permissus, & contra impediētes tam directè, quam indirectè, procedendum ad Censuras. *Sac. Cong. Immunit. in Sulmonen. 9. Septemb. 1631. lib. 2. decret. Paul. pag. 90. in Baren. 10. Septembris 1642 lib. 3. decret. Paul. pag. 182. & in Ortonen. 29. Maii 1646. ibi pag. 282.*
- M**agis Macelli, & alii Prælati inferiores ad evitandas impositiones carnis, & aliorum comestibilium constituent Macellum, & alias Apothecas separatas pro Ecclesiasticis, itaut eorum Immunitati in aliquo non præjudicetur. *Sac. Congregat. Immunit. in Mutinen. & Regien. 12. Februarii 1648. lib. 4. decret. Paul. pag. 5.*
- M**agis Civitas impulerit pretium immodicum carnibus, Ecclesiastici tamquam gravati ex hoc pretio aperuerunt Macellum, ubi carnes pro Ecclesiasticis minori pretio venduntur; verum cum Civitas supplicasset dictum Macellum claudi. *Sacra Congreg. respondit: Licere Ecclesiasticis aperire Macellum. Sacra Congreg. Immunit. in Spoletana 20. Dec. 1702. lib. 3. Decret. Vallem. pag. 464. Attamen attenda asscuratione exemptionis Ecclesiasticorum aliquando deponitur Macellum de consensu eorumdem juxta mentem Sanctissimi; & Sacra Congreg. Sac. Cong. Immunit. in Beneventana 19. Novembris 1641. lib. 3. Decret. Paul. pag. 159.*
- N**ihil omnino est innovandum contra Ecclesiasticos, & eorum familias super exemptione ipsis competente a gabella, cuiusvis generis carnis; sed sunt manutenendi in dicta exemptione, aut quasi possessione respectivè; & quoad carnes a die aperitionis Macelli Civitatis, tam emptio animalium, quam pretium carniu fieri debet cum assententia, & consensu Ecclesiasticorum per Capitulum, & Clerum deputatorum, & Sanctissimus mandavit omnino ita observari. *Sac. Cong. Immunit. in Beneventana 1. Martii 1674. lib. Decret. Altov. pag. 504.*
- Quamvis Ecclesiastici sint comprehensi, attento Chirographo Sanctissimi, sub datio carnis, attamen non possunt cogi ad emendam carnem in unico Macello. *Sac. Congreg. Immunit. in Anconitana 22. Septemb. 1654. lib. 5. Decret. Paul. pag. 51. & in Perusina 21. Januar. 1673. lib. 1. Decret. Altov. pag. 673.*
- Prohibenda est Ecclesiasticis Macellatio carnis porcine, nisi pro usu propriarum domorum, Monasteriorum, & interservientium, nec non pro usibus propriis non provenientibus a Mercatura. *Sac. Cong. Immunit. in Florentina 20. Januar. 1637. lib. 3. Decret. Paul. pag. 22.*
- Quoad dubium an Archiepiscopus Rossanen., & Virgines Monasterii Sanctæ Clare possint emere belvas suinas, & illas macellari ficere in taberna Mensæ Episcopalis, easque vendere pretio præfixo a Conductore Communitatis cum exemptione agabellis, ad quas in eo casu tenentur Laici? *Sacra Congregatio pronunciavit non competere exemptionem agabellis, nisi pro animalibus existentibus in bonis Mensæ Episcopalis, & Monasterii Virginum. Sac. Congreg. Immunit. in Rossanen. 23. Decemb. 1692. lib. 1. Decret. Valleman. pag. 13.*
- Minister Archiepiscopi, si vult gaudere privilegio fori, non exerceat artem Macelli, sin minus Archiepiscopus removeat litteras patentes. *Sac. Congreg. Immunit. in Brundusina 14. Novembris 1662. lib. Decret. Rocci pagina 436.*
- M**AGI, QUI CHRISTUM ADORAVERUNT IN CUNABULIS.
- Additamenta novissima Auctoris.*
- M**agi, qui Christum adoraverunt, tres fuerunt, ut expresse tradit S. Leo Papa *serm. 30 in Epiphani. cap. 1. ibi: Tribus igitur Magis in regione Orientis stella novæ claritatis apparuit. Et sermon. 42. de Epiphani. cap. 5 ibi: Tres Magos. . . . Stella perduxit; & pluribus aliis ad id relictis, sic tenet recepta in Ecclesia sententia. Tres isti Magi vocantur Melchior, Balthasar, & Gaspar, ut de Communi testatur Bollandus ad diem primam Januarii pag. 3. ad diem 6. pag. 323. & ad diem undecimam pag. 554. Eorum corpora fuerunt Constantinopolim allata, inde ab Eutorgio Episcopo Mediolanum asportata, & in Basilica ab eodem Episcopo adificata, collocata, & a fidelibus ibi venerata per sexcentos septuaginta annos, & tandem sub Friderico Anobardo illic amota, et ab Episcopo Reinoldo Coloniam asportata. Sic apud Cardinal Lambertin. n. 33. referunt Galestinus in Not. ad Martyrolog. pag. 13. et Saxus in Histor. corporum SS. Gervasii, et Protasii n. 38.*
- Magos Reges fuisse, idest Dynastas, est probabilior opinio ut inter alios tradunt Baronius *ad annum Christi 1. nume. 30. ibi: Hos igitur fuisse Reges dixerimus usitato more divinæ Scripturæ, quæ cuiusque Oppidi Dominum Regem appellare consuevit, ut patet de quinque Regibus, quos Abraham armatis suis vernaculis debellavit. Natal. Alexander Hist. Eccl. Secul. 1. cap. 1. art. 4. ibi: Vivos tamen potentes, & divites Toparchas forte, vel Dynastas fuisse probabile est. Gretlerus tom. 5. edit. Ratisponen. lib. 1. de festis cap. 30. ibi: Adde, quod Regium nomen magiam latitudinem habet &c. Neque enim necesse est, ut omnes, qui vel fuere, vel appellantur Reges sint tanti, quanti sunt Rex Hispaniæ, & Galliæ. Paver Scripturæ phrasis, maxime in libris Josue, ubi Regis nomen illis tribuitur, qui hodie vix Principis nomenclaturam tueri possent.*

A

Magi

- 3 Magi non ab arte Magica, aut ab Astrologica iudiciaria, quam professi fuerint, ut aliqui putant, sic sunt appellati, sed quia erant Philosophi astrorum scientia periti; Genique spectandorum siderum arte pollebat, asserit S. Leo *serm. 4. de Epiphania*. Et Eruditissimus Serres in Responsionibus ad Sandinum pag. 34. tradit, Magos olim fuisse, hoc est Philosophos Syderalis scientia peritos; Unde ex hac Syderum cognitione, visa stella in Oriente *vidimus enim stellam eius in Oriente*, (Matth. 2.) *dixerunt ad invicem. Hoc signum Magi Regis est, eamus, & asseramus ei munera, aurum, thus, & Myrrham. Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam dicentes ubi est, qui natus est Rex Iudeorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare Dominum*. Quid enim, stella illa fuerit, variant Auctores. Verosimilior tamen sententia est, quae tradit, sydus illud meteori genus fuisse clarissima luce coruscans, quod Angelus in Atri figuram formaverat; quodque suspensum in media aeris regione ab Oriente ad Occidentem movebat ad demonstrandum Magis iter, uti de colusina nubis narratur, qua Judaei deducti sunt per desertum; seu etiam astrum fuisse tum primo creatum; non illud quidem in Caelo, sed in aere non longe a terra, quod natus Dei moveretur antecedendo Magos, ut quaedam veniens staret supra, ubi erat puer. Sic docet S. Thomas 3. *part. 94. 36. art. 3. cit. & sequent. a Lambertino de Festis n. 31. & ab aliis communiter.*
- 5 An Magis sexta Januarii die Bethleem venerint Christum adoraturi? relictis aliquibus contrariis opinionibus, communis sententia est, quod dicta sexta die Januarii, tertia decima post Christi nativitatem Magos Bethleem ad Christum adorandum, & munerandum pervenisse. Sic laudat, Lambertin. *loc. cit. num. 61.* allegans ad id S. Thomam, Baronium, Canum, Suarez, Raynaudum, Gravelonum, Card. Gottum, Honoratum a S. Maria, Sandinum, & Ayalam; Et ibidem *num. 67.* ostendit, facillime potuisse ipsos tali die Bethleem pervenire; Cum Arabia Felix, e qua profecti sunt, distet solummodo octo dierum itinere ab Hierosolyma; sicque potuisse commode parare aurum, thus, & Myrrham aliaque itineri necessaria, et Hierosolymis aliquantulum immorari, ut demonstrat Petrus de Marca Opusculo de adventu Magorum a Baluzio edito; Et ad id praeterea adhibetur: pro itinere juxta Isajae oraculum velocissimis dromedaris ut recte advertit Baronius *ad annum Christi 1. numer. 34.* ibi: *quod quidem haud mirum videri debet, si ex Arabiis Iudaeam adiacente, quod superius demonstravimus, advenisse dixerimus & ut Propheta praedixerat, ad celeritatem itineris Dromedaris usus fuisse, quos velociores esse ad cursum equis Nysseis Aristoteles tradit. Et iidem fundamentis ad id vitur. Eruditissimus Lamy in Harmon. Evang. lib. 1. cap. 11. §. Ambigitur; sicque tenent plurimi alii benevolentis gratia omisso.*
- 6 An eodem anno, & die tria illa miracula contigerint, quae in die Epiphaniae ab Ecclesia recoluntur, ipsa dicta die sic in eius officio canente: *Tribus miraculis ornatam diem Sardanum colimus. Hodie Stella Magos duxit ad Praeseptum. Hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias. Hodie in Jordane a Joanne Christus baptizari voluit, ut salvaret nos.* Eadem die sexta Januarii contigit Magorum adorationem, ut mox diximus, & Baptismum Christi est vetus Ecclesiae traditio, & fere communis sententia, ut tradit Eruditissimus Card. Baronius *ad annum Christi 31. num. 18.* ibi: *Quo vero ad mensam, & diem quibus baptizatus est Christus, spectat, id factum esse sexta Januarii die ex communi, & traditione antiqua Eusebii Pamphili ad Marinum scribens testatur. Confirmat hoc ipsum Hieronymus, ac denique omnes Scriptores Ecclesiastici, uno dumtaxat excepto Epiphania, ut vidimus; qui sicut audiendus non est, dum ait, Christum natum sexta Januarii, ita nec dum dicit, baptizatum esse sexto idus Novembris: cum & eidem contradicant Egyptii, licet de die Natali Domini aequae ipsi consentiant.* Sicque tenent etiam Card. Gottus, Gravelon, Serry, Sandinus, Tillemontius, Honoratus a Sancta Maria allegati, & secuti a Lambertino. *loc. cit. num. 58.* alique plurimi. Major controversia est, an eadem die 6. Januarii contigerit etiam aquae conversio in vinum; quod negant non pauci, implet Baroni *ad annum Christi 31. num. 26.* Suarez autem, ne totam hanc rem dubitationibus implexam omni relinquat, affirmant, eadem sexta Januarii die, & Magos Dominum adorasse, & Jesum fuisse baptizatum, & aquam in vinum fuisse conversam. *Quo circa ne cogamur omnia in dubium vocare, sentiendum existimo, Baptismum Christi, & alia etiam duo mysteria sexta die*

Januarii facta esse. Sic 3. part. tom. 2. disp. 26. sect. 1. Quam sententiam, quod eadem die 6. Januarii contigerint omnia dicta tria miracula, quamvis non eodem, sed diverso anno, jam tradiderat S. Thomas lect. 1. in cap. 2. Ioannis ibi: In festo Epiphaniae trium miraculorum commemoratio fit, scilicet adorationis Magorum, quae fuit primo anno Nativitatis Domini, & Baptismi Christi, quo baptizatus est eodem die (sexto Januarii) revolutis triginta annis; & denuptiis, quae facta sunt eodem die (sexto ibidem Januarii) revolutis anno.

Utumque tamen res sit, solus Deus certo id scit, & nobis adhuc incerta remanet vera dies praesertim miraculi conversionis aquae in vinum. Unde S. Maximus *sermon. de Epiphania* sic tradit: *In hac dilectissimi, celebritate, sicut ratione paternae traditionis instruiamur, multiplici est festivitate letandum. Ferunt enim Christum hodie vel stella duce a gentibus fuisse adoratum, vel invitatum ad nuptias, aquam versisse in vinum, vel suscepto a Joanne Baptista, Jordanis fluenta consecrasset. Sed quid potissimum praesenti hoc factum sit die, noverit ipse qui fecit.* Hinc Baronius advertit, quod, quamvis Ecclesia canat: *Hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias*, nihil aliud his verbis velit intelligi, quam eod die fieri ejus miraculi commemorationem, quo aqua in vinum conversa fuit; ut de omnibus tribus miraculis sentit etiam Pererius in *Joan. cap. 2. disp. 2. num. 8.* ibi: *Illud Hodie non refertur ad tempus rei gestae, quasi sensus sit, eo die tria illa mysteria esse facta (ideoque etiam miraculum conversionis aquae in vinum), sed refertur ad commemorationem, & celebrationem, eorum trium mysteriorum eo die fieri solitam, ut sit eorum verborum sensus; Hodie colitur, & celebratur commemoratio istorum trium festorum.* Quod & tradit Joannes Baptista Casaluis de veteribus Sacris Christianorum Ritibus edit. Roman. ann. 1647. pag. 119. ibi: *Rectissime antiqua Sancta Mater Ecclesia haec tria haec eadem die memorat, nempe adorationem gentium, manifestationem in baptisma miraculi exhibitionem in Cana, non diebus attentis, quibus singula contingerunt, sed consideratis rationibus, quod his maxime tribus divinitus Salvatoris univervo Orbi manifestata est.*

M A G I A . Vide verb. *Superstitio*, num. 10. & 11.

M A G I S T E R .

IN Magistrum assumendus non est, qui formam discipuli non assumpsit, textu expresso in *cap. Cum in Magistrum 49. de electione*, ibi: *Cum in Magistrum assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit praesens, qui habesse non novit &c.* Fagnan. *lib. 1. de elec. in cap. Cum ad nostram 37. de electione. n. 2.* & alii communiter. Docere enim prius, quam doceri, praeposterum est, & impossibile, textu expresso in *cap. Ordinatus 4. dist. 59.* ibi: *Debet enim ante esse discipulus, quisquis Doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. . . . Qui minime literas operam dedit praepceptor esse non potest literarum.* Baldus in *cap. Cum in Magistrum 49. de electione. in principio*, Fagnan. *ibid. n. 2.* & alii passim. Unde merito corripiantur, qui Magisterii, seu Doctoratus gradum praepropere, & immature suscipiunt nam, ut expresse dicitur in *cap. Miserum 4. dist. 61. Miserum est eum fieri Magistrum, qui nunquam fuit Discipulus.* Fagnanus in *cit. cap. Cum in Magistrum num. 2.* Nec Magistro prodest, quod multoties fuerit approbatus, si aperte indignus sit; *arg. cap. Qui de mensa 11. dist. 37. & cap. Cum sit ars 14. de etat. & qualitat. Vincent. & Collector. cum Fagnan. in cit. cap. Cum in Magistrum n. 4.*

Magistri, Doctores, Regentes Universitatum, vel Gymnasiorum docentes quascumque scientias, etiam Grammaticam, & alii conjunctumque artis, & facultatis professores, sive Clerici, aut Laici illi sint, tenentur emittere Fidei professionem. Pius IV. Constituit. incip. *Sacrofancta*.

Magistri Scholarum admitti non possunt, nisi prius de Fide, & moribus examinati reperiantur idonei, & hoc faciendum est, etiam si tales Magistri sint conducti a Magistratu Civitatis *Conc. Colonienf. III. tit. Quoad institutionem c. 1.* Ipsi tamen Magistri examinari possunt ab Episcopo in iis dumtaxat, quae spectant ad Fidem, Doctrinam Christianam, & bonos mores, ut declaravit *Sac. Congr. Concilii apud Aldan. in Compend. Canon. resol. lib. 3. tit. 4. n. 10.* Barbof. in *Summa Apostolicar. decif. verb. Magister n. 5.*

Magi-

- 8 Magistri, non solum in Grammatica, & Rhetorica, aliisque scientiis adolescentibus intruere debent, sed etiam in iis, quae ad Religionem pertinent; & sic adolescentes ad Missas, Divina Officia, & praedicationes audientias non solum hortari, sed etiam compellere possunt; ea vero, quae sunt contra bonos mores, aut quae ad impietatem inducere possunt, legere, vel docere omnino prohibentur. Leo X. Constit. 6. incip. *Meretur*.
- 9 Magistri correctionis causa possunt moderate castigare discipulos Clericos sine incurfu Excommunicationis *cap. 1. cap. Ex tenore 10. & cap. Cum voluntate 54. de sent. Excomm.*
- 10 Cum hac tamen advertentia, quod si ipsi Magistri sint Laici possunt solum sic corrigere, & punire Clericos in Minoribus constitutos, non autem in Sacris, & Majoribus Ordinibus, textu claro in *cit. cap. Cum voluntate 54. de sent. Excomm.* Si autem & ipsi Magistri sint Clerici, possunt sic corrigere, & leviter punire discipulos suos etiam in Sacris, seu Majoribus Ordinibus constitutos, ut ex *cit. cap. Cum voluntate*, colligunt Hostiensis *ibidem numer. 8.* allegans plures Canones, Joann. Andreas *ibidem numer. 8.* Ancharan. *ibidem n. 6.* Cardin. *ibidem numer. 3.* Badius *ibidem n. 22.* Felin. *ibidem circa med. vers. Secus a Praelato, vel a Magistro, Fagnan. ibid. n. 32.* & idem tenet Glo. sa in *cap. 1. vers. Et a Magistris* Fagnan. *loc. cit. numer. 33* & alii.
- 11 Magister potest corrigere, & leviter punire discipulum Clericum etiam in Sacris, seu Majoribus Ordinibus constitutum, pater autem potest punire filium solum in Minoribus constitutum, & nondum in Majoribus constitutum, ut Glo. sa in *d. cap. 1. vers. Et a Magistris* Fagnan. *loc. cit. numer. 33* & alii.
- 12 Magistri peccant, si profectum discipulorum in litteris non sedulo promoveant, sed potius negligant. Si non satis studeant ipsi, ut suo officio ex integro cum discipulorum profectu satisfaciant. Si a discipulis exigant stipendium majus iusto, quam qualitas gymnasii ferat, aut conluetudine permittat. Si Doctoratus, seu Magisterii lauream, seu insignia negent dignis, & indignis conferant. Si sanam, & Catholicam Doctrinam bonis moribus conformem non tradant discipulis, eorumque spirituale profectum non promoveant, sed potius eorum peccata dissimulent, & non corrigant, nec impediant, cum possunt. Sic expresse citat. Constitut. Leonis X. incip. *Meretur*.
- 13 Magistri, qui vi, fraude, mendaciis, criminationibus cum aliorum praesudicio curant ad se trahere illos discipulos, qui aliorum scholas frequentabant, peccant graviter, & tenentur ad restitutionem juxta proportionem boni ipsi impediti, & damni causati, quia tales nequam peccant contra Caritatem, sed etiam contra justitiam. *Communis.* Non peccant autem Magistri contra justitiam, nec tenentur ad restitutionem, si id faciant sine ulla vi, fraude, mendacio, & criminatione, sed solis communibus mediis persuasionis, consilii, precum, & hujusmodi abique intentione alios off. Ferrar. *Biblioth. Tom. V.*
- 14 Magistri, qui vi, fraude, mendaciis, criminationibus cum aliorum praesudicio curant ad se trahere illos discipulos, qui aliorum scholas frequentabant, peccant graviter, & tenentur ad restitutionem juxta proportionem boni ipsi impediti, & damni causati, quia tales nequam peccant contra Caritatem, sed etiam contra justitiam. *Communis.* Non peccant autem Magistri contra justitiam, nec tenentur ad restitutionem, si id faciant sine ulla vi, fraude, mendacio, & criminatione, sed solis communibus mediis persuasionis, consilii, precum, & hujusmodi abique intentione alios off. Ferrar. *Biblioth. Tom. V.*
- 15 Magistri, qui vi, fraude, mendaciis, criminationibus cum aliorum praesudicio curant ad se trahere illos discipulos, qui aliorum scholas frequentabant, peccant graviter, & tenentur ad restitutionem juxta proportionem boni ipsi impediti, & damni causati, quia tales nequam peccant contra Caritatem, sed etiam contra justitiam. *Communis.* Non peccant autem Magistri contra justitiam, nec tenentur ad restitutionem, si id faciant sine ulla vi, fraude, mendacio, & criminatione, sed solis communibus mediis persuasionis, consilii, precum, & hujusmodi abique intentione alios off. Ferrar. *Biblioth. Tom. V.*

(a) Nota. Duo hic sunt, quae cum Ethica christiana coherere haud quaquam posse videantur. Primum, quod ab omni sint culpa immunes, ac iustitiam nullo modo laedant, qui communi, hoc est, usui frequentata arte, ab aliis Magistris scholares evocant, ut majorem sibi numerum discipulorum acquirant. Alterum vero, quod a laicali culpa excusari universim possint Magistri, Concionatores, alique, qui etiam cum aliorum damno scholares, Auditoresque ab aliorum ad proprias scholas trahant: Nam Ethica christiana inanem gloriam veluti capitale crimen detestatur; horret ea, quae odia, & inimicitias nata sunt parere; ac generatim vetat aliis fieri, quae fieri nolumus. Ubi vero in magistro communi arte procurante alterius discipulos ad se trahere, inanis gloria delectet? Illa enim uteretur arte, ut se supra illos efferret, quorum discipulos ad se traheret; atqui ita sine res appareret, quaecumque interea foret illius intentio. Praeterea nota res est, hac via in partes scholares, Auditoresque scindi, ac odia excitari, foverique inimicitias. Id enim vix ac ne vix quidem contingere solet, quin alterius scholares, Auditoresque de proprii magistri, ac delecti Concionatoris praesentia contendant, & quin unum laudibus efferre, & teprimere alterum studeant. S. imus denique, magistros Concionatoresque aggre admodum ferre, aliorum arte discipulis, Auditoribus-

sendendi, quia tales utuntur Jure suo, quod habent ad alios persuadendos in sui utilitatem, nec alii habent Jus iuratum ad illos discipulos; sicut enim poterant illi sine iustitia sponte sua recedere, sic possunt sine iniustitia suaderi; Sanchez *lib. 1. Confil. Cap. 3. dub. 3. num. 2.* Lugo *t. 1. de Justitia, & jure disp. 13. num. 109.* ubi dicit hanc esse veriorum sententiam. La Croix *lib. 3. part. 2. num. 81.* & alii, Immo Lugo *16 ibidem n. 111.* eos excusat etiam a peccato mortali, quamvis cum aliorum praesudicio curent ad suam scholam trahere eos, qui scholas aliorum frequentare solebant, quia caritas non obligat ad consulendum bono proximi cum magno proprio incommodo: Si enim peccarent mortaliter, ut volunt plures cum Sanchez *loc. cit. num. 5.* Vaz, dicit Lugo, Vaz Magistris, & Concionatoribus, qui omnibus artibus, & mediis utuntur, ut scholares, vel Auditores sibi accumbent etiam cum praesudicio omnium concurrentium; immo tunc majorem aestimant suam gloriam, quando ex schola, vel audientia aliorum retrahunt scholares, vel Auditores ad suam, quod quidem faciunt, & Advocati, Procuratores, Medici, Chirurgi, Tonlores, Artifices, Mercatores alique similes, quos omnes, si abique vi, & fraude id faciant, non debemus facile peccati mortalis reos dicere, ut recte concludit Lugo *ibidem*, La Croix *lib. 3. p. 2. num. 81.* & alii. (a)

Magistri, seu Doctores, qui lauream Magisterii, seu Doctoratus in facultate Theologica, vel Juridica, tum Canonica, tum Civili, vel Medica, vel Philosophica legitime sunt consecuti, variis gaudent privilegiis. Primum est, quod Nobilibus annuuntur, veramque nobilitatem consequuntur; *arg. l. 2. §. ult. in fine & l. 4. §. 1. in fine. de excus. tut.* Immo Nobilitas morum plus ornat, quam Genitorum, *Cap. Nos qui 3. dist. 40.* Quapropter etiam gaudent Nobilibus praerogativis; *arg. Capitulo De multa 28. de praebend.*

Secundum est, quod a plebeja conditione exempti in Dignitate censentur constituti; *arg. cap. Quanto 3. de Magistris. & Clementin. Cum sit nimis 2. de Magistris.*

Tertium est, quod exempti sint ab oneribus, tam realibus, quam personalibus, textu expresso *l. Medicos 6. & l. 11. Cod. de Professoribus, & Medicis.*

Quartum est, quod Magistri, & Doctores criminum rei totius puniendi sint, quam plebei, adeoque non torturae, praeterquam in criminibus exceptis, sunt subijcendi, nec poena Tritemium, nec fustibus, nec gladio, nec alio ignominiosiori poena genere, sed ultimum supplicium metiri, gladio puniri debent; *arg. l. Custodiam, ff. de Custod. Reorum, l. 4. Cod. Ad l. 1. ul. Majestas, l. Moris 9. §. 11. ff. de poenis cum similibus.*

Quintum est, quod Magistri, & Doctores ceteris paribus in atiequendis Dignitatibus, & beneficiis Ecclesiasticis, aliis praeferrantur; *cap. De multa 28. De praebend. Cap. Cum in cunctis 7. de elect. & Concil. Trid. sess. 24. de reformat. Cap. 12.*

Nomine Magistrorum, & Doctorum veniunt etiam *Li. 22 centia-*

que privari, ac satis constat de hoc, veluti de maxima injuria, passim conqueri. Potest ne sine culpa fieri, quod aliis maxime displicet? Numquid Jesu Christi Ethica haec atque similia probat. Imo improbat in unoquoque Christiano. Vide ergo num in magistro, et Concionatore id omni vacare possit culpa. Si enim ex officio virtutem docere, praedicare, & inculcare tenentur verbo, & exemplo, quod leve in aliis, in iis grave peccatum erit. Ait Lucius hos iustitiam non laedere; at laedunt charitatem, & quidem non sine scandalo, ut ex dictis liquet: Ino & iustitiam quoque; injuria enim magistro fit, dum ipsi invito, ac sine ipsius culpa subtrahuntur discipuli; est enim in possessionem illorum, ac recedendo ab ipso, ut ad alium accedant, laedunt illius exitum, ac jus quoad ad hanc famam habet. Fac deinde praesudicium, & damnum inde sequi, quis eos a gravi culpa excusabit? Ait Lugo: Vaz Magistris, & Concionatoribus &c. quorum hanc, quia passim ita agunt; si passim ita agunt, passim peccant? & graviter, quia charitatem laedunt, quia scandalo sunt fidelibus, & discipulis, quos edificare tenentur, quia de injuria damnum aliis inferunt; quod etsi demus non esse contra iustitiam, quia molestum quam maxime aliis esse solet, & odia inimicitiaque natum est parere, nunquam sine gravi culpa erit.

4 centiati, unde & isti gaudent dictis privilegiis. Alciatus in l. Cui præcipua de V. S. Leander de priviil. Doctorum p. 4. numer. 11. & alii. Et ratio est, quia Licentiati habent etiam illam excellentem, & legitime approbatam scientiam, & doctrinam, bono communi fervientem, propter quam principaliter sunt concessa dicta, & alia privilegia Magistris, & Doctoribus; ipsi enim licentiati, quamvis lauream Magistris, & Doctoratus non sint solemniter assecuti, habent tamen licentiam, & facultatem proximam illam solemniter consequendi, quoties velint, cum illa digni jam sint rite, & solemniter declarati. Unde pro eis stat illud Juris; Proxime accingendus habetur pro accincto; l. penult. ff. de Testament. milit. Tum quia Concil. Trident. in assequendis Dignitatibus, & Beneficiis Licentiatus æquiparat Doctoribus, sess. 22. de reform. Cap. 2. & sess. 24. de reform. Cap. 12.

23 Licentiati autem sunt, & dicuntur illi, qui supremum in aliqua facultate, sive Theologica, sive Juridica, sive Medica gradum Doctoratus, seu Magistris insignia publica capessendi, quando volunt, licentiam, seu facultatem habent, eo quod pro talibus post prævium examen, non tantum digni iudicari, sed ut Licentiati rite, & solemniter creati sunt.

24 Licentiatis paulo inferiores sunt Baccalarii, quorum appellatione veniunt illi, qui in scientia, vel facultate aliqua, sui profectus primum testimonium, primumque gradum sunt adepti. Isti ut ex Præsejo, & Paulo Juris consulto refert Calvinus in suo magno Lexico Juridico verb. Baccalarios a Bacca Laureæ nomen assumptis videntur. Pignatellus autem l. 10. consulti. 38. n. 27. de horum etymologia sic præcise habet:

25 De Baccalario triplex est hujusmodi cognominis etymologia, mea sententia non absurda. Prima est, a baculo dicuntur bacularii, vel quod adhuc in pristino laborantes baculis impelluntur, vel quod nondum in disciplinis absoluti, opus habeant rectore baculo; hæc est probabilis, Secunda, constat lauri bacca esse nigra, & amara; Porro quoniam iam id temporis etiamnum arrodentes amarum sapientiae corticem, nondum ad melleum dulcissimum penetrarunt, Baccalarios appellari placuit. Ista est probabilior. Tertia est, arbitratur non nemo dictionem compositam a Vacca, & Laro Vaccalarius; Aliquæ enim nationes pro B. sonant V. consonantem, & e contra; Vacca autem lac porrigit, & larus avis est avidissima. Jam de amabili illo sapientiae Principe dictum est, Mel, & lac sub lingua ejus. Unde quos vehemens quidam ardor hujus lactis agit, rapitque, Baccalarii dicuntur. Hæc est etiam probabilis.

26 Alii ipsos vocant Baccalarios, qui teste Rhenaano apud Calvinum l. cit. verb. Baccalarii a Bacillo nominati sunt, quia primi studii auctoritatem, quæ per exhibitionem baculi concedebatur, jam consecuti fuissent. Erat velut quoddam mancipationis signum in hujusmodi aliquod studium, baculi traditio. Vulgus Baccalarios, eruditi Baccalarios vocant. Hæc Calvinus loc. cit.

Nova Additiones ex aliena manu.

1 DE Magistro scholæ primum in Ecclesia Cathedrali, et postea etiam in Collegiata Ecclesia instituto agit et quidem latissime Bohemer. in decretal. libr. 5. titul. 5. fer. per tot.

2 Munus autem hujus Magistri erat docere non solum Grammaticam, sed et alias disciplinas, scilicet Rhetoricam, Dialecticam etc. Lectio enim vulgata in cap. 4. de Magistr. est depravata, ubi perperam legitur, qui Clericos Ecclesiarum ipsarum gratis in Grammatica facultate, et alios instruat juxta posse. At apud Harduin. l. 7. Conc. pag. 30. legitur: in Grammatica facultate, & aliis, id est facultatibus seu disciplinis. Notum quippe est quamlibet disciplinam ab antiquo facultatem dictam fuisse, ut evincit usus loquendi in Academiis familiaris.

3 Hic autem Magister in aliquibus Ecclesiis Cathedralibus etiamnum existit, et vocabulo Scholastici designari solet, estque dignitatis Ecclesiastica, sed commissum ipsi principio a Sacris Canonibus munus haud amplius implet.

4 Diversi autem ab his Magistris scholæ, quos Canones in Cathedralibus Collegiisque Ecclesiis volebant, sunt Magistri, qui de licentia Episcopi Grammaticam aliasque mox dictas facultates hodie docent. Atque hinc est, quod ad hos trahi nequit, id quod de illis a Canonibus sanctum reperi-

tur. Illi, ut exemplum aliquod asseramus, eo quia ex proventibus Ecclesiæ vivebant, nihil a Scholaribus suis nisi sponte oblatum accipere poterant; At hi nisi stipendium publicum habeant, non prohibentur aliquid a Scholaribus exigere; Confer Gonzal. in Comment. ad cap. 4. num. 6. de Magistr.

7 Possunt, ut monet Auctor num. 8. hodierni Magistri in iis etiam quæ ad Religionem pertinent Scholares suos instruere; non tamen (ita recte ait Romagner. ad Synodal. Gerund. lib. 5. tit. 1. cap. 1. num. 5.) per istos subleventur Parochi a sua obligatione docendi doctrinam Christianam, sed eo non obstante ad eam docendam teneantur.

8 De exemptione quam ait Auctor num. 19. frui Magistros seu Doctores ab oneribus personalibus et realibus vide Brunnemann. in l. fin. C. de Profess. & Medicis, & præcipue Klock de contribut. cap. 10. per tot. qui de ea ex professio tractat, et quando tum quomodo procedat tradit.

9 Absolute verum haud est quod asserit Auctor num. 22. Licentiatis venire nomine Magistrorum seu Doctorum, tum frui privilegiis omnibus ipsis concessis: Consule, Besold. in dissert. de Studiosis cap. 8. per tot. & Mendo de Jure Academ. lib. 1. q. 13. num. 331. & plur. seq. qui docent quibus Doctorum privilegiis gaudeant Licentiati.

MAGISTER CÆREMONIARUM.

MAGISTER CÆREMONIARUM est necessarius in Cathedralibus, & Collegiatis. Unde in Cathedrali, quousque assignetur ei aliunde competens stipendium, contribuere debent Episcopus, & Capitulum pro rata. Sac. Congr. Episc. & Regul. in Comensi 10. Julii 1600. & Sac. Congr. Rit. in Tropien. 23. Martii 1602.

2 Ad Officium Magistri Cæremoniarum non debet compelli Canonicus, sed providendus est alius simplex Sacerdos. Sac. Congr. Episc. & Regul. in Castellana. 23. Julii 1602.

3 Magister Cæremoniarum non potest alterare, seu mutare consuetudinem circa præintonationem Antiphonarum ad Vesperas. S. Congr. in Suesan. 23. April. 1607.

4 Magister Cæremoniarum, absente Magistro Chori, habet munus indicendi silentium in Choro. S. Congr. Rit. in Hydruntina 6. Decemb. 1613.

5 Occasione consecrationis Monialium non est permittum Magistro Cæremoniarum clausuram ingredi. S. Congr. Conc. in Sabinen. in respons. ad 5. dub. die 3. Jul. 1631.

6 Magister Cæremoniarum, qui est Beneficiatus, potest dimittere habitum Beneficiatorum, & uti superpelliceo in exercitio sui Officii absque incurfu Censurarum contra illum habitum non deferentes. Sac. Congr. Rit. in Jannens. 9. Decemb. 1617.

7 Magister Cæremoniarum, etiam si sit Capellanus, quando Officium exercet, & vestibus illius officii vestitus est, sedere debet apud Celebrantem, vel ejus Assistentes pluvialibus indutos; quando vero non est in Ministerio, sedere debet in Choro inter præbendatos, vel Presbyteros sui Ordinis servato ordine suæ receptionis; S. Cong. Rit. in Patavina 28. Nov. 1609. & 8. Maji 1617.

8 Magister Cæremoniarum in Processionibus incedit apud Celebrantem, & ejus Assistentes, & ubique discurrit, quando opus est, pro ordinanda processione. S. Congr. Rit. in Patavina 30. Augusti 1602. & 8. Maji 1617.

9 Cum sit Officium Magistri Cæremoniarum Episcopo significare, quando debet ad Ecclesiam accedere pro functionibus Episcopalibus, debet id ei personaliter significare. Sac. Congr. Episc. & Regul. in Campanien. 3. Octobr. 1642.

10 Cæremonie dictæ sunt a Cære, seu Carite antiqua celebri Urbe Tusciæ, ad quam, Roma a Gallis obsessa, Virgines Vestales, transtulerunt simulacra Deorum, & inibi cultum eis exhibebant; Ob cuius rei memoriam Romani in libertatem per Camillum asseri statuerunt, ut deinceps Divini cultus Cæremonie appellarentur. Tit. Livius lib. 5. Macrobius lib. 3. c. 3. Nouveau Dictionnaire Theologique, Historique &c. par D. de Juigne verb. Cære.

11 Afferuntur duo dubia novissime resoluta a Sac. Congr. Concilii.

I. An Clemens Grattarola Cæremoniarum Magister Archiepiscopi Ravennatenf. quando ratione sui Officii assistit eidem Archiepiscopo Pontificalia exercenti, tam in Ecclesia Cathedrali, quam in aliis quibuscumque Civitatis locis, ejus-

10 ejusque Suburbis, necnon extra Civitatem in locis suæ Diocesis in actu visitationis, gaudere debeat distributionibus quotidianis? & quatenus negative.

II. An ex gratia indulgendum sit ut dictas distributiones lucretur in casu &c.

Sacra Congr. Concil. in Ravennaten. 1. Augusti 1739. respondit: Negative ad utrumque in casu, de quo agit, præterquam quando assistit Archiepiscopo in Cathedrali.

Alia ad rem Vide verb. Resolutiones Sacrarum Congregationum in Indice 1. Decret. Merati a n. 663. ad 771. & a n. 774. ad 778.

MAGISTRATUS.

1 MAGISTRATUS non debet occupare locum Capituli, & Clerici, qui in Concionibus sedere debent immediate apud suum Episcopum. Sac. Congr. Rit. in Ilancoregien. 25. Jan. 1602.

2 Magistratus aut Judices non debent proprias Dignitatum, & Canonicorum Sedes, seu Stalla in Choro, seu Presbyterio occupare, quamvis aliquando id eis permittum fuerit. Sac. Congr. Rit. in Compostellana 4. Februar. 1600. & sub die 21. Februar. 1604. & in Granatenf. 24. Octobris 1609.

3 Magistratus, & Officiales Civitatis thurificandi sunt post Dignitates, & Canonicos quousque ductibus. S. Congr. Rit. in Interam. 10. Julii 1600. & in Favien. 1. Septem. 1607. & in Narn. 16. Julii 1617. Non obstante usu in contrarium per quindecim annos servato. Ead. Sac. Congr. in Cephalud. 24. Octobr. 1609.

4 Magistratus in Processionibus Sanctissimi Sacramenti debet incedere in loco, in quo secundum antiquam consuetudinem consuevit incedere Sac. Congr. Rit. in Forolivien. 4. Aprilis 1605.

5 Magistratus debet juxta solitum tibicines mittere ad Processiones Sanctissimi Sacramenti, nec licet prohibere solitum tributum Cære Ecclesiæ, Canonicis, seu Fabricæ debitum a Consulibus artium, & Massariis Villarum S. C. Rit. in Narnien. 16. Jul. 1605.

6 Magistratus Civitatis cogi potest solitum obsequium Episcopo accedere ad Ecclesiam præstare, & juxta solitum accedere ad Ecclesiam Cathedrali in diebus solemnibus, & tempore Adventus, & Quadragesimæ. Sac. Congr. Rit. in Narnien. 16. Julii 1605. & in Civit. Castellii 29. Novemb. 1618.

7 Magistratus nihil debet in præjudicium Capituli Ecclesiæ, et Canonicorum innovare, vel attentare. S. C. Rit. in Narnien. 16. Julii 1605.

8 Magistratus secularis Civitatis, quando non est de Majoribus, et perpetuis, debet cedere in omnibus, et per omnia Canonicis Ecclesiæ Cathedralis; et Concionator debet prius Canonicos, quam Magistratum salutare. S. C. Rit. & in Tirafon. & in Oseana 3. Octob. 1615.

9 Magistratus, quando est de Majoribus, debet incensari ante Canonicos post Assistentes Episcopo. S. C. Rit. in Patavina 2. Mart. 1602.

10 Magistratus Laicus non potest habere locum in Choro, sive in Presbyterio, sed extra illum, ut sæpe declaravit Sac. Rit. Cong. et præsertim in una Auximana 2. Julii 1639. Unde Eadem S. Rit. Congr. in una Amerina Sedilium 16. Martii 1697. confirmata 12. Septem. 1699. mandavit aprandum esse locum Magistratui extra Presbyterium juxta designationem porrectam a Magistro Cæremoniarum, non obstante quod Magistratus reperiretur in possessione, et allegaret alterius loci congrui deficientiam.

11 Magistratus Laicus non potest in Ecclesia habere retentionem, sive usum Tapeti, aut Stratus, ut declaravit S. Congr. Rit. in Baren. 2. Septem. 1690. Vide verb. Ecclesia art. 5. a numer. 32. ad 36. ubi asseruntur multa decreta ad rem facientia.

12 In causa Capuana fuerunt proposita, et resoluta sequentia dubia.

I. An Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ debeatur præcedentia super Magistratum secularem ejusdem Civitatis in omnibus functionibus Ecclesiasticis?

II. An Concionator debeat salutare prius Capitulum, vel Magistratum?

III. An absente Archiepiscopo Magistratus debeat saluta-

ri cum titulo Illustrissimi, et Capitulum cum titulo Reverendissimi?

Sacra Congregatio Rituum 23. Januarii 1700. respondit. Ad 1. Deberi.

Ad 11. Affirmative.

Ad 111. Negative in casu proposito, apud Monacell. l. 4. 13 supplement. ad l. r. n. 20. & seq.

Et jam in alia Vercellens. 2. Augusti 1691. declaraverat, quod Concionator debeat prius salutare Canonicos, quam Gubernatorem Civitatis.

Et novissime in Veliterna pro Magistratu Velitrarum cum Capitulo ejusdem Civitatis fuerunt in eadem Sacra Rituum Congregatione proposita, et soluta sequentia dubia.

I. An Magistratus Velitrarum in Festo S. Francisci Xaverii possit incedere cum Clava, & eodem Comitatu, ac incedit in Festivitatibus quatuor Sanctorum Patronorum Civitatis, Sanctissimæ Conceptionis, & Beatæ Mariæ Gratiarum?

II. An idem Magistratus in Ecclesiis extra Cathedrali sit thurificandus triplici ductu?

III. An eidem Magistratui sit dandum osculum Pacis per amplexum, seu potius per instrumentum, & a quo?

IV. An Celebrantes post finem Missæ tam solemnem, quam privatæ, debeant, antequam ab Altari discedunt, reverentiam facere Magistratui?

V. An eodem Magistratu interessente Missæ privatæ liceat in Altari accendere quatuor Candelas?

VI. An Magistratus immediate post Canonicos, & ante Beneficiatos, ceterosque de Clero admitti debeat ad Crucis adorationem, & ad Cineres?

VII. An Magistratus, ejusque Officiales in Processionibus, in quibus deferunt Intortitia, illa propriis manibus deferre debeant?

VIII. An Magistratu accedente ad Cathedrali, aliasque Ecclesias Civitatis cum Comitatu, & Clava licitus sit tonitus Tubarum intra easdem Ecclesias?

IX. An eodem Magistratu in Cathedrali, aliisque Ecclesiis Sæcularibus, & Regularibus interessente Missæ privatæ licitus sit tonitus Tubarum in actu elevationis Sanctissimæ Eucharistiæ intus ipsas Ecclesias?

X. An eidem Magistratui liceat in Ecclesia Parochiali Sanctæ Mariæ de Trivio retinere scammum intus Presbyterium?

XI. An eidem Magistratui in Ecclesiis Sancti Martini, Sancti Francisci, Sanctæ Clare, & Sanctæ Teresæ liceat retinere scammum a cornu Evangelii.

Die 10. Septemb. 1718. proposita Causa per Card. Fabroni in Sac. Congr. Rituum,

Ad 1. responsum fuit Affirmative.

Ad 2. Negative.

Ad 3. Per Instrumentum dandam esse Pacem ab aliquo Ministro Superpelliceo induto.

Ad 4. Negative.

Ad 5. Affirmative, dummodo incedat in habitu Consulari.

Ad 6. Negative.

Ad 7. Affirmative.

Ad 8. Affirmative, sed extra Januam.

Ad 9. Ut ad proximum.

Ad 10. Negative.

Ad 11. Arbitrio Eminentissimi Ordinarii, & amplius 15 Causa non proponatur.

Qualis autem honor debeatur Prælato Præfidi Provinciæ, vide dicta verb. Ecclesia art. 5. num. 36. ubi ad id dantur Sacræ Congr. Rituum decreta.

Additio ex Auctore.

Magistratus, & Judices seculares procedentes in criminalibus contra Ecclesiasticos, excommunicantur in Bulla Coenæ. Benedicti. XIV. tom. 1. Cont. 14. incip. Pastoralis §. 19.

Nova additiones ex aliena manu.

DE loco Magistratum in Ecclesia, thurificatione ipsorum, pace iis danda, tum de associatione ab illis faciendâ Episcopo, vide ubi res postulat Romagner. in Synod. Gerund. lib. 3. tit. 17. cap. 12. per tot. Legum. de fruct. part. 1. cap. 30.

cap. 30. §. 1. num. 108. & plur. seq. Cort. ad dec. Catalon. 247. num. 15. & omnium optime Panimol. decis. 1. adnotat. 11. per tot.

Hic vero non est pretereundum, nullo modo licere dare osculandum Evangelium cuius Magistratui, ut, decium referunt a Sacra Congregatione Ritum Romaguer. ubi supra num. 19. Pignatell. consulti. canon. tom. 8. consulti. 54. num. 8. & final.

M A L C H U S .

Addimenta novissima Auctoris .

Quis ille fuerit, cui a S. Petro amputata fuit auricula nocte Passionis Christi, non conveniunt Doctores . Eum fuisse servum Principis Sacerdotum, habetur Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. & illius nomen fuisse Malchum, Joan. 18. ibi: erat autem nomen servo Malchus . Hunc Malchum illum fuisse, qui colapho Salvatoris os percussit, dicens: Sic respondes Pontifici? tradunt aliqui. Nonnulli putant, Malchum, cum a Christo Domino sibi esset auricula restituta, fidem Christi amplexum fuisse, ut inter alios Cornelius a Lapide, in cap. 26. Matthei vers. 51. & denique Christus. An autem Petrus totam integram ei præciderit auriculam, ut in terram caderet, an vero partem tantum, ambigitur. Fortasse tamen pars solum fuit abscissa, cum solo tactu Christi restituta perhibeatur, Luc. 22. 51. ut tradit Calmet in Dictionario verbo Malchus . Ceterum relicta in suo esse opinione, quod Malchus, amplexa Fide, Christianus obierit; verba Scripturæ refragari videntur, quod Malchus ille fuerit, qui colaphum Jesu impexit, dicens: Sic respondes Pontifici? cum illum fuisse quemdam ex ministris Annæ summi Sacerdotis præsentibus, habeamus Joannis 18. 22. nihilque de Malcho legatur, de quo tamen in eodem capite actum erat . Vide Lambert. Benedic. XIV. de Festis D. N. J. Christi num. 208. & Calmet in Dictionario verbo Malchus .

ADOLESCENS, qui relicta sindone nudus profugit fatellum nocte passionis Christi, quis fuerit; non parum dissident Auctores. Hieronymus & Epiphanius censuere, illum fuisse Jacobum fratrem Domini Jesu, appellatum Justum; sed hanc opinionem rejiciunt Baronius, Suarez, apud Lambertin. Benedic. XIV. de Festis D. N. J. Christi num. 209. Chryostomus & Ambrosius putarunt, fuisse Joannem Evangelistam; sed hanc quoque rejicit opinio; Lamj enim Harmon. Evang. lib. 5. cap. 7. dicit: Juspiciantur quidam, fuisse Joannem Christo dilectum; sed quare id temporis fuisset Joannes nudus, aut prope nudus? Tillemontius nota 3. in vit. S. Joannis; querit, num dici possit, adolescentem illum fuisse nudum, quamvis in vicinia habitantem, qui vestibus exutus in lecto jaceret; & auditu clamore & strepitu, lecto desilisse sindone amictum, & domo egressum, sindone in eorum manibus, qui se comprehenderant, relicta aufugisse. Et ad id inclinat Antonius Bineus de Morte Christi tom. 2. lib. 2. c. 4. num. 14. sic concludens: Probabilius nihil est, quam hunc juvenem ex vicinia aliqua villa armorum, virorumque strepitu excitatum accurrisse ut cerneat cognoscereque quid ageretur in tempesta nocte. Quare quisquam fuerit, indagare nemo mortalium potest. Vide Lambertin. loc. cit.

(a) Nota. Falsum visum est celebrioribus Theologis, virum possit quacumque uxoris vota irritare; est enim in irritum mittere possit vota sibi, aut familiæ noxia, & incommoda, v. g. vota de jejuniis, humicubationibus, peregrinationibus, & eleemosynis ex rebus ad familiam pertinentibus, ac præsertim continentia votum; non sic autem vota de certis precibus recitandis, de superfluo, & dissoluto ornatu rejiciendo, de abstinendo a spectaculis, & Choreis, de pauperibus alendis labore & opere manuum suarum, quibus familia non indiget, de secundis nuptiis vitandis, de ingressu Monasterii, si viro superstes fuerit, ut inquit Natalis Alexander. Imo mulier ipsa, inquit, nonnulla Mariti vota facere potest irrita, que scilicet sibi incommoda sunt, aut familiæ qualia sunt vota Continentia, abstinendarum immo-

MALEDICUS .

Vide verb. Pana art. 2. a n. 160. ad 164.

MALEFICIUM .

Vide verb. Superstitio a n. 15. ad 80.

MALESONANS PROPOSITIO .

Vide verb. Propositiones damnata num. 38.

M A R I T U S .

Marito non licet occidere Uxorem in Adulterio deprehensam, Communis ac certa. Unde Alex. VII. die 24. Sept. 1665. merito damnavit inter alias sequentem propositionem 19. in ordine: Non peccat Maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam .

Maritus graviter peccat contra justitiam consummando, & dilapidando bona Uxoris sine ejus licentia, adeoque tenetur ad restitutionem, Communis. Vide verb. Bona art. 4. num. 16. ad 18.

Maritus potest irritare Uxoris vota, quæ præjudicant usui Matrimonii, educationi Proles, vel Administrationi familiæ. Communis. Immo secundum Sanchez, Sotum, Tambur. & alios, Maritus potest directe irritare (a) quæcumque vota Uxoris, eo quod voluntas ejus videatur esse plene subiecta dominio viri, juxta illud Apostoli ad Ephe. 5. vers. 22. ibi: Mulieres viris suis subditæ sint sicut Domino, quia vir caput est Mulieris, sicut Christus caput est Ecclesie &c. Quamvis tamen probabilius sit cum Sancto Antonio, Navarr. Azor. Valent. Suarez, Lessio, Bonacina, Layman, Castropalao, Illing citatis & sequentis a La Croix lib. 3. part. 1. num. 493. quod Maritus possit solum irritare illa vota, quæ, ut dictum fuit, præjudicant usui Matrimonii, educationi Proles, vel administrationi familiæ, cum subiecto Uxoris respectu Mariti fundetur tantum in contractu Matrimonii, adeoque dicitur tantum in ordine ad finem Matrimonii .

Mortua uxore, usufructus dotis spectat ad Maritum, proprietatis vero pertinet ad filios; leg. 1. Cod. de bonis matern. Rot. rec. part. 3. decis. 126. num. 2. & part. 11. decis. 368. num. 25. Quid autem possit, vel non, maritus circa dotem vivente Uxore, & quando ejus dominium acquirit? Vid. verb. Dos art. 1. & art. 3.

Maritus peccat mortaliter, si cogat Uxorem ad communicandum coram se, seu ad subeundum candentis ferri, vel ferventis aquæ judicium in testimonium, quod non sit adultera. Ita Sotus apud Escobar lib. 8. num. 381. La Croix lib. 6. m. 675. & id esse absolute illicitum docet S. Thomas q. 80. art. 6. ad 3. Suarez disp. 67. sect. 6. Dicastill. de Sacrament. dist. 3. n. 280. & alii communiter, arg. cap. Ex tuarum 8. de purgatione Canonice. cap. Dilecti 3. de purgatione vulgari, & cap. Consulisti 20. caus. 2. quest. 4. ubi expresse prohibentur hujusmodi probationes ad explorandam alterius innocentiam .

Maritus quando possit, & debeat, seu non, debitum conjugale reddere, petere, & offerre? Vide verb. Debitum conjugale per tot.

Maritus a mortuis reviviscens non tenetur amplius pristinæ Uxori: Maritus enim non tradidit Uxori corpus suum, sicuti uxor non tradidit suum Marito, nisi usque ad mortem, juxta illud Apostoli Ad Corinth. 7. Quod si dormierit vir tuus, liberata est, cui vult, nubat. Unde si adhuc vellent esse conjuges, de novo foret contrahendum. La Croix lib. 6. art. 3. num. 418.

dicarum, vel diuturnarum peregrinationum, & quarumcumque rerum, quibus impotens ad debitum conjugale fieret. Atque hinc patet, quam inepte ad id afferant Paulinum textum, quo Mulieres subditæ viris declarantur: Nam subiectio hæc tanta non est, ut omne in omnibus eis dominium adimat; sed in iis tantum, quibus marito, ut Conjugi, & familiæ Domino subijcitur. Quamobrem ita libera est in iis votendis, quæ supra indicavimus, ut dominio mariti fieri irrita nequeant. Regula autem in hoc generalis erit, ut Maritus irrita facere possit vota, quæ sine ipsius consensu emittent, ac servare Mulier nequeat; quæ vero Mulier sine viri consensu licite ac rationabiliter promittente, & servare potest, voveret etiam potest, quin votum auctoritate Mariti revocari possit .

num. 418. ubi ex S. Thoma, & Gobat testatur esse communissimam Theologorum.

11 Maritus occidens propriam Uxorem prægnantem, cum non constet concludenter de proditione, gaudet immunitate; sed annuente Sanctissimo, atenta atrocitate delictorum condemnatur in poenam extraordinariam, dummodo non excedat decennium ad Triremes. Sac. Cong. Immunit. in Melevitana 3. Dec. 1670. lib. 1. dec. Alrovit. pag. 511.

12 Maritus occidens propriam Uxorem ad effectum ducendi aliam, & extractus ab Ecclesia ad formam Bullæ, & condemnatur, annuente Sanctissimo, ad poenam extraordinariam, quæ non excedat Triremes ad decennium. Ead. Sac. Cong. Immunit. in Avernem. 2. Decemb. 1681. lib. 2. di. Alrovit pag. 2289.

13 Maritus occisor propriæ uxoris gaudet immunitate: Ad instantiam tamen Sacræ Consultæ retinetur in carceribus usque ad novos ordines. Ead. Sac. Cong. Immunit. in Beneventana 22. Martii 1676. lib. 1. dec. Alrov. pag. 1222.

14 Alia vid. verb. Adulterium. Bona. Debitum conjugale. Dominium. Dos. Filius. Matrimonium. Uxor. & verb. Immunitas art. 2. num. 90. ubi datur novissima Constitutio Benedicti XIV. incip. Ex quo, & altera ejusd. Pontificis incip. Officii nostri, secundum quas nunc intelligenda & moderanda sunt omnia, quæ Immunitatem concernunt.

Novæ additiones ex aliena manu .

DE jure Mariti in Uxorem leges Stryk juridicar. dissert. vol. 8. disp. 32. per tot.

2 Nota vero hic nobilitatem Mariti communicari regulariter uxori, ita ut qui ex Patre nobili & Matre plebeja natus est, is pro nobili habendus sit; Belsol. Politic. 1. capit. 11. §. 33. Carpzov. Jurisprud. consistorial. lib. 2. defn. 11. Quod si ex peculiaribus statutis sive Ecclesiarum, sive Ordinum, nobilitas utriusque Ascendentis requiratur, natus ex matre plebeja pro nobili haberi nequit; Rhetus Institut. jur. public. lib. 1. tit. 21. §. 9. Matb. Stephan. de Nobilit. Politic. cap. 4. n. 44.

4 Num omnia Mariti privilegia uxori communicentur, non conveniunt inter te Doctores. Pro regula statuto, personale Mariti privilegium neque vivo, neque mortuo ipso Marito uxori prodesse; secus si Maritus commode uti nequeat privilegio, nisi ejus usus liceat uxori; Stryk. juridic. disputat. vol. 4. disp. 25. cap. 4. num. 34. & plur. sequent. ubi exemplis rem illustrat.

5 Quoad privilegia ratione officii Marito concessa distinguendum ait Stryk juridic. disert. volum. 4. disput. 25. cap. 4. n. 41. & sequent. inter officium annexam habens dignitatem, & id quod ignobile est, & plebejum; hoc casu nihil potitur Mulier ne quidem vivente Marito &c. nisi in casibus in jure expressis. In casu vero ubi ratione nobilitatis & officii dignioris privilegium concessum, patet illud etiam Uxori &c. Neque id iniquum, quoniam dignitas cum suo annexo transire debet, nominumque identitas identitatem ipsius arguere solet &c. Sed hæc ipsa intelligenda sunt de juribus, quæ in Uxores cadere possunt. Confer & Myler, in Gamol. Princip. cap. 2. ubi & jura persequitur, quæ Uxoribus Principum, Comitum, & Baronum ex persona Maritorum competunt.

6 An in Viduis permaneant jura Mariti? Consule Stryk juridic. dissert. vol. 4. disput. 25. cap. 4. num. 48. & plur. sequent.

7 De Marito quoque queri solet, an & quæ ex persona Uxoris sortiat, an aliquando sequatur forum illius, aut radiis ejus coruscet? At de priori adi Stryk. exercit. 9. thes. 28. Tiraquell. de Legib. Commub. gloss. 2. num. 46. & de posteriori De Ponte lib. 2. consil. 16. num. 23. & sequent. Mastrelli. de Magistrat. lib. 4. cap. 13. num. 20. & sequent.

M A R T Y R I U M .

1 Martyrium est voluntaria permissio, vel tolerantia mortis, seu cruciatus letalis propter Fidem Christi, vel aliam virtutem Christianam. Est in re communis. Dicitur primo voluntaria permissio, vel tolerantia ad denotandum, quod in adultis omnino requiritur, ut mors seu cruciatus letalis voluntarie acceptetur. Unde si quis adultus in odium Fidei Christianæ dormiens occidatur, & hic antea nihil cogitasset de morte ob Fidem subeunda, sique eam nullatenus acceptaverit, non est proprie censendus Martyr. Layman. l. 3. sect. 3. num. 4. Dical. de Bapt. d. 3. n. 7. Less. lib. 3. de jur. lib. & jure. c. 1. n. 23. Reiffenst. Theol. mor. tract. 7. dist. 2.

q. 6. n. 45. Suarez, & alii. Eset tamen talis vere Martyr, si prius cogitasset de morte ob Fidem subeunda, & statuisset secum potius mori in vinculis, & tormentis, quam Fidem Christi negare, quia ratione voluntatis præhabita, & saltem habitualiter perseverantis, censetur mortem voluntarie acceptare, quamvis dormiens occideretur, & sic tamquam verus Martyr esset habendus. Gobat in Experient. tr. 2. a n. 615. Reiffenst. l. c. n. 45. La Croix l. 6. part. 5. num. 231. cum Cajetan. Coninch. Bonac. ibi citatis.

Dicitur secundo mortis, seu cruciatus letalis, quia nedum mors ipsa, sed etiam cruciatus de se illativus mortis est sufficiens ad Martyrium, ut patet de S. Jo. Apostolo, & Evangelista, qui fuit vere Martyr, licet a ferventis olei dolio per miraculum illæsus evaserit, & morte naturali postea decesserit. Unde S. Augustinus serm. 296. in Natali Apostolorum Petri, & Pauli cap. 4. tradit, eos, qui in tormentis, & cruciatibus ob fidem a Deo miraculose præservantur, corona Martyrii donari; Non enim, ait, quia Joanni Apostolo passio desuit, ideo passioni animus præparatus desse potuit; Non est passus, sed potuit pati. Træparationem ejus Deus noverat. Quemadmodum tres pueri arsi missi sunt in caminum, non victuri. Negabimus eos Martyres, quia flamma eos urere non potuit; interrogat ignes, passi non sunt, interroga voluntatem, coronati sunt.

Dicitur tertio propter fidem Christi, ad demonstrandum, quod ad verum Martyrium non satis est poena, vel tolerata mors, sed requiritur, quod poena, seu mors toleretur ob causam Fidei Christi; Unde S. Augustinus in Psalm. 34. serm. 2. num. 13. sic expresse habet; Itaque Martyres desse potuit poena, sed causa; Nam si poena Martyres faceret, omnes, qui gladio feriuntur, coronarentur, & antea num. 1. dixerat Multi hic pariuntur, & pro peccatis, & pro sceleribus suis, magna vigilantia querenda est causa, non poena: sceleratus enim potest habere Martyris similem poenam, sed tamen distimilem causam. Tres erant in Cruce, unus Salvator, alius salvandus, alius damnandus, omnium par poena, sed impar causa. Hinc si Hæretici occidantur propter sectam suam, quam profitentur, non sunt Martyres, quamvis pro uno vero Articulo v. g. pro Trinitate, aut Incarnatione, seu Adventu Spiritus Sancti occidantur, quia, ut dicitur ad Hebræos 11. Sine fide impossibile est placere Deo, & Hæretici non habent veram fidem supernaturalem, cum hæc credat omnia a Deo revelata ab Ecclesia proposita, quod non faciunt Hæretici unum vel alterum articulum Fidei profitentes, & ceteros alios abnegantes.

Dicitur quarto vel aliam virtutem Christianam, quia non solum sunt Martyres, qui expresse propter Confessionem Fidei, sed etiam qui pro defensione aliarum virtutum supernaturalium moriuntur, vel cruciatus letales perferunt; Nam omnia virtutum opera, quatenus referuntur ad Deum, sunt quedam protestationes Fidei, & qui potius vult mori, quam desicere a virtute, facto ipso protestatur Deum esse summæ venerandum ac omnibus aliis bonis creatis præferendum, quod est articulus Fidei Christianæ, ut docet S. Thomas 2. 2. quest. 124. artic. 5. & Communis aliorum. Hinc S. Joannes Baptista est vere Martyr, licet non expresse pro Confessione Fidei, sed pro reprehensione adulterii decollatus fuerit. S. Stanislaus Episcopus Cracoviensis Martyr veneratur ab Ecclesia, eo quod fuerit occisus propter salutares reargutiones, & sententiam Excommunicationis latam in Boleslaum Polonia Regem se a gravissimis delictis emendare nolentem. S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus Martyr celebratur, quia pro defensione libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ gladiis impiorum occubuit. * S. Jo. Nepomucenus ex unanimi consensu S. Congregationis Rituum declaratus est vere Martyrium subijse, & inter Ss. Martyres canonizatus est, cum mortem pertulerit nolens Confessionis sigillum propagare. Sic plurimæ SS. Virgines sunt Martyres ob tolerantiam mortem pro defensione Virginitatis.

Unde, ut vides, ad Martyrium tria potissimum requiruntur. Primum est, ut quis mortem subeat, vel saltem cruciatus illativus mortis. Secundum, ut eam, vel eos voluntarie acceptet, & sustineat. Tertium, ut eam, vel eos sustineat propter veritatem, & Confessionem Fidei, vel propter aliam virtutis actum relatum in Deum, in quo usque ad finem perseveret. Martyres enim, ut expresse dicit S. Hieronymus lib. 7. Etymologiarum cap. 21. Martyres Græce, Testes Latine dicuntur, quia propter testimonium Christi passiones sustinent, & usque ad mortem pro veritate certaverunt, & ut dicit S. August.

S. Augustinus in Job c. 39. Martyr est intrepidus, & alacer testis Fidei salutaris, juxta illud Actorum cap. 1. Eritis mihi testes in Hierusalem.

12 Testimonium autem Fidei, aliarumque Christianarum virtutum perhibetur, non solum ab illis, qui sanguinem fuderunt, & violentam mortem ab inimicis nostrae Fidei voluntarie perpassi sunt, sed etiam ab illis, qui a persecutoribus nostrae Fidei comprehensi, varie vexati, in carceres, vel exilium missi, & arumnis confecti usque in finem perseverantes propter Fidei, aliarumque supernaturalium Virtutum confessionem, mortem naturalem subierunt, ut patet exemplo SS. Martyrum, & Pontificum Marcelli, Joannis, Silverii, Martini, Pontiani, & Eusebii Vercellensis Episcopi, quos Ecclesia pro Martyribus colit.

13 Item testimonium, & Confessio Fidei perhibetur etiam ab infantibus, qui licet nullum actum proprium elicere possint, quando tamen occiduntur ob odium Fidei Christi evadunt & ipsi Martyres, ut patet in SS. Innocentibus, qui ab Herode immamiter propter Christum occisi, ejus Praeconium non loquendo, sed moriendo confessi sunt, adeoque ipsos Ecclesia tamquam Martyres venerat. Et ratio est, quia licet ipsi non sint capaces Martyrii quoad actum internam virtutis, cum nullum possint elicere actum quo acceptum Martyrium propter Fidem, sunt tamen capaces Martyrii quoad opus externum mortis, per quod realiter conformantur cum passione, & morte Christi, & re ipsa propter Fidem perdunt animam suam, adeoque eam rursum in Coelis, invenient, juxta illam generalem Christi promissionem Matt. 10. n. 39. Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam.

14 Immo etiam infantes in utero Matris occisi propter Fidem sunt veri Martyres, quia revera perdunt vitam corporalem sibi in odium Christi, aut Religionis ablatam, adeoque, ut sint veri Martyres, militat eadem ratio de ipsis, ac de aliis. Sic Toletus, Henricus, Reginaldus, Vasquez, Bonacina, Dicastill. cum La Croix lib. 6. part. 1. n. 237. Reiffenst. loc. cit. num. 42. Henno tom. 2. tract. de Baptismo disp. 6. concl. 2. & alii passim.

15 Milites Catholici, qui pro Fide adversus Haereticos, vel infideles pugnando occiduntur, non sunt proprie Martyres, quia non voluntate, sed potius necessitate mortem sustinent, immo hanc hostibus inferrent, nisi ab ipsis vincerentur. Neque similitudinem gerunt Christi patientis, qui, ut jam praedixit Ilias cap. 53. num. 7. & dicitur Actor. 8. n. 32. Tamquam Ovis ad occisionem ductus est, sicut Agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum, & ut habetur in Epistola prima B. Petri Apostoli cap. 2. n. 23. Qui cum malediceretur, non maledicebat cum periret non comminabatur, tradebat autem iudicanti se injuste. Sic Tannerus, & Dicastill. cum La Croix loc. cit. num. 235. Lessius, Layman, & alii cum Reiffenstuel loc. cit. n. 47. Et de facto Ecclesia nunquam concessit colere pro Martyribus tales milites in actuali pugna decessos; Immo Episcopi resisterunt Phocae Imperatori, cum vellet similes milites caeso in bello haberi Martyres, apud Spondanum Epitome, tom. 1. ad ann. 398. num. 2.

16 Quamvis autem tales milites propter rationem adductam non sint proprie, & rigorose Martyres, si tamen in statu gratiae exsistentes pia intentione defendendi veram nostram Fidem contra hostes ejusdem generose militantis occiduntur; summum meritum consecuti speciali gloria coronandi ad Paradisum evolvant, c. Omni timore 9. caus. 23. quest. 9. ubi ex verbis Leonis IV. sic praecise habetur: *Omni timore ac terrore deposito contra inimicos Sanctae Fidei, & adversarios omnium Religionum agere viriliter studete; Novit enim Omnipotens, si quilibet vestrum morietur, quod pro veritate Fidei, & salvatione patriae ac defensione Christianorum mortuus est, & ideo ab eo praemium caeleste consequetur.* Et S. Joannes a Capistrano suis Cruce signatis militibus contra Turcas proponebat: *O quam felices qui in hac pugna Christi moriuntur, quia statim ab Angelis cum Sanctis Martyribus, qui pro fide mortui sunt, coronabuntur.* Sic apud Wadingum ad annum 1456.

17 Morientes ob amorem Dei in servicio peste infectorum, non sunt proprie martyres, *Est jam communis.* Opinio enim affirmans, quod tales essent proprie martyres fuit proscripta sub Urbano VIII. & Innocentio X. ut testatur Augustinus Matthaeucci in *Practica Theologico-Canonica* tit. 4. cap. 2. §. 4. num. 85. Et de facto ipsi nec censentur mori pro Fide Christi, nec pro defensione alicujus virtutis supernaturalis, prout requiritur ad verum martyrium. Nec Martyrologium Romanum solum citari ab Adversariis sub die 28. Februarii appellat eos proprie martyres, sed velut martyres, ibi: *Quos vel ut*

Martyres religiosa Fidelium Fides venerari consuevit, ly enim Velut indicat ipsos dici martyres solum per quamdam analogiam, & similitudinem, non vero secundum esse proprium, & germanum.

Seipso occidentes etiam propter peccatum a se commissum non sunt martyres. *Communis, & certa.* Immo Donatista; & Circumcelliones id docentes damnati fuerunt in Concilio Romano sub Melchiade Papa anno 313. Carthaginensi I. anno 344.

Non licet, seclusa rationabili causa, aut divino instinctu provocare hostes Fidei, & se martyrio ingerere. *Communis, & colligitur ex Sacra Scriptura, quae tantum abest, ut ultroneam morti ingestionem consulat, quin e contra fugam praecipiat Matthaei enim 19. Christus ipse mandat; Cum persequerentur vos in Civitate ista, fugite in aliam; & id etiam facto docuit, Joannis 8. Tulerunt ergo lapides; ut jacerent in eum Jesus autem abscondit se, & exiit de Templo.* Unde S. Athanasius in Apologia de fuga sua sic ait: *Verbum propter nos homo factus non indignum putavit, cum quaereretur, quem admodum & nos, abscondere se cum persecutionem pateretur, & insidias declinare, & sic fugit Apostolus persecutionem Hebraeorum Thessalonicensium, fugit dicitur S. Athanasius persecutionem Constantii Imperatoris, & plures alii Sancti, ut patet in Annalibus Ecclesiasticis. Hinc Sanctus Augustinus Epist. 228. ad Honoratum num. 5. sic ait: Fugit Apostolus cum a persecutore proprie ipse quaereretur: Fugit S. Athanasius Episcopus cum eum specialiter apprehendere Constantius cuperet Imperator.*

Et quod seclusa rationabili causa, aut divino instinctu liceat se temere Martyrio ingerere, aperte ipsa ratio demonstrat, quia homo non est Dominus vitae suae, sed Deus, ex Sapient. 10. Tu es, Domine, qui vita, & moris habes potestatem; & ex Deuteronom. 23. ibi: *Ego occidam, & ego vivere faciam, & ex cap. Si non licet caus. 23. q. 5. & ex l. Liber. ff. ad l. Aquil.* Tum quia sic daretur occidenti gravissimi peccati occasio; Tum etiam quia ita se temere ingerere in martyrium est quadam Dei tentatio, ut advertunt S. Clemens Alexandrinus Strom. 4. c. 5. Athanasius in Apologia de sua fuga, S. Gregorius Nazianzenus Orat. 10. de S. Casario, & Orat. 20. in Basil. S. Petrus Chrysolog. serm. 151. & S. Cyprianus Epist. 83. ubi dicit expresse, quod temeritate non caret, temere procurare Martyrium.

Dicitur autem, notanter, seclusa rationabili causa, aut Divino instinctu, quia hoc interveniente licitum est se martyrio ingerere, vel se ultra Tyrannem, & hostibus Fidei istere, ipsisque provocare, ut licite fecisse creduntur quotquot Sancti, & Sanctae Martyres in Martyrologio, & in Brevariario celebrantur, ac in Ecclesiasticis Historiis commendantur. Unde S. Athanasius in Apologia de sua fuga sic ait: *Quod si quidam ex iis se persecutoribus dediderunt, non temeritate eo rapiabantur, sed passim apud omnes profitentur a Spiritu Sancto hanc sui oblationem profectam esse, & S. Augustinus loquens de variis Virginitibus, quae ex tali Divino instinctu se martyrio ingererunt, & se, vel in flammis, vel in flumen, motivo virginitatis servandae, projecerunt, sic praecise ait: Quid? Si enim hoc fecerunt non humanitus deceptae, sed divinitus jussae, nec errantes, sed obediennes; Sicut de Sampson aliud nobis fas non est credere; & infra: Qui ergo audit non licere se occidere, faciat, si jussit, cuius non licet jussa contemnere; Tantummodo videat urum divina jussio nullo modo incerto, sic D. Augustinus lib. 1. de Civitate Dei c. 26. & concordat textus in cit. cap. Si non licet, caus. 23. q. 5. Immo in variis casibus datur obligatio martyrii subeundi, ut si esset Fides neganda, aut mors eligenda, si esset peccandum, vel moriendum, si id posset Fidei, aut Religionis conservatio, si id foret necessarium ad vitandum scandalum, quod per dissimulationem, vel fugam cauteretur. *Communis.**

Ad martyrium in Adultis praerequiruntur Baptismus fluminis, si adit opportunitas ipsum recipiendi. *Communis.* Et ratio est, quia martyrium subitum non excusantur ab onere obervandi divina praeccepta; In Epist. enim prima Joannis cap. 2. dicitur: *In hoc scimus, quomam cognovimus eum, si mandata ejus observaverimus. Qui dicit se posse Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est.* Praecceptum autem Baptismi est expressum in Sacro Textu Joann. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poterit introire in regnum Dei, & sine Baptismo fluminis, aut ejus voto nullum Adultum posse salvari definit Conc. Trid. sess. 6. c. 4. Unde, qui*

data opportunitate ipsum recipiendi, nollet recipere, peccato mortali omissionis poneret obicem gratiae martyrii, nec per martyrium justificaretur.

24 Ad Martyrium autem in Adultis baptizatis, & actuali mortali peccato obnoxio praerequiruntur Confessio Sacramentalis, si adit opportunitas; Penitentia enim Sacramentalis est omnibus post Baptismum lapsis per se necessaria ad salutem, sicut nondum regeneratis ipse Baptismus, ut definit Conc. Trid. sess. 14. cap. 2. de Poenit. ibi: *Est autem hoc sacramentum Penitentiae lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus, & idem definit c. 5. ejusdem sess. 14.* Unde qui, data opportunitate, scienter nollet peccatum suum mortale Sacramento Penitentiae subire, novo peccato mortali omissionis poneret obicem gratiae Martyrii, nec per Martyrium justificaretur, nec habendus esset ut Martyr, quamvis a Tyranno in odium Fidei occideretur, *Communis.* Si tamen non adesset opportunitas Confessionis, satis esset Contritio supernaturalis cum voto Sacramenti Penitentiae, quod in ipsa includitur ex Concil. Trident. sess. 14. c. 4. Adulti enim Martyrium pro Christo subituri, non debent esse deterioris conditionis, quam ceteri Fideles, in quibus in defectu opportunitatis Confessionis sufficit Contritio cum voto Sacramenti, ut definit Concil. Trid. sess. cit. 14. cap. 4. *Communis.*

25 An autem in tali casu, sicut sufficit Contritio supernaturalis cum voto Sacramenti Penitentiae, ita sufficiat etiam attritio supernaturalis cum eodem voto? seu quod idem est, an si quis bona fide, & invincibiliter ignarus, vel oblitus praeccepti de contritione, eliceret solum actum attritionis, ipse justificaretur ex opere operato, seu vi Martyrii? Gravis est controversia inter Doctores. Negativam sententiam esse communem SS. Patrum, & antiquorum Scholasticorum Doctorum testatur Valquez 3. part. tom. 2. dist. 153. cap. 1. & ex ipso Layman lib. 3. 3. sect. 3. n. 6. & de facto eam tenent S. Th. 3. part. q. 66. art. 12. ad 2. & 2. 2. q. 14. art. 2. ad 3. S. Bonaventura in 4. dist. 4. part. 2. art. 1. q. 2. num. 51. & 54. Alensis part. 4. q. 22. memb. 6. art. 1. Paludan. in 4. dist. 4. q. 3. art. 1. concl. 1. Durand in 4. dist. 4. q. 8. ad 3. Layman loc. cit. num. 6. Valquez loc. cit. c. 1. Canus, Bannes, & alii per textum Apostoli 1. ad Corinth. 13. ibi: *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

26 Contra sententiam affirmativam tenent Cajetanus, Scotus, Praepositus, Valentia, Bellarminus, Suarez, Goninck, Tannerus, Lessius, Bonacina, Castropalao, Raynal, Platel, Sporer, Illiung, Averfa, Dicastill. Gobat, Gorm. cum La Croix lib. 6. part. 1. num. 238. Laurza in 3. part. 2. disp. 2. art. 9. n. 146. Frassen tr. 1. disp. 1. art. 1. q. 3. concl. 2. de Sacra. Baptismi, Elparza curf. Theol. tom. 2. lib. 10. q. 41. Pontius Theol. tract. 11. disp. 41. q. 1. n. 3. Matthaeucci in Practica Theologico-Canonica tract. 4. c. 1. §. 1. num. 40. Henno tom. 2. tract. de Baptismo disp. 6. q. 3. concl. 2. Felix Potellus tom. 1. part. 4. num. 2944. & alii recentiores passim, Reiffenstuel Theolog. mor. tract. 7. dist. 1. q. 6. num. 59. ubi citat S. Thom. part. 3. q. 87. art. 1. Scotum in 4. dist. 14. q. 1. §. Ex his, ubi revera hanc tenet, licet ab aliis citetur pro alia sententia, Maltrium, Henricus, & alios, & hanc tenent Tertullianus in Apolog. ubi dicit: *Quis non pati exoptet, ut totam Dei gratiam redimat, ut omnem veniam ab eo compensatione sui sanguinis expediat? omnia enim huic operi delicta donantur.* S. Thom. cit. part. 3. q. 87. art. 1. ad 2. ubi sic ait: *Passio pro Christo suscepta obtinet vim Baptismi, & ideo purgat ab omnibus, & venialibus, & mortali nisi actualiter voluntatem peccato invenerit inhaerentem.* Ex expressis S. Augustinus lib. 13. de Civit. cap. 7. ubi sic praecise habet: *Quicumque etiam non percepto regenerationis lavacro pro Christi Confessione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata quantum si abluerentur Sacro Fonte Baptismatis: Qui enim dixit, si quis non renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non introibit in Regnum Calorum, alia sententia istos facit exceptos, ubi non minus generaliter dixit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego eam coram Patre meo, qui in Calis est; & alio loco: Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam; Hinc est, quod scriptum est; Pretiosus in conspectu Domini mors sanctorum ejus (qui vel jam Sancti sunt, vel per Martyrium fiunt); Quid enim pretiosius, quam mors, per quam fit, ut delicta omnia dimittantur, & merita cumulatius auferantur? Et consimiliter loquuntur alii SS. Patres apud Platel. part. 5. n. 156. Martyrium equiparantes Baptismo, immo majorem vim, seu virtutem ei tribuentes, quam*

27

28

Baptismo, ut inter alios dicit S. Cyprianus in exhortat. ad Martyres, ibi: *Hoc Baptisma, nempe sanguinis, in gratia majus, in potestate sublimius, in honore pretiosius;* Baptismus autem justificat peccatorem adultum secluso actu caritatis cum sola attritione supernaturali, ut concedunt omnes ex Trid. sess. 6. cap. 6. ubi nulla fit mentio de contritione perfecta; adeoque etiam Martyrium cum sola attritione supernaturali juxta sensum nostrae Conclusionis justificabit adultum peccatorem, seu confert ei primam gratiam ex opere operato ex privilegio, seu promissione Christi Matt. 10. n. 32. *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre Petro, qui in Calis est; & ibid. n. 39. qui perdidit animam suam propter me inveniet eam; & Marci 8. n. 35. Qui autem perdidit animam suam propter me, & Evangelium, salvam faciet eam; & Luca 6. num. 24. Qui perdidit anam suam propter me, salvam faciet illam, ubi, ut videt, Martyrium pro defensione Fidei toleratum, elevatum est ad tantam excellentiam, ut quis ex attrito fiat equaliter contritus, quatenus illius vi, & efficacia per speciale Christi privilegium gratiam sanctificantem, & salutem aeternam consequitur.*

Tum quia tres dantur Baptismi, scilicet Fluminis, Flaminis, & Sanguinis; Si autem Baptismus sanguinis, seu martyrium praerequireret ad justificationem contritionem perfectam, essent tantum duo Baptismi, scilicet Fluminis, & Flaminis, cum tunc martyrium non justificaret, sed contritio ipsum praecedens, sique saltem esset annexam esse martyrio ex speciali privilegio Christi, seu ex opere operato collationem gratiae, adeoque non darentur dicti tres Baptismi, quod videtur esse contra communem sensum; Unde hac secunda sententia est communior, & verior.

29 Ad auctoritatem autem illam Apostoli: *Si tradidero corpus meum &c.* quae videtur esse Achilles adversariorum, respondetur cum SS. Theop. Anselm. Thom. & Suar., quos citat, & sequitur Tirinus in d. Ep. 1. S. Pauli ad Cor. c. 13. n. 3. quod utique, si tradidero corpus meum ita ut ardeam, vel exuram, in hoc sensu v.g. pro patria servanda, vel pro inani gloria, vel etiam pro Fide Christi tutanda, sed odio erga proximum, vel alio mortaliter peccandi affectu reservato, vere nihil mihi prodest. Et in hoc sensu intelligenda sunt etiam sententiae SS. Patrum, quando dicunt, quod martyrium non habet rationem Baptismi sine Charitate, seu sine Charitate non valet ad salutem, & humilimum, & praesertim D. Th. in illis locis, ubi citatur pro sententia contraria; cum ipsemet sic exponat, & intelligat Apostolum loc. cit. Seu respondeatur cum Frassen loc. cit. Henno loc. cit. & aliis, martyrium sine Charitate antecedente, & concomitante nihil prodest in eo, qui vel antecedentem, vel concomitantem habere potest, concedo; nihil prodest in eo, qui neutram habere potest, cum sit libertatis, & rationis impositus, seu in sensu nostrae conclusionis bona fide, & invincibiliter ignarus, vel oblitus praeccepti de contritione, elicit solum actum attritionis, nego. Immo Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 22. sect. 3. addit, quod si quis Reus criminis mortalis immemor contritionis, & attritionis elicit propositum, seu voluntatem efficacem subeundi martyrium pro Fide Christi, & statim durante tali proposito martyrizetur, adhuc hic justificetur ob virtuale aliquam attritionem inclusam in illo proposito subeundi martyrium pro Deo ex motivo spei, consequendi scilicet beatitudinem, cum tali spe detestetur implicite peccatum hujus beatitudinis impeditivum. Semper autem in attritione requiritur initium Amoris Dei.

Martyrium in Adultis remittit omnem culpam, & praenam, nihilque remanet in martyre, quod ipsum remoretur ab ingressu gloriae caelestis. *Communis, arg. cap. Cum Martia 6. de celebr. Missar. §. Tertio loco, ubi dicitur, Injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre.*

Martyrio decoratis respondet in Caelo Laureola, seu ut teste Gobat tom. 1. tract. 2. num. 618. cum S. Thom. loquuntur communis Theologi, & Canonistae, *Aureola*, idest speciale gaudium proveniens ex tam excellenti victoria, & redandans in corpus; cum peculiari decore illarum partium, in quibus passi sunt martyres, ut satis indicat S. Augustinus lib. 22. de Civitate Dei cap. 20. & clarius serm. 103. & 115. de divers. & docent Raynaud. de Martyrio ar. 2. par. 6. n. 33. Gobat loc. cit. num. 619. La Croix loc. cit. num. 242. Dicastill. de Baptismo. d. 3. num. 51.

Martyrium confert gratiam probabilius in ultimo instanti vitae, in quo eadem gratia nullo peccato mortali actuali impeditur, quia SS. Patres dicunt tunc conferri, quando martyr

amplius peccare non potest. Raynaudus loc. cit. n. 25. Platel. par. 5. num. 171. Illius Theol. moral. tom. 4. disp. 1. num. 24. Matthæucc. loc. cit. num. 44. Henno loc. cit. quæst. 5. concl. 2. & alii.

33 In Canone Missæ martyres solum, & non Confessores nominantur, quia, ut dicit Innocentius III. lib. 3. Myster. Missæ. cap. 10. Canon fortassis fuit editus prius, quam Ecclesia memoriam Sanctorum Confessorum solemniter celebraret; quem Canonem variè censent a S. Clemente fuisse ordinatum, & ei subinde quiddam aliud ab aliis Summis Pontificibus esse additum; Ulterior autem ratio, & satis verisimilis videtur quod congruentius in Canone fiat memoria, non Sanctorum Confessorum, sed martyrum, quia ipsi effusione proprii Sanguinis imitati sunt passionem Christi, cuius repræsentatio fit in Sacrificio Altaris. Matthæucci loc. cit. num. 4. & alii.

34 Tam copiosus est numerus Sanctorum martyrum, ut solum Romæ unius mensis spatio decem septem millia Christiani sub Diocletiano Imperatore fuerint martyrio coronati; & in Ægypto centum quadraginta quatuor millia, ultra septemcentum millia exilio demandatos: Unde Genebrardus in Chronico numerans omnes Christianos martyrio coronatos in decem persecutionibus assignat triginta millia cuilibet diei unius integri anni, & S. Birgitta lib. 3. Revelation. ex illis foliis Romæ occisis septem millia cuilibet diei, che, ut refert eruditissimus Berninus in tomo primo Historia omnium hæresium italico idioma scripto cap. 14. sæculi 3. fol. 206. che multiplicati (sunt ejus præcisa verba) ascendono a più di due milioni, e mezzo di Santi Martiri; absque numero aliorum plurimorum post tempora Genebrardi, & S. Birgittæ martyrio coronatorum. Et Bosius veræ Ecclesiæ signa describens observavit, quod triginta tres Pontifices inter coronatos Romæ martyrio fuerunt; atque isti cum aliorum locorum aliis in tribus solis primis sæculis ad minus quinquagies centena millia extiterent, qui pro Christo mortem sustinuerunt, cum solus Diocletianus edictis suis vicies centena millia morti tradiderit. Uno verbo a martyrum Capite Christo ad hæc utque tempora pluriquam centies, & decies centena millia communi calculo supputantur martyrio donati. O Bone Deus, per quot excitas nos ad gloriosam pugnam; ut perveniamus ad æternam Coronam, & tamen Filii Hominum adhuc gravi corde diligentes vanitatem, & quærentes mendaciam, in eo quod vapor est ad modicum parens demerguntur! Qui plasmasti nos, miserere nostri, quos pretioso Sanguine redemisti.

35 Martyres sunt pueri ante usum rationis in odium Christi occisi; Bened. XIV. Constit. incip. Beatus Andreas §. 10. & seq. In Martyrologio Romano pluries inscripta leguntur nomina infantium, qui in odium Christi fuerunt occisi. Idem ibid. §. 11. Martyrologio Romano Canonizatorum nomina tantummodo inscribenda sunt. Idem ibid. §. 5. Non tamen ex eo tantum Canonizatus quis fuisse probatur, quod ipsius nomen fuerit in Martyrologio Romanum illatum. Idem ibid. §. 21.

A P P E N D I X,

Sive Novus de Martyrio.

A R T I C U L U S.

Novum hunc de Martyrio Articulum addimus, ut ea suppleamus, quæ sunt a Ferrari omissa, ac nonnulla luculentius exponamus, quæ ab ipso vel obscure, aut nimis compendiose tractata sunt; vel juxta minus tutam opinionem asserta. In iis vero, quem ipse tenuit, ordinem servabimur.

Quod græce Martyrium dicitur, latine testimonium appellatur. Martyr enim testem proprie significat; ut S. Augult. in Psal. 118. declarat: Testimonia græce martyria nuncupantur; quo verbo jam utimur pro latino; unde illos, qui propter testimonium Christi diversis passionibus humilitati sunt, & usque ad mortem pro veritate certarunt, non testes, quod latine utique possemus, sed græce martyres appellamus.

Primis Ecclesiæ sæculis Confessores appellabantur Martyres; ut habetur apud Cyprianum epist. 37. & epist. 3. ad Antonianum, ubi de Cornelio ante consummatum illius martyrium inquit: Nomen inter Confessores, & martyres deputandus, qui tantum temporis sedet expectare corporis sui carnifices, & tyranni ferocientis ultores? Alii distinguebant Confessores a martyribus; Confessores illos appellabant, qui Christi fidem coram tyranno confessi, & tormentis fortiter perlati superflites, mortem naturalem obibant; Martyres vero, qui inter ipsa supplicia vitam cum morte commutabant. Martyres, alii designati, quibus mortis sententia indicta est; alii con-summati, qui cruentum vitæ sacrificium in tormentis Deo offerunt; alii vindicati, quos Ecclesia declarat ob fidem Christi mortem oppetiisse.

Martyrii causa tres esse debent. Prima est persecutor mortem inferens; dux enim perionæ ad martyrium necessarii requiruntur; quarum altera est tyrannus, qui infert, altera fidelis, qui ob fidem Christianæ confessionem mortem sustinet. Quamobrem S. Augustinus Donatistas Circumcelliones, mortem sibi inferentes, non martyres, sed inanos appellat lib. primo contra Gaudentium Donatitam cap. 30. inquit; Non est hoc consilium, sed furor; non est sapientia, sed dementia. Excusat vero sanctas Mulieres, sibi pudicitia custodiendæ causa mortem consciscentes: quia inquit lib. 1. de Civ. Dei cap. 22. hoc fecerunt, non humanitus deceptæ, sed divinitus jussæ; nec errantes, sed obediennes; sicut de Sampsonè aliud nobis fas non est credere. Non ergo quæcumque mors facta est ad martyrium, sed solum ea, quæ a persecutore infertur in odium fidei Christianæ. Quare falsa est sententia Theophili Raynandi de Martyrio per pestem, quam communiter Theologi jure improbant. Quamvis enim, qui peste laborantibus inserviunt, & eadem lue inquinati obeunt, heroicum charitatis officium exerceant, & martyres per quamdam analogiam dici possint; martyres tamen ab Ecclesia non habentur, quia deest persecutor, qui vim inferat in odium fidei.

Altera martyrii causa motiva appellatur, quæ ad martyrium movet, impellitque. In martyre hæc causa est fidei confessio; in tyranno est fidei odium. Hinc in fidei detestationem mortem infert; ille ob fidei confessionem mortem sustinet. Hinc S. Augustinus in Ps. 34. inquit: Martyres non facit poena, sed causa. Martyres enim testes Christi sunt, de quibus S. Lucas cap. 12. Omnis qui cumque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. Et Ecclesia univèrsa capit: Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit.

Ad causam: quæ motiva dicitur, officium spectat cuiusque virtutis a lege divina præscriptum. Qui ergo virtutem aliquam exerceat, ejusque veritatem tucatur, & ob illius defensionem, & exercitium mortem sustineat, voce, aut factis testatur, se Christum profiteri, qui virtutis illius exercitium præscribit, & urget, & martyrii meritum sibi comparat, juxta illud Matthæi 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Exempla Martyrum, qui ob alius virtutis officium mortem sustinuerunt, videri possunt in superiori articulo ab Auctore recensita. Hic tamen animadvertas velim, inter martyres haud quaquam recenseri posse, qui mortem sustineant pro aliqua veritate, quæ ad fidem non pertineat eorum, quæ credenda, & agenda sunt, vel peculiari sibi facta revelatione, aut pro opinione tuenda, quæ nondum Ecclesiæ judicio definita sit vera; ex quo concludit Benedictus XIV. lib. 3. cap. 19. de Canoniz. utione Sanctorum, futuros non esse martyres, qui pro Immaculato Virginis Conceptu sanguinem fundant; quia cum nondum Ecclesiæ sententia definitum sit, fuisse Virginem ab originaria culpa præservatam, mors, quæ pro tuenda pia sententia sustineretur, inter opera recenseri non posset, quæ sunt quadam protestationes fidei, per quam nobis innotescit, quod Deus hujusmodi opera a nobis requirit, & nos pro eis remunerat; secundum quod virtutum opera esse possunt causa martyrii, ut inquit S. Thomas 2. 2. quæst. 124. art. 5. cum enim nobis non proponatur ut revelata Immaculata Virginis Conceptio, defensio hujus assertionis morte confirmata haberi non potest pro protestatione fidei, per quam innotescat, Deum hujusmodi defensionem a nobis requirere, ac nos pro ea gratia martyrii remunerare. Num vero votum emitit possit tubendum mortem pro tuendo Immaculato Virginis Conceptu, gravis controversia est a pluribus hæc nostra ætate in Italia agitata; sed nondum ab Ecclesia definita sententia, & ab Apostolica Sede permisso cuilibet Privato pro arbitrio opinandi, non

adeo facile probari posse videtur eorum sententia, quæ assertit, posse christianum hominem votum emittere fundendi sanguinem, ac dandi vitam pro Immaculati Conceptus defensione. Neque enim vitam, quæ Dei est, pro iis, quæ non Dei, sed nostra sunt, promittere, ac dare possumus; At si liberum nobis esset opinari circa Immaculatam Virginis Conceptionem, pia illa sententia, quæ id tuemur, nostra opinio est, nec inter opera recenseri potest, quæ Deus a nobis requirit, pro quibus vitam dare possumus, atque tenemur.

Tertia martyrii causa finalis est: quia finis mortis sustinendæ debet esse Dei gloria. Atque hæc de causa hæretici, & schismatici martyrii sunt incapaces; cum eum deest in ipsis veritas, & unitas Ecclesiæ, deest quoque necesse est finis ille, qui ex charitate oritur, quæ major dari non potest: Extra Ecclesiam occisus, inquit S. Augustinus lib. 4. de baptis. cap. 17. charitatem non habuisse convincitur. Et S. Cyprianus lib. de unitate inquit, esse Martyr non potest, qui in Ecclesia non est. Atque hæc de martyrii causis.

Videndum nunc est, quænam dispositiones requirantur in homine, ut martyrii gratiam consequatur. Agemus primum de adultis; nonnullas deinceps de parvulis dissolvemus quæstionculas. Satis ab Auctore ostensum est num. 23. & sequentibus prærequiri in adultis baptismum fluminis, si opportunitas recipiendi adfit, aut baptismi recipiendi votum; in baptizatis vero mortali peccato obnoxio Sacramentum penitentia, Sacramentalem scilicet Confessionem, si alit oportunitas, vel istius votum cum contritione, si confiteri peccata nequeat. Sed ad quæstionem, quam promovet; num scilicet adultus oblitus præcepti de contritione elicienda, per solum actum attritionis disponere se possit ad gratiam martyrii? non adeo facile probanda censetur sententia, quam ipse eligere videtur de sufficientia solius attritionis sine amore benevolæ, sive charitate saltem imperfectæ. Ferræor autem ad hæc improbandam opinionem, quia, ut Ferraris ipse testatur, contraria sententia communis est SS. Patrum, & antiquorum Theologorum. Nam cum orthodoxa de efficacia martyrii doctrina non aliunde nobis constet, quam per revelationem; & cum Dei revelatio ad nos usque traducta sit per SS. Patres, et per antiquos Theologos SS. Patrum successores, manifestum est, non posse nos nisi temere a communi Patrum, et antiquorum Theologorum sententia recedere, ut excogitatum a recentioribus opinionem amplectamur. Deinde SS. Patres adfruentes charitatem necessariam in martyribus dispositionem, propriam sententiam Christi verbis, et Sacri. Scripturarum Oraculis comprobant. Christum enim, Matthæi 10. hæc habet: Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam: Marci 8. Qui perdidit animam suam propter me, & Evangelium, salvam faciet eam. Lucæ 9. Qui perdidit animam suam propter me, salvam faciet eam. Augustino vero teste lib. de moribus cap. 9. non potuit Christus expressius designare charitatem quam dicendo: propter me, exponens enim hæc verba, propter te mortificamur tota die, ita subnectit: Charitas vero ipsa non potuit significari expressius, quam quod dictum est propter te. Adept præterea textus Apostoli Pauli 1. ad Corinth. 13. dicentis: Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest: ex quo fit, martyrium sine charitate susceptum nullum fructum adferre. Ut autem Ferrarias præcludam exceptiones, proferam expositionem hujus textus, quæ tradita ab Augustino est Serm. 15. de verbis c. 12. ubi inquit: Deus non amatur, nisi de Deo: multum amavit, qui torqueri potuit, desicere non potuit: sed ille non potuit tanta perferre sine amore, nec tu poteris communicare Christi passionibus sine amore. Sed quæro, quæ amore? Non sit cupiditas, sed charitas; si enim, inquit, tradidero corpus meum, ut ardeam, et charitatem non habuero, nihil mihi prodest. Ut prosit tibi communicatio passionum Christi, charitas adfit. Si enim in te fuerit charitas Dei, communicabis Christi passionibus, & verus eris Martyr, in quo charitas coronatur. Audiantur deinde alii Patres. Sic Tertullianus lib. adversus Præxam c. 1. Est, inquit, corpus suum tradidisset exurendum. Præxas, nihil profecisset, dilectionem Dei non habens, et Scorpiaci cap. 6. Propterea, inquit, martyribus nihil nam reputari potest, quibus in lavacro ipsa vita deponitur. Sed dilectio operit multitudinem delictorum, quæ Deum scilicet, cet diligens ex totis viribus suis, quibus in martyrio decertat, ex tota anima sua, quam pro Deo ponit, hominem Martyrem excudit, . Sic S. Bernardus epist. 77. ad Hugonem Victorinum: Est, inquit, martyrum vicem Baptismi pos-

se implere conceditur, non plane hoc facit poena, sed ipsa fides, utique quæ per dilectionem operatur; nam absque ipsa quid est martyrium nisi poena? Quæ ergo martyrio præstat, ut absque ulla dubietate pro Baptismate reputetur, quomodo ipsa infirma, & imbecillis per se erit, ut quod dare alteri valet, sola non valeat obtinere? ubi martyrium iustificandi vim totam habet ex ea fide, quæ per se & extra martyrium iustificare valet. Accedit etiam S. Thomas, qui ex illis Apostoli verbis tert. parte q. 66. art. 12. ad 2. colligit, quod essetio sanguinis non habet rationem Baptismi, si sit sine charitate. Ex quo, pergit idem S. Doctor, patet, quod Baptismus sanguinis includit Baptismus fluminis, & non e converso unde ex hoc ipso probatur perfectior. Et 2. 2. q. 124. art. 2. ait, Martyrium est actus charitatis, ut imperantis, fortitudinis autem, ut elicientis. Quod autem sit meritum, hoc habet ex charitate, sicut & quilibet virtutis actus; & ideo sine charitate non valet. Nec ratio theologica deest, quæ id suadeat: primum quia martyrium est mors pro Christo tolerata; hæc vero ex affectu amoris amicitia erga Christum esse debet, quod est a Christo indicatum, cum dicit: Majorum hæc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis, ubi animam ponere pro amicis, ponere illam ex dilectione amicorum significat. Et sane si ex metu Gehennæ, & amissionis Paradisi moveretur ad acceptandam mortem, non pro Christo, sed pro se ipso homo daret animam suam; hoc est ut malum imminens declinaret, ac bonum acquireret. Itaque, ut homo pro Christo, & Deo mortuus dicatur, necesse est Dei amore mortem sustinere. Denique non minor sane in adulto dispositio requiritur ad martyrium, quam ad baptismum, ut adversarii fateantur. At ad Baptismum suscipiendum amor Dei requiritur saltem initialis; velut enim Tridentinum Concilium, ut Baptizandus adultus, præter fidem, & spem, amorem quoque habeat, quo incipiat diligere Deum veluti justitiæ fontem: amor autem hujusmodi charitas est, ut liquet, tum, quod Concilium de tribus ibi virtutum Theologicarum actibus loquatur; tum etiam ex eo, quod de amore verba faciat, qui ipem consequitur: qui sane amor charitatis, & amicitia est, non concupiscentia; cum amor concupiscentia ipem præcedat non verosequatur.

Est ad martyrium in adultis charitatem aliquam saltem, initialem desideramus; tamen illorum non placet sententia, qui solum ex opere operantis gratiam conferre opinantur. Scimus in hac versari opinione Doctissimum Melchiorum Canum, Sotum, Bannellium, aliosque. Sed horum opinionio præferendam censemus sententiam S. Thomæ, & aliorum fere omnium Theologorum agentium, non ex solo opere operantis, sed etiam ex immutatione passionis Christi, ut ait S. Thomas in 4. dist. 4. q. unica art. 4. ad 3. & alibi; vel ex privilegio, ut alii malunt, & ex speciali quodam favore Christi, ut ajunt Piette, Vantoy, & alii; vel quasi ex opere operato, ut ait continuator Turneli; vel denique ex opere operato, virtute, scilicet, mortis Christi, ut universum Theologi loquuntur. Nam per martyrium remittitur tota, pæna temporaria; quamobrem injurius esset martyri, qui pro martyre oraret: hæc vero non remittitur, nisi ex privilegio, aut ex imitatione passionis Christi, aut alio modo ex opere operato. Non enim vi mortis, quæ quandoque lenis esse potest, nec sufficiens ad satisfaciendum pro gravissimis sceleribus, quibus se quis toto vitæ suo decursu sedaverit; & ex quibus fortasse ipsam mortem, eamque per graviora quæque supplicia inferendam promeruerit. Non propter favorem charitatis, cum multi Sancti Confessores ardentiori charitate fervuerint, quam Martyrum plerique, quin tamen indulgentiam pæna temporalis peccatis antea commissis debita consecuti sint; ergo.

Sed quæstio de baptismi efficacia paulo uberius pertractanda est. Omnes conveniunt, hæreticis Valentinianis exceptis, qui teste Tertulliano lib. Scorpiaci cap. 1. non simpliciter, sed vanitatem, imo dementia esse fabulabantur pro Deo mori, martyrium peculiari gratia, honore, atque corona a Deo donari; sed diffident invicem Theologi in modo designando, quo peculiarem sibi annexam gratiam continent. Nullus Catholicorum dubitat, quin peculiarem hæc secum ferat gratiam, dum ab adultis hominibus Dei amore suscipiatur; Canus vero, & alii, quos supra recensuimus, vim hujus peculiaris gratia conferendæ amori illi tribuunt, quo adultus sponte, atque libere martyrium acceptat, & subit, quamobrem ex opere operantis gratiam conferre asserunt.

23 da est. Omnes conveniunt, hæreticis Valentinianis exceptis, qui teste Tertulliano lib. Scorpiaci cap. 1. non simpliciter, sed vanitatem, imo dementia esse fabulabantur pro Deo mori, martyrium peculiari gratia, honore, atque corona a Deo donari; sed diffident invicem Theologi in modo designando, quo peculiarem sibi annexam gratiam continent. Nullus Catholicorum dubitat, quin peculiarem hæc secum ferat gratiam, dum ab adultis hominibus Dei amore suscipiatur; Canus vero, & alii, quos supra recensuimus, vim hujus peculiaris gratia conferendæ amori illi tribuunt, quo adultus sponte, atque libere martyrium acceptat, & subit, quamobrem ex opere operantis gratiam conferre asserunt.

Hos vero supra confutavimus, sed recensere hic placuit item opinionem, ut id quod certum est, ab eo, quod in controversiam inter catholicos revocatur, distinguemus. Major autem difficultas est circa puerorum martyrium. Adulti martyres dicuntur alii voluntate, & opere, ut S. Stephanus. Alii sola voluntate, ut S. Joannes Evangelista, in quo voluntas opus martyrii fuit. Alii denique opere tantum, non voluntate. Hujus tertii generis sunt Infantes in odium Christi occisi. Hos vero in duas classes distinguimus, in prima ponimus Innocentes Bethlehemitas ab Herode in Christi pueruli odium impia jussione occisi; in altera vero alios pueros, qui vel ferventibus primis Ecclesie sæculis persecutionibus, vel postremis sæculis a Judæis in odium Christianæ Religionis crudeliter necati perhibentur, de quibus longum catalogum tenuit Benedictus XIV. cum in opere suo de Cultu Sanctorum, tum in epistola quadam ad Illustrissimum Benedictum Veterani Fidei promotorem, circa causam Beatificationis Beati Andreæ Pagi Rimenfis, qui nondum tertio ætatis anno expleto anno 1462. a Judæis in odium Christi occisus fuit. Circa Infantes ab Herode occisos, quos semper Ecclesia veluti Sanctos, ac Martyres venerata est, nonnulli ætate S. Thomæ opinabantur, martyres illos esse, quia Deus acceleravit illis usum rationis, gratiamque contulit, qua mortem pro Christo acceptarent, atque subirent; alii cum Richardo Armacano in Irlandia Præsule, nullum ex Infantibus ab Herode propter Christum occisos, præter circumcisos, salvum fuisse probabiliter defendi posse arbitrantur. Alii vero cum Cardinali de Viriaco, licet fateantur, Infantes ab Herode interfectos ex peculiari privilegio salvos Sanctosque esse; tamen negant id de Infantibus Christianorum a tyrannide in Christi odium occisos, quos etiam e Regno Cœlo-rum exclusos volunt, nisi beneficium Baptismi obtinuerint.

33 Ab hac sententia parum distare videntur S. Bonaventura, & Alexander Aletius: nam S. Bonaventura in 4. dist. 4. p. 2. dub. 1. postquam dixit ad martyrium completum duo concurrere, scilicet justam voluntatem, & justam causam subdit, quod Dominus supplevit, quod deest ex parte voluntatis in innocentiis, quia simul cum ipso nati erant, & propter hoc quod erat coactus illis; & alibi satis superque indicat, deficientem voluntatem non haberi martyrium; similia habet Aletius; ex quibus liquet, hos non agnovisse, nec admisisse martyres ex solo opere sine voluntate, exceptis SS. Innocentibus ab Herode occisos, in quibus Deus voluntatem supplevit.

34 Communis tamen, ac universim recepta hac ætate nostra opinio est, mortem in Christi odium illatam ex imitatione passionis Christi, aut ex alio huic concessio privilegio gratiam martyrii conferre, ac baptismum fluminis supplere etiam in parvulis in utero materno occisos, licet aliquis Theologus adsit, qui de parvulis in materno utero interfectis dubitet, dum in tyranno voluntas desit hos occidendi. Ut autem clare pateat tuta hac de re sententia, nonnulla afferemus argumenta, quæ etiam parvulis martyrium prædesse ostendant.

35 Primum enim ad parvulos quoque pertinere videtur generalis illa Christi Domini sententia apud Matthæum 10. vers. 39. Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Deinde Ecclesia tanquam martyres semper venerata est omnes Infantes, quos Herodes jussit occidere; Irenæus enim lib. 3. adversus hæreses cap. 16. Infantes illos martyres vocat: eodem titulo eisdem donavit Cyprianus III. Ecclesie Sæculo epist. 56. adhortatoria ad martyrium; Chrysostomus hom. 3. in Matthæum martyres eisdem vocat; & ut alios mittam Augustinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 23. Infantes illos, inquit, in honore martyrum receptos commendat Ecclesia; atque eodem modo Patres reliqui loquuntur. Ecclesia ergo semper, & ubique docuit, omnes occisos ab Herode Infantes in Cælis cum Christo regnare martyrii gloria conspicuos, non distinguens inter circumcisos, & incircumcisos. Vim ergo talem in morte illis illatam agnovit, qua omnes sanctificarentur, atque digni Cœlesti Martyrum gloria fierent. Ergo ex universali Ecclesie consensu evincitur, vere hos martyres fuisse. Nec dici potest, acceleratum in iis fuisse rationis usum, ut inquit S. Thomas 2. 2. q. 124. art. 1. ad 1. id enim nulla Scripturæ auctoritate comprobatur, nec Patrum testimonio asseritur: imò S. Augustinus serm. de diversis, qui in recentiori editione est 375. parvulos illos alloquens inquit: Non habebatis quidem ætatem, qua in Christum passurum crederetis, sed habebatis eam, in qua pro Christo passuro passionem sustineretis: quod serm. 375. supra relatis verbis confirmat. Si ergo non aliud habebant, quod darent pro Christo,

quem nondum poterant confiteri, præter carnem, non habebant ulium liberi arbitrii. Apertius autem Chrysologus serm. 152. qui est de Innocentibus, dicens: In parvulis quæ voluntas, quod arbitrium, ubi Captiva fuit & ipsa natura? & serm. sequenti: Vere, fratres, isti sunt Gratiæ Martyres, confitentur nascentes, nescientes, pugnant, vincunt inscii, moriuntur inconscii, ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes. Et Ecclesia universa in celebratione festi SS. Innocentium, hos venerando veluti martyres, qui fidem Christi non loquendo, sed moriendo confessi sunt, satis superque indicat, mortem, quam pro Christo subire, causam in hujusmodi Infantibus fuisse sanctitatis, & gloriæ martyrii.

Ecclesia itaque semper credidit, mortem Infantibus pro Christo ab Herode occisos, divina quadam opulutione, ut loquitur Augustinus, uberem martyrii gratiam contulisse. Atqui martyrii honore donatos etiam habuit Infantes reliquos in odium Christi deinceps a Tyrannide occisos. Nam quotquot Infantes a primis Ecclesie sæculis, ad nostra usque tempora, sive ab Idololatriæ, sive a Judæis Christianæ Religionis causa occisi fuere, inter martyres recensentur. In Martyrologiis enim non semel memoria occurrit Martyrum, qui in infantili ætate pro Christo occisi fuerunt: in Cœmeteriis itidem pluries reperta fuere corporcula puerorum, quos Christianæ fidei hostes interfecerunt cum certissimis martyrii signis. Nemo inter Criticos est adeo lævatus, ut pro certo martyrii signo non habeat vas aut sanguinis plenum, aut adspersum sanguine juxta corpus positum, quod in antiquis Christianorum Cœmeteriis reperitur; videri poterunt hæc de re viri Clarissimi, Aringus, Mabillonius, Buonarroti, Raphaelus Fabrettus, Ludovicus Antonius Muratorius, Boldettus, Marangonius, atque Victorius, Viri hæc in re peritissimi, qui unanimi consensu asserunt, supra recensitum vas certum esse martyrii signum. At in Cœmeteriis pluries reperta fuere puerorum ossa cum hujusmodi signo. Ut unum afferamus exemplum; ex relatione supra citati Canonici Boldetti constat, in Cœmeterio Gordiano ora reperta fuisse quædam pueruli cum inscriptione nominis Dorothæi, & cura antedicto sanguinis vase; ac corpus itidem alterius pueruli firmiter quoque, nomine Decentii, cum ideam vas pro signo appositum erat. Quæ quidem exempla satis nobis videntur ad ostendendum, Ecclesiam Christi semper habuisse veros martyres etiam Infantes in odium Christianæ Religionis occisos. Atque hinc facile patet, recte sentire Theologos, qui in parvulis Martyrium baptismum supplere asserunt, ac peculiarem quoque gratiam conferre; cum ex dictis constet, Ecclesiam agnovisse semper martyres etiam solo opere, & non voluntate; atque in hujusmodi martyrum vim quamdam ex Christi favore credidisse, qua etiam illi pueruli sanctificari, & Martyrum gloria condecorari possent.

Hujusmodi Martyres solo opere, & non voluntate in quatuor classes distinguit Benedictus XIV. in supra citata ad clarissimum Præsulem Veterani epistola. In prima classe reponit illos, qui a remotioribus sæculis in universa Ecclesia publicum cultum obtinent. Quæ quidem in classe soli Innocentes pueri ab Herode occisi reponi possunt; cum de nullo alio constat in universa Ecclesia a remotioribus sæculis publicum cultum obtinere. In secunda classe pueros statuit in odium Christi fidei occisos, qui ab immemorabili tempore in aliqua Civitate, aut Diocesi publicum cultum habent, scientia, tolerantia, ac etiam expressa Ordinariorum approbatione commendatum; atque ad hos referri quoque potest exitimat, plures, ac plures alios, quorum vel mentio occurrit in Annalibus, & Ecclesiasticis monumentis, vel certe nomina in Martyrologio Romano descripta sunt. In tertia classe pueri illi reponuntur, quorum corpora cum nominibus, & signis supra indicatis, in Cœmeteriis inventa sunt, quorum deinceps Reliquie in aliquibus Ecclesiis publicæ venerationi expositæ fuerunt. In quarta denique classe ii constituendi erunt, quibus vita in odium Christi sublata fuit, quorum cultus via ordinaria Beatificationis, aut Canonizationis promovetur apud Apostolicam Sedem, ad quam unice spectat post decretum Alexandri III. permittere, d. c. r. n. r. & approbare cultum Sanctorum in particularibus locis, & in unaquaque Mundi Diocesi. Sen per enim ad Apostolicam Sedem pertinet decernere publicum cultum alicui Sancto pro universa Ecclesia, iustumque præcipere; ac sine illius approbatione, nullius Sancti cultus ab una ad omnes alias Dioceses extensus est, atque universim præceptus; & in hoc San-

ctorum Canonizatione consistit. Sed post Alexandri decretum etiam concessio expressæ permissionis cultus in aliqua Civitate, aut Diocesi in honorem alicujus Confessoris, aut Martyris, Apostolicæ Sedis auctoritate fieri debet, hæc vero permisso Servi Dei Beatificatio appellatur. Ad hanc classem spectant Beati duo Pueri a Judæis in odium Christianæ fidei occisi, Simon, scilicet, de Tridento anno 1475. interfectus, & Andreas de Pago, cujus Martyrium contigit anno 1462. Num expediat hujusmodi Pueris permittere, ut post Beatificationem etiam decernatur publicus Canonizationis cultus? vide supra citatum Benedicti XIV. Epistolam.

50 Unum in præsentia animadvertendum duxi, parvulis scilicet pro Christo occisos, non respondere in Cælis Aureolam, quæ juxta Theologos in gloria quadam accidentali consistit, in illa lætitia posita, quam Beati Martyres experiuntur, dum victoriam cogitant, qua pro Christo dimicando reportarunt: Innocentes inquit S. Thomas in 4. dist. 49. q. 5. art. 3. q. 2. ad duodecimum, sicut non perveniunt ad perfectam rationem Martyrii, sed aliquid Martyrii habent ex hoc, quod passi sunt pro Christo, ita etiam aureolam, non quidem secundum perfectam rationem, sed secundum aliquam participationem, in quantum scilicet gaudent, se in obsequium Christi occisos esse, ut dictum est de pueris baptizatis, quod habebunt aliquod gaudium de innocentia, & carnis integritate: iis coheræntia habet Eminentissimus Cardinalis Capisucchi in suis controversiis Theologicis de Martyrio q. 2. §. 26. In quibus cum aureola sit præmium a Deo beatis concessum intuitu egregiorum operum, quæ ipsi pro Deo in terris paraverunt, ac proinde sit præmium respondentis operibus; evidens est, sanctos Innocentes, & alios parvulos pro Christo ante usum rationis occisos, aureola non gaudere Martyrii.

51 Et si mors in odium Christi parvulis illata semper in Ecclesia veluti quoddam martyrium habita est, atque adeo ex divina quadam dispositione peculiaris gratiæ productiva; tamen censura dari dicit non possunt a privatis viris Theologi illi, qui de salute dubitant parvulorum, quos hæc de causa Infideles interfecerint priusquam nati essent, aut antequam baptismum suscepissent. Ecclesia enim nunquam antiquos illos Theologos damnavit, qui peculiare hujus gratiæ privilegium ad solos Bethlehemiticos pueros restringere; qui inter hos solos circumcisos salvos prædicarunt; & qui acceleratum iis fuisse dixerant rationis lumen, ut ex libera acceptance mortis pro Christo gratiam consequerentur martyrii; horum enim opinionem nunquam Ecclesia proscripsit. Ac multo minus reprehendi ii Theologi possunt, qui negant salvos, ac proinde martyres esse pueros in materno utero inclusos, de quarum occasione ne quidem cogitarunt infideles illi, qui in odium Christi matres interfecerunt, quin de occidendo filio in ejus utero incluso unquam cogitaverint; cum in iis voluntas quoque Tyranni desit saltem directe occidendi puerum pro Christo, & quandoque præsumi etiam possit voluntatem habuisse hos non occidendi.

55 Restat, ut nonnulla dicamus de pluralitate martyrum priorum Ecclesie sæculorum. Huic controversiæ occasionem dedit Dodvvelus, qui in suis dissertationibus Cypriancis de paucitate Martyrum priorum Ecclesie sæculorum disputavit. Hujus autem viri temeritate demonstrarunt plures eruditi Catholici Viri; scilicet Theodorici Ruinartius in opere hæc de re contra Dodvvelum scripto; Josephus Augustinus Orsi celeberrimus Ordinis Prædicatorum Theologus; & nunc S. R. E. Cardinalis; ex eadem quoque Prædicatorum Familia Martyrum pluralitatem vindicavit Clarissimus Anselmi egregius ætatis nostræ in Universitate Taurinensi Theologus; & alius missis eruditus D. Gerardus Castellii Canonici Ordinis S. Crucis in controversiis Ecclesiasticis Historicis; ii enim innumerabilem Martyrum multitudinem fuisse ostendunt in Christi Ecclesia primorum sæculorum; tum singulas numerando persecutiones; tum ex Eusebio Cæsariensi lib. 6. hist. Ecclesiasticæ, in quo cap. 6. 23. innumerabiles Frygiæ Martyres recenset, & cap. 8. prope infinitos in Ægypto Martyres obiisse scribit; tum ex Prudentio, qui Martyrum numerum sub solo Diocletiano incredibilem fuisse scribit; tum denique ex omnibus fere SS. Patribus II. III. & IV. etiam sæculi, qui sine numero obiisse Ecclesie Martyres scripserunt; scilicet S. Irenæus circa medium II. sæculi lib. 4. adversus hæreses c. 64. Ecclesia, inquit, in omni loco ob eam, quam habet dilectionem, multitudinem Martyrum in omni tempore præmittit ad Patrem. Clemens Alexandrinus circa finem ejusdem sæculi lib. 2. Stromatum ait, Nobis autem sunt

quotidie Martyrum fontes, qui nostris spectantur oculis, qui torrentur, & capite truncauntur. S. Cyprianus circa medium III. sæculi de exhortatione ad mart. c. 11. scribit: Numerari non possunt Martyres Christiani; quod si tantus ostenditur, & probatur Martyrum numerus, nemo difficile, vel arduum putet esse Martyrem fieri: quando videt Christianorum Martyrum populum non posse numerari. Similia leguntur apud omnes Apologistas Religionis Christianæ; apud Lactantium in lib. de moribus Persecutorum; apud Eusebium, & alios antiquos historicos Ecclesiasticos; apud Ambrosium, Augustinum, aliosque antiquos Patres; quod sic indicasse sufficit, ut Lectoribus pateat, quanta fuerit hæretici Dodvvelii temeritas, qui ad verius tor luculentissima testimonia de Martyrum paucitate ausus sit disputare.

MATER.

Mater prægnans in periculo vitæ, quod nequit aliter evitare, potest sumere medicamenta ordinata directe ad ipsius salutem, quamvis indirecte possint tendere ad fetus nondum animati interitum. Communis, cum S. Antonino 3. part. tit. 7. cap. 2. §. 5. Diana part. 7. tract. 5. resolut. 34. Bossio tract. de effect. matrim. cap. 9. num. 80. Cardin. de Lugo tom. 1. disput. 10. num. 132. & aliis passim. Eadem est ratio quoad hoc de expulsiōne seminis, & fetus nondum animati; Unde sicut licite sumuntur medicamenta directe ordinata ad sanitatem, quamvis ex iis sequi possit seminis effusio, seu pollutio omnino præter intentionem, & consensum, ita licite possunt sumi medicamenta directe ordinata ad salutem Matris prægnantis, quamvis indirecte omnino præter intentionem ex iis sequi possit fetus nondum animati interitus.

Non potest tamen Mater prægnans in tali periculo obtuendam sanitatem sumere medicamenta ex se, & directe tendentia ad interitum fetus, quamvis nondum animati. Lugo tom. 1. disput. 10. sect. 5. num. 132. Sporer tom. 3. Theolog. Sacramental. part. 4. cap. 4. sect. 1. num. 704. cum aliis ibi citatis, Bassius Pontius lib. 10. cap. 13. num. 2. Bonacina de resolut. disput. 2. quest. ultim. punct. 7. num. 3. Valquez opuscul. de resolut. cap. 2. §. 1. dub. 7. num. 29. & cap. 3. §. 5. dub. 15. Mazuchellus de casibus reserv. disp. 2. cap. 2. q. 1. difficult. 3. Navarr. in Summa cap. 25. n. 62. Corduba in Summa q. 137. dict. c. 4. & in Questionar. leg. 1. q. 38. dub. 2. Rosignolus de effectibus Matrimon. contract. 15. de Matrimon. VII. prænotat. XI. n. 3. Covarruy. in Clementin. Si finisus part. 2. §. 3. num. 1. La Croix lib. 3. part. 1. num. 286. Lessius lib. 2. cap. 9. dubit. 10. num. 61. & alii passim contra Turreblancam de Magia lib. 2. cap. 34. num. 10. Joan. Angelum Bossium tract. de effectibus Matrimon. cap. 9. num. 85. & alios. Et ratio nostra est, quia sicuti pro tuenda salute propria, quamvis aliud remedium non suppetat, non licet directe procurare seminis emissionem, seu pollutionem, ut tenet Communis Doctorum, & patet ex dictis verb. Luxuria num. 37. ita neque pro tuenda salute Matris, quamvis aliud remedium non suppetat, erit licitum procurare directe remedia, seu medicamenta de se primo tendentia ad interitum fetus, quamvis nondum animati; est enim tam intrinsece mala abortio voluntarie, & directe procurata, quam intrinsece mala sit pollutio.

Si medicamentum, seu remedium æque tendat ad sanitatem Matris, ac ad interitum fetus nondum animati, potest Mater probabilius illud licite sumere. Sanchez lib. 9. de Matrimon. disput. 20. num. 18. Trullench. in Decalogum tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. Diana part. 7. tract. 5. de abortu resolut. 26. Rosignol. loc. cit. num. 4. & alii infra citandi sub num. 6. Et ratio est, quia, quando remedia, seu medicamenta æque tendunt ad sanitatem Matris, ac ad interitum fetus nondum animati, Mater illa sumens non dicitur directe procurare ejusdem fetus interitum, seu abortum, sed solummodo directe procurat suam sanitatem, quam apta sunt de se conferre illa remedia, seu medicamenta, adeoque in tali casu potest licite illa sumere, quamvis ex ipsis æque sequi possit præter suam intentionem abortus fetus, cum tunc Mater utatur jure suo potius sibi in æquali periculo consulendi, quam foetui.

Quando fetus est jam animatus, certum est, quod non potest Mater pro salvanda propria vita licite sumere medicamenta, seu remedia de se directe, & primario tendentia ad interitum ipsius fetus animati. Communis, ac certa, cum Sanchez lib. 9. de Matrimonio disp. 20. num. 7. Bossio tract. de effect. Matrimon. cap. 9. num. 127. Sporer tom. 3. Theolog. Sacra-

Sacram. part. 4. cap. 4. sect. 1. num. 710. Et ratio est, quia directe et voluntarie occidere hominem innocentem, ut esset in casu de foetu animato, est intrinsece malum, quod nullo unquam casu potest esse licitum. Nec etiam potest Mater licite sumere talia remedia in casu, quo dubitet, an de facto sit foetus animatus, quia cum supra sub num. 3. fuerit conclusum, non potest Matrem licite sumere talia medicamenta esse, et directe tendentia ad interitum fetus, quamvis pondum animati, tanto minus poterit illa sumere extante dubio, an foetus sit jam animatus? cum sic se insuper voluntarie, & directe exponeret periculo occidendi hominem innocentem, quod est grave peccatum. *Communis cum supracitatis.*

6. In casu autem, quo medicamenta, seu remedia adhibenda aequae efficaciter tendant ad sanitatem Matris, & interitum foetus animati, alioquin desperati, poterit Mater probabilius licite ea sumere. Sanchez lib. 9. de Matrimon. disp. 28. n. 18. Trullench. in Decalog. lib. 5. cap. 1. dub. 4. num. 5. Raymundus de ortu infant. cap. 9. n. 3. & sequent. Diana part. 7. tract. 5. resolut. 26. Joan. Angel. Bossius tract. de effect. Matrimon. cap. 9. n. 121. Bonacina de restitut. disp. 2. quest. ultim. sect. 1. punct. 7. num. 3. vers. Adde tamen, Villalobos 2. part. Summa tract. 12. diffical. 3. num. 2. in fine, Rosignol. l. cit. n. 7. Sporer l. cit. num. 712. ubi hanc dicit esse veram sententiam; Quidquid negent Corduba, Vega, Lugo, Lopez, & alii. Et ratio est, quia sic Mater non intendit directe mortem foetus animati, ut praevident adversarii, sed propriam sanitatem, ad quam conservandam, adhibendo talia remedia, utitur iure suo, cum potius Jus habeat Mater ad conservandam vitam suam, quam habeat foetus animatus, cum hic a Matre dependeat, & non econtra, adeoque &c.

8. Dato tamen quod certo, vel probabili Medicorum iudicio Mater simul cum foetu animato ante partum moritura sit, & adhibitis remediis, spes sit, quod saltem Mater servari possit, tunc licite potest Mater adhibere remedia per se directa, & efficaciter ad suam sanitatem, ut est venae sectio, medicamentum purgativum, & huiusmodi, quamvis inde per accidens, contingat foetus animatum enecari, alias enim periret Mater una cum foetu, per talia vero remedia forte liberabitur uterque. Sanchez lib. 9. de Matrimon. disp. 20. Layman lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 4. num. 4. Diana part. 7. tract. 5. resolut. 35. Lugo loc. cit. disp. 10. sect. 10. Sporer loc. cit. n. 711. & ipso teste. *Communis aliorum.*

9. Extante vero spe, quod proles possit in lucem viva prodire, & baptizari, tenetur Mater abstinere ab huiusmodi remediis & postponere vitam propriam corporalem saluti aeternae prolis Joann. Angelus Bossius tract. de effect. Matrimon. c. 9. n. 13. Lessius lib. 2. de iustitia & iure cap. 9. n. 63. Raynaud. de ortu infant. cap. 9. n. 21. Sanchez lib. 9. de Matrimon. disp. 20. num. 17. Diana part. 7. tract. 5. resolut. 37. Lugo loc. cit. disp. 10. sect. 5. num. 133. Sporer loc. cit. n. 713. Rosignol. loc. cit. n. 8. et alii passim. Et ratio est, quia ut docent communiter Doctores, lex, & ordo Caritatis exigit, ut aliena vita spiritualis praefertur propriae vitae corporali, adeoque Mater in tali casu tenetur potius abstinere ab huiusmodi remediis cum suae vitae periculo, quam exponere prolem aeternae damnationi quo ad poenam damni.

10. Foetus autem exultimatur animari in maribus die 30. vel 35. vel 40. vel 45. In foeminis vero die 35. vel 40. vel 45. vel 50. Sic iuxta veriorum sententiam probat ex Hippocrate Lessius l. cap. num. 65. Lugo l. cap. num. 133. & alii. Hinc Innocentius XI. die 25. Martii 1679. merito damnavit sequentem propositionem 35. in ordine, *Videtur probabile omnem fatum, quandiu in utero est, carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere, cum paritur, ac consequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.*

11. Alia vide verb. *Abortus*; ubi datur etiam sequens propositio 34. in ordine inter damnatas a dicto Innocentio XI. die & anno, quo supra ibi; *Licet procurare abortum ante animationem foetus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.*

12. Matrem teneri permittere lectionem sui, & posse ab aliis secari, ut baptizetur puer alias moriturus sine Baptismo, docent Joann. Angelus Bossius de effect. Matrimon. cap. 9. n. 200. Torres 2. tom. 2. disp. 26. dub. 2. num. 27. Raynaudus de ortu infant. cap. 5. & 6. num. 8. Corduba lib. 1. quest. 26. in secundo puncto, Ludovicus Lopez prima part. Instruct. c. 67. Toletus in Summa lib. 4. cap. 10. num. 2. Azorius tom. 2. lib. 12. cap. 4. §. Tertio loco, Rosignol. de effect. Matrimon. tract. 15. praenot. 15. num. 8. La Croix lib. 6. part. 1. num.

293. cum aliis ibi citatis, Gobat tom. 1. tract. 2. cap. 8. num. 259. appendic. 1. ubi recantat quae prius scripserat de verita huiusmodi lectione, & iudicio ac testimonio plurium recentiorum Medicorum, certissimique exempli una cum Raynaudus loc. cit. probat talem lectionem uteri matris sine periculo ejus vitae fieri posse, adeoque ad eam teneri; Quod his stantibus utique tenendum esse & nos censemus. Secus vero si ob id occidenda esse mater, ut docent S. Thomas 3. part. Summa quest. 68. art. 11. ad 3. ubi expresse dicit; *Non sunt facienda mala ut veniant bona, ut dicitur ad Roman. 3. & ideo non debet homo occidere matrem ut baptizet puerum. Si mater mater mortua fuerit vivente prole in utero, debet aperiri, ut puer baptizetur.* S. Antoninus 3. part. Summa tit. 14. cap. 13. §. 1. Naralis Alexander tom. 1. Theolog. dogmatic. & moral. lib. 2. de Baptismo cap. 7. regul. 2. Pontas verb. Baptismus casu 39. Bonac. de Baptismo disp. 2. quest. 2. punct. 6. num. 9. cum pluribus aliis ibi allegatis, Boyvin tom. 3. de Sacramentis disp. 2. quest. 6. conclus. 3. in fine. Coninch in 3. part. q. 66. art. 7. num. 75. Comitollus in respon. lib. 1. quest. 14. testans de communi, & dicens, neque id licere, etiam si mater ad sui occisionem consentiat, quia corporis sui nemo dominus est, L. Liber homo 13. ff. ad Legem Aquilianam, sed Deus solus est directus, & absolutus Dominus humanae vitae, Sapient. cap. 16. num. 13. ibi: *Tu es Domine, qui vitae, & mortis habes potestatem* cum similibus.

Mater praegrans crebras, & numerosas choreas ducens cum agitatione ob periculum, in quod injicit se ipsam, & foetum, regulariter non eximitur a peccato gravi. S. Antoninus 2. part. tit. 17. cap. 8. §. 1. Navarrus in manual. cap. 15. num. 14. Silvester verb. Homicidium 2. num. 11. Fagundes in decalog. lib. 6. num. 33. Raynaud. de ortu infant. cap. 11. num. 9. Joannes Angelus Bossius tract. de effect. Matrimon. cap. 9. n. 240. & alii passim: Ex huiusmodi enim choreis exemplo competunt est pluries abortum provenisse, ut exempla referunt Raynaudus, & Bossius locis citatis.

Mater tenetur alere filios primo triennio, & post triennium tenetur pater usque ad emancipationem, ut docent communiter Doctores per textum in l. Nec filium. C. de patria potest. & cap. Ex literis, de convers. infid. Hinc communiter traduntur hi vulgati versiculi:

*Mater alit puerum trimum, trimoque minorem,
Majorem vero pascere patris erit.*

* Hinc an Mater teneatur alere proprium filium sub gravi culpa, Theologi quidam adfirmarunt, nec ulla sint bruta, quae natis suis id non praestent. Alii tamen melius culpam ea in re levem agnoscunt. Occurrere tamen plures legitima causa eximendi ab hoc onere Matres ultra fatendum. Benedic. XIV. de Synod. dioces. lib. 7. c. 58. §. 11. *

Alia quo ad haec vide verb. *Filius, Filii, a num. 126. usque in finem, & verb. Parentes n. 19.*

Mater, & Nutrix, quae sine debita cautela infantem tenelium retinent noctu in lecto, in quo ipse cubant, sive sequatur suffocatio, sive non, ordinarie peccant graviter. Exponunt enim infantem periculo suffocationis, ut non semel accidit, & contrafaciunt legibus Episcopalibus, quae fere ubique prohibent talem retentionem sub gravi poena reservationis, & multis in locis sub poena Excommunicationis. Sic tenent Navarrus in manual. cap. 15. n. 14. Rosignol. loc. cit. tract. 15. de Matrimon. 19. Praenot. 3. n. 1. quibus videtur consentire Bonac. tom. 2. de Legibus in genere, & in particul. lar. disp. 1. quest. 1. punct. 7. §. 4. n. 19. Vallensis lib. 5. decretal. tit. 10. n. 2. & alii arg. cap. Consuluit 20. caus. 2. quest. 5. ibi; *Monendi sunt namque atque protestandi parentes, ne tam venellos secum in illo lecto collocent, ne negligentia qualibet proveniente suffocentur, aut opprimantur. Unde ipsi homicidii rei inveniuntur. . . . Hi autem, qui probantur, vel consentiunt talis reatus se nosios, tua eos castiget moderatio: quia si ille, qui conceptum in utero per abortum deleverit, homicida est, quanto magis, qui minus saltem nisi periculum peremerit, homicidam se esse excusare nequibit? & concordat cap. De infantibus 3. de his, qui filios occiderunt.*

Notanter autem dicitur peccare graviter ordinarie, quia possunt dari casus, in quibus Mater, & Nutrix exculentur a culpa gravi, & etiam aliquando a veniali, ut si id facerent ratione impotentiae, si alium locum non habeant, ubi puerum reponant, dummodo adhibeant cautelas, quas possunt adhi-

adhibere. Tunc enim necessitas, quae fundatur in illa impotentia, preponderat Juri positivo prohibenti talem detentionem, argum. cap. Sicut i. r. dist. 1. de consecrat. ibi: *Necessitas non habet legem, & cap. Consilium 2. de Observant. jejunior. ibi: Cum non subjaceat legi necessitas.* Item, ut juxta Barbolam in cit. cap. De infantibus n. 2. contingere potest, si lectum sit amplum, & puer implacabilis, qui aliter a frigore defendi non possit, & Mater, seu Nutrix in somno suum retinere soleat situm, & locum, vel huiusmodi, dummodo semper adhibeant illas cautelas, quas possunt adhibere.

19. Mater suffocans, seu occidens filium, de rigore, privilegio Immunitatis gaudere debet. Sacr. Congregat. Immunit. in Pisaurum. 12. Novembr. 1647. lib. 4. decret. Paul. pag. 33. in Maceraten. 28. Septembr. 1694. lib. 1. decis. Vallemant. pag. 148.

20. Mater praesens rea Infantidicij extracta ab Hospitali ad formam Bullae gaudet Immunitate, adeoque est restituenda dicto loco immuni. Sacr. Congregat. Immunit. in una Civitatis Castellii 7. Septembr. 1683. lib. 3. decret. Alrovit. pagina 228. Matricida extractus ab Ecclesia gaudere debet immunitate Ecclesiastica. Sacr. Congregat. Immunit. in Aranen. 15. Novembr. 1661. lib. decret. Rocci pag. 367. Cavendum tamen est, ne in his tribus ultimis casibus interveniat casus praemeditatus, ob quem rei homicidii privatur Immunitate ex novissima Constitutione Benedic. XIII. sub verb. Immunitas art. 2. n. 90. vel alias ex casibus exceptis a Benedic. XIV. in sua novissima Constitutione incip. *Officii nostri* allata tom. 4. verb. Immunitas, ubi multa ad rem merito scienda.

21. Matris moestitia est filius stultus, patris autem laetitia est filius sapiens. Proverb. b. cap. 10. n. 1. ibi; *Filius sapiens laetificat patrem, filius vero stultus moestitia est matri suae, id est filius sapiens laetificat patrem, quia sua sapientia, prudentia, ac dexteritate juvabit eum in regimine domus, in expediendis negotiis, aliisque rebus gerendis, Tum quia filius sapiens ad conspicuiores evehitur honores, sublimiores cathedras, ac insigniora officia, quae spectans pater, ac reflectens quod post suam mortem, talis filius honorificentissime suam repraesentabit personam, in magno gaudio, & laetitia afficitur; Filius vero stultus quia ineptus est ad res gerendas, ac munia exercenda, & ad officia honorifica obeunda remanet in domo privatim cum matre, quae videns, & cognoscens ejus stultitiam, & haec dedecora filii, continuam habet materiam tristitia, sicque assidue luget, & moeret. Ita Liranus, Cornel. a lapide, & alii in dict. cap. 10. n. 1. Prov. Myrrha autem filius sapiens est quilibet iustus, & poenitens de peccatis, ipse enim est laetitia patris sui, id est Christi, qui de poenitentia ejus gaudet cum tota curia Caelesti, juxta illud Lucae cap. 15. n. 7. & 10. ibi; *Ita gaudium erit in Coelo super unum peccatorem poenitentiam agente. . . . Ita dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.* Filius vero stultus, id est omnis, qui transfertur mandata Dei, & de peccatis non dolet, moestitia est Matris, id est Ecclesiae, juxta illud Baruch cap. 4. n. 3. ibi; *Oblivis estis Dominum, qui iuravit vos, & contristatis misericordiam vestram.* Sic cum aliis Lugo Cardin. in cit. cap. 1. n. 1. Proverb.*

22. Matris maledictio eradicat fundamenta, & benedictio patris firmat domos filiorum. Eccles. cap. 3. n. 11. ibi; *Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta*, id est benedictio patris firmat domos filiorum in multiplicatione filiorum, eos magis ac magis in dies divitiis, honoribus, gloria, splendoribus, & omnibus bonis spiritualibus, ac temporalibus augendo, & replendo, ut patet de Sen, & Japhet benedictis a Patre Noe; Genes. cap. 9. num. 26. & 27. De Isaac, qui a patre Abraham, & Jacob qui a patre Isaac fuit benedictus Genes. cap. 27. num. 28. & 29. Maledictio autem matris eradicat domos filiorum usque ad fundamenta, eorum iobolem, ac familiam, ac opes, & honores, omniaque eorum bona spiritualia, ac temporalia penitus extinguendo, ut patet horrendo exemplo adducto a S. Augustino lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. & proluxius serm. 94. inter novos, de matre, quae filios sibi inobedientibus, ac rebellibus maledicens, omnes illos continue tremulos, ac vagos sine domibus, opibus, & honoribus miseris undequaque effecit. *Est enim maledictus a Deo, qui exasperat matrem; Eccles. cap. 3. n. 16. Sic Cornel. a lapide in cit. cap. 3. num. 11. Eccles. Vel ut cum aliis natat ibid. Ugo Cardinalis, benedictio patris, id est qua pater benedicitur a Domino, firmat domos ac familias filiorum; quia cum Deus benedixit patribus antiquis, in eis benedixit filios filiorum, Genes. cap. 22. n. 18.*

ibi: *Benedicentur in semine tuo omnes gentes; & iterum Genes. cap. 26. n. 4. Benedicatur in semine tuo omnes gentes, cum similibus.* Seu sic benedictio patris, quae pater benedicitur a filio, firmat domos, quia merito benedictionis exhibitae patri, confirmantur, & stabiluntur filii in bonis temporalibus, & spiritualibus; Maledictio autem matris, quae licet mater maledicitur a filio, eradicat usque ad fundamenta domos filiorum, non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus, quia cum mater teneri amore, quam pater diligit filios, ac majori cura, sollicitudine & labore ultra dolores partus, eos nutriat, foveat, ac educet, si sibi ingratos agnoscat, eis maledicendo, ex quo amor letus vertatur in furorem, eradicat usque ad fundamenta domos ipsorum, eos denudando omnibus bonis, ac replendo omnibus malis, juxta illud Proverb. cap. 17. n. 13. *Qui reddidit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus.* Et universum statutum est quod: *Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur.* Exod. cap. 21. n. 17. *Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur; patri matrique maledixerit sanguis ejus sit super eum.* Levit. cap. 20. n. 9. *Qui affligit patrem, & fugat matrem, ignominiosus est, & infelix.* Proverb. cap. 19. n. 26. *Qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur lucerna ejus in malis tenebris.* Prov. c. 29. n. 20. cum similibus.

Novae additiones ex aliena manu.

AN potestas in filios de jure naturae competat soli Patri, exclusa Matre, non convenit. Mihi ea semper arrisit opinio, ut haec potestas utrique Parenti jure naturae attente competat; idque quia onus educandi filios utrumque Parentem tenet, educatio autem dari nequit sine potestate. Vide Lockium de Regimine civili cap. 5. qui una tradit quouisque se extendat, tum quamdiu duret haec potestas Parentum in Filios secundum jus naturae.

Jure vero civili Romanorum uni Patri potestas in Filios competit, §. 1. Institut. de Adopt. §. 3. pariter Institut. de hered. qual. & different. Atque hinc factum, ut nequeat Mater ad exemplum Patris Filiis pupillariter substituere, princip. Institut. de pupillar. substit. l. 2. princip. ff. eod., nec eadem perinde ac Patri usufructus in bonis Liberosum competat, Bruneman. in l. 6. C. de bon. qua liber. Carpov. lib. 6. tit. 7. Respon. 70. nec a rationum redditione, nec ab Inventarii confectioe immunis sit Mater tutrix pupillarum, eaque neglecta, ad iuratum specificationem teneatur, Stryk. juridic. dissert. vol. 2. disp. 4. cap. 3. §. 2. Carpov. Jurisprud. forens. part. 2. Constit. 11. desin. 3. & 7. quae omnia aliter se habent in Patre, d. l. 6. C. de bon. qua liber.

Sed licet jure civili Romanorum Patri tantummodo potestas in Filios competat, sunt tamen officia, quae Filii non Patri solum, sed et matri praestantur. Inter haec principalem locum tenet alendi debitum, quod sicuti parentibus respectu liberorum, ita quoque liberis incumbit, si forte contingat parentes inopia laborare, sibi ob senilem aetatem, vel adversam valetudinem prospicere haud posse de vita necessariis, L. ultim. §. ipsum autem C. de bon. qua liber. l. 5. C. de Patr. potest. l. 1. & 2. C. de Alend. Liber.

Persona unius itemque alterius parentis semper sancta, et honesta filio esse debet. L. 9. ff. de obsequ. Parent. & Patron. praestand. Quo fit, ut filii non solum ab omni iniuria, vel reali, vel verbali parentibus inferenda abstinere sedulo debeant, nisi gravissimas animadversiones velint incurere, L. 3. C. de Patr. potest. sed et nullam actionem, vel exceptionem famulosam parentibus dedecori futuram valeant adversus ipsos proponere; quin si casus ita ferat, suppressa doli mali, fraudisque mentione, in factum verbis uti debeant, l. 1. ff. de dol. mal. l. 20. §. ultim. ff. de injur. l. 2. §. 1. ff. de obsequ. Parent. vel Patron. praestand.

Quod dictum est de actione famosa, id ipsum in accusatione quoque locum sibi vindicat, L. 3. ff. de Accusat. si excipias tamen crimen laesae majestatis, L. penult. C. de accusa. re non poss. tum et maxime crimen Apostasiae, Haereticis etc. cap. 10. de Haeret. Admissio vero a parentibus crimine, quod notatur Legibus pusiliorum iudiciorum, de facto eorum civiliter querere possunt, Bruneman. in l. 1. n. 4. C. de accusa. re non poss.

Huc etiam spectat, quod filii absque venia parentes in jus vocare nequeant, l. 4. ff. de in jus vocand. Non male vero Anton. Faber in Cod. lib. 2. tit. 2. desin. 13. monet, hodie opus am-

amplius haud esse hac venia, propterea quod eo ipso quod Judex ad infantiam alicujus citat, hac venia impetrata...

- 20 Reliquum est, ut de eo verba faciamus, an matri asserenti filium aliquem ex adulterio natum esse credendum sit...

MATRIMONIUM.

ARTICULUS I.

Matrimonium quo ad ea, quae concernunt ejus naturam, Materiam, Formam, & Ministrum.

Matrimonium secundum nominis Etymologiam derivatur a ly Mater, & munium, seu munus, quasi sit Matris munium, seu Matris munus...

Hinc dicitur Matrimonium a Matre potius, quam Patrimonium a Patre, quia ad prolem, cujus generanda & educanda causa institutum est Matrimonium...

Matrimonium variis aliis nominibus appellatur; Aliquando enim vocatur Conjugium a conjungendo sub uno mutuo jugo...

Matrimonium in Jure tum Canonico, tum Civili praecise definitur, quod sit maris, & feminae conjunctio individuum vitae consuetudinem retinens...

Matrimonium dividitur in Legitimum, Ratum, & Consummatum. Communitas. Matrimonium Legitimum est illud, quod legitimo consensu inter personas habiles...

Matrimonium in Lege veteri, sicuti, & matrimonium nunc contractum inter Infideles, quomvis fuerit, & sit legitimum, atque validum in ratione contractus...

Unde solum Matrimonium contractum inter Fideles Baptizatos est Sacramentum, estque unum ex septem novae Legis Sacramentis a Christo Domino institutum...

Infideles non baptizatos, cum ut sic abstrahat a ratione Sacramenti. Matrimonium Ratum est illud, quod non solum legitimo modo contrahitur, sed insuper accedit ei ratio Sacramenti...

Matrimonium consummatum est illud, quod accedente mutua actuali traditione corporis, & copulatione carnis, completur, & consummatur, & id non solum in ratione contractus legitimi, sed etiam in ratione Sacramenti...

Matrimonium Ratum, & ideo eorum Matrimonium, quamvis legitimum, non est Ratum, cap. Quanto 7. de Divortii, ibi: Nam est Matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum...

Matrimonium Ratum, ut vides, differunt firmitate seu stabilitate; Matrimonium enim Legitimum solvi potest favore Fidei, cum alter conjux ad Fidem convertitur...

Dicta tria Matrimonia, ut vides, differunt firmitate seu stabilitate; Matrimonium enim Legitimum solvi potest favore Fidei, cum alter conjux ad Fidem convertitur...

Matrimonium Ratum, & Consummatum differunt inter se etiam in ratione significationis; Nam Ratum significat conjunctionem Christi cum anima justae per gratiam, quae conjunctio solubilis est per peccatum mortale...

Matrimonium in Lege veteri, sicuti, & matrimonium nunc contractum inter Infideles, quomvis fuerit, & sit legitimum, atque validum in ratione contractus...

Unde solum Matrimonium contractum inter Fideles Baptizatos est Sacramentum, estque unum ex septem novae Legis Sacramentis a Christo Domino institutum...

Infideles non baptizatos, cum ut sic abstrahat a ratione Sacramenti. Matrimonium Ratum est illud, quod non solum legitimo modo contrahitur, sed insuper accedit ei ratio Sacramenti...

Matrimonium consummatum est illud, quod accedente mutua actuali traditione corporis, & copulatione carnis, completur, & consummatur, & id non solum in ratione contractus legitimi, sed etiam in ratione Sacramenti...

Matrimonium Ratum, & ideo eorum Matrimonium, quamvis legitimum, non est Ratum, cap. Quanto 7. de Divortii, ibi: Nam est Matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum...

Matrimonium consummatum est illud, quod accedente mutua actuali traditione corporis, & copulatione carnis, completur, & consummatur, & id non solum in ratione contractus legitimi, sed etiam in ratione Sacramenti...

esse plura, vel pauciora, quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Penitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse vere, & proprie Sacramentum anathema sit, & idiptum definitur specialiter de Matrimonio sess. 24. Canon. 1. ibi: Si quis dixerit, Matrimonium non esse vere, & proprie unum ex septem Legis Evangelicae Sacramentis a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum, neque gratiam conferre, anathema sit.

Matrimonium in ratione Sacramenti probabilius fuit institutum, quando Christi, Matth. 19. dixit: Quod Deus conjunxit, homo non separet. Nullum enim aliud tempus talis institutionis potest congruentius assignari in toto Evangelio, Scutus in 3. dist. 26. §. De primo, Sanchez lib. 2. de Matr. disp. 4. num. 5. Antoninus 3. par. tit. 1. cap. 2. ante §. 1. Rosignol. de Matr. 1. contract. 27. praenot. 1. num. 6. cum aliis ibi citatis. Reiffenstuel loc. cit. num. 5. Henno loc. cit. disp. 2. quest. 3. concl. 2. ubi testatur de comuni; Quamvis tamen Viguierius, Ledesma, & alii dicant, fuisse elevatum in Sacramentum, quando Jo. 2. interfuit Christus nuptiis Canae Galilaeae.

Nec valet dicere, quod Matrimonium fuerit a Deo jam absolute, & ab initio Mundi institutum & in eo itatu Innocentiae, Gen. 2. adeoque non a Christo, quando dixit, Quod Deus conjunxit, homo non separet. Non valet, inquam, quia ab initio Mundi fuit institutum Matrimonium solum in ratione Contractus indivisibilis, atque in ordine ad officium naturae; & legitimam propagationem generis humani; In ratione autem Sacramenti, hoc est, signi efficacis digne recipientibus contententis gratiam ex opere operato, fuit solum institutum a Christo, quando dixit praedicta verba: Quod Deus conjunxit &c.

Probabilius est, inter Fideles, sive Baptizatos nullo modo, ne quidem per intentionem contrahentium posse valide separari rationem Sacramenti a contractu Matrimonii; ideo probabilius nequit Fideles valide inire Matrimonium, solum ut Contractum, non vero ut Sacramentum (a). Sic Sanchez lib. 2. de Matr. disp. 10. num. 5. Suarez tom. 1. de Sacramentis qu. 64. art. 10. Petrus Ledesma de Matr. qu. 42. art. 1. dub. 7. in solut. ad primum, & secundum, Rosignolus de Matrimon. 1. contract. 15. praenot. 2. num. 2. Elparza de Matr. quest. 114. ad 3. Layman lib. 5. tract. 10. par. 2. cap. 2. num. 2. Lugo de Poenit. disp. 14. num. 42. Tannetius tom. 4. disp. 8. qu. 4. num. 5. Cardenas in 2. Crisi dist. 20. numer. 77. Haunold. lib. 4. num. 716. Germ. disp. 5. num. 345. Bonelip. de Matr. disp. 4. dub. 1. Coninch disp. 24. num. 22. & mordicus Averia qu. 1. sect. 5. La Croix lib. 6. par. 3. num. 276. cum Hiquazo, Pontio, Brancato, Bellarmin. Praeposit. et aliis ibi citatis, Pignatell. tom. 7. consil. 22. num. 7. aliique plurimi apud ipsos, Sperell. decis. 9. num. 23. ubi dicit hanc esse veram sententiam, et Romae approbatam. Et ratio est, quia ex institutione Christi in statu Legis Evangelicae ratio Sacramenti est essentialiter imbuta in ratione Contractus Matrimonialis, et hae videtur esse etiam germana Scoti opinio, qui in 4. dist. 26. num. 23. sic ait; Ideo dicit potest, quod contractus Matrimonialis annexit Deus Sacramentum proprie dictum saltem pro Lege Evangelica, alioquin non esset Sacramentum novae Legis; Unde Concilia, et Biblioth. Ferrar. tom. 7.

Probabilius est, inter Fideles, sive Baptizatos nullo modo, ne quidem per intentionem contrahentium posse valide separari rationem Sacramenti a contractu Matrimonii; ideo probabilius nequit Fideles valide inire Matrimonium, solum ut Contractum, non vero ut Sacramentum (a). Sic Sanchez lib. 2. de Matr. disp. 10. num. 5. Suarez tom. 1. de Sacramentis qu. 64. art. 10. Petrus Ledesma de Matr. qu. 42. art. 1. dub. 7. in solut. ad primum, & secundum, Rosignolus de Matrimon. 1. contract. 15. praenot. 2. num. 2. Elparza de Matr. quest. 114. ad 3. Layman lib. 5. tract. 10. par. 2. cap. 2. num. 2. Lugo de Poenit. disp. 14. num. 42. Tannetius tom. 4. disp. 8. qu. 4. num. 5. Cardenas in 2. Crisi dist. 20. numer. 77. Haunold. lib. 4. num. 716. Germ. disp. 5. num. 345. Bonelip. de Matr. disp. 4. dub. 1. Coninch disp. 24. num. 22. & mordicus Averia qu. 1. sect. 5. La Croix lib. 6. par. 3. num. 276. cum Hiquazo, Pontio, Brancato, Bellarmin. Praeposit. et aliis ibi citatis, Pignatell. tom. 7. consil. 22. num. 7. aliique plurimi apud ipsos, Sperell. decis. 9. num. 23. ubi dicit hanc esse veram sententiam, et Romae approbatam. Et ratio est, quia ex institutione Christi in statu Legis Evangelicae ratio Sacramenti est essentialiter imbuta in ratione Contractus Matrimonialis, et hae videtur esse etiam germana Scoti opinio, qui in 4. dist. 26. num. 23. sic ait; Ideo dicit potest, quod contractus Matrimonialis annexit Deus Sacramentum proprie dictum saltem pro Lege Evangelica, alioquin non esset Sacramentum novae Legis; Unde Concilia, et Biblioth. Ferrar. tom. 7.

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

(a) Nota. Aliud est non esse in potestate hominis efficere, ut matrimonium juxta Ecclesiae leges rite celebratum, non sit Sacramentum; & aliud num homo Christianus matrimonium inire queat, quod Sacramentum non sit. Primum verum est, cum in hominis potestate non sit, ut id, quod Christus Dominus Sacramentum esse voluit, Sacramentum non sit. At in hominis potestate est id ponere, vel non ponere, quod necessarium esse voluit Christus, ut Sacramentum efficeretur; quamobrem, si homo, iis positus, quibus matrimonium contractus consistit, omittis vero, quae addidit Christus huic contractui, ut Sacramentum fieret, matrimonium ineat: habebimus utique verum contractum, neutquam vero Sacramentum. Fac ergo, Christianum hominem ea adhibere, quae ad rationem naturalis, & civilis contractus spectant, negligere autem caeremonias Ecclesiae, & institutionis divinae Ritus, quibus contractus hujusmodi Sacramentum sit, jam habes verum contractum; deest vero ex gravi hominis Christiani culpa ratio Sacra-

mentum. Quid deinceps si intentionem spectemus? Dum in perverio Christiano volente civilem hujusmodi inire contractum, animus sit non solum non perficiendi, & recipiendi Sacramenti, sed irridendi potius, & contemnendi, numquid Sacramentum fiet? At in hoc argumento non sistimus; primum indicasse sufficit, ut inde conilet, probabiliorum non esse Auctoris assertionem.

(b) Nota. Probabilior tamen illorum videtur opinio, quae negat omnino matrimonium hujusmodi esse Sacramentum. Nam ut matrimonium sit validum in ratione contractus, mutuum exigit utriusque Conjugii consensum. Ut ergo sit Sacramentum utriusque positulabit intentionem, & consensum. Matrimonium enim unum est Sacramentum, non duo: neque Sacramentum dimidiatum est, sed integrum: ergo quando in uno deficit intentio suscipiendi Sacramentum, intentio alterius minime sufficit; sicut enim matrimonium est unicum mutuum vinculum, unus contractus, ita unum est Sacramentum.

SS. Patres dicunt absolute, quod Matrimonia Fidelium sunt Sacramenta, et faveo Innocentius III. in cap. 7. de divortii, ibi: Est Matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum; Inter fideles autem verum, & ratum existit, quia Sacramentum Fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii Sacramentum, quibus verbis videtur aperte asserere, quod Baptismus hoc ipso, quod inadmissibiliter sit admittus, faciat contractum Matrimonii Baptizatorum esse Sacramentum, adeoque dicendum est, non posse Fideles, seu Baptizatos separare rationem Sacramenti a Contractu Matrimonii; Nullum enim est solidum fundamentum dicendi, quod Christus reliquerit privatis fidelibus potestatem separandi unam rationem ab altera, aliter posset prudenter suadere eis, qui in mortali existerent, nec vellent poenitere ante Matrimonium, ut intendere solum rationem contractus, & non Sacramenti, ne committerent sacrilegium: Item posset dari, quod unus conjugum intendens contractum, & Sacramentum, susciperet Sacramentum, alter autem intendens solum contractum, non susciperet Sacramentum, quae, ut recte notant Averia loc. cit. sect. 5. La Croix loc. cit. num. 276. & alii, plane sunt absurda, & praefer mentem Ecclesiae, ac exultationem Fidelium.

Nec valet dicere, quod ad substantiam, seu validitatem Sacramenti requiritur intentio Ministri volentis illud conficere, adeoque non haberi hic validum Sacramentum, cum nedium non habeatur intentio Ministri volentis illud conficere, seu & ipsius positiva notio, seu exclusiva intentio. Non valet, inquam, quia Christus Dominus ita inseparabiliter connexit contractui Matrimoniali rationem Sacramenti, ut quamvis positio contractus pendeat a voluntate Fidelium, eo tamen ipso non pendeat a voluntate Fidelium ratio Sacramenti, sed eo ipso, quod legitime ponatur contractus Matrimonialis, itam ex Christi institutione sit ei annexa ratio Sacramenti, taliter quod quicumque Fideles volunt vere contrahere Matrimonium, volunt etiam virtualiter accipere Sacramentum, & e contra, si nolent Sacramentum suscipere, conlequens esset, ut neque Matrimonium contraherent, intendentes, sicut contractus irritus esset, quia deficiente intentione quoad Sacramentum, deficit etiam essentialiter intentio quoad contractum, cum inter Fideles intentio vere contrahendi Matrimonium indivisibiliter afficiat tam Sacramentum, quam contractum, adeoque deficiens quoad unum non trahitur ab altero.

Est tamen probabilis etiam contraria opinio docens, rationem Sacramenti posse valide, est non licite, separari a ratione contractus saltem per intentionem conficiendi contractum, & non Sacramentum, ut tenent plurimi, & maxime Doctores; ut Cajetanus, Durandus, Victorius, Vaquez, Rebellus, aliique congestis Perez disp. 19. sect. 10. Hurtad. disp. 3. de Matrim. difficul. 10. Dicalit. dub. 19. disp. 2. Tamburin. tract. 5. cap. 1. num. 6. Diana part. 3. tract. 4. res. 225. & probabiliorum censet Henno tom. 2. tract. de Matrim. disp. 2. q. 4. concl. 1. Sporer tom. 3. Theolog. Sacramental. par. 4. cap. 1. sect. 4. num. 316. Harincx disp. 2. quest. 2. num. 17. Gobat tom. 1. tract. 9. c. 11. num. 228. Merat, Gonet, Platetel. Krimer, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

Matrimonium legitime contractum ex dispensatione Pontificis, & alii (b).

efficia inter Fidelem, & infidelem est Sacramentum ex parte fidelis, seu baptizati, quia, ut jam dictum est, fidelis, seu baptizatus ex divina ordinatione nequit contrahere, nisi simul efficiat Sacramentum, quia ipsemet fidelis, seu baptizatus contrahebat, non propterea eximit fidelis ab illis, quæ circa fideles ipse ordinavit, quod nempe non possit inire Matrimoniale contractum sine Sacramento; Unde dicendum est, quod ex tali contractu respectu baptizati confurgat ratio Sacramenti, uti quantum ex vi contractus resultaret etiam respectu alterius non baptizati, nisi obstitet incapacitas defectu Baptismi; Hinc Divus Thomas in *dist. 39. quest. unica art. 2. ad primum*, dicit, quod quamvis illud Matrimonium respectu non baptizati non sit Sacramentum actu, sit tamen potentia, quatenus immediate ac fuerit baptizatus, sit actu postea tale, eidemque confert gratiam Sacramentalem; Sic tenent etiam Scotus in *4. dist. 26. quest. 2. art. 3. in fine*, Echius *tom. 4. Hom. 73. de Sacramentis*, Paludanus in *4. dist. 27. quest. 4. art. 3. num. 35. Argentina in 4. dist. 39. quest. 1. ad primum*, Vera Crux *2. part. Speciali art. 36. conclus. 2. Vega lib. 4. Summæ cas. 113. Averia quest. 1. sect. 6. Rebellus, Catherini, & alii, & ex Scotistis tale Matrimonium esse Sacramentum ex parte fidelis tenent Hiquerus, Pontius Brancatus, & Frassen *de Matrim. tract. 3. disp. 2. art. 1. qu. 2. quæres 1.* & videtur conformior menti Scoti, ut observat ejus fidelis interpres Hiquerus in *Commentario ad dist. 26. numer. 56.* & alii contra Valquez, Henriquez, Sanch., Coninch, Becan., Krimer, La Croix *l. c. n. 277.* & alios.*

20 Matrimonium duorum Conjugum infidelium, si ambo convertantur, & baptizentur, an sit Sacramentum? Variant Doctores: Affirmativam enim sententiam tenent S. Thomas in *4. dist. 39. qu. 1. art. 1.* Capreolus *art. 3. ad 5.* Bellarminus *lib. 1. de Matrim. cap. 5.* Sanchez *lib. 2. disp. 9. Gobat tom. 1. tract. 10. num. 390.* Averia *quest. 1. sect. 6.* Paludanus, Covarruvias, Layman, Valentia, Tannerus, & alii plurimi volentes, quod cum baptizantur, eorum Matrimonium transeat in Sacramentum, quia tunc incipit significare indissolubile unionem Christi cum Ecclesia, adeoque habere rationem Sacramenti, propter quod est absoluta indissolubilitas; Et præsertim evadit eorum Matrimonium Sacramentum, si, ut dicunt Ledelma, Durandus, Capreolus, Henriquez, Bellarminus, Rebellus, Platellius, & alii post Baptimum coram Parocho, & testibus renovent consensum, quia tunc ponitur contractus Matrimonialis inter fideles, inter quos talis contractus est Sacramentum: Quam tamen renovationem consensum non esse necessario faciendam coram Parocho, & Testibus tenet cum plurimis Barbosa in *Concil. sess. 23. cap. 1. num. 138. & de Offic. & potest. Episc. alleg. 32. n. 158. & de Officio, & potest. Paroch. n. 85.*

21 Sententiam autem negativam tenent Valquez *disp. 2. de Matrim. cap. 10.* Coninch *disp. 24. dub. 2. concl. 3.* Henriquez *disp. 2. quest. 2. num. 10.* Pontius *lib. 1. cap. 9. num. 3. & 9.* Krimer *num. 354.* Henno *loc. cit. concl. 2. vers. Petes*, Mairius *Theolog. moral. disp. 21. num. 17.* Frassen, *loc. cit. Quæres 2.* ubi dicit, quod hæc sit verior, & conformior doctrinæ Subtilis in *4. dist. 39. Præpositus, Dicaillil, Castropalao, & alii*; E ratio est, quia licet tunc consensum renovent, & Sacramentum intendant; non tamen per id sit novus contractus Matrimonialis, sed confirmatur jam factus; Cum enim corpora fuerint jam antea tradita, nec possint tales conjuges iterum tradere, quod suum non est, ex quo neuter Conjugum habeat potestatem sui proprii corporis, ut docet Apostolus *1. ad Corinth. 7.* non ponitur tunc nova materia, vel forma contractus, adeoque &c.

22 Bona principalia Matrimonii sunt tria, scilicet Fides, Proles, & Sacramentum. *Communis cum S. Augustino lib. 9. de Genesi cap. 7.* ubi sic præcise dicit: *Bonum, quod habent nuptiæ, tripartitum est, Fides, Proles, Sacramentum; In fide attenditur, ne præter vinculum conjugale cum altero, vel altero concubatur: In prole ut amantur suscipiantur, benigne nutriantur, religiose educantur; In Sacramento, ut conjugium non separetur, ut dimissus, aut dimissa nec causa prolis alteri conjugatur.* Et concordat Concilium Florentinum in decreto unionis; ubi sic expresse habet: *Assignatur autem triplex bonum matrimonii.*

Primum est proles suscipienda, & educanda, ad cultum Dei.
Secundum est Fides, quam unus conjugum alteri servare debet.

Tertium indivisibilis matrimonii propter hoc, quod significet indivisibilem conjunctionem Civitatis, & Ecclesie.
 Præter autem dicta tria principalia bona, seu tres primarios fines, ut effectus a Christo in institutione Sacramenti Matrimonii intenta, seu intentos, habet Matrimonium alios etiam effectus, seu fines minus principales, & signanter est remedium vitandæ incontinentiæ juxta illud Apostoli *1. ad Corinth. 7. num. 2.* ibi: *Propter fornicationem autem (scilicet vitandam) unusquisque suam uxorem habeat, & unaqueque suum virum habeat, & num. 9. melius est enim nubere, quam uri.* Item conciliat verum amorem inter Conjuges, & parit debitam subordinationem Uxoribus ad virum juxta præceptum Apostoli *ad Ephesios 5.* Item efficit ut commune jugum levius feratur, & patientius tolerentur a Conjugibus ærumnæ illæ carnis descriptæ ab Apostolo *1. ad Corinth. 7.* & hujusmodi.

Materia remota Sacramenti Matrimonii sunt ipsa corpora habilia contrahentium, & materia proxima est ipsamet legitima traditio mutua corporum in ordine ad generationem prolis. S. Thomas in *4. dist. 42. qu. 3. artic. 2.* S. Bonaventura in *4. dist. 26. part. 2. qu. 1.* Scotus in *4. dist. 26. circa finem.* Mairius *Theolog. moral. disp. 20. num. 6.* & 10. & alii passim. Et ratio est, quia materia remota hujus Sacramenti, seu contractus matrimonialis est sicuti in aliis contractibus, res, de qua contrahitur; res autem, de qua contrahitur in hoc Sacramento, seu contractu Matrimoniali, sunt corpora habilia contrahentium, adeoque &c. Et quod legitima traditio mutua ipsorum corporum sit materia proxima hujus Sacramenti, patet a simili de aliis Sacramentis, in quibus materia proxima est traditio materiae remotæ. Talis autem traditio censetur fieri non per mutuum manus contactum, cum, etiam illo non interveniente, adhuc subsistat Sacramentum, sed per consensum mutuum signis externis expressum sufficienter importantibus traditionem corporum.

Forma Sacramenti sunt ipsorum contrahentium verba, seu signa verbis æquivalentia mutuum consensum internum sufficienter exprimentia. S. Thomas in *4. dist. 26. art. 1. ad 1.* Scotus in *4. dist. 26. quest. unica num. 14.* S. Bonaventura *loc. cit.* & alii communiter tum Thomistæ, tum Scotistæ. Et ratio est, quia generaliter forma contractuum sunt verba, vel alia signa verbis æquivalentia, ac sufficienter exprimentia internum consensum contrahentium: Tum quia etiam in aliis omnibus Sacramentis forma consistit in verbis. Dicitur autem notanter *seu signa verbis æquivalentia* ad denotandum, quod etiam mutus, et si loqui non valeat, & absurdus, dummodo sufficienter intelligat, potest contrahere Matrimonium, ut expresse habetur in *cap. Cum apud Sedem 24. de Sponsalibus, & Matrim. addita ibi ratione: Cum quod verbis non potest, signis valeat declarare.*

Advertendum autem hic est quod Theologi illi, qui tenent Ministrum Matrimonii esse Parochum, seu Sacerdotem Delegatum, tenent etiam, quod legitimus contractus Civilis sit materia hujus Sacramenti, & forma sint illa, vel similia verba a Parocho, seu Sacerdote prolata: *Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Minister tamen Sacramenti Matrimonii proprie sunt ipsimet contrahentes, quilibet partialis, uterque totalis. S. Thomas in *4. dist. 26. quest. 2. art. 1. ad 1.* ubi ait: *Verba, quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma hujus Sacramenti, non autem benedictio Sacerdotis, que est quoddam sacramentale.* Unde, sic ut dicit S. Doctor, benedictio Sacerdotis non est forma Sacramenti, nec ipse minister Sacramentum, cum non concurrat per aliud. Scotus in *4. dist. 26. quest. unica §. de ministro*, ubi dicit: *Ipsimet contrahentes ministrant sibi ipsis hoc Sacramentum, vel mutuo, vel uterque sibi.* S. Thomam, & Scotum sequuntur celeberrimi Theologi, non solum utriusque Scholæ discipuli, sed etiam Bellarminus *lib. 1. de matrimonio cap. 9. & duobus sequentibus*, dicens oppositam sententiam esse temerariam, uti ex ipso dicit etiam Fagnanus *lib. 4. decret. in cap. Quod nobis 2. de clandestina desponsatione num. 52.* Suarez *disp. 16. sect. 1.* & pluribus congeitis Sanchez *lib. 2. disp. 6. num. 2.* ubi dicit, quod sententia opposita sit temeraria, uti ex ipso dicit etiam Monacell. *part. 4. Formul. Legal. Pract. supplement. ad 2. tom. n. 447.* & alii passim.

Probat igitur veritas hujus conclusionis auctoritate Concilii Florentini in decreto unionis, ubi habet, quod contrahentes consociant hoc Sacramentum mutuo consensu, ait

enim; *Causa efficiens matrimonium regulariter est mutui consensus per verba de præsentibus expressus, sed hoc esset falsum, si ad ipsius Sacramenti validitatem necessarius esset alius Minister distinctus a contrahentibus, maxime cum ex doctrina ejusdem Concilii in eodem decreto unionis tria duntaxat requirantur ad confessionem Sacramenti, adeoque &c.*

Colligitur etiam idipsum ex Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 1. de reformatione matrimonii*, ubi dicit quod *dubitandum non est clandestina matrimonia (id est sine Parocho, vel Sacerdote delegato celebrata) libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse matrimonia, quandiu Ecclesia ea irrita non fecit, & proinde jure damnandi sunt illi, ut eos Sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata esse negant.* Ex quibus Concilii verbis clare patet, quod ante irritationem Tridentini valida erant Matrimonia sine Parocho, ergo tunc Parochus non erat illorum Minister. Atqui Tridentinum irritando similia Matrimonia non instituit novum Matrimonii Ministerium; ergo sicuti tunc soli contrahentes erant Ministri, etiam nunc. Quod autem Tridentinum non instituerit novum Sacramentum matrimonii Ministerium patet, quia institutio, seu immutatio Ministerii Sacramenti, utpote quid substantialia Sacramenti, sicuti, & aliorum Sacramentorum Institutorum competit, *arg. cap. Sum quidam 6. caus. 25. quest. 1.* S. Thomas in *4. dist. 3. qu. 1. artic. 2. quest. 2.* Sotus in *4. dist. 1. quest. 1. not. 7.* Fagnanus *loc. citat. num. 53.* & alii passim, & patet ex *cap. 2. sess. 21. circa dispensationem Sacramenti Eucharistia*, ubi idemmet Tridentinum Concilium declarat *hanc potestatem perpetuos in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret, vel mutaret, que suscipiuntur utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum temporum, & locorum varietate magis expedire judicaret; Ubi, ut vides, excipit a potestate Ecclesiæ mutationem substantiæ Sacramentorum, salva illorum substantia.*

23 Nec valet objicere, quod Tridentinum in *cit. cap. 1. de reformatione Matrim. sess. 24.* subiungat: *Ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur, ubi Parochus vivo, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, vel aliis utatur verbis juxta receptum uniuscujusque Provinciae ritum: quibus verbis significari videtur, quod Parochus, seu Sacerdos delegatus vere conjungat conjuges in Sacramento Matrimonii, adeoque sit ejus Minister.* Non valet, inquam, quia Concilium ibi non dicit verba illa *Ego vos conjungo &c.* esse absolute a Parocho proferenda, immo suadet, ut aliis utatur verbis, si alius fuerit vius ejus Provinciae, adeoque verba illa non requiruntur ad substantiam Sacramenti. Tum quia Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpres pluries declaravit, ut patet ex decretis citatis *sub verb. Impedimenta Matrimonii art. 2. a num. 69.* sufficere ad validitatem Sacramenti matrimonii præsentiam Parochi nulla verba dicentis, immo etiam invitæ, dissentientis, & contradicentis, quod falsum esset, si Parochus esset minister, cum ad valorem

Ferrar. Biblioth. Tom. V.

rem Sacramenti requiratur consensus, & intentio ministri, & falsissimum esset, si illa verba *Ego vos in Matrimoni in conjungo &c.* essent, ut præterdunt adversarii, forma essentialis hujus Sacramenti; Cum ergo ab illo tot Sapientissimorum Patrum Senatu, non nisi verissimè, & undequaque acquisitæ soleant emanare declarationes, dicendum est, falsum esse, quod Parochus, seu Sacerdos delegatus sit minister Sacramenti Matrimonii & illa verba: *Ego vos in matrimonium conjungo &c.* sint ejusdem forma. & de facto talia verba non pertinere ad matrimonii essentiam expresse declaravit eadem Sac. Congregat. Concilii. quamvis Juenin *desert. XI. de Matrimonio quest. 3. in responsione ad 5. objectionem*, dicat eam esse fictitiam, aut illam posse explicari de matrimonio, prout est contractus naturalis, & Civilis, non autem pro ut est Sacramentum novæ Legis.

Sententiam autem contrariam, docentem scilicet ministrum Sacramenti matrimonii esse Sacerdotem proferentem illa verba pro forma: *Ego vos in Matrimonium conjungo &c.* tuentur Canus *lib. 8. de locis Theologicis*, Eitius §. 10. Silvius in *Supplemento quest. 42. art. 1.* & late Juenin. *cit. desert. XI. de Matrimonio quest. 3. per tot. & alii.* Vide tamen infra a n. 43. ad fin.

Matrimonium inter absentes celebratum, si fiat per Procurores, si fiat per Litteras, si fiat per Nuncios, si fiat per Procuratorem, constat ex *cap. Honorantur 13. caus. 32. quest. 2. cap. Procurator 9. de Procuratoribus in 6.* Et quod sit validum per Litteras, habetur *l. Mulierem, ff. De Ritu nuptiar. & l. sufficit, ff. de Sponsalibus.* Et quod sit validum per Nuncios, constat per ea, quæ dicuntur de Procuratoribus, & Litteris; Et ratio universalis est, quia etiam alii contractus possunt istis fieri inter absentes; *arg. cap. Potest quis 68. de Regul. Juris in 6. ibi: Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum, & cap. Qui facit 72. eod. in 6. ibi: Qui facit per alium, est prout ac si faciat per se ipsum.*

24 An autem tale matrimonium inter absentes sic contractum habeat nunc post Tridentinum rationem Sacramenti? Variant Doctores. Negativam sententiam tenent Silvester, Canus, Ledelma, Rebell. Cajetan. Victoria, Eitius, & alii, quia dicunt ipsi, cum collato, & receptio Sacramenti sit actio personalis, non potest matrimonium, ut Sacramentum confici, vel recipi, nisi minister, & subiectum, sint præsentem; Tum quia Tridentinum vult virum, & mulierem interrogari de mutuo consensu, adeoque vult esse præsentem. Affirmativam autem sententiam merito tenendam ab omnibus docent Innocentius, Covarruv. Paludanus, Sotus, Valentia, Navarrus, Barbosa, Sporer, Pontius, Mendo, Averia, Mairius, Reiffenhuell, Henno, La Croix, & pluribus congeitis Sanchez *lib. 2. de Matrim. disp. 11.* Frassen *de Matrim. tract. 3. disp. 2. part. 1. quest. 3. Petes primo, Responso secundo*, ubi testatur de communi. Quam sententiam Castropal. *disp. 2. par. 9.* vocat verissimam, Tannetus, & Gobat *tract. 10. num. 88.* dicunt temeritatis (a) esse, damnandum, qui hoc tempore id negaret; Accedit enim

C 2 pra.

(a) Nota. Non videtur temeritatis damnari posse, qui neget Sacramentum esse contractum per Procuratores matrimonium; imo P. Danieli Concinae probabilioris est contraria sententia, quam et gravissimi Viri tuentur. En argumenta, quibus Vir doctus utitur. Nullum Sacramentum inter absentes celebratur. Nec minus præsentem contrahentes requirunt hæc verba, *Ego vos conjungo*, quam præsentem pœnitentem postulent hæc alia, *Ego te absolvo*. Atqui opinio, quæ olim defendebat, hæc ultima verba proferri posse in pœnitentem absentem, damnata a Clem. VIII. est. Respondet Turnely, non esse contra naturam Sacramenti pœnitentiæ, ut inter absentem ministrum & pœnitentem perficiatur: adeoque valeret absolutio absenti data, nisi obstat Ecclesiæ prohibitio, quæ potest inhabiles declarare, & Sacerdotes ad absolvendum, & pœnitentes ad recipiendam absolutioem, nisi sint præsentem. Hactenus Tyrnely *de Matrim. quest. 1. art. 2. p. 43.* Hæc responsio nimis est arbitraria.

Hoc quippe pacto ratiocinabantur plures Theologi ante Clementem VIII. qui illorum proscripsit opinionem. Cur

damnavit Ecclesia usum absolutionis datæ absenti? Quia vult declarare inhabiles pœnitentes absentes ad absolutionem. Sed cur ita voluit? An ex arbitrio Ecclesiæ suas definitiones pronuntiat? Proscripsit talem opinionem, quia judicavit hæc verba, *Ego te absolvo*, postulare pœnitentem præsentem; quemadmodum illorum recipiæ obviis, & naturalis sensus hæc præsentem supponit. Validum itaque est in ratione contractus naturalis, & civilis matrimonium, initum inter absentes per procuratorem; ut omnes fatentur. At verum Sacramentum non esse, mihi est probabilius. Hinc est, quod principales contrahentes consensum per procuratores datum renovant coram Parocho, qui super eos proferat hæc verba: *Ego conjungo vos in matrimonium.* Hæc notanda duxi, ut inde Lectores agnoscant, non adeo facile sperendam esse opinionem Theologorum, qui distinguunt in matrimonio contractum a Sacramento, constitutum a Christo Sacramenti matrimonii ministrum Sacerdotem esse tuentur. Theologi enim, qui ita sentiunt, Viri sunt longe vulgaribus peritiores in Ecclesiastica historia, & in iis monumentis, e quibus divina nobis illa traditio patet, per quam scire unice possu-

praxis, ac sensus Ecclesiae, quae de facto permittit publice sic celebra i Matrimonia praesertim inter Magnates, quod non permitteret, si matrimonium inter abentes celebra-

possimus, matrimonium ad Sacramenti dignitatem fuisse elevatum: sunt enim Theologi, qui ita opinantur, Guillelmus Parisiensis, quem, teste Pallavicino *lib. 23, cap. 9, n. 15*, fecutus est in Concilio Tridentino Simon Vigor, unus ex primariis Sorbonae Doctores, Melchior Canus *lib. 8, de locis Theologicis cap. 5*, Tolet. *lib. 7, instr. Sacerd. cap. 6*, Petrus Ledesma de matrimonio *quest. 42, art. 1*, Petrus de Marca *tract. de matrimonio*; Maldonatus *quest. 1, pag. 441*, Estius in *4, dist. 26, §. 10*, Sylvius *supplem. quest. 42, art. 1*, Tutelensis Episcopus *tom. 3, cap. 4*, Juvenius *quest. 3*, Tournely de matrimonio *pag. 60*, Petrus Collet *tractatu de matrimonio cap. 4, art. 2*, Auctor *de re Sacramentaria pag. 580*, Lermier, Dubamel, Serri, Piet, Vanroi, Gibert, Daniel Concina, Florentius de Coeq, Natalis Alexander, ac plures alii Viri doctissimi; qui tantae militi sunt auctoritatis, ut vel unus ex istis sufficere videatur ad revocandam in dubium assertam a vulgo Theologorum opinionem. Sed videamus argumenta, quae movent cum supra laudatos Auctores tum etiam plures alios nunc in Urbe degentes Viros doctissimos, etiam Eminentissima dignitate decoratos ad existimandum probabiliter esse Sacramenti esse Sacramenti Matrimonii ministrum.

Primum itaque explorata apud omnes res est, ante saeculum undecimum, nec Patrem, nec Theologum, nec Ecclesiasticum scriptorem occurrere ullum, qui affirmaverit Sacramenti matrimonii ministrum esse contrahentes. Id vero satis superque est, ut de veritate contrariae opinionis vehementer suspicemur: cum enim de re agamus, quae ex Divina institutione pendet, ubi clara Scripturae auctoritas, vel antiquior assertio est, & Ecclesiae traditio deest, nullum aut imbecille admodum argumentum erit, quo alia via ostendatur, qui nam fuerit a Deo designatus Sacramenti minister.

Hic ergo cum traditio deest, quae contrahentes Sacramenti matrimonii ministros adstruat; & cum Scriptura saltem generatim hos a Sacramentorum ministerio excludat, perspicuum est, vulgare Theologorum opinionem delituisse illo praesidio esse, ex quo assertiones theologicae certitudinem suam habent. Porro Scripturam generatim excludere laicos homines ab ordinario Sacramentorum ministerio, facile patet.

Nam ministri Sacramentorum sunt Christi ministri, & dispensatores mysteriorum Dei, ut loquitur Apollolus Paulus; & ut etiam ex eo liquet, quia Christi nomine Sacramenta administrant, & quia Dei mysteria, quae in Ecclesia dispensantur, proprie loquendo sunt Sacramenta. Christi autem ministri, & dispensatores mysteriorum Dei sunt Sacerdotes, ut ex unanimi Patrum, & Interpretum sententia constat. Itaque Sacerdotes tantum in Scriptura generatim dicuntur Sacramentorum ministri; Quod etiam ex eo comprobatur, quia si tantum ministri religionis habentur.

Nisi ergo clare aliunde constet, Deum ministerium Sacramenti matrimonii contrahentibus tribuisse, quae ratione excludere Sacerdotes possumus ab ordinario huius Sacramenti ministerio; Et quis nam est Scripturae textus, quae nam antiquorum Patrum sententia est, quae non sacros religionis ministros, sive Sacerdotes; sed contrahentes, hoc est matrem, & feminam, ministros aasserat Sacramenti matrimonii? Nil sane huiusmodi occurrit. Imo antiqua traditio nunquam matrimonium rem sacram, aut Sacramentum vocavit, nisi simul meminerit Sacerdotalis in illo intervenientis ministerii, ut optime observavit Benedictus XIV. in egregio suo opere de Synodo Diocesano *lib. 7, cap. 28*. Ex hoc autem constat, in Ecclesia Christi semper matrimonium ut rem sacram, & qua Sacramentum est, opus habuisse Sacerdotalis ministerii. Ecclesiae ergo traditio indicat constitutum a Deo fuisse huius Sacramenti ministrum Sacerdotem.

Deinde in quolibet Sacramento, quod actione contineatur, cuiusmodi sunt, una Eucharistia excepta, Sacramenta reliqua, suscipiens a Ministro distinguitur, ut dicuntur per singula liquet. At si vera contraria opinio foret, sponsi suscipientes Sacramentum matrimonii, sibi ministri essent,

tum non esset Sacramentum, eum ipsa velit semper suscipi Sacramentum, quando inquit matrimonium; Tum quia ex dictis supra a num. 16. ratio Sacramenti inter fideles est essentialiter

ac sibi Sacramentum conferrent. Unde nam constat nubentibus conficiendi, & sibi conferendi Sacramentum collatum a Deo fuisse potestatem; Id enim ex Scriptura, ex Patribus, ex Conciliis, atque ex aliis fontibus eruendum est, ex quibus divinam Sacramentorum institutionem novimus: imo perspicuae ac clarissimae hac in re desiderarentur auctoritates; quia stabilienda foret diversitas administrandi, & conficiendi Sacramenti ratio. Scriptura vero, Patres, Concilia &c. nihil de hoc habent.

Denique forma Sacramenti, utpote a Christo instituta, est essentialiter opus religionis, per quod gratiam, & salutem a Deo consequi speramus; & cum Sacramentum sit supernaturalis, & efficax gratiae signum, forma ejus spirituale Sacramenti effectum, ut operari, sic & significare debet. At qui neutrum in contraria opinione verum est. Nam, ea posita, forma huius Sacramenti non est essentialiter opus religionis: non solum enim verba, sed facta, & nutus sunt forma; Hinc ante Concilium Tridentinum, & nunc etiam ubi Concilium Tridentinum promulgatum non est, sponsa iam per copulam carnalem animo maritali facta transibant in matrimonium, & copula haec erat matrimonii forma. At, inquit doctissimus Sylvius, nullam habet speciem veri, Christum pro Sacramenti forma statuisse, quod non potest absque gravi peccato fieri, qualis erat huiusmodi copula, quae & a sola libidine erat, & grave peccatum, utpote pertinens ad clandestinum matrimonium, ab Ecclesia semper improbatum; & praesertim si pro signo consensus nam aliud sit, quam ipsa corporum commixtio. Praeterea nec forma, in sententia illa, spirituale Sacramenti effectum significat; Haec enim in iis sita est verbis: *Accipio te in meam*; *accipio te in meum*. Haec porro verba nullum spirituale gratiae effectum significant; nec certe magis significant, quam materia ipsa; cum tamen expressior esse debeat formae significatio, quam materiae.

Haecenus argumenta theologica inuimus: superest auctoritas Conciliorum, & Patrum. Ex Concilio Tridentino *sess. 24, cap. 1, de reformatione*, haec habemus: *Ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiae procedatur ubi Parochus, viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat*; Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: *vel aliis utatur verbis, juxta receptum in minusculisque provinciis rit. m.* Satis perspicue colligi hinc videtur, Sacerdotem esse huius Sacramenti ministrum, & verba, quae profert, esse formam. Concilium enim certa verba usurpanda praescribit, vel alia, juxta cuiusque Ecclesiae ritum. Ibidem subdit hanc benedictionem a proprio Parocho faciendam esse: *Item si quis Parochus, vel alius Sacerdos alterius Parochiae sponsum sine illorum Parochi licentia matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure suspensus maneat*. Plura alia Concilia provincialia, ut Colonienle, Cameracense, Rhemenle, Turonenle, quae refert Sylvius, praetereo.

Hic accedunt Ritualia plurima. Rituale Romanum vetus, an. 1494. a P. Alberto Cattellano O. P. collectum, haec habet: *Contrahentibus respondentibus, se nec affines, nec consanguineos &c. Sacerdos pronuntiet verba, quae sunt forma huius Sacramenti*. Alterum Romanum, Pauli V. iussu editum, haec verba *Ego vos conjungo &c.* proferenda a Parocho istius Sacramenti ministro praescribit. P. Martene de antiquis Ecclesiae ritibus *tom. 2, pag. 11, lib. 1, cap. 9*, plura alia Ritualia in hanc rem afferit. Unum laudare sufficiat, nempe Mediolanense, in quo S. Carolus Borromeus *Att. Part. IV*, haec inferi curavit, *nempe quiaque duntaxat esse Sacramenta, quae Parochus ex officio administrare potest, Bapismus, Eucharistiam, Poenitentiam, Matrimonium, & Extremam Unctionem*.

Haec pauca indicavimus, ut Lectoris pateat injuria a Valquestio opinionem hanc temeritatis accusari, ac gravissima esse momenta, quibus eruditi Viri supra a nobis laudati moventur ad affirmandum opinionem hanc longe probabiliorem esse. Videantur Auctores illi, & praesertim continuator Tournely *tom. 8, cap. 4, art. 2*, ubi alia quoque argumen-

sentialiter imbibita in ratione contractus, nec una potest separari ab alia, cum ipsemet Contractus Matrimonii sit ipsum Sacramentum. Unde si ex Communi Doctorem, matrimonium celebratum inter abentes est validum in ratione contractus, debet esse legitimum, & validum etiam in ratione Sacramenti, si ut dictum fuit *sub num. 33*, certae serventur conditiones.

35 Conditions igitur necessario servandae in Matrimonio contracto inter abentes per Procuratorem, sunt sequentes. Prima est, quod Procurator habeat a suo Principali mandatum speciale ad contrahendum Matrimonium; *cap. Procurator 9, de Procuratoribus in 6, ibi: Procurator non aliter censetur idoneus ad Matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habuerit speciale*. Secunda, quod Procurator mandatum illud exequatur per se, & non per substitutum, nisi specialiter ad substituentium alium fuerit ei concessa facultas a suo principali, *cit. 3ap. Procurator, ibi: Et quamvis, is, qui constituitur ad negotia Procurator, alium dare possit, in hoc tamen casu (propter magnum, quod ex facto tam arduo possit periculum imminere) non poterit deputare alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum*. Tertia, quod eo tempore, quo Procurator contrahit, ejus potestas non sit revocata a suo Principali, ne quidem tacite, seu interne, alias nullum erit Matrimonium, licet Procurator in se, aut ea, cum qua contraxerit, talem revocationem penitus ignorarent, quia quacumque revocatione cessat consensus, & sine consensu nullum est Matrimonium, *cit. cap. Procurator, ibi: Sane si Procurator, antequam contraxerit, a Domino fuerit revocatus, contractum postmodum Matrimonium ab eodem (licet tam ipse, quam ea, cum qua contraxerit, revocationem huiusmodi penitus ignorarent) nullius momenti existit, cum illius consensus defuerit, sine quo firmitatem habere nequivit*. Quarta, quod determinetur specificiter in mandato, & commissione, cum qua persona sit contrahendum, quia non sufficit clausula contrahendi cum quacumque; *l. Generali 34, de Ritu Nuptiarum*: Quinta, quod Procurator, seu mandatarius non exce-

dat substantialiter suum mandatum, seu limites mandantis, *l. Diligenter, ff. Mandati*. Sexta, quod post publicationem Concilii Tridentini Procuratores personarum principalium contractum ineant coram Parocho, & duobus Testibus, ut colligitur ex eodem Concilio Tridentino *sess. 24, cap. 1, de reformat. Matrimonii*, ubi ad ejus validitatem requirit praesentiam Parochi, & saltem duorum Testium. Unde ex istis patet responsio ad rationes adversariorum *sub num. 34*, adductas. Nam in ipsis Procuratoribus interrogantur, & respondent Principales, quod etiam faciunt per Nuncios, & Litteras, adeoque non requiritur personalis praesentia, cum id specialiter conveniant Sacramento Matrimonii, quod sequitur rationem contractus, qui potest aequae bene celebrari inter abentes. * Porro quamvis Matrimonia per procuratorem, contracta veleant, ut communis est Theologorum, etiam post Tridentinum scribentium sententia; tamen cautius est, ut quae sic conciliata sunt, iterum praesentibus conjugibus coram Parocho renoventur; quae tamen dicta sunt ad cautelam, non autem ad necessitatem, *Bened. XIV. De Synod. Dioces. lib. 13, cap. 23, §. 9, nov. edit.* *

36 Procurator potest esse diversi sexus ab illo, nomine cuius contrahit; unde potest femina contrahere pro viro, & vir pro femina; agit enim non suo, sed alterius nomine. *Prassen. loc. cit. vers. Observandum autem est. A versa quest. 3, sess. 5, La Croix lib. 6, part. 3, n. 263, & alii passim*. Nec requiritur, quod Procurator sit certae aetatis, sufficit enim, quod sit in aetate sufficiente ad manifestandum sui Principalis consensum, quamvis necdum esset pubes. *Sanchez lib. 3, disp. 41, n. 8, Krimer n. 2185, & Doctores citati, & alii*.

37 Quando Matrimonium contrahitur per Nuncios, debent isti utriusque mittentis traditionem, & acceptationem significare coram Parocho, & Testibus, *arg. Concil. Trident. loc. cit.* Et si contrahatur per Litteras, Littera a sponso scripta sponsae, quod eam acceptat in Uxorem, & se ei tradat in Maritum, debet legi coram Parocho, & Testibus, coram quibus debet sponsa vicissim dicere, quod eum acceptat in mat-

ta in huius opinionis comprobationem assert, & adversariorum objecta doctae, & erudite solvit; & explicat.

Unum vero adhuc addendum est, nempe sententiam hanc tutiorem esse. Nemo enim in controversiam vocat, inquit P. Concina, Matrimonium, benedictione Sacerdotali accedente, esse Sacramentum. Contra, hac benedictione sublata, geavissimi Theologi aperte inficiantur matrimonium tale esse Sacramentum. Haec autem Theologorum opinio probabilis est. An negabunt Adversarii hanc opinionem esse probabilem, quam tot doctissimi Theologi propugnant? Si quisquam minus peritus hoc auderet, illi oppono auctoritatem sapientissimi Pontificis Benedicti XIV. *qui lib. VIII, de Synod. cap. XXVIII, num. 3, haec scribit: Verum quamquam hucusque explicata Melchioris Gani sententia, tot Doctorem suffragiis communita, sit valde Probabilis, ac cuius liberum absque erroris nota eam amplecti &c.* Non probabilis modo, verum etiam valde probabilis est sententia nostra, teste Pontifice Maximo. Est etiam tutior in comparatione oppositae. Illa enim tutior sententia est, de qua Theologorum nemo unus ambigit. Porro omnes ad unum fatentur, conjugium Ecclesiastico ritu benedictum a Sacerdote esse verum Sacramentum. Ergo tutior illa, haec minus tuta. Atqui ex decreto Innocentii XI. ex duabus opinionibus probabilibus, quae in utramque partem a Theologis disputantur, tutiorem amplecti debemus, quando de Sacramentis agitur. Ergo amplectenda nostra, rejicienda altera est.

Circa materiam, & formam secundum hanc opinionem, placuit recensere sententiam continuatoris Tournely, quae plausibilior visa est. Materia huius Sacramenti sunt actus contrahentium: forma vero sunt verba, quibus Sacerdos contractum hunc nomine Ecclesiae ratihabendo, eidem benedicit. Prima pars ostenditur, tum quod ceterae opiniones nil habent solidi, nil quod ambiguum non sit; Tum quia Sacramenti materia in eo bene reponitur, quod cum de se indifferens sit ad esse duntaxat civile, vel ad esse Sacramentale, ad istud per formam determinatur. Atqui contrahentium actus, qui de se indifferentes sunt ad permanendum in ratione contractus civilis, per formam esse per verba Sacerdotis determinantur ad acquirendum esse Sacramentale; Tum demum quia, ut loquitur Estius in *4, dist. 26, §. 12, sicut in Sacramento Poenitentiae materia vel*

38 quasi materia sunt actus Poenitentis, qui velut informantur per absolutionem Sacerdotis, ita recte dicitur, actus contrahentium, quibus mutuo sibi dant fidem matrimonialem, esse huius Sacramenti materiam, vel quasi materiam, quae deinde informantur ad gratiae consecutionem per ea verba Sacerdotis, in quibus consistit forma Sacramenti. Sicut enim Deus actus Poenitentis exivit in Sacramentum novae Legis, addita absolutione Sacerdotis ut forma, ita valde convenienter dicitur, quod actus contrahentium exivit in Sacramentum novae Legis, addita benedictione Sacerdotis ut forma. Favet hinc doctrina S. Thomas 3. part. *quest. 84, art. 1, ad 1, ubi: In illis Sacramentis, inquit, quae habent effectum correspondentem humanis actibus, ipsi actus humani sunt loco materiae, ut accidit in Poenitentia, & Matrimonio*.

Ostenditur altera pars, 1. quia in eo reponenda est Matrimonii ut Sacramenti forma, quod Antiquitas tota ut potissimam ejus partem commendavit; cui Traditio gratiam in christiano Matrimonio collatam tribuit constanter; quod formam Sacramenti huius esse asseruerunt quaedam Concilia, nulla autem negarunt. Atqui benedictionem Sacerdotalem ut potissimam christiani Matrimonii partem tota commendavit Antiquitas &c. 2. Quia in materia Sacramentali ea dubio procul amplectenda est opinio, quae tutior est, nisi contraria non aliquo tantum gradu, sed magno & intenso fit probabilior. Atqui opinio, quae Sacerdotis verba ut essentiali formam requirit, indubie tutior est, cum nulli Sacramentum exponat periculo. Aliunde contraria opinio non est longe multo probabilior, imo nec aequae probabilis, ut ex dictis videre est.

Atque hinc eam existimarem in praxi sequendam, 1. quoad Heterodoxos Ecclesiam reduces, ut statuit Sanchezius: 2. quoad fideles ad Ecclesiam convertos: quoad eos etiam, qui in locis, ubi non viget Tridentinum, sine opera Sacerdotali contraxissent. Licet enim, quod jam advertimus, negent viri graves, Matrimonium, quod semel valuit in ratione contractus civilis, ad Sacramenti gradum affurgere unquam posse; non est adeo certum, ut peccet, qui contra senserit & egerit. Haec tamen, ut nostra omnia, Sedis Apostolicae, & Episcoporum, quia Doctorem censuram subiecta sint.

- 39 ritum, & se ei tradat in Uxorem, Et si uterque per Litteras agat. debet uterque alterius Litteras legere coram Parocho, & Testibus, arg. ead. Conc. Trid. loc. cit. Castropal. disp. part. 9. La Croix lib. 6. part. 3. numer. 264. & alii passim.
- 40 Recte autem monent Sanchez *dis. 120. n. 31. Aversa q. 3. sess. 5. Sporer loc. cit. n. 225. La Croix loc. cit. n. 263.* & alii, contrahentes per Procuratores, seu Nuncios, vel Litteras, optime facturos, si deinde per se ipsos privatim inter se repant mutuum consensum, ut certius sit Sacramentum, si forte illegitimum quid intervenerit.
- 41 Principales contrahentes, cum sint ipsi, qui ministrant, & recipiunt Sacramentum, debent esse in statu gratiae, non quidem necessario eo tempore, quo Procuratores constituunt, seu Nuncios vel Litteras mittunt, sed eo quo probabiliter credunt posse procuratores eorum nomine contrahere, vel Nuncios suam voluntatem significare, seu Litteras suas legi posse coram Parocho, et Testibus; Procuratores autem seu Nuncios non peccant, si eo tempore sint in peccato mortali, quia nec recipiunt in se Sacramentum, nec nomine suo ministrant. *Communis.*
- 42 Matrimonium contractum a Procuratore post revocationem mandati Procuratoris, quamvis fuerit ignorata talis revocatio, est nullum, & invalidum; textu expresso in *cap. Procurator 9. de procuratoribus in 6. & Sac. Congregat. Concil. in Eugubina 5 Julii 1727.* apud thesaurum Resolutionum Sac. Cong. Concil. tom. 4. quae Resolutiones prostant Venetiis apud Joan. Bapt. Recurti.
- * Circa Parochum ministrum Matrimonii juvat hic adnotare sequentia.
- 43 Benedictus XIV. abstinendum censet ab ea quaestione inter Theologos agitata, num Parochus sit huius Sacramenti minister, seu potius ipsi contrahentes simul materia, forma, & ministri huius Sacramenti habeantur. Utriusque sententiae fundamenta late expendit in *Tract. de Syn. Dioces. lib. 7. c. 28.* Quamquam non obicere inclinare vitus est in sententiam quae contractus, & Sacramenti tunc quidquid est contrahentibus vindicat. Merito tamen reprehendendi sunt illi qui a contractus matrimonium non exigunt scientiam doctrinae christianae, saltem eorum, quae ad salutem necessaria sunt. Mandavit enim Clemens XI. & ipse etiam Benedictus XIV. Constitut. 42. tom. 1. incip. *Et si minime*, ut Parochus ab initio Matrimonium exquirat interrogando, quae ad salutem necessaria sunt, & si deprehenderit ignorasse matrimonio jungendi non sunt. Monet inhi per cum Gribaldo, illos, qui praecipua Fidei mysteria sciunt, ea vero quae sunt de necessitate praeccepti rudisolum modo tenent; illos quidem posse aliquandiu retineri a matrimonio celebrando, atque interim Parochus illos diligenter doceat, & si deprehenderit rudiores esse ingenio, & exilis memoriae, ut doctores effici non valeant, tenetur tandem conjungere. *Ibid. c. 29.*
- 44 Matrimonium coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus celebrari debet, quae verba sunt Tridentini de *Ref. r. Matrimonii sess. 24. c. 1.* Reprehendam vero censet Pontifex Episcoporum quorundam oscitantiam, qui in Synodis suis edixerunt celebratum esse *coram legitimo Ministro*, quo antea data est Theologis nonnullis opinandi, sententiamque suam ex eorum mente, ut hi quidem arbitrantur, firmandi, Parochum esse legitimum Sacramenti Matrimonii ministrum.
- 45 Parochus per se assistere Matrimonio tenetur, nisi legitima gravissimaque de causa impeditus. Benedict. XIV. Constit. 90. tom. 1. *Boll. ar. incip. Neminam licentiam.*
- 46 Si Episcopus generatim interdicit Parocho, ne Matrimonium valere, definit Sac. Congreg. Concilii, et firmat Pontifex in *Tr. de Syn. Dioc. lib. 7. c. 68. §. 11.*
- 47 Si vero interdictum istud venerit a Pontifice cum decreto irritante, tunc utique non valet conjugium, cum Pontifex jure suo possit impedimenta constituere. Nisi tamen aditu huic interdicti decretum irritans, matrimonium valet, cum impedimentum istud impediens, non irritans censendum sit. *Ibid. §. 3.*
- 48 Parochus coram quo celebrari potest matrimonium, est Parochus domicilii, non originis, ut ex consensu auctorem et sensu S. Congregationis conitat. *Instit. Eccles. 33. §. 6.* Quare si quis habeat duo domicilia in duplici Parochia, in alterutra matrimonio jungi potest; attamen ad habendum duplex domicilium requiritur, ut in utraque aequalem moraliter habitationem habeat. *Ibid.* Parochus ruralis, quo quis

pergit ad rusticandum, non est aptus matrimonio illius, qui ibi moratur causa recreationis, et ad rusticana negotia, ita enim perpetuo censuit S. Congregatio. *Ibid. §. 7.*

Nullum est Matrimonium ejus, qui loco propriae habitationis, non tamen deserto ibi domicilio pergit ad alium locum animo se conjungendi in matrimonium, non adepto novo domicilio, seu quasi domicilio. Ita ex sensu perpetuo S. Congregationis, *Ibid. §. 8.*

Vagorum Parochus quoad Matrimonium, est Parochus loci, ubi tunc versantur, ut ex sensu plurimi Theologorum *Ibid. §. 10.*

Diligenter tamen distinguendi sunt vagi a peregrinis. Vagi sunt enim illi, qui relicto proprio domicilio, aliquid quaesituri vagantur: peregrini vero qui non relicto domicilio peregrinantur alicubi. *Ibid. §. 10.*

Scholares, Judices, Medici &c. qui alicubi conducti habitant, in loco ejusdem habitationis contrahunt quasi domicilium, si ibi permanente aliquo idoneo tempore. Ita ex DD. et Decret. S. Congregationis, *Ibid. §. 11.*

Quoad matrimonia eorum, qui in carcere adstricti detinentur, sicutineantur in carcere ex sententia Judicis sive deputati in perpetuum, sive ad certum tempus, respectu illorum, Parochus Matrimonii. Si vero detineantur in carcere donec causa eorum expediat, tunc Parochus eorum est ille, ubi habent domicilium. Ita ex sensu S. Congregationis et DD. *Ibid. §. 12.*

Parochus eorum, qui expositi sunt, & in hospitali aluntur quoad Matrimonium non est Cappellanus ejusdem Hospitalis, sed Parochus, qui situm est Hospitalis. Sic ex decretis S. Congregationis, *Ibid. §. 14.*

Educandae in Monasterio degentes habent pro Parocho Matrimonii illum, in cuius loco est domicilium paternum, maternum, seu fraternum, ut ex multis Theologis, *Ibid. §. 16.* Si eo careant, est Parochus loci, ubi est Monasterium. Vide infra *art. 2. n. 115, & seqq.*

Famuli habentes domum, & familiam in alia Parochia diversam ab ea, quam habet domus heri, Parochum Matrimonii habent illum, in quo est domus, & familia. Ita ex statutis Cleri Romani, *Ibid. §. 20.* disponitur. Si vero domicilium habeant familiae extra urbem & in Urbe famulentur, tunc coram Parocho Urbano contrahunt. *Instit. Eccles. 88. §. 5.*

Si Episcopus mandet alicui Parocho, ut assistat matrimonio, reputans hunc esse verum Parochum alterutrum ex contrahentibus, & postea repariatur vere non esse Parochum illorum, adhuc tamen mandatum Episcopi valet, ut consensum iste sustineatur, ut femel, & iterum decisum a S. Congregatione refertur *Instit. Eccles. 88. §. 4.*

Matrimonium etiam bona fide contractum coram Parocho & unico teste non valet, ut ex responso S. Congreg. Concil. constat. *De Synod. dioc. lib. 12. c. 5. nov. edit.* Vicillim valet contractum coram duobus testibus sine Parocho in loco ubi non est nisi hereticus, vel si est, illum a laeundi libera facultas deest. *Ibid.*

Parocho praesente, ita tamen ut neque videat contrahentes, neque auribus verba eorum percipiat, matrimonium est nullum, uti definitum est a S. Congregatione Concilii post diligenter exanimem in causa Romana die 7. Martii 1700. At si Parochus *affuerit non intelligere* verba contrahentium, matrimonium valere respondit alio decreto anni 1593. in causa Ulyssiponen. Congregatio. *De Synod. Dioc. lib. 13. c. 23. nov. edit.* Tunc vero non *audire affuerit* Parochus: si invitus adhibetur ad contractus celebrationem & data opera, neque videre vult, neque percipere, cum tamen facile posset, & testes audierunt, & viderunt; quae sane ratio fuit Decreti S. Congregationis in *Carthagin. Matrim.* anno 1753. lati pro similibus matrimonii validitate. *Ibid. §. 11.* Hac de re plura vide tom. 4. verb. *Impedimenta Matrimonii art. 2. numer. 135. & seqq.*

Parochus, cui interdictum est ab Episcopo, ne interveniat matrimonio contrahendo, adhuc tamen non reddit matrimonium invalidum. Ita ex Decret. S. Congreg. *De Synod. Dioc. lib. 13. cap. 23. §. 1. nov. edit.* Idem dicas, si Ordinarius tantum vetet Vicario Parochi, ne assistat, ille contra mandatum assistat. Item pariter judicandum est, si vel Parochus, vel ejus Vicarius prohibiti ab Episcopo, nolentes & invitati assistere cogantur. *Ibid.* ex eodem Decreto. *

Novae additiones ex aliena manu.

- DE matrimonio quæri solent, an seposita Lege positiva, sit indissolubile. Negat inter alios Lockius de *Regimine civili cap. 6. §. 3. & plur. sequent.*, idque quia nec contractus hic natura sua perpetuitatem requirit, nec eam exposcunt fines ipsius. Tradit tamen tamdiu saltem debere illud durare, quamdiu Proles educata sit, Sed vide acutissimum Pontium de *matrimon. lib. 1. c. 13. per tot.* tenentem & seposita lege positiva esse matrimonium indissolubile.
- De disciplina Ecclesiae circa Infidelium, & Hæreticorum Conjugia, quam alter eorum ad fidem convertitur, vide si habet mox dictum Pontium *citato opere lib. 9. c. 4. per tot.* qui rem pro dignitate tractat.
- In dubio favore matrimonii esse judicandum, Regula est. At ne *authoritate Regula*; ut plerumque ulu venit, in errores indicamus, monendum est, procedere Regulam hanc in *juris non item in facti dubio*. Si itaque dubitetur, an ipsum matrimonium sit contractum neque, non est judicandum fuisse matrimonium contractum; *Ref. cor. Tanario decif. 220. numer. 5.*
- Consensus ad matrimonium requisitus potest exprimi non solum verbis, sed & quibuscumque signis & nutibus, ut monuit *Auctor n. 25. & sequent.* & respondit *Rot. in Majoriten. Matrimonii 3. Julii 1749. cor. R. P. D. Camilliac.* Sed nunquam dubitatur, an verba prolata a contrahentibus importent necessarium ad matrimonium consensum. Idemque dubium oriri solet de signis ab ipsis adhibitis. Vide vero qui de iis ex professo tractat, *Pontium de matrimon. lib. 2. cap. 7. & plur. seq. sent. ubique per tot.*
- In matrimonio coram Parocho, & Testibus contracto, sed invalide ob aliquod impedimentum, an oporteat renovare consensum pariter coram Parocho & Testibus, quaestio est. Affirmant post Concilium Tridentinum *Fagnan. in c. 11. n. 13. de depon. Impuber. Pont. de matrimon. lib. 5. c. 6. n. 7. Clerical. decif. 17. numer. 39. de Sacrament. matrimon. alicuique.* At *Schmalzgrueb. jur. Eccles. univers. lib. 4. part. 1. tit. 1. §. 2. n. 420.* Affirmativam hanc opinionem amplectendam esse tenet, si impedimentum, propter quod matrimonium invalide sit contractum, sit notorium, vel in judicio probari queat, non item si ipsum impedimentum occultum sit, nec ullo modo in judicio probari possit, dummodo tamen ambo conjuges sciverint nullitatem matrimonii ac cohabitaverint diuturno temporis spatio, & quidem spontanea.
- Non incongrue agi hic posset de sponsalibus & matrimoniis, quae a filiis familias contrahuntur, Parentibus infcitis, vel iuste invitis. Sed longum esset & inutile, postquam de iis suam edidit dissertationem doctissimus *Mascevola* eamque in Neapolitana editione anni 1742. variis additamentis illustravit eruditissimus, & nunquam sine laudis praetatione nominandus *M. noehius*. Consultare igitur ubi res ita postulat, dissertationem hanc dictae editionis Neapolitanae anni 1742.

ARTICULUS II.

Matrimonium quoad varia miscellanea ipsum concernentia.

- Matrimonium contrahentes, omisso dolo de denunciationibus, seu fraude deceptis Parocho, & testibus, possunt puniri ab Episcopo etiam poena pecuniaria; Immo potest Episcopus punire & ipsos Parochos, & testes, si fuerint in his culpabiles *Sacr. Congr. Concil. sub die 10. Februar. 1629.* In qua porrectis Quaestis:
- I. An Episcopus possit punire contrahentes matrimonium contra ejus prohibitionem contractum?
- II. An eos, qui contrahunt coram Parocho ex causa justa dissentiente?
- III. An eos, qui contrahunt omisso denunciationibus?
- IV. An possit punire testes intervenientes in supradictis casibus.
- V. An possit in eisdem casibus punire poenis pecuniariis locis tamen piis applicandis?
- Sacr. Cong. &c.*
- Ad 1. 2. & 3. respondit, Episcopum posse.
- Ad 4. posse, quatenus testes sint in dolo.
- Ad 5. pariter respondit, posse.
- Ref. in Savonen. 2. Martii 1595. respondit, matrimonium*

contractum servata forma Concil. esse validum, etiam si antea Episcopus inhibuisset Parocho, licet hic puniri valeat ob inobedientiam; *lib. 8. decret. fol. 106.*

Matrimonium nullum ex aliquo essentiali defectu, celebratum sine proprio Parocho, non resolvitur in sponsalia de futuro, etiam si sequatur sit copula in figura Matrimonii. Sic pluries censuit Sacra Congreg. Concilii, ut refert Urlaya *discept. Ecclesiastic. tom. 3. part. 1. discept. 19. a num. 170. ad 242.* & signanter in *Nullus die 8. Junii 1595.* ubi censuit *matrimonium sine praesentia Parochi per verba de praesenti contractum etiam copula subsequuta, & irritum, & nullum esse, & in sponsalia de futuro minime resolv. lib. 8. decr. fol. 130. & in Granaten. in qua propositis sequentibus dubiis.*

I. An contrahens, non servata Concilii solemnitate, obligatus sit solum obligatione naturali, cujus vigore aliquo Ecclesiastico remedio compelli possit ad observandam promissa?

II. Quid si in hujusmodi contractu interpositum sit juramentum?

III. An talis contractus valeat saltem ut sponsalia de futuro?

IV. An sic contrahens peccet mortaliter non adimplendo suam promissionem?

Ad 1. Sac. Congreg. censuit non esse obligatum etiam obligatione naturali.

Ad 11. Sac. Congreg. respondit idem, etiam si contrahens jurasset.

Ad 111. Sac. Cong. respondit non valere.

Ad 1v. Sacra Congregatio non peccare censuit.

Tom. 72. Positionum S. C. C. signat. foris sess. 24. de reformat. cap. 1. fol. 168. & 169.

Unde recte infert citatus D. Urfaya *ibid. sub num. 243.* nullo modo audiendos esse Doctores illos, qui contrarium asserunt, nempe Matrimonium clandestinum habere vim sponsalium, & proinde obligare nulliter contrahentes ad iterum valide contrahendum; Tum quia majoris etiam numerum sunt Doctores tenentes, tale Matrimonium non resolvitur in sponsalia, quam illi, qui tenent resolvitur, ut videre est apud Barbofam in *Concilio Trident. cit. sess. 24. cap. 1. n. 130.* & alios.

Matrimonium contractum a filia propter metum mortis a Matre illatum, est invalidum, etiam si post obitum Matris per septennium cum viro permanserit, et filios susceperit. *Sacr. Congreg. Concilii in Romana 15. Septembr. 1629.* Aldan. in *Compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 8. num. 24.* Barbofa in *summa Apostolic. dec. verb. Matrimonium num. 32. & in Concilio Trid. loc. citat. num. 133.* Seraphin. *decif. 900.* Gregor. XV. *decif. 395.*

Matrimonium contractum ex metu resultante a praecceptis poenalis, & carceratione de mandato Judicis sequuta, est nullum. *Sacr. Congreg. Concilii in Viminilien. Matrimonii 24. Aprilis anni 1700. & in S. Agathe Gothorum matrimonii eisdem die & anno.*

Matrimonium contractum a viro repero in lecto a consanguineis mulieris, uti per metum contractum non tenet. *Sacr. Congr. Concilii in Aquilana Matrimonii 2. Junii 1715.*

Matrimonium contrahens cum Petronilla, si ante consummationem declaratur nullum ob metum cadentem in constantem virum, poterit ducere in uxorem sororem ejusdem Petronillae, quia tali casu nullum ei obstat impedimentum, ut declaravit *Sacr. Congreg. Concilii 22. Martii 1664.* Secus autem, si matrimonium esset nullum ob non servatam formam Concilii, aut ex alia causa, quia tunc oriretur impedimentum iustitiae publicae honestatis. *Eadem Sacra Congreg. Concilii 8. Novembris 1584. & in Casinat. 18. Junii 1611. lib. 11. decr. fol. 99.* Et ratio disparitatis est, quia in primo casu nullus adest consensus (qui est causa efficiens, & formalis contractus) & sic inde ortum habere non potuit impedimentum, non sic autem in secundo casu, in quo cum consensus non deficiat, sed solemnitas, oritur inde impedimentum, quod contractum dirimit Jure Ecclesiastico positivo.

Matrimonium contrahi non debet cum Matre illius filiae, quam vir cognovit, ad quem effectum deneganda est dispensatio. *Sacr. Congreg. Concilii in Neapolitana dispensationis 28. Martii 1716.* apud Urfayam *tom. 4. parte 1. disceptat. 12.*

Matrimonium contractum sub conditione opposita uni ex illius finibus principalibus, nullum est. *Sacr. Congreg. Concilii in Vixanen. Occidentalis 3. Julii 1724.* apud Urfayam *in Mi-*

- 24 in *Miscellaneo Sacro*, & *Profano*, verb. *matrimonium numer.* 101.
- 11 Matrimonium non debet prohiberi illis, qui doctrinam Christianam (a) nesciunt, sed ad id comminatoris monitionibus sunt cogendi. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Gallipolen. 9. Martii 1588.*
- 12 Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam a proprio Parocho unius ex contrahentibus, et ignorat se illam habere, prout ignorat unus ex contrahentibus est invalidum. *Sacra Congr. Concilii sub die 5. Decembris 1626. & sub die 15. Aprilis 1628.* apud Sellium, in *Selectis Canonice cap. 22. n. 15.* et apud Barbosam in *Collectan. ad Trid. sess. 24. de reformat. matrimon. cap. 1. numer. 118.* & in *Summa Apostol. decis. verb. Matrimonium numer. 13. de Officio, & potest. Episcop. part. 2. allegat. 22. num. 130.*
- 13 Matrimonium mentito nomine, vel cognomine, adhuc prima Uxore vivente, cum alia contrahens, ultra poenas, quibus ipse ordinarie puniri solet, damnari debet ad Tretrem in perpetuum; quod si inhabilis repertus fuerit, publice fustigetur, et damnetur ad carceres in perpetuum; si vero pro qualitate, et enormitate delicti gravioris poenas meruerit, etiam Curiae seculari arbitrio Republica Christiana contra haereticam pravitate Generalem Inquisitorum puniendus tradatur. *Urbanus VIII. 20. Junii 1637.* Constitut. incipient. *Magnum in Christo.*
- 14 Matrimonium coram Parocho non promotum infra annum valide celebrari potest. *Sacra Congregatio Concilii sub die 12. Martii 1593.* apud Barbosam in *Summa Apostolicar. decis. verb. Matrimonium numer. 7. & de Offic. & potest. Parochi cap. 21. num. 55.*
- 15 Matrimonium contractum coram Parocho illius loci, ubi contrahens moratur tanquam Praetor, Judex, seu Medicus temporalis, validum est. *Sacra Congr. Concilii apud Barbosam in Summa Apostolicar. decis. verb. Matrimonium n. 10. & de Officio, & potest. Parochi cap. 21. num. 28.* et apud Garciam de *Beneficiis part. 5. cap. 7. n. 11. ad 5.*
- 16 Matrimonium contractum coram Parocho alieno de licentia Episcopi validum est, quamvis Episcopus intentionem haberet tale matrimonium non alii, quam proprio Parocho committendi. *Sacra Congr. Concilii apud Sellium in Selectis Canonice cap. 8. n. 73.* et Barbosam in *cit. Summa n. 6.*
- 17 Matrimonium contractum coram Parocho excommunicato valet, quia ille in hujusmodi casu praestat solum praesentiam ad effectum tollendi Clandestinitatem. *Sacra Congr. Concilii sub die 3. Martii 1594.*
- 18 Matrimonium contractum in Parochia habitacionis Uxor coram Parocho Viri, et e converso validum est. *Sacra Congr. Concilii apud Barbosam in cit. Summa n. 17.* recedens a priori contraria decisione apud eundem Barbosam *de Offic. & potest. Parochi cap. 21. n. 45.*
- 19 Matrimonium nullum ex publica causa, nova indiget praesentia

sentia Parochi ad illud convalidandum, et non valet dicere fuisse ratificatum per copulam sublequatam; Et dicitur notorium; ac reputatur publica causa, si constat ex libro Baptizatorum aliquem ex contrahentibus tempore Matrimonii non esse legitimae aetatis. *Sacra Congr. Concilii in Balneoregien. 8. Junii 1619.* apud Barbosam in *cit. Summa num. 20.*

Matrimonium contractum a viro annorum undecim, mensium sex, & dierum sex, nullum declaratum fuit a *Sacra Congr. Concilii in Romana matrimonii 11. Sept. 1666. lib. 2. 5. decr. fol. 226.* apud Ursayam in *Miscellaneo Sacro, & Profano 1. verb. Matrimonium n. 80.*

Matrimonium contractum, & consummatum cum muliere annorum decem cum dimidio, nullum declaratum fuisse ab Eminentissimo Urbis Vicario die 13. Septembris 1709. refert Ursaya *tom. 1. part. 2. discept. 29. n. 22. in fine.*

Matrimonium autem contractum ab impubere, seu ante legitimam aetatem valet, si malitia suppleat aetatem, c. *Puberes 3. de desponsatione impuberum*, ubi in ordine ad contrahendum matrimonium pro certo sufficienter pubes habetur, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & genere jam potest; Et si determinatos a Jure annos necdum habeat, uti adhuc clarius deciditur in c. *De illis 9. tit. eod.* ibi: „ Respondemus, quod si ita fuerit aetati proximi, quod potuerint, copula carnali conjugii, minoris aetatis intuitu separari, non debent, si unus in alterum visus fuerit consentisse, cum eis aetatem supplevisse malitia videatur, & concordat cap. *Tha 14. eod. tit.* & expresse tenet Fagnanus in *cap. De illis num. 2. 19. 20. & 42.* testans *Sacram Congreg. Concilii ibid. n. 47.* id ipsum sapius probasse *Sacram Congreg. Concilii* nam quoad hoc Concilium non correxit Canones, & expresse etiam tenet S. Thomas in *4. dist. 36. quest. unica artic. 5. dicens, idcirco matrimonium valide contrahi, si aliquis ad perfectionem debitam ante tempus praedictum perveniat, ita ut vigor naturae, & rationis, defectum aetatis suppleat.* Et de facto multa exempla habemus, quod masculi in decimo, ac undecimo, & femellae in decimo anno proles procreant; de quo vide Barbosam in *cit. cap. Puberes 3. de desponsat. impuber. n. 5.* Sanchez *lib. 7. disp. 204. num. 29.*

Talis vero malitia ad validitatem Matrimonii ante legitimam aetatem sufficiens in duobus copulative necessario consistit, scilicet & in discretione ad conjugalem consensum, & in potentia ad copulam, ut ex communi tenet Fagnanus. *loc. cit. n. 3.* subdens *ibid. num. 47.* id declarasse etiam *Sacram Congregationem Concilii* in causa *Jansenii*. An autem sit in impubere hujusmodi malitia? spectat ad Judicem Ecclesiasticum declarare, ut censuit eadem *Sacra Congr. Concilii in d. Jansenii*, teste Fagnano *loco cit. num. 47.*

Hinc impubes, qui ab Ordinario, receptis debitis probationibus, declaratus fuerit habere hujusmodi malitiam suppletentem aetatem, poterit Matrimonium contrahere de Episcopi licentia sine ulla Sedis Apostolicae dispensatione; Et ratio est, quia impedimentum aetatis a Canonibus praefinitur non est simplex, & absolutum, sed est conditionale, nisi

malitia suppleat aetatem, ut patet in *cit. cap. Puberes 3. cap. De illis 9. & cap. Tus 14. de desponsatione impuberum*, & *cap. Unic. eod. in 6.* adeoque statim ac Ordinarius declaravit malitiam suppleat aetatem, talis impubes in contrahendo utitur Jure suo, & Episcopus concedendo licentiam nihil attendit contra Jus, cum possit illam concedere sine recursum ad Sedem Apostolicam, ut ex pluribus solide probat Fagnanus *loc. cit. a num. 38. ad 46.* ubi dicit hoc expresse declarasse Gregorium XIII. qui ut refert Navarr. *consil. 5. in fine de desponsat. impub.* cuidam petenti dispensationem ad Matrimonium impuberis, dicitur respondisse, Sedem Apostolicam, ob hoc non esse interpellandam, cum si desit discretio, vel potentia consummandi Matrimonium, Sedes Apostolica nihil possit. Quod si neutrum deesse cognoverit, Ordinarius poterit, si causae, quae narratur, sunt verae, suo Jure dictam licentiam concedere. Haec ibi Fagnanus, qui n. 7. subdit, quod id ipsum sapius probavit *Sacra Congregatio Concilii*.

Matrimonium per verba de praesenti inter puberem, & impuberem, vel inter duos impuberes non proximos pubertati, & in quibus malitia non suppleat aetatem, nulliter, seu clandestine contractum valet in vim sponaliorum, seu tranfit, & resolvitur in sponsalia de futuro, textu expresse in *cit. cap. Unic. §. Idem quoque eod. in 6.* & sic declarasse *Sacram Congregationem Concilii* refert Fagnanus *loc. cit. n. 49.* & tenet Communissima Doctorum; teste Reiffenituel *lib. 4. tit. 2. n. 18.* Sponsi tamen impuberes facti puberes non possunt per Censuras cogi ad contrahendum per verba de praesenti, sed ad annos pubertatis perventi possunt recedere. *cap. De illis 7. & cap. A nobis 8. de desponsatione impuber.* & lic plenus votis declaravit *Sacra Congregatio Concilii*; teste Fagnano *loc. cit. num. 50.* Nisi sponsalia fuerint jurata & impuberes tempore sponaliorum fuerint doli capaces, quia tunc etiam impuberes facti puberes cogi possunt per Censuras, Ecclesiasticam ab observantiam Juramenti, textu expresse in *cap. Ex litteris 10. de Sponsalib. & Glossa ibid. verb. Subjuramento*; Hostiens. *ibid. verb. Jurare*, Joan. Andreas *ibid. num. 3.* Butrius *num. 10.* Anchuran. *num. 3.* Abbas *num. 6.* Alexander de Nervo *n. 15.* Praepositus *num. 4. in fine.* Fagnanus *num. 4. & in cap. De illis 9. de desponsat. impub. n. 51.* Covarruvias in *4. decret. part. 1. c. 5. §. 1. n. m. 3.* Sanchez *l. 1. disp. 51. n. 22.* & alii passim, nec quoad tales impuberes doli capaces, seu in quibus malitia tempore sponaliorum supplebat aetatem, dissentit Reiffenituel *lib. 4. decret. tit. 2. num. 17.* quamvis *num. 16.* cum aliis ibi citatis dissentiat quoad impuberes simpliciter.

Matrimonium inter puberes, non servata forma Concilii, contractum per verba de praesenti non resolvitur in sponsalia de futuro, ut sapius declaravit *Sacra Congregatio Concilii*, ut patet ex adductis ejus decretis *sub num. 2.* & testatur etiam Fagnanus in c. *De illis 9. de desponsat. impub. in fine*, ubi refert, quod dicta *Sacra Congregatio consilia*, an *Matrimonium elam sine Parocho, & Testibus contractum resolvatur saltem in vim sponaliorum? respondit non resolvit, quia est defectus in forma*; Unde non officit, quod in sponsalia resolvatur simile Matrimonium impuberum ex dictis *supra num. 26.* per textum in *cit. cap. Tus 14. de desponsat. impub. & cit. cap. Unic. §. Idem quoque eod. in 6.* quia ibi agitur de nullitate ex defectu causae efficientis, non autem formalis, ut hic, sicuti dicit citata *Sacra Congregatio, quia est defectus in forma*, ut cum Geminian. & pluribus aliis notat etiam recte Ursaya *tom. 3. part. 1. discept. 19. num. 189.*

Hic occasione puberum, & impuberum juvat notare varia circa ipsos. Unde Puberes a Pube sunt vocati, id est a prudentia corporis nuncupati, quia haec loca primo lanuginem ducunt textu expresse in *cap. Puberes 3. de desponsat. impub.* ibi: „ Puberes a Pube sunt vocati, id est a prudentia, corporis nuncupati, quia haec loca primo lanuginem ducunt, „ juxta pubis Etymon a Calvino in *suo magno Lexico Juridico t. 2. verb. Pubes, arg. cap. Pubere*. Pubertas autem est emissio ipsa pubis, a qua anni pubertatis dicti sunt; Calvino *loc. cit. verb. Pubertas*.

Pubertatis anni in feminis ordinariè sunt duodecim completi, in masculis autem 14. item completi, textu expresse in *l. Ultim. Cod. Quando Tutores esse desinant*, ibi: *Tubemus quemadmodum femina post impletos annos annimode pubescere judicatur, ita et mares post excessum 14. annorum puberes existimantur, & concordat cit. cap. Puberes*. Unde puberes sunt illa persona, quae dictam aetatem nondum completae attigerunt. Dictum autem fuit notanter ordinariè, quia in

quibusdam pubertas interdum anticipat talem aetatem; & in aliis; quandoque posticipat. Hinc regula certa est illas personas esse puberes, quae ex habitu corporis pubertatem ostendunt, & generare jam possunt, textu expresse in *cit. c. Puberes 3. de desponsat. impuber.* ibi: *Certum autem est, eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit & generare jam potest.*

Quinam autem dicantur pubertati proximi? varia fuerunt opiniones; At duae praesertim receptae videntur. Prima, quod masculi dicantur pubertati proximi, cum dimidiatum annum supra decimum exceperint, & feminae cum novem annos & dimidium egressae sunt *arg. §. Final. quibus ex causis manumit. non lic.* Nam post infantiam usque ad pubertatem sunt in masculis septem anni, & in feminis quinque; Quare, ex quo excessit quis dimidiam hujus temporis partem, magis pubertati, quam infantiae proximus dici debet. Panormitanus in *c. Continebatur 6. de desponsat. impuber* quod in ea praesertim aetate tolerat plerumque malitia tempus supplere; c. *1. de alicui. puer.* Nam & prodit Historia Salomonem nondum decem annos natum suo complexu nutricem filio Roborum gravidam fecisse. S. Gregor. *4. dialog. cap. 19 in Summa 2. quest. 1.* Et hanc sententiam docuit Accursius in *l. 1. ff. de Novat. §. In Summa, Instit. de obligat. quae ex del. §. Paphilus, instit. de inutil. stip.* Secunda sententia docet, non posse quoad hoc tradi unam regulam generalem pro omnibus, sed illas personas censeri debere pubertati proximas, quae rerum intellectum jam capere possunt, & doli capaces existunt, seu in quibus malitia suppleat aetatem, *arg. l. 23. & 24. de furis; cap. Puberes 3. cap. Continebatur 6. c. De illis 9. Atestationes 10. & c. Tha 14. de desponsat. impuber.* & aliis communis, & quantum ad contrahendum Matrimonium haec sententia est habenda pro certa, textu expresse in *cit. cap. Puberes 3. de desponsat. impuber.* ibi: „ Certum est autem, eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generale jam potest, & *cit. cap. De illis 9. tit. eod. ibi*; „ Respondemus, quod si ita fuerit aetati proximi, quod potuerint copula carnali conjugii, minoris aetatis intuitu separari non debent, si unus in alterum visus fuerit consentisse, cum in eis aetatem supplevisse malitia videtur. „ Vide supra. *a n. 22. ad 25.*

Hinc ad valorem Matrimonii, tam de Jure Civili, quam Canonico requiruntur, & sufficienti anni pubertatis, scilicet duodecim completi in feminis, & quatuordecim item completi in masculis; Nisi tamen in ipsis malitia suppleat aetatem *Princip. Instit. de Nuptiis §. l. 4. ff. de Adu. nupt. c. Puberes 3. c. Atestationes 10. & c. Tha 14. de desponsat. impub.* Dicitur autem notanter: *Nisi tamen in ipsis malitia suppleat aetatem*, quia ex jam dictis a n. 22. ad 25. validum est Matrimonium contractum ante dictam aetatem ab illis, in quibus malitia praesentit, seu suppleat aetatem.

Matrimonium, quando contrahitur inter duos alienigenas, & a parvo tempore in Parochia habitantes, qui tamen sunt cogniti, quod non sunt de comprehensis inter vagabundos, proprius eorum Parochus esse intelligitur, in cujus Parochia contrahentes habitant tempore, quo Matrimonium contrahitur. *Sacra Congr. Concilii sub die 21. Martii 1602.*

Matrimonium coram Parocho, & testibus contractum hac conditione, si mulier est legitima, subsequuta copula non est validum, si postea constiterit mulierem esse illegitimam. *Sacra Congr. Conc. de anno 1620.* apud Sellium in *Selectis Canonice cap. 22. num. 17.* & Barbosam in *Summa Apostolicar. dec. verb. Matrimonium n. 21.*

Matrimonium contractum sub conditione apposita per Virum: *Si id salvo honore meo fieri potest, & si fratribus meis placuerit*, & non expectato conditionis eventu, subsequuta fuerit copula cum affectu maritali, est validum, quia revera gratia non confertur sub conditione, sed completa voluntate actus. *Sacra Congr. Conc. sub die 23. Aug. 1622.*

Matrimonium contractum, & consummatum mediante Apostolica dispensatione ex causa indotatione mulieris, si delegatur illa eadem causa, & appareat de congrua dote, adhuc sustinetur. *Sacra Congr. Conc. in Praten. Matrimonii 4. Julii 1722.* & in *Neapolitana Matrimonii eodem die, & anno*.

Qui obtinuit dispensationem super impedimento consanguinitatis in forma pauperum falso narrata paupertate, dicitur valide dispensatus, & proles legitima, ut respondit *Sacra Congregatio Concilii 9. Septembris 1679. lib. 3. decret. fol. 406.*

(a) Circa doctrinam necessariam in iis, qui contrahere matrimonium velint, videatur Benedictus XIV. in *tract. de Synodo Diocesana lib. 8. cap. 14.* ubi rem fuisse pertracto. Inter alia vero haec habet. In Congregatione habita coram san. mem. Innocentio XII. ann. 1697. decretum est, non esse a Parochis matrimonium in Ecclesia proclamandum, nisi antea sponfos repererit in Christiana religionis rudimentis sufficienter instructos; quod quidem decretum confirmatum fuit a felic. recodat. Clemente XI. in suo Bullario pag. 326. Ac denique nos ipsi in nostra Encyclica Epistola ad universos Episcopos, quae est 42. in nostro Bullario §. 11. tom. 1. haec scripsimus; *Verum, cum matrimonio jungendi non sint, si Parochus, ut debet prius interrogando, deprehenderit; marem, seu foeminam, quae ad salutem necessaria sunt, ignorare, vix tanta, ac tam laetose ignorantiae locum relinquet Episcopus, qui Pastores animarum admonet officii sui & huius, si desint, negligentiae repetat poenas.* Contrahentes itaque matrimonium scire ea debent, quae necessaria sunt necessitate mediis, & quae ex praescripto Ecclesiae memoria tenere debent fideles. Episcopi itaque & Parochi repellere a contrahendo matrimonio debent eos, qui tum haec ignorant, tum etiam ea, quae spectant ad conjugatorum officia; hos vero arcendo a celebrando matrimonio, non novum

impedimentum constituunt, sed indignos repellunt a Sacramenti susceptione, quod sine sacrilegio recipere non possent; Cum enim Matrimonium Sacramentum sit vivorum, hoc est ab iis, qui in gratia sint, suscipiendum, animarum Pastores munere funguntur suo, dum eos ab hoc recipiendo Sacramento arceant, quos in peccato mortali versari noverint. Qui vero negligant ea scire, quae antea diximus, in peccato mortali sunt. Quamobrem Pastores eo studio, quo curare debent, ut digne Sacramenta suscipiantur, tandiu a Sacramenti susceptione repellere contrahentes debent, quoad usque graviter culpabilem ignorantiam in iisdem deprehenderint; Quod si haec prohibitio divina sit, & perseveret, id per accidens est, atque mihi oritur ex culpa eorum qui in illis erudiri, aut reculant, aut negligunt, inquit idem sapientissimus Pontifex. Si vero culpabilis non sit ignorantia, sed ex eo oritur, quod homo hebetis sit ingenii, & exilis memoriae, fit de causa adhibita diligentia memoriae mandare nequeat scitu necessaria, in hoc rerum statu, non debet perpetuo arceri a matrimonio, quod est institutum in officium naturae, & propterea nemini, sine propria culpa, denegandum; sed curabit Parochus, ut qui eo memoriae defectu laborat, frequenter audiat, quo semel crasse didicit, ne ab ejus mente penitus elabatur.

impedimentum constituunt, sed indignos repellunt a Sacramenti susceptione, quod sine sacrilegio recipere non possent; Cum enim Matrimonium Sacramentum sit vivorum, hoc est ab iis, qui in gratia sint, suscipiendum, animarum Pastores munere funguntur suo, dum eos ab hoc recipiendo Sacramento arceant, quos in peccato mortali versari noverint. Qui vero negligant ea scire, quae antea diximus, in peccato mortali sunt. Quamobrem Pastores eo studio, quo curare debent, ut digne Sacramenta suscipiantur, tandiu a Sacramenti susceptione repellere contrahentes debent, quoad usque graviter culpabilem ignorantiam in iisdem deprehenderint; Quod si haec prohibitio divina sit, & perseveret, id per accidens est, atque mihi oritur ex culpa eorum qui in illis erudiri, aut reculant, aut negligunt, inquit idem sapientissimus Pontifex. Si vero culpabilis non sit ignorantia, sed ex eo oritur, quod homo hebetis sit ingenii, & exilis memoriae, fit de causa adhibita diligentia memoriae mandare nequeat scitu necessaria, in hoc rerum statu, non debet perpetuo arceri a matrimonio, quod est institutum in officium naturae, & propterea nemini, sine propria culpa, denegandum; sed curabit Parochus, ut qui eo memoriae defectu laborat, frequenter audiat, quo semel crasse didicit, ne ab ejus mente penitus elabatur.

impedimentum constituunt, sed indignos repellunt a Sacramenti susceptione, quod sine sacrilegio recipere non possent; Cum enim Matrimonium Sacramentum sit vivorum, hoc est ab iis, qui in gratia sint, suscipiendum, animarum Pastores munere funguntur suo, dum eos ab hoc recipiendo Sacramento arceant, quos in peccato mortali versari noverint. Qui vero negligant ea scire, quae antea diximus, in peccato mortali sunt. Quamobrem Pastores eo studio, quo curare debent, ut digne Sacramenta suscipiantur, tandiu a Sacramenti susceptione repellere contrahentes debent, quoad usque graviter culpabilem ignorantiam in iisdem deprehenderint; Quod si haec prohibitio divina sit, & perseveret, id per accidens est, atque mihi oritur ex culpa eorum qui in illis erudiri, aut reculant, aut negligunt, inquit idem sapientissimus Pontifex. Si vero culpabilis non sit ignorantia, sed ex eo oritur, quod homo hebetis sit ingenii, & exilis memoriae, fit de causa adhibita diligentia memoriae mandare nequeat scitu necessaria, in hoc rerum statu, non debet perpetuo arceri a matrimonio, quod est institutum in officium naturae, & propterea nemini, sine propria culpa, denegandum; sed curabit Parochus, ut qui eo memoriae defectu laborat, frequenter audiat, quo semel crasse didicit, ne ab ejus mente penitus elabatur.

idonei sunt, sed tamen rationis usum habent, a Sede Apostolica privative concedi potest. Quando autem malitia supplet etatem, e Legum, & Canonum dispositione licitum est matrimonium contrahere; super hoc vero, an malitia suppleat etatem, tam a Judice Ordinario, quam ab Apostolica Sede pronunciari potest, & consequenter facultas ad contrahendum concedi. Tamen pro majori actus solemnitate, & ne de validitate contractus Matrimonii propter minorem etatem hæsitari contingat, Apostolicæ dispensationis Litteræ impetrari solent. Et traditur formula hujusmodi Litterarum. Sic quoad omnia Benedictus XIV. tom. 2. Constitut. 51. incip. *Magna*. Vide ad id verb. *Ætas*, & ad verb. *Dispensatio*.

102 Matrimonia Catholicorum cum hæreticis semper a S. Sede fuere reprobata; Et recentioribus Pontificiis Decretis denno reprobatâ fuisse demonstratur. Idem *ibidem* matrimonium si quis cum hæretica contraxerit penitentiam agere debet, & curare, ut conjugem a vera Fide aberrantem ad gremium Christi reducat. Idem *ibidem* Pro Matrimonio inter hæreticos, & Catholicos contrahendis, dispensationes a S. Sede non conceduntur, nisi addita conditione de abjuranda prius hæresi. Et si de hujus conditionis implemento Episcopi Executores non contulerint, dispensationes non sunt exequendæ. Idem *ibidem* Matrimonium cum hæreticis contra hi quibus casibus, quibusque de causis permittatur ad Apostolicam Sede; quæ Leges, & cautela in Licentiis, seu dispensationibus apponantur? Vide ad verb. *Dispensatio*, & ad verb. *Hæreticus*.

107 Matrimonium nulliter contractum desinitur in gradibus a jure prohibitis, super quibus dispensatio concessa fuit ab Episcopo, non servatis conditionibus in hujusmodi facultatis concessione sibi præscriptis. Idem Constitut. 16. incip. *Ad tuas manus*.

108 Matrimonium, quod inter duos Judæos erat, dissolvitur, si alter ex conjugibus Baptismum suscipiat, alter vero converti recuset, & cohabitare sine contumelia Creatoris. Idem Constit. 28. incip. *Postremo mensis* §. 18. Super quo tamen legitimum interpellationem præcedere necesse est. Idem *ibidem*. Sed non permittitur libellum repudii judaicis ritibus ei dare. Idem Constit. 38. incip. *Apostolici Ministerii*. Vide ad verb. *Hebræus*. Hujusmodi Matrimonii solutio tunc effectum habere censetur, quando Neophytus novas contrahendi potest. Idem *ibidem* An vero, dissoluto sic matrimonio, conjux alter in infidelitate remanens, novas nuptias contrahere possit, in utramque partem probabiliter disputatur. Idem *ibidem* Matrimonii nullitas factis canonizata non censetur ad hoc ut partes transire valeant ad alia vota nisi si ad hoc saltem sententia conformes super ea emanaverint. Idem Constit. incip. *Si datam*, & Tom. 1. Constit. 33. incip. *Dei miseratione* §. 9., & 14.

115 Pro Matrimonio, & sepultura educandarum, attendenda sunt sequentia. Sub die 8. Octobris 1723. a Sac. Congregat. Episcop. & Regul. fuit rescriptum Eminentissimo Cardinali Boncompagno Archiepiscopo Bononiensi, ut sequitur, Et tunc representato in Sac. Congregat. a nome delle Monache de' Monisteri di coteita Città, esser nati in essi gravissimi a busti contro la Diçiplina Regolare, & quiete de' medesimi a causa dell' Educande fatevi ritenere da proprii Consanguinei dopo promesse, e destinate in ipse. Questi Eminentissimi miei Signori, inerendo a Decreti Generali, ed altri cid proibenti, emanati più volte da detta Sac. Congregazione, e specialmente dei 13. Gennajo 1634., e così anche dei 9. Novembre 1635., e in altri tempi, m'hanno imposto di scrivere all' Eminenza Vostra, che tutte quelle Zitelle, quali avranno contratto i Sponsali, o fatta promessa di Matrimonio, si compiacca d' ordinare, yengano subito, e con effetto fatte ulcire da qualunque Monistero, ancorché estene, e rimandate alle loro Case. Quo exacte ut par est, observato, multa prædiciuntur pericula, & inconveniencia; ac tunc clare patet, proprium Parochum pro contrahendis Matrimoniis, esse Parochum earum Domicilii.

116 At si in aliquo urgente casu non possit tale præscriptum executioni demandari, matrimonium educandæ contrahendum est coram Parocho illius Parochiæ, in qua situm est Monasterium, si educanda non habeat in alia Parochia domicilium. Si vero in alia Parochia habeat domicilium paternum,

maternum, aut fraternum, contrahi debet matrimonium coram Parocho prædicti domicilii, factis tamen proclamationibus tam in Parochia domicilii, quam in alia Monasterii; prout recte tradit Carl. Lambert. deinde Summus Pontifex volum. 2. notificat. 13. num. 16. adducens ad id Doctores, & statutum Cleri Romani, cap. 3. de jure eligendi sepulturam, & que funerandi §. 9. in quo loquendo de Seminaribus, & Convictoribus alicujus Collegii præscribitur, quod aliquo eorum decedente in Seminario, vel Collegio, funeralia spectant ad Parochum Domicilii, si illud habeat; si autem illud non habeat, ex quo sit externus, pertineat ad Parochum illius Parochiæ, in qua situm est Seminarium, aut Collegium. Et in factis dicto statuto additionibus examinatis in particulari Congregatione a Clemente XI. deputata die 11. Januarii 1702. ab eodem Pontifice viva vocis oraculo approbatis decretum fuit, quod statutum pro Seminaribus, & Convictoribus, fervaretur pro educandis, tam pro earum sepulturis, quam pro earum Matrimoniis, ibi: *Non solum in funeralibus, sed etiam in contrahendo Matrimonio &c. Publicationes autem Matrimoniales fiant tam in Parochia Domicilii, quam Collegii, Monasterii, aut Conservatorii, in quo commorantur*. Quod idem servandum esse de famulatus continue in domibus Dominorum, seu Dominarum asserit dict. Card. Lambert. *ibidem* num. 17. Cum statutum Cleri Romani loquens de funeribus, extensum sit etiam ad Matrimonia; de eorum enim funeralibus cap. 3. §. 21. Sic habet: *Familiares, & famuli Cardinalium, seu aliorum Principum, ac Prælatorum, necnon aliorum quorumcumque, qui habent Domum, & familiam in alia Parochia, ad illam pertinere statuimus, licet apud Dominos insynentur, & occumbant*.

Et sic ubique observari convenit, cum praxis Urbis præbeat regulam in toto Orbe juxta firmata per Rotam part. 19. recent. decif. 469. num. 62. decif. 160. num. 2., & 3., & in Majoricenis. *Parochialis de Monachor.* 2. Julii 1708. §. Hæc quoque, coram Omnia, ibi: *Sola autem Urbis consuetudo, veluti in conspectu ipsius Sedis Apostolicæ inducta haberi solet pro lege in universo Orbe, & norma Episcopis, aliisque inferioribus Prelatis tribuere debet*. Confirmata 16. Novembris ejusdem anni §. *Attenta coram Molines*, relata, & sequuta ab Urtaya tom. 1. discip. 6. num. 165., & part. 2. discip. 14. num. 33., & tom. 8. part. 1. discip. 10. numer. 77. adducens ad id aliam Decisionem in Constantiæ. *Præcedentie* 27. Januar. 1713. §. *Idipsum coram Ansaldo, & tom. 9. part. 1. decif. 11. num. 11. 21., & discip. 14. nu. 172.* ubi cum Barbosa de potest. Episcop. part. 3. alleg. 76. numer. 35., & Cardinal de Luca de judic. discip. 37. numer. 20., & Rota decif. 460. num. 92. decif. 56. num. 2., & 3. part. 19. recent. dicit, Urbis solitum magni faciendum esse in his materiis Stylus enim Curie Romanæ attendi debet; Gloffa in cap. *Adsumus, de Rescript.* & cum ipso procedendum esse in aliis Curis inferioribus, non autem cum praxi propriæ Regionis, tradit Card. de Luca de judic. discip. 4. numer. 12. & discip. 37. num. 20. cum Stylus Curie Romanæ faciat jus, & pro lege habeatur, cap. *Ex litteris* 1. de Constit. c. *Quam gravi* 6. de crimine falsi, ex quo Ecclesia Romana sit ordo, norma, & caput omnium Ecclesiarum, cap. *Omnnes* 1., & cap. *Sacrosancta* 2. dist. 23. cum similibus.

Quo ad allatam articulo 1. num. 62. de Matrimonialibus Decisionem Sac. Congregat. Concil. in Feretrana 21. April. 1742. advertendum est, quod fuerunt tunc propofita tria hæc dubia. I. *An Ven. Monasterio Montalium S. Clare Terræ Marcate Feltria liceat sepelire in ejus Ecclesia cadaverapelliarum educationis causa ibidem commorantium, & in eodem Monasterio decedentium?* & quatenus negative. II. *An sit restituendum Parocho ejusdem Terræ Cadaver Anna Bartoli educationis causa in dicto Monasterio degentis, ibique defunctæ, & sepultæ, sive scilicet facienda sit declaratio de restituenda nomine Parochiæ?* III. *An eidem Parocho restituenda sint una cum cera int. gra emolumentis funeris ejusdem Anna Bartoli in eju &c.?* Et dicta Sac. Congreg. Concil. 21. April. 1742. respondit, Ad I. *Affirmative, consilio de electione sepultura*. Ad II. *Negative*. Ad III. *deberi quartam funeralem tantum, sic jam de simili controversia actum fuerat in Pinnen. sepul. ura 6. Julii 1737.* (ubi tamen ea concurrebat peculiaris circumstantia, quod puella sepulturam elegerat in Ecclesia Monasterii), & propofitis hijs dubiis. I. *An licuerit tumulare cadaver Maria Nelli in Ecclesia Montalium S. Clare Civitatis Finne?* Et quatenus negative. II. *An sit locus*

locus exhumationi, & respective restitutioni Cadaveris una cum funeris emolumentis favore Ecclesiæ Collegiatæ S. Joannis Evangelistæ ejusdem Civitatis in casu &c.? Et Sac. Congregation. Concil. rescriptit, Ad I. *Affirmative*. Ad II. *Provisum in primo, & amplius*. Quæ decisio allegata fuit in dicta Feretrana; Quæ a Parocho adductis novis juribus repropofita die 1. Septembris 1742. sub dubio, An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisio in casu &c. Eadem Sac. Congregat. Concil. in Feretrana juris sepeliendi die qua supra respondit. Ad I. *prævio recessu a decis. Affirmative, attentis circumstantiis*. Ad II., & III. *in decisio in omnibus, & amplius*. Ubi notanda est illa particula, & amplius, quæ, ut recte tradit practissimus Card. Lambert. dein Summus Pontifex Benedictus XIV. volum. 3. notificat. 14. pag. 163. significat, quod omnes Eminentissimi Cardinales fuerunt concordēs, & quod cum sit clara materia, seu causa, non est amplius de ea agendum.

125 Matrimonia filiorum familias, & fervorum sine consensu parentum, ac Dominorum irrita erant per leges Civiles, quas quondam ratas habuit Ecclesia. Benedictus XIV. de Synodo Diocesana lib. 7. cap. 37. num. 2., & 3. Eadem postea absolute valida voluit esse Ecclesia statuendo, ut deinceps nuptiarum validitas a solo penderet contrahentium consensu, nequaquam autem a nutu eorum, sub quorum dominio, vel potestate contrahentes existunt, ut generatim sancitum habemus in Cap. *Cum locum* 14. de sponsalib., & *matrimon. in cap. Licet* 3., & in Cap. *Tua* 4. de sponsa duorum. Speciatim vero de servis in Cap. *Dignum* 1. de conjugio servorum. Et tandem de Filiis familias post alias sanctiones indicatas ab Juenin. de Matrimonio disjert. 10. quæst. 5. cap. 3. art. 1. definitur Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. *Matrimon.* ubi anathemate percutit, qui falso affirmant Matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta irrita facere posse. Vide supra, & verb. *Exhereditatio*. Hinc eorum validitatem non obstant quædam aliæ Leges Civiles, postea in Gallia, aut alibi latæ; adeoque dicta validitas est ab Episcopis in suis Synodis declaranda. Idem *ibidem* num. 5.

126 Matrimonium validum est inter Vitricum, & uxorem privigni, nec ad illud pertinent impedimenta affinitatis, aut publicæ honestatis. Idem *ibidem* c. p. 39. per tot. Vide tom. 7. verb. *Vitricus*, ubi ad id dantur Decreta Sacra Congregationis Concilii.

127 Matrimonium contractum inter conjunctos tertio, & quarto gradu duplicitibus, obtemta dispensatione super tertio, & quarto simpliciter, est nullum Benedict. XIV. Constit. incip. *Esse Matrimonialis* §. 6. Matrimonium contractum non expeditis litteris super gradum proximiorum in dispensatione non expresse, est illicitum, sed tamen validum. Idem *ibidem*, §. 6.

128 Matrimonium contractum a conjunctis in tertio, & quarto consanguinitatis, vel affinitatis gradibus prævia dispensatione super gradu remotiori tantum, omisso proximiori, dummodo hic primum non attingat quocumque modo, est validum, licet illicitum; Quamvis enim Pius IV. pro Regula decreverit, quod in dispensationibus Matrimonialibus non solum gradus remotioris, sed etiam propinquieris, expressa mentio fieri deberet, itaut non facta mentione propinquieris, dispensatio nullius esset roboris, & momenti; Tamen S. Pius V. Constit. incip. *Sandissimus* revocavit quantum ad hoc dictam Regulam, seu Constitutionem Pii IV. & innovavit Regulam, seu Constitutionem Gregorii XI. & Clementis VI. statuendo, quod in dispensationibus gradus remotior attendere tur, & traheret secum propinquierem, & sic quod sufficeret exprimere gradum remotiorem, obtentis tamen postea super gradu propinquieris. Litteris Apostolicis, in quibus declararetur non obitare reticentiam gradus propinquieris. Quamvis vero Matrimonium in tali casu sit validum, conjuges tamen separandi sunt, donec dictæ Litteræ declaratoriæ obtineantur, cum dictæ novæ Litteræ declaratoriæ requirantur ad avertendum scandalum, ne videlicet aliqui rudes, & juris ignari sumerent occasionem scandalii, videntes non fuisse dispensatum in gradu propinquieris, licet aliunde regula juris sit, quod gradus remotior imbibit, & trahit ad se propinquierem, uti ad rem argumentantur Doctores; Et ita resoluta Sacra Congreg. Concilii anno 1722. in causa *Lucerorien. Matrimonii*; Cum enim post obtentam a Joanne Sapica, & Constantina Radziwila Apostolicam dispensationem super quarto, quo erant conjuncti, consanguinitatis gradum, compertum

fuisse, ipsos non quarto tantum, sed tertio, & quarto gradibus fuisse conjunctos, & nihilominus placuisset Exequutori dispensationem præfatam executioni demandare, orta subinde fuit controversia super Matrimonii validitate, eaque ad Sac. Congregationem delata, propofito dubio: *An constet de nullitate Matrimonii*, die 7. Septembris 1720. prodit responsum dilata, & ad mentem, quæ fuit, ut perquirerentur Regesta Dataria circa Stylum tam antiquum, quam modernum concedendi Declaratorias, & Penale valere. Per volutis igitur Dataria Regestis, illius Officiales discutiunt exararunt, quo pluribus innixi rationibus, sed præcipue Pataria, & Cancellaria Stylo, ostendere fategerunt, nullam semper & in valida habita fuisse Matrimonia contracta inter conjunctos tertio, & quarto gradibus, prævia dispensatione super quarto gradu tantum, & non obtemta declaratione super non obstantia tertii reticenti. Sed Prosper Lambertinus tunc Sacra Congregationis Secretarius, deinde Cardinalis, ac tandem Summus Pontifex sub nomine Benedicti XIV. alterum efformavit doctissimum, & eruditissimum dictum impresse post folium distributum die 28. Martii 1722. quo respondendo stylo Dataria, exemplis, & rationibus per illius Officiales expofitis, Matrimonii validitatem strenue propugnavit. Unde propofita iterum eadem causa sub infrascriptis dubiis; I. *An constet de nullitate Matrimonii, & quatenus affirmative*; II. *An Princeps Joannes Sapica factus sit inhabilis ad contrahendum Matrimonium cum aliis Mulieribus in casu*; Et dicta Sacra Congregatio die 28. Martii 1722. Respondit: *Ad primum Negative, & Episcopus mandet, quod conjuges continent in separatione, donec obtineverint Litteras Declaratorias. Ad secundum, provisum in primo, & amplius*. Sic in *Theatro Resolutionum Sac. Congreg. Concil. dicti anni 1722.* Vide ibi in dicta *Lucerorien. Nullitatis Matrimonii sub die 28. Martii*, ubi multa ad rem. Et insuper vide doctissimum, & eruditissimum Riganti tom. 2. in Regul. XIV. *Cancellaria*, ubi cum classicis Doctores abunde quoad omnia ad rem. Vide verb. *Dispensatio Matrimonialis*.

Salutare quidem est Decretum, quo fere omnes Episcopi prohibent, ne ante contractum Matrimonium Sponsus in una, eademque domo cum sponsa habitet propter periculum evidens, ne inter eosdem sponfos copula habeatur ante Matrimonii celebrationem; Non tamen id prohiberi potest sub pena stupri, sed tantummodo sub pena arbitrio Ordinarii infligenda, ut respondiisse Sacram Congregationem Concilii Episcopis Provincie Mediolanensis refert Benedictus XIV. de Synodo Diocesana lib. 12. c. 6. num. 3. ibi: *Non posse, sed ambobus graviter arbitrio Ordinarii duntaxat esse puniendos*.

Dubia aliquot circa exteriorum Matrimonia cum responfionibus Sacra Congregationis.

Ordines ultimo loco ab Urbe emanati circa Matrimonia cum exteris contrahenda, inter alia disponunt, quod Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diocæsis existentibus, ut pro Matrimoniis cum exteris contrahendis, non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, a quo, vel ejus Generali Vicario, prius teneantur fidem authenticam reportare, quod pro tali Matrimonio fuerint examinati testes in eorum Tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium.

Quæritur, an illi ex Diocæsis circumvicinis, & ipsi teneantur tales probationes facere: An vero sufficiat fides denunciationum in eorum Diocæsis factarum cum legalitate Ordinarii, & probatio eorum status post discessum ab ipsa Diocæsi?

Ref. Hujusmodi habentur pro exteris, & consequenter teneantur probationes facere.

Item an contrahere volentes in confinibus eorum Diocæsis habitantes, & ob vicinitatem ab eorum Rectoribus cogniti, teneantur easdem facere probationes; An vero sufficiant publicationes ab ipsis rectoribus faciendæ?

Ref. Etiam illi tenentur facere probationes.

An easdem teneantur facere probationes ii, qui ante etatem nubilem a propria Diocæsi discedentes, ad aliam contulerunt, & in ea postmodum habitaverunt?

Ref. Non tenentur, quia non fuerunt extra Diocæsim tempore habili ad contrahendum.

An in Civitate, in qua milites, Hispani, Teutonici, Alemanni,

manni , Galli , & aliarum longinquarum regionum residere solent , idem cum ipsis sit servandum , vel sufficiat probationes in ipsa Civitate recipere de eorum statu a testibus ipsarum regionum de negotio edoctis ?

135 Ref. Tenentur facere probationes juxta formam Instructionis , quia isti facilius committunt Polygamiam .

An facta per Parochum monitione Ordinario contrahere volentis , fides status ejusdem sit ab eodem Parocho , vel a contrahere volente reportanda ?

Tenetur fidem reportare , & Parocho consignare is , qui vult Matrimonium contrahere ; sed est in libertate Parochi hujusmodi onus in se assumere .

136 An eadem probationes sint servandæ in casu necessitatis , & ab existentibus in articulo mortis , sic contrahere volentibus , intra quem scilicet probabiliter non adsit tempus sufficiens faciendi diligentias : Cum hoc etiam , quod si infirmus forte convalescerit , debeant fieri diligentia ; juxta Instructionem , antequam simul conveniant ;

Ref. Non sunt servandæ in articulo mortis .

137 An requiratur attestatio proprii Ordinarii pro exteris , qui per decem annos , & ultra domicilium acquisierunt in loco , ubi sunt Matrimonium contrahendi , si eorum status liber probetur per testes fide dignos , tam originis , quam domicilii ?

Ref. Requiritur .

138 An requiratur dicta attestatio pro illis exteris , qui unicam , vel plures duxerunt , & eorum , si mortuæ fuerint in loco , ubi iterum Matrimonium contrahere desiderant , ac amplius post mortem a dicto loco non discesserunt ?

Ref. Requiritur pariter .

Has eadem responsiones habet Synodus Bononiensis 1699 . Typis edita in Appendice p. 230 .

139 Et cum dubio ac responsione quarto consonant responsiones Sacrae Congregationis Conc. datæ dubiis propositis , & ab eadem Sac. Cong. Inquisitionis remisit 6. Martii 1694 . Quia Capellani exercitus sine Indulto Apostolico hujusmodi Matrimonii assistere non possunt ; Et quamquam hoc Indultum , aliquando Principibus , & Regibus Catholicis concedatur , illud tamen expediri solet cum clausula , quod Capellani exercitus Matrimonia faciant , & Sacramenta ministrant , & conferant dumtaxat eo tempore , quo exercitus in actuali expeditione reperitur ; Secus vero quando milites in stationibus , & praesidiis degunt , & ita expediri debere , resolutum fuit a Congr. deputata Concilii , 29. Septembris 1690 .

Ita apud Monacell. tom. 3. in Appendice ad Formularium Instructionis VI. pag. 220. 221. & 222. impressiois Romanae 1709 .

140 Pro examine illorum Testium , qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis , tam in Curia Eminentiſſi D. Cardinalis Urbis Vicarii , quam in aliis Curis ceterorum Ordinariorum , Instructionem luculentissimam habes tom. 4. verb. *Instructione pro examine &c.*

141 * Juvat adhuc ad rem adnotare sequentia .

Si infidelis conjux veniat ad fidem , & alter consentiat habitare cum illo absque injuria Creatoris , quamvis in infidelitate perseverare velit , (quod judicandum pertinet ad Episcopum) tunc decrevit Sac. Congregat. non posse convertum ad fidem aliam sibi conjugem adsciscere . At eo ipso quod alter velit in infidelitate perseverare , censent Theologi plures satis esse periculi in neophyto . Verum hujus dubii solutionem recte monet Caballarius ex moribus regionum , & casuum circumstantiis pendere , *De Synod. dioc. l. 13. cap. 21. §. 1. nov. edit.*

142 Accidit , ut infidelis plures uxores in infidelitate accipiat , tum veniat ad fidem , & fidem pariter una ex his uxoriſ recipere sit parata , non tamen illa , quæ prior ducta est , quæ propter distantiam locorum , vel ignorando ubinam sit , requirit judicialiter non possit . Demum post renovatum cum illa , quæ venit ad fidem , Matrimonium (quod fieri non potest absque renovatione consensuum coram Parocho , & testibus , eo quod prior consensus in infidelitate datus fuerat nullus , propter matrimonium cum altera celebratum ,) comparet uxor prior , et probat , se non fuisse pramonitam , vel fuisse impeditam , ut suam voluntatem manifestaret ; nunc vero paratam se dicit ad fidem amplectendam , vel jam fuisse amplectam antequam conjugium neophyti cum neophyta celebraretur . In hoc rerum eventu S. Pius V. concessit Missionariis , ut cum Judæis baptizatis dispensare possent , ad effectum remanentis tanquam cum uxore legitima , cum ea uxore , quæ

fuerit pariter baptizata . Eandem dispensandi facultatem concessit Gregorius XIII. Episcopis , Parochis , et e Societate Jesu Presbyteris ad Sacramentales Confessiones in his regionibus , approbatis , quoad eos , qui ab Anglia , Ethiopia , ac Brasilia , in captivitatem adducti , et in remotas regiones delati fuerant , ut non expectato , nec requisito consensu conjugis in infidelitate ducti , matrimonium inire possint cum quocumque fidei , etiamſi conjuges infideles declarare possent se juxta fuisse impeditos ad manifestandam suam voluntatem , vel etiamſi probarent se fuisse convertos ad fidem tempore secundi matrimonii . Has Constitutiones certe emanare potuisse ab iis Pontificibus fuisse demonstratur , sed ea extendi non posse ad alias regiones , quantumvis similes rationes suppetant , clare constat . Quare si forte casus accidat , petenda est facultas dispensandi a SS. Pontificibus . *De Synod. dioc. nov. edit. lib. 13. cap. 21. n. 3. & seqq.*

Si infidelis unam conjugem infidelem duxerit , ita matrimonium valet , ut si ea vivente alteram superinducat , secundum matrimonium nullum est , cum matrimonium institutum sit , ut unicam habeat . *Ibid. §. 8.*

Si matrimonium ineamur inter duos , qui pravum habent errorem substantia matrimonii repugnantem , ut inter Græcos , qui censent conjugii vinculum dissolvi per alterutrum conjugis adulterium , prava hæc opinio non officit validitati matrimonii . Ita resolvit Sac. Congregatio Concilii die 15. Januarii 1724 . *De Synod. dioc. lib. 13. cap. 22. §. 4. nov. edit.*

Verum si hæc opinio deducatur in pactum tanquam conditio in actu ineundi matrimonii , tunc matrimonium nullum est , uti semper accidit quum matrimonio est apposita conditio substantia matrimonii repugnans , ex Decretali Gregorii IX. *cap. de Appositis . Ibid. §. 5.* Hinc , quem subd. casus , resolutus est a Sac. Congregatione die 20. Maii anni 1754 .

In formula , quam Calvinistæ in conjugii adhibent , minister sponsum interrogat , *accipis ne illam in uxorem ?* Respondet illa : *accipio* . Eadem verba interroganti ministro repetit sponsa . Tum minister ad sponsum : *personam quam manutenes , amas , & accipis eam in perpetuam uxorem . nec in ulla illius ærumna deseres , quoadque in sua honestate & puritate permanserit ?* Tantundem dicit sponsa . Porro illud , *quoadque in sua honestate & puritate permanserit* , in sensu Calvinistarum denotat virum accipere sponſam in uxorem quoadque adulterium non contraxerit , eoque commisso , vinculum conjugii solvi . Celebrant igitur hæc conjugia cum conditione opposita perpetuitati matrimonii , quæ sane perpetuitas essentia conjugii adnexa est , ut ex Concilio Florentino in decreto de unione Armenorum , & instructione Clementis VIII. pro Italo-Græcis , confirmata a Benedicto XIV. Constitut. 57. *Bull. tom. 1. incip. Esti pastoralis* , constat . Quare optime definitum in Congregatione S. Officii die 20. Maii 1754 . conjugium illud nullum extitisse adeoque integrum fuisse alterutri sponſo ad alia vota transire . *De Synod. dioc. lib. 13. cap. 22. §. 9.* Neque obiare judicatum est prius dixisse utrumque sponſum . accipio hunc conjugem , deinde ad novam interrogationem utrumque conditionem subdidisse , quia & prior , & secunda interrogatio unus idemque actus judicatus est .

Ex his etiam resolutus est a Sacra Congregatione casus alter die 8. Julii 1724 . Vir & femina convenerunt celebrare matrimonium coram Ecclesia , at illud nequaquam consummare deberent , sed post quindecim dies mulier Monasterium ingrederetur , & post probationis annum proſiteretur , interim vero omni juri renunciabat , quod in mariti personam ex matrimonio sibi acquirere potuisset , consenseratque , ut si ab his pactis defecisset , matrimonium nullum irritumque declararetur . Ita conventum inter illos , pactaque hæc scriptis consignata sunt , ac significata testibus ac Parocho coram quibus ineundæ erant nuptiæ . Hoc matrimonium nullum esse declaravit Sacra Congregatio ex *cap. si conditionis , de cond. apposit.* nam abdicatio facta ab utroque de potestate in corpus alterius , aperte contraria est substantia matrimonii . Quamvis enim in ipsa matrimonii celebratione actu expressæ non essent pactioes itæ , constabat tamen ex antecedentibus , & sequentibus simul junctis conjuges ab ipſo non recessisse . *Ib. §. 1.*

Nam in casu , quo alteruter ex conjugibus ad Fidem venerit , relicto altero , qui negat cohabitare sine injuria Creatoris ; dein vero & ipſe ad fidem convertus sit , atque interim , postquam secundus scilicet ad fidem converteris est ; prior

con-

conjux secundas nuptias iniverit , in eo casu suadendum sit Pontifici , ut matrimonium in infidelitate consummatum dissolvat in favorem secundi conjugii , ambigit Pontifex & merito ; censetque id fieri non debere , nisi adsint causæ gravissimæ . *De Synodo Diocel. lib. 6. cap. 4.*

148 Catholici qui cum hæretico matrimonium celebrant etiam in locis hæreticorum , gravissime peccant , quia hoc agendo cum illis in divinis communicant , quod , nisi forte cum gravissima causa , illicitum est . Si vero postquam sic contraxerint coram Parocho Catholico , possint iterum coram ministro Protestante conjugii ad evitanda gravia damna , quæſſio est ; ad quam Sac. Congregatio respondit , Ministrum hæreticum si assistat hiſce matrimoniis , ut minister politicus tunc a Catholicis peccatum non committi ; secus vero si assistat ut minister sacræ additus ; ita censet Pontifex , *loc. cit. cap. 5. §. 4. & 5.*

149 Conjugia hæretici protestantis cum femina hæretica coram Parocho non catholico in Belgio confederato celebrata valida habenda sunt . Decretum a Pontifice approbatum die 4. Novembr. 1741 . Item valet ita , & in iis regionibus celebratum si hæreticus catholicam ducat quamquam hoc postremo illic tum haberi debeat ; *Ibid.* Idipsum repetitur in Epistola ad Cardin. Ducem Eboracensem . data die 9. Februar. 1749 . §. 17 .

150 Nuptiæ inter catholicum et hæreticum conjugem multo rectius non sunt benedicendæ , neque Missa in præsentia hæretici celebranda , nec tandem connubii ritus inter Ecclesiæ ambitum peragendus , quod et vestitum fuisse a Clemente VIII. circa benedictiones quidam referunt . *De Synod. Diocel. lib. 6. c. 5. §. 5.*

151 Impedimentum ex adoptione proveniens ita explicatur a Pontifice in *Tract. de synod. diocel. lib. 7. cap. 36.* Connubium iniri non potest inter adoptantem et adoptatum , atque ab ito descendentes ; quod impedimentum genus semper durat quoad adoptantem tantum et adoptatum . Secundo inter adoptatum et filios naturales adoptantis . Sed impedimentum istud tandiu durat , quoadiu perseverat adoptio , seu filii remanent sub patria potestate ; nam ea soluta , sive per mortem adoptantis , sive per emancipationem filii sive adoptivi , sive naturalis , cessat impedimentum . Tertio inter adoptantem et uxorem adoptati , seu vicissim inter adoptatam et uxorem adoptantis , idque semper durat . An vero hæc impedimenta obtineant , tam in adoptione perfecta , quam imperfecta , his est inter Doctores . Porro adoptio perfecta tunc fit cum persona extranea sui juris ex Principis scripto , ita transit in potestatem , et familiam adoptantis , ut perinde ac filius legitimus fiat ejus heres necessarius tam ab intestato , quam extra . Adoptio imperfecta dicitur , cum persona extranea constituta sub Patris , seu Avi potestate , solius Magistratus , alteriusve Judicis competentis auctoritate in filium , aut nepotem adſciscitur ; non tamen in familiam et potestatem adoptantis transit , et succedit solum ab intestato . *De Synod. diocel. lib. 7. cap. 36.*

152 Impedimenta matrimonium impediencia ab Episcopo relaxari possunt , si excipias impedimentum ortum ex sponsalibus cum altero prius initis , et illud quod ex voto perpetuæ castitatis , et ingrediendæ Religionis , nisi fuerint conditionata , ortum duxit . Cætera vero matrimonium irritantia tollere nisi Romano Pontifice , nemo potest ; excipitur tamen casus , quem statim subdo .

153 Si forte accidat , ut matrimonium jam fuerit contractum , in faciem Ecclesiæ cum omnibus solemnitatibus , initumque fuerit bona fide ex ignorantia impedimenti juris , et facti , et sit consummatum , occultum sit tamen impedimentum , et adiri non possit Pontifex , seu ab eo dispensatio obtineri ob conjugum paupertatem , rusticitatem , locorum distantiam etc. nec possit separatio fieri sine scandalo . Dum simul omnes itæ circumstantiæ adſuerint , tunc ab Episcopo ea dispensatio tuto conceditur , quam potest major Poenitentarius Papæ ; in foro tamen conscientia tantum . Quare si impedimentum istud postea detegatur , et deducatur ad forum contentiosum , impetranda est a Summo Pontifice dispensatio . *De Synod. Diocel. lib. 7. cap. 31. §. 1.*

154 Forte etiam Episcopus dispensare poterit in impedimento dirimente occulto cum matrimonium proxime contrahendum est , in casu , quo tales urgeant rerum circumstantiæ , ut nec Summus Pontifex consuli possit , nec matrimonium differri sine scandalo , aut infamia contrahentium . Tunc censendus est Summus Pontifex tunc delegare Episcopo potestatem dispensandi ; *ibid. n. 2.*

His præcis rerum circumstantiis , nemini fas est Episcopo dispensare in impedimentis publicis matrimonium dirimentibus . Neque enim verum est , & sanum axioma illud a nonnullis adoptatum : *Quicquid potest Pontifex in universo Orbe , si excipias quæ totius Ecclesiæ statum respiciunt , veluti Fidei articulum definire ; potest Episcopus in sua diocesi , nisi Papa illud sibi reservaverit .* Non enim potest inferior legem a Superiore datam relaxare . Sunt qui consuetudinem præterant ; at considerent attente , cum res sit de minuentis juribus Romano Pontifici unice competentibus , num centum ad minus annorum spatium sine ulla interruptione perseveraverit . Considerandum insuper & potissimum , num per eam consuetudinem dirumpatur nervus Ecclesiasticæ discipline ; tunc enim nunquam contra Legem præscribitur ; *cap. Cum inter , de consuet. De Synod. diocel. lib. 7. c. 31.*

In contractis matrimoniis pro eorum revalidatione non dispensat S. Poenitentaria in gradibus primo et secundo consanguinitatis , vel affinitatis ex copula licita , nisi forte in secundo gradu per decennium duraverit occultum impedimentum , et conjuges ut legitimi reputati fuerint . In reliquis vero dispensat ; sicuti in gradibus tertio et quarto publicis revalidat matrimonia ex causa occulta subreptionis , et obreptionis litterarum Apostolicarum nulliter contracta , nisi falsitas consistat in narratione falsa præcedentis copulæ . *Bulla 95. tom. 1. incip. Pastor bonus , §. 40. Vide Institut. Eccles. 87.*

Si in dispensatione a Dataria obenta quoad gradus prohibitos retineatur copula ex causa infamiae , tunc Sacra Poenitentaria dispensat in matrimonio contrahendo , et etiam contracto ; at cum agitur de primo in secundo gradu exigita compositionem 50. ducatorum auri de camera , nisi gratia prior fuerit expedita in forma pauperum , *Ibid.*

Si in dispensatione a Dataria petita in impedimentis graduum expressa fuerit copula tacita , tamen mala intentione facilius obtinendi dispensationem , tunc si mala intentio sit occulta , dispensat Sac. Poenitentaria cum miserabilibus personis absolute , cum reliquis taxa definita . Si vero copula habita fuerit affinitate seu consanguinitate non agnita , tunc pro dispensationibus non est necessario exprimentæ . *Institut. Eccles. 87. §. 23.*

In impedimentis occultis affinitatis ex copula illicita habente etiam periculo scandalorum in contracto , & contrahendo matrimonio in foro conscientia dispensat .

Dispensat etiam in impedimento criminis tam pro contracto , quam pro contrahendo , ubi nulla adeit machinatio . Potest etiam dispensare quando agitur de machinatione ex parte tantum alterutrius ; id tamen rarius præstat ; *ib. §. 44.*

In impedimentis dispensat etiam si fuerint multiplicia , si cut & dispensat in foro conscientia pro legitimatione prolis , nisi illa concepta sit in adulterio . *Ibid. §. 45.*

In dispensationibus pro impedimentis matrimonii super gradibus vetitis impetrandis , si taceatur copula antecedens , sicut (si adſuerit) intentio facilius obtinenda dispensationis , rescriptum vitatur , ut DD. *Institut. Eccles. 87. §. 13.* In contractis tamen matrimoniis , si hoc vitium occultum perseveret , dispensat Poenitentaria . *Ibid. §. 14.*

Clausula illa in dispensationibus matrimonialibus : *absolutio , & dispensatio in foro judicario nullatenus suffragetur* , eam vim habet , ut si impedimentum ex occulto fiat publicum , potest Ordinarius conjuges separare a toro . Si tamen illi occulte sine scandalo debitum invicem reddant , non peccant , ita sentiente Navarro . *Ibid. §. 50.*

Si Ordinarius subodorans impedimentum velit procedere in cognitionem delicti , id potest , imo debet facere , etiamſi reus protestetur de obenta dispensatione . Si vero certioreretur ea de re ab aliquo fide digno , ut a Confessario , seu Parocho , qui possunt id clam testificari Episcopo , tunc debet Episcopus acquiescere , nec debet ad delictum puniendum procedere , ut ex Clericato , *ibid. §. 50.*

Postrema clausula sic enunciatur : *dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata , sed ita caute &c.* rejicitur sententia opinantium hanc non esse conditionem ; sed ut Confessarius instruat , quo certior sit contractus , ac veram esse conditionem ex ablativo absoluto , quo enunciatur ut est Juristarum , lenius demonstratur *Institut. Eccles. 87. §. 68.*

Nec admittitur sententia asserens , quando fieri non potest sit revelatio impedimenti , sufficere , ut pars illud sciens habeat copulam cum parte ignorante affectu maritali , cum prior consensus partis incitæ fuerit nullus , adeoque ex parte

te

re illius nullus sit, unde debet innovari. Aliorum sententia patenter rejecta est, eorum nempe, qui suadent, ut sciens impedimentum proponat alteri se adeo illam amare, ut denuo cum illa velit ligari; si alter respondeat affirmative, consensus censetur innovatus. Hec tamen opinio rejicitur, eo quod consensus præstitus a parte inficia, est consensus junctus cum errore, quare non adimpletur conditio: *dicta muliere certiorata.*

167 Præfertur ceteris quarta ratio certioram reddendi partem ignaram, & tunc fit, cum parti ignaræ dicitur in priori matrimonio defuisse consensum validum, adeoque iussu Confessoris se proponere, ut iterum innovetur ex parte utriusque. *Ibid.* §. 78.

168 Sed quid si timor occurrat, ne parte ignara certiorata de nullitate consensus, futurum sit, ut illa renuat novam celebrationem, adeoque sic soluto matrimonio, nata antecederet proles timeatur ne declararetur illegitima? Tunc utique de prole non est cur dubitetur, nam semper habetur ut legitima, cum impedimentum est occultum, & unus saltem ex conjugibus in bona fide versatur. Verum si adhuc perseveret metus scandalorum ex resolutione hujus matrimonii, suadet Pontifex ut per novas litteras exponatur Sac. Poenitentiaræ casus, vel recurratur ad Episcopum, qui id suadebit, quod erit opportunum. *Ibid.* §. 80.

169 Matrimonium celebratum non præmissis denunciationibus nec obtenta ea de re ab Episcopo facultate, si adfuit Parochus, suspensione ad triennium plectendus est ex cap. Cum inhibito §. final. a qua suspensione toto eo triennio absolvi ab Episcopo nequit, ut ex Sanchez firmatur in *Tract. de Synod. Dioecel.* lib. 7. cap. 69. §. 2.

170 Diebus, quibus interdicuntur matrimonia, non quidem absolute illa vetantur, præcisâ consuetudine, sed solemnitas tantummodo, & pompa nuptiarum, ut ex cap. Capellanus, de fer. moment Theologi, & notatur *Institut. Eccles.* 70. §. 5.

171 Nomine vero solemnitatis nuptiarum censentur, & quidem potissimum, benedictiones in Missali Romano expressæ. Vetantur vero illæ sub peccato gravi, ut ex Sanchez aliisque notatur *Institut. Eccles.* 80. §. 7. Quare cum temporibus feriatis permittit Episcopus nuptias celebrari, nunquam licet benedictiones illas conferre. *Ibid.* §. 2.

172 Immo & tota Missa pro Sponsa & Sponsâ omittenda est, cum benedictiones illæ pars ejusdem habeantur. Tunc igitur celebranda est Missa de Tempore. *Ibid.* §. 11.

173 Ideo vero requiritur facultas Episcopi ad celebrandum, matrimonia diebus feriatis (quamquam illa sint de se licita) quia in Synodis ex consuetudine introducta vetita illa habentur, quare requiritur, ut Episcopi facultas intercedat. *Ibid.* §. 4.

174 Semel tamen inita matrimonia, diebus feriatis, consummari possunt, ut ex sensu DD. Theologorum statuitur, *ibid.* §. 17. & 18. Quare licita est transactio Sponsæ ad domum viri, ut ex Sac. Congregat. firmatur, *ibid.* §. 21. *

Additio in hac novissima Romana Editione.

IN Bulgaria Provincia mos est, ut Patresfamilias aliquando sibi in filios adoptent, absque tamen ulla juris solemnitate, aliquos pueros, vel puellas. Hujusmodi adoptati communiter inter Catholicos ibi commorantes, veluti filii legitimi reputantur, adeo in hereditate etiam succedant. Ritus D. Joseph Roveranus Missionarius Congregationis S. Joannis Baptiste, tunc Vicarius Apostolicus Sophienfis, nunc Archiepiscopus Marcianopolitanus, & Vicarius Patriarchalis Constantinopolitanus Sacram Congregationem de Propaganda Fide humiliter supplicavit, ut declarare dignaretur, an talis adoptio impedimentum parentet cognationis Legalis. Eadem Sac. Congregatio instantiam remisit ad Sac. Congregationem Sancti Officii. Deinde in Congregat. Generali habita coram S. D. Nostro feria V. die 16. Aprilis 1761. Sanctissimus auditis votis &c., reque mature perpenfa, declaravit præfato in casu nullum extare impedimentum, mandavitque Instructionem efformari transmittendam laudato Vicario Apostolico.

Nova additiones ex aliena manu.

Uo hic præcipue explananda sunt. Prius agendum de illis, qui concedere possunt licentiam assistendi loco Parochorum matrimonii. Distendum postea de conditionibus, quæ matrimoniis apponi solent.

Possunt licentiam assistendi matrimoniis loco Parochorum concedere non solum ipsi Parochi, sed & quicumque veniunt nomine Ordinarii, puta Episcopi, Abbates nullius &c. Quinimo id ipsum permissum Vicariis Generalibus, tum Capitularibus &c. Perez de Matrim. disp. 41. sect. 1. num. 1. & plur. sequent. modo tamquam is cui conceditur hæc licentia sit Sacerdos.

De Vicecuratis quaeritur an & ii possint hanc licentiam assistendi matrimoniis concedere? Et posse non solum absentibus, sed etiam presentibus Parochis, propterea quod sunt ipsi ad universitatem causarum destinati, tradit inter alios mox laudatus Auctor *dict. tractat. disput. 40. sect. 6. n. 5.* Confer etiam Hurtad. de matrim. disput. 5. difficult. 10. n. 34. & sequent. ubi hanc etiam affert rationem, quod dare licentiam assistendi matrimoniis non sit subdelegare jurisdictionem.

Necesse vero haud est, ut hæc licentia sit specialis, sed concessa intelligitur, si alicui Sacerdoti facta sit potestas exercendi in Parochia quæcumque ad animarum curam spectant; Perez de matrim. disput. 4. sect. 1. n. 8. ubi quid si data alicui sit facultas administrandi omnia sacramenta in Parochia; Hurtad. de matrim. disput. 5. difficult. 11. n. 36. & sequent. Utrum hæc licentia debeat esse expressa, an sufficiat tacita, vel præsumpta, & quando, vide apud eosdem ubi supra.

Recte autem Auctor num. 11. tradit, matrimonium contractum coram Sacerdote, qui habebat licentiam assistendi ipsi matrimonio, sed eam ignorabat, invalidum esse. Quinimo id procedit etiam si licentia non ab alio, sed ab ipso Sacerdote petita sit. Antequam enim ipse sciat concessam eam sibi esse, invalide matrimonio assistit, ut præter allegatos tradunt Pontius de matrim. lib. 5. cap. 29. n. 8. Coninch disput. 27. dub. 3. num. 32.

An matrimonium valide contrahatur coram Sacerdote cui licentia assistendi ipsi matrimonio aut vi metuque, aut dolo malo concessa est, ut si ementio nomine magnatis petita sit? Valide matrimonium contrahi, si licentia vi, metuque sit concessa, communiter tenent Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 39. n. 13. alique relati a Perez eodem tract. disput. 41. sect. 6. num. 2. Ceterum distinguendum videtur licentiam concessam inter, & licentiam metu concessam. Si licentia vi sit concessa, nulla concurrunt concedentis voluntas: Vis namque absoluta uti in plane invitum exercetur, ita quoque omni illius, qui eam patitur, excludit consensum, ut totidem verbis ex text. in cap. Sacris, de iis qua vi metuque causa, ait Voet in comment. ad Pandect. lib. 4. tit. 2. num. 1. Quocirca non est quod valide contrahi dici queat matrimonium coram Sacerdote hoc, cui licentia vi est concessa. Sin autem licentia sit metu concessa, non deest voluntas concedentis, & propterea sustineri potest, valide contrahi matrimonium coram sacerdote, cui licentia metu concessa est. De matrimonio vero contracto coram Sacerdote, cui dolo malo licentia ipsi matrimonio assistendi sit concessa, vide Perez de matrim. disput. 41. sect. 6. per tot.

Sacerdos, cui concessa est licentia assistendi matrimonio, non secus ac Parochus valide potest assistere non solum in Parochia, sed & extra eam, imo extra diocesim; Pontius de matrim. lib. 5. cap. 29. n. 9. & 10. Perez cod. tract. disput. 4. sect. 3. per tot.

Quod attinet ad conditiones, quæ matrimoniis apponi solent, ex non aliter appositæ censentur, quam si coram Parocho & Testibus exprimentur. Quocirca etiam si contigerit, quod antea contrahentes manifestaverint velle contrahere sub hac vel illa conditione, ipsam vero non expressissent coram Parocho & Testibus, Matrimonium pro puro haberi debet; Rot. inter impressas apud Ursajam tom. 2. de Miscellan. decis. 37. n. 10. & in Pasjanien. seu Varjavien. Matrimonii 26. Junii 1747. §. 6. cor. Eminentissimo Basso.

Apponi vero matrimonio haud potest conditio contrahentium ipsius, & appositæ vitiat ipsum matrimonium; d. Averan. de matrim. cap. 8. per tot.

Quid juris erit, si conditio impossibilis, vel turpis fuerit adjecta? Eam vitari, & non vitare Matrimonium, modo contra substantiam Matrimonii non sit, definitur Gregorius IX.

in cap. final. de condit. apposit. d. Averan. loco mox citato; Perez de matrim. disp. 16. sect. 3. per tot. Vide & cum sequente sectione, hoc ipsum argumentum exornantem.

De conditione: si te Virginitatem reperero: quid dicendum? Ita Rota de ea sentit in dict. Pasjanien. seu Varjavien. Matrimonii 26. Junii 1747. §. 8. & sequent. cor. Eminentissimo Basso: Plane, inquit, in subiecta materia communis æque, ac recepta apud Doctores invaluit distinctio, quod conditio isthæc in ipso actu celebrati Matrimonii adjecta: Si te Virginitatem invenero; tum demum susineatur, ubi, & quatenus de illius adimpleto cautam fuerit modo prorsus licito, ut nempe honesta fiat virginitatis exploratio per inspectionem Matronarum, vel accurata præmittatur inquisitio vitæ, ac morum puellæ; Eoque casu adeo tenet easdem conditionis adjectio, ut si hæc deficere comperitur, matrimonium utcumque in faciem Ecclesiæ celebratum ob cessantem mutuum utriusque contractus consensum dissolvi possit &c. Secus tamen est, vel quoties eadem conditio adjecta circa explorationem Virginitatis faciendam per copulam, & inspectionem ab ipso Coniuge peragendam; atque modos illicitos, & inhonestos, vel quoties nullo designato modo adjectæ conditionis purificationem assequendi, nec non una cum licita Puellæ inspectione, severa morum inquisitione prætermittitur, vir plures cum uxore concubuit, & Matrimonium consummavit; In his enim terminis nemo dubitat, quin hujus generis conditio veluti turpis, & illicita pro non adjecta reputetur, veterumque sit viro asserunt proponere defectum virginitatis; adeo posthabito dictæ conditionis impedimento, conjugisque conquestionibus, partes Judicis esse debeant in Matrimonii dissolutione firmiter designanda.

M A T U T I N U M .

Matutinum in Cathedrali debet recitari de mane, non autem Vesperi pro sequenti die. Sac. Congregat. Episcop. & Regular. in Vercellensi 25. Novemb. 1778., & in Aretina 18. Octobris 1595. apud Nicol. in floscul. verb. Matutinum num. 1. In Aurora, vel circiter. Eadem Sac. Cong. in Casertanen. 3. Decembris 1602.

Nisi dispenderit, ut dicatur Vesperi pro aliqua necessitate. Eadem Sac. Congregat. in Dentonen. 16. Octobris 1605. Vel tempore hiemis. Eadem Sac. Cong. in Salernitana 30. Septembris 1616. Vel propter aeris intemperiem. Eadem Sac. Cong. in Ferrarion. 4. Aprilis 1628. Episcopus enim potest concedere, ut Canonici ob aeris intemperiem valeant horam Matutini protrahere, prout pro tolerantia respondit Sacra Cong. Concilii in Trojana 14. Februar. & 14. Novembris 1699. favore Capituli Civitatis Foggie.

Tolerantiam est, quod Canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus matutinum in Sacristia. Sac. Cong. Episcop. & Regul. in una S. Severini 13. Septembris 1641. apud Nicol. in flosculis, verb. Officium num. 19.

Si in Ecclesia Cathedrali inoleverit ab immemorabili tempore, ut Canonici, quibus diebus habetur Concio in ipsa Ecclesia, audiendo Concionem in habitu Canonicali, lucrentur distributiones, quæ dantur Matutino interessentibus, licet recitationi dictæ Horæ Matutinæ non interfuerint, hujusmodi consuetudo non excusat Canonicos in conscientia ab onere restituendi. Sac. Cong. Concilii in Vicentina ad cap. 12. sess. 24. de reformat. die 7. Febr. 1643.

Matutinum, seu Matutinæ horæ recitanda sunt nocturno tempore, si adit consuetudo; Secus vero, & alii legitime impediti, si interesse non possunt, lucrantur distributiones quotidianas. Sac. Cong. Rit. in Mazarien. 20. Decemb. 1601.

Matutinum, quod secundum regulam Ordinis recitari debet media nocte, ut ex causa recitari possit hora octava noctis conceditur. Sac. Cong. Rit. in causa Civitatis Angelorum, seu in Thaxcalan. in Indiis Occidentalibus. 12. Novembris 1605.

Matutinum, quod recitabantur media nocte, ut possit recitari hora prima noctis ob aeris intemperiem, & adversam valetudinem Monialium conceditur Monialibus S. Catherinæ Senensis. Sac. Cong. Rit. in Thaxcalan. in Indiis Occidentalibus 20. Junii 2609.

Matutinum, quod media nocte a Clero Cathedralis Ecclesiæ recitari consueverat, ut in futurum absente dicitur Biblioth. Ferrar. Tom V.

cantari possit, ex causis narratis fuit concessum. Sac. Cong. Rit. in Oscan. 21. Julii 1609.

Matutinum, quod recitari solebat a Canonicis una hora post ortum solis, non est ante ortum solis inchoandum. Sac. Congreg. Rit. in Asculana 16. Sept. 1606.

Matutinum Defunctorum in Festo omnium Sanctorum ad 14 Vesperam recitandum non est, sed ipsamet die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum post Laudes diei recitari debet. Sac. Cong. Rit. sub die 1. Septembris 1607., & 22. Januarii 1701. Vid. in Tom. VIII. Decreta S. R. C. numer. 21. 698. 740. Ex post tamen ab eadem S. R. Congreg. die 14. Sept. 1745. in Ratiponen. editum fuit sequens Decretum: Privata Officii Defunctorum recitatio pro generali illorum commemoratione absolvi licite potest post Vesperinas Horas Festi omnium Sanctorum: in Choro autem juxta Rubricas adinplenda est mane die 2. Nov. nisi, ut possint, contraria jam fuerat consuetudo. Vide citata Decreta sub n. 1201.

Matutinum potest etiam sine causa dividi tota nocte a Laudibus. Bonart. lib. 1. cap. 17. Sec. 2. lib. 1. part. 3. numer. 410. La Croix lib. 4. numer. 1305. Sporer tom. 3. Append. cap. 2. num. 138., & alii passim. Immo id etiam laudabile esse dicunt Navar. Suarez, Sanchez, Filliuc. Tamburin. Pellizar. alique multi apud la Croix loc. cit. Quando Matutinum dividitur a Laudibus, debet in fine addi Pater noster, & probabilis etiam addi debet Oratio diei sine tamen aliis Commemorationibus; Navarr. Lezan. Bonacin. Gavant. Diana part. 5. tract. 14. resolut. 48., & alii contra Sanchez, Bonart. Pellizar. Stoz. Gobat tract. 5. num. 672. Lohner de Honoris Canonici part. 2. tract. 1. §. 11. cum La Croix loc. cit. n. 1305. qui vere probabiliter dicunt non esse opus addere orationem diei, cum id specialiter tantum in Nativitate Domini præcipiatur. Probabilis est etiam quod initio Laudum divinarum non debeat dici Pater, & Ave, quia nullibi præscribitur, & nec dicitur initio Completorii, quamvis sit distincta. Bonacina, Azorius, Tamburin., & alii cum La Croix loc. citat. Est tamen consultum, & laudabile illa dicere.

Matutinum, & Laudes non recitare ante celebrationem Missæ esse peccatum mortale tenent S. Antoninus, S. Raymundus, Armilla, Tabien. Angel. Navarr. Maj. Antonin. Bernard. Petr. Boll. Melchior de Huelan, Ludovicus B. ja. Michael Timoth. Lalius Zech. Stephanus Durant. Bartholomæus ab Angel. Jacobus de Gratiis. Henriquez, Pitegian. Azorius, Carl. Bellarm. Francolin. Homobonus, Gavant. apud Barbosam de Offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 24. num. 15. vers. Licet Affirmativam opinionem. Et novissime hanc sententiam, nempe esse peccatum mortale mortale mordicus tenet, & pluribus adductis defendit Monacell. tom. 2. tit. 16. formul. 1. n. 5., & 6. ubi cum verbis Gavant. comment. in Rubr. Miss. part. 2. tit. 1. litt. B. referens S. Antoninum, & S. Raymundum pro hac sententia, inquit: Quid facies pie Lector in re tam dubia, in qua rotidem sunt hinc inde Auctores pro Affirmativa Sanctiores, præterea vero duo Summi Pontifices Innocent. IV., & Pius V. qui collocavit hunc inter defectus graviores; Ego certo tutiorem, quæ in Rubrica est, sequor sententiam; Et rursum tom. 4. supplement. ad 2. Tom. a num. 278. ad num. 282. inclusive pluribus additis ipsam propugnat, & infra num. 419. subdit: Tu autem tene cum ceteri sententia, quod sit mort. le, & quod contraria opinio Auctoris, & sequacium videtur periculosa ex rationibus, quas perpendimus in hoc supplemento ad tit. 16. formul. 1. num. 6. pag. 61.

Non esse autem peccatum mortale tenent Sotus, Lamas, Medina, Vega, Joann. Baptista Conrad. Cuch. Ludovicus Lopez, Emanuel Sa, Petrus Aragonius, Scott. Valenti. Vajquez, Comitulus, Fr. Emmanuel, Macign. Bartholomæus a S. Fausto, Layman, Possévin. Bonacina, Squillant. Fernandez, Villalob. Rapsael de la Torre, Diana, Lezana, Galet, Nugnius, Suarez, Fagundez, Petrus Ledetma, Naldus, Miranda, Chamerota, Lefsius, Coninch, Molfesius citari, & sequuti a Barbosa loc. citat. numer. 15. Reiffentuel Theolog. mor. tr. 6. quest. 6. numer. 7. Sanchez, Bass. Baldel. Victor. Castropal. Illing. alique plurimi citati, & sequuti a La Croix lib. 6. part. 2. num. 23. Et hæc opinio est jam communior inter Doctores, & ut verior tenetur passim a recentioribus cum pluribus etiam ex antiquis; & ratio est quia non videtur tanta connexio inter Matutinum, & Missam, ut non servans dictum Ordinem prius recitanda Matutinum, & Laudes ante celebrationem Missæ peccet

34 mortaliter ; Tum quia nulla Lege reperitur sancitum , talem graviter peccare . Immo nequum non esse peccatum mortale, sed ne quidem esse veniale , quando adeit causa rationalis, licet non omnino . v. g. major commoditas studii , vel itineris , tenent supracitati Doctores apud la Croix *loc. cit. numer. 230*. Quintimmo Sotus , Suarez , Tambur . , & alii apud Gobat *tr. 3. num. 667* . , & La Croix *part. 2. tr. 1. dicunt*, per se loquendo nullum esse peccatum , quia nullibi invenitur præceptum , nec videtur esse specialis connexio , aut dependentia Missæ ab illis precibus ; Unde Marchant . , & Quartus *part. 2. tr. 1. dicunt* esse consilium , & quamdam congruentiam , ut ante celebrationem Missæ recitetur Matutinum cum Laudibus .

35 Probabilis tamen est ; per se loquendo . & sine rationali causa esse peccatum veniale , quia in *Rubricis Missalis rit. de præp. Sacerdotis celebrandi* §. 10. id numeratur inter defectus peccaminosos , & merito , quia recitatio Matutini , & laudum est recta , & optima præparatio ad Missam celebrandam , cum ex tali recitatione adveniat celebraturus quas Orationes & Commemorationes facere debeat , & un *Gloria vel Credo* dicere ? Sic Averfa *quæst. 11. sect. 12. la Croix loc. cit. num. 230* , ubi dicit se id tenere cum d. Averfa , & aliis communiter .

36 Matutinum sequentis diei , si absque causa dicatur ante absolutum Officium diei præsentis , peccatur venialiter . Debet enim ordinate procedendo prius compleri , & perfici obligatio hujus præsentis diei , quam inchoetur obligatio alterius sequentis , unde si sine causa pervertatur hic ordo , peccatur sicut venialiter . Suarez *de Grat. lib. 4. cap. 24. num. 3. Diana part. 1. tract. 12. resolut. 15. Sanchez in consil. lib. 7. cap. 2. dñb. 37. num. 6. Castropal. tract. 7. disp. 2. punct. 4. numer. 4. Stoz lib. 1. part. 3. num. 385. la Croix lib. 4. num. 1315* . Si autem fiat ex causa , v. g. si quis rogetur ab alio , ut secum recitet Matutinum diei sequentis , quamvis necdum recitaverit Vesperas , seu Completorium diei præsentis , nullo modo peccat . Pellizar. *tom. 1. tract. 5. cap. 8. numer. 108* . cum aliis ibi citatis , la Croix *loc. citat.* cum Bonacina , Gobat , & aliis .

37 Per unicam recitationem Matutini , & Laudum non potest satisfieri obligationi pro hac die præsentis , & pro die sequenti ; Alexander enim VII. die 18. Martii 1666. inter alias merito expresse damnavit sequentem propositionem 35. in ordine : *Unico Officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsentis , & crastina* .

38 Quamvis hora pridie Vesperis inchoari possit Matutinum , habetur in Tabella , quæ singulis annis in Calendario dari solet , & ubi non detur , potest observari Tabella , quæ anno 1706. prodiit Romæ typis Camere Apostolicæ , & traditur a la Croix *l. 4. post num. 1214* .

39 Qui recitat Matutinum pro feria secunda sequenti ante solis occasum diei Dominicæ , non debet genuflectere ad Antiphonam singulæ Beate Mariæ Virginis . Gavant. *de fin. Officii cap. 22. num. 18* . Debet tamen genuflectere , si illud recitet post solis occasum , quia ritus standi incipit a primis Vesperis Dominicæ , & non a media nocte , adeoque definit in occasu solis ejusdem Dominicæ more indulgentiarum , Idem *ibidem* .

40 Matutinum in solemnitate Epiphaniæ incipitur ex abrupto ab Antiphona , & Psalmo sine *Domine labia mea aperies. Invitatorio* , & *Hymno* , quia Magi visa stella statim venerunt , nullo nuncio , non loquente . Et omittitur Invitatorium ad detestandam fraudulentam Herodis invitationem ad Christum adorandum : *Ue , & ergo veniens adorem eum . Matth. 2. num. 8* . Nec dicitur *Hymnus* , quia perfectorum est canere *Hymnos* , conversio vero gentium in solis Magis perfecta non erat , Gavant . , & Merati *tom. 2. sect. 6. cap. 7. num. 3* . Durand. *lib. 6. cap. 16. Belet. in explicat. Divinarum Officiorum cap. 73* . Alcuin. *in Epiphaniæ* . alii . Dicitur tamen in tertio Nocturno Psalmus invitatorius nonagessimus quartus , *Venite exultemus Domino* , cum intercalari Antiphonæ repetitione ad indicandum quod in tertio tempore , nempe tempore gratiæ per tertium Nocturnum significato , satisficienter invitata est Ecclesia de Gentibus per Magos , & Hellam . & successe per Apostolos , itaut nullus excusari possit ab obligatione adorandi Christum , quia in *omnem terram exiit sonus eorum . Psalm. 18. n. 5* . Repetitur ideo sapius Antiphona *Venite adoremus* , ut confluant undique omnes . Gavant . , & Merati *loc. cit. num. 5* . Durand. *loc. cit. n. 9* . ubi etiam advertit , quod dicitur Psalmus invitatorius di-

citur ad septimam Antiphonam , ad indicandum quod per Baptisma datur spiritus septiformis . Infra octavam vero dicitur *Domine labia* , &c. Invitatorio , & *Hymnus* , quia jam supponitur Ecclesia de Gentibus sufficienter instructa , & perfecta ad *Hymnos* canendos , sicut invitatur ad ipsam in *Hymnis* , & laudibus adorandum , *loc. cit. Gavant. & Merati loc. cit. num. 4 & alii* .

41 Matutinum ultimi Tridui majoris hebdomadæ incipitur absolute sine *Domine labia* , &c. Invitatorio , & *Hymno* ad obstruendum os Judeorum , potius quam laudes , & *Hymnos* , loquentium iniqua , & detestandum eorum invitationem ad Conciliabula contra Christum . Sicque sine initio inchoamus Matutinum , & alias Canonicas Horas , & sine solito sine absolvimus , quia in Horis , & sine solito sine absolvimus , quia in Horis Canonicis hujus tridui celebramus exequias triduiæ mortis Christi , & quia Christus moritur , Alpha , & Omega , principium , & finis . Rupertus *lib. 1. cap. 14. 24. & 25. Alcuinus Cap. In Cena Domini* , Gavant . , & Merati *loc. cit. num. 4. & 5. ac alii* .

42 Ad Matutinum Paschale sicuti ad alias Horas non dicitur *Hymnus* usque ad Dominicam in Albis exclusive , quia tempus Paschale significat statum Beatorum , quorum *Hymnus* est *Alleluja* . Durand. *lib. 6. cap. 87. a. 2. Gavant. & Merati loc. cit. cap. 14. num. 2* . Neque dicitur capitula , quia in statu Beatorum significato per tempus Paschale , non est locus exhortationi , quæ continetur in capitulis . Gavant . , & Merati *loc. cit. num. 3. & alii* . Dicuntur tantum tres Antiphonæ cum tribus Psalmis , ac tres lectiones cum tribus Responsoriis , ad indicandum quod in omne Sanctissimæ Trinitatis institutum est Baptisma , cujus formam post Resurrectionem suam Jesus Christus tradidit suis Apostolis dicens : *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti ; Matth. 28. num. 19* . Unde ternarius dicitur numerus denotat Magisterium , sicutem Christus ante traditam Baptismi formam , promisit ut supra : *Docete omnes gentes* , scilicet Mysterium Trinitatis , quod in ternario illo numero significatur ; *Et quia tres sunt qui testimonium dant in Cælo , Pater , Verbum , & Spiritus Sanctus , & hi tres unum sunt . 1. Joann. 5. num. 7. & quia Ista 6. num. 3. ter dicitur Sanctus , Sanctus , Sanctus , & semel Dominus Deus exercituum , seu Dominus Deus Sabaoth* , hæc Personarum Divinarum Trinitas bene notatur in trino numero Antiphonarum , Psalmorum , Lectionum , & Responsiorum . Unitas vero Deitatis bene significatur in uno solo Nocturno hac die , & per octavam recitando ; juxta illud S. Ambrosii *lib. 2. de Fide ad Gratian. c. 4. Quid sibi vult sub uno nomine Sanctitatis trina repetitio ? Si trina repetitio , cur una laudatio ? Si una laudatio , cur trina repetitio ? Trina repetitio cur ? Nisi quia Pater , Filius , Spiritus Sanctus sanctitate unum sunt . Non dixit semel , ne Filium sequestraret . Non bis , ne Spiritum Sanctum præteriret . Non quater , ne Creaturam sibi conjungeret . Et ut ostenderet Trinitatis unam esse Deitatem , cum tertio dixisset Sanctus , addidit singulariter Dominus Deus Sabaoth* . Sic colligitur ex Rupertus *lib. 8. cap. 2* . Gavant . , & Merati *loc. citat. cap. 14. num. 1* . Vel ad triduanam sepulturam recolendam , ex qua ortum habuit Resurrectio Christi die tertia . Durand. *lib. 6. cap. 87. Gavant. & Merati loc. cit. Vel ad significanda opera trium dierum , quæ Christus se promisit facturum in præsentis sæculo , Lucæ 13. Hoc est demonia ejicere , sanitates perficere , & consummari tertia die . Aut ad significandas Virtutes Fidei , Spei , & Caritatis , quæ in hoc Mysterio maxime vigent . Amalar. *lib. 1. cap. 23* . Gavant . , & Merati *loc. cit. Hac die &c. loco prædictorum dicitur* , & ritus hic desumptus est e Psalmo , cui titulus est *Alleluja* . Rupertus *lib. 7. cap. 11* . Gavant . , & Merati *loc. cit. num. 5* . Et antiquum esse hunc Ritus testatur , ac firmat Gregorius VII. *in Cap. In die 15. dist. 5. de Consecrat.**

43 Ad Matutinum Dominicæ in Albis resumuntur *Hymni* , & plures *Psalmi* , sub unica tamen solam Antiphona pro quolibet nocturno ratione temporis Paschalis , quod totum festivum est , & lætitiæ ex *Ordin. Romano hic* , ubi additur ratio dicendo , quod deinde in sequenti tempore quasi crescentium arborum frondes multiplicantur *Psalmi* , & recolluntur mores boni diversorum operum per plures *Psalmos* . Et idem dicit de novem Lectionibus in hac Dominica . Gemma *lib. 4. cap. 177* . Sic Gavant . , & Merati *loc. cit. cap. 15. num. 1* .

44 Ad Matutinum Dominicæ Pentecostes , & per octavam dicitur

dicitur unum tantum Nocturnum cum tribus Antiphonis , tribus Psalmis , tribus Lectionibus , & tribus Responsoriis , ex Ordine Romano , & Gregorio VII. *Cap. In die 15. dist. 5. de Consecrat.* ut in Paschate Resurrectionis . Et ratio est , quia ex hoc ternario numero , ultra dicta pro die Paschatis , & per ejus octavam , ostenditur Spiritum Sanctum tria circa Apostolos operatum fuisse , nam veteres innovavit , innovatos confirmavit . & confirmatos ad alios convertendos misit , ut exponit Duvandus *lib. 6. cap. 107. sub numer. quarto* , & sequuntur Gavant . , & Merati *loc. citat. 16. & alii* .

45 Hic juvat asserere prodigiosum eventum in Matutino , a B. Joanne Parmensi Ministro Generali totius nostri Seraphici Ordinis perfoluto una cum Dæmonibus , Deo sic præcipiente , ipsum ultro montans Provincias , contigit brumali tempore cum errore itineris tota die deviasse , atque in desertum mediusque silvis ingruentem noctem sustinisse . Unde ipse , & socii se variis orationibus Deo , B. M. Virgini ac B. Patri Francisco se commendantes audiverunt pullari campanam , qua excitati magis in divinas laudes ad sonitum perrexerunt , & perveni ad Monasticum sibi visum Conventum pulsato ostio , præsto obviam fiunt quasi ex conducto expectantes plures Monachi , qui prompte receperunt hospites , ducunt ad ignem , lavant pedes , exsiccant vestimenta , apponunt cenam , & sternunt lectos , omnia ministrant necessaria magna alacritate ; post primam vigiliam surrexit Generalis ad orationem , & audita campana Monachos ad Matutinum convocante , ad Chorum cum ipsis convenit relictiis sociis , qui somno , & si-gitatione detinebantur . Officium incepturus hebdomadarius , nec consueta usus est caeremonia , nec ordine , nec versiculo *Domine labia* , sed abruptim , & cum turbatione inceptit ab illo versu *Psalm. 35. num. 13. Ibi ceciderunt , qui operantur iniquitatem . Respondit Chorus : Expulsi sunt , nec potuerunt stare* . Tertio id ipsum repetitum , quod suspicionem ingessit Fratri Joanni Generali . Præcepit igitur in virtute passionis Christi , & Sanctissimi ejus Nominis , ut ocyus edicerent quinam essent & Respondit qui Abbas loco videbatur præfesse : Omnes esse Angelos tenebrarum , qui ex Divino præcepto inviti missi sunt ad ministrandum ea nocte ipsi , & sociis , precibus , inquit , Matris Dei , & illius vexilliferi Patris vestris ; Quibus dictis totum evanuit , quod ibidem extructum cernebatur ; se autem cum sociis memorato antro , atque in nuda humo invenit Generalis , & excitatis sociis in laudibus Divinis reliquam noctem usque ad auroram quæ jam instabat , vigiles duxerunt , & surgentes , iter progressi , ad Conventum Ordinis pervenerunt . Simile quod contigit in meritum Obediens duobus Fratribus apud Perusium missis . Sic expresse refert Vvadingus novissime Romæ impressus , typis Rochi. Bernabò *2. 3. fol. 172. n. 5. ad annum Christi 1247* .

46 Attendendæ sunt sequentes resolutiones . In una enim *Matinensi sub die 12. Novembris 1644* . Sacra Congregation. Concil. censuit , petitam facultatem recitandi Matutinum , esse Oratoribus concedendam post Completorium præcedentis diei , pro arbitrio tamen Episcopi , & dummodo lapsa sit hora tertia post meridiem . Et semper requiri arbitrium , seu licentiam Episcopi habetur novissime decisum a Benedicto XIII. in suo Brevi sub die 8. Julii 1726. contra Capitulum Papiense , jam a nobis adducto in *additionibus nu. 65. quoad verb. Officium* . Vide *tom. 7. In Interamnen. sub die 24. Maii 1674* . fuerunt ab Episcopo Interamneni proposita , & Sac. Cong. Concil. resoluta sequentia dubia .

In Visitatione suæ Cathedralis Ecclesiæ reperit Dominus Episcopus Interamnenis nonnullos abusos circa servitium Chori , quos cum eliminare cupiat , supplex querit ex hac Sacra Congregatione tolerandum sit .

Primo , quod diebus festis Matutino præsentibus habeantur , ac proinde punctis non mulctentur , qui non nisi a soluto primo Nocturno , videlicet post Psalmos tres , totidemque Lectiones recitatas , Choro intersint ?

Secundo , diebus vero ferialibus , qui non nisi absolutis sex Psalmis .

Tertio , quod sacris Processionibus distributiones assignate non sint , sed contra contumaces poena dumtaxat trium librarum cere constituta , quæ nunquam exigi consuevit .

Quarto , & an præarratus modus interveniendi possit etiam ratione consuetudinis immemorabilis tolerari .

Sacra &c. ad primum respondit non esse tolerandum . Idem ad secundum respondit .

Ad tertium respondit , exigendam esse poenam præscriptam .

Ad quartum , non suffragari contrariam consuetudinem .

gendam esse poenam præscriptam . Ad quartum , non suffragari contrariam consuetudinem .

* Matutinum non est segregandum a Laudibus sine causa , quæ optima suppetit Ecclesiæ sejungenti Matutinum a Laudibus nocte Natalis Domini . *Instit. Eccl. 24. §. 9* .

Peccat etiam venialiter , qui sine legitima causa horam non servat , ut ex D. Thoma , *ibidem §. 9* .

Hora recitandi Matutinum die præcedenti incipit post exactas tres quartas partes diei , ut in Calendario Romano adnotatum est . *ibidem §. 10* .

Alia ad rem , Vide verb. *Officium Divinum* . *

47 Attendendæ sunt sequentes resolutiones . In una enim *Matinensi sub die 12. Novembris 1644* . Sacra Congregation. Concil. censuit , petitam facultatem recitandi Matutinum , esse Oratoribus concedendam post Completorium præcedentis diei , pro arbitrio tamen Episcopi , & dummodo lapsa sit hora tertia post meridiem . Et semper requiri arbitrium , seu licentiam Episcopi habetur novissime decisum a Benedicto XIII. in suo Brevi sub die 8. Julii 1726. contra Capitulum Papiense , jam a nobis adducto in *additionibus nu. 65. quoad verb. Officium* . Vide *tom. 7. In Interamnen. sub die 24. Maii 1674* . fuerunt ab Episcopo Interamneni proposita , & Sac. Cong. Concil. resoluta sequentia dubia .

In Visitatione suæ Cathedralis Ecclesiæ reperit Dominus Episcopus Interamnenis nonnullos abusos circa servitium Chori , quos cum eliminare cupiat , supplex querit ex hac Sacra Congregatione tolerandum sit .

Primo , quod diebus festis Matutino præsentibus habeantur , ac proinde punctis non mulctentur , qui non nisi a soluto primo Nocturno , videlicet post Psalmos tres , totidemque Lectiones recitatas , Choro intersint ?

Secundo , diebus vero ferialibus , qui non nisi absolutis sex Psalmis .

Tertio , quod sacris Processionibus distributiones assignate non sint , sed contra contumaces poena dumtaxat trium librarum cere constituta , quæ nunquam exigi consuevit .

Quarto , & an præarratus modus interveniendi possit etiam ratione consuetudinis immemorabilis tolerari ?

Sacra &c. Ad primum respondit non esse tolerandum . Idem ad secundum respondit . Ad tertium respondit , exigendam esse poenam præscriptam .

Ad quartum , non suffragari contrariam consuetudinem .

Medicus tenetur ante omnia suadere infirmis Confessio nem peccatorum , alias ipse Medicus ab Eccl. arceatur ; *Cap. Cum infirmitas 13. de Penit. & remissionibus* , & novissime id innovavit , & statuit Benedictus XIII. in *Concilio Romano celebrato an. 1725. tit. 32. de Penitent. & remissionibus cap. 1* .

Medicus nullus potest Doctoratum accipere , nisi juret se observaturum , quod ultra tertium diem non visitabit infirmum , nisi hic vocet ad se Confessarium , nisi rationalis causa excuset . S. Pius V. Constit. 3. incip. *Super gregem* , innovata a Benedicto XIII. *loco citato* . Et si ultra tertium diem continet visitationem , & curam infirmi nondum continet visitationem , & curam infirmi nondum confessi , subjacet Excommunicationi majori late sententiæ Summo Pontifici , & Episcopis locorum privative , & respectivo reservatæ , possuntque puniri etiam aliis gravissimis poenis . S. Pius V. in cit. Constit. incip. *Super gregem* , & Benedictus XIII. in cit. *Concilio Romano tit. 32. de penit. & remissionibus* , in *Appendice ad ipsum Concilium Romanum §. 28. Ordini ad Advortimenti intorno all' obbligazione de' Medici nella Cura spirituale degl' infirmi* , ubi plura ad rem .

Medici , & Chirurghi a Communitate conduci tenentur gratis curare Ecclesiasticos utriusque Cleri , prout alios cives , sive salarium recipiant ex rebus publicis , sive ex contributione taxæ per Communitatem impostæ . In hoc tamen secundo casu potest Ordinarius permittere , ut per Ecclesiasticos detur annua contributio , seu recognitio voluntaria , &

& proportionata. *Sac. Congregat. Immunitatis in Amalphi-
tana 9. Decembr. 1631. lib. 2. decret. Paulucc. pag. 105. in 2.
Spoliatana 23. Augusti 1633. lib. 2. decret. Paulucc. pag. 169.
in Pampilonen. 9. Octobris 1635. lib. 2. decret. Paul. pag. 236.
in Nazarena 5. April. 1661. lib. decr. Rocci pag. 329. &
plura alia decreta refert ad rem Pignatell. tom. 3. consil. 25.
num. 5.*

5 Non solum personæ Ecclesiasticæ, sed nec etiam alii vi-
ventes earum expensis, & in earum domibus tenentur ad
contributionem pro Salario Medici. *Eadem Sac. Congregat.
Immunit. in una Civitatis Castellane 12. Decemb. 1645. lib. 3.
decret. Paulucc. pag. 266. in Ariminen. 4. Maii 1700. lib. 2.
decret. Altoviti pag. 286. Pignatell. citat. consil. 25. n. 5.*

6 Medici tenentur ex præcepto caritatis gratis curare paupe-
res infirmos. Glossa communiter recepta, in cap. Si quis 1.
dist. 83. verb. Inferas, ibi: *Medicus gratis tenetur curare pau-
perem infirmum, quia plus debet valere vita illius, quam pro-
pria pecunia. S. Antoninus 3. part. tit. 7. cap. 1. §. 11. ibi:
Pauperibus non valentibus solvere, gratis mederi debet, &
non se ab eorum cura abstrahere, quia hoc esset indirecte occi-
dere mortem enim probatur languentibus inferre, qui hanc
cum potest, non excludit, quod Sanctus collegit ex distincto
83. §. Providendum.*

7 Medici, sive Physici, sive Chirurghi non possunt inire
societatem cum Aromatariis. *Gregorius XIII. Constitut. incip.
Cum Officio.*

8 Medici Judæi non possunt a Christianis vocari in suis infir-
mitatibus, nisi nullus alius adsit, vel excellens sit aliquis in
eis; Et hoc præceptum a Parochis curandum est observari,
& quolibet anno decretum hoc est publicandum. *Concil. Sa-
binen. cap. 22. Gregorius XIII. Constit. 64. incip. Alias.*

9 Medicus confugitus exiens ad curandum Ordinarium infir-
mum sub cautione sibi facta ab Ordinario, nihil agendum fore
contra ipsum, debet omnino restitui. *Sac. Cong. Imm. in
nullius Atini tertia Augusti 1694. leg. 1. decret. Vallem.
pag. 137.*

10 Medicus inquisitus compositionis venenatæ, ac multis propi-
natæ, mandante Sanctissimo extrahitur ab Ecclesia, & re-
tinetur in carceribus nomine Sanctitatis suæ. *Sac. Congreg.
Immunit. in Ariminen. 7. Octobris 1676. lib. 1. decret. Altoviti
pag. 1289.*

11 In casu mortis ex veneno secuta Sanctissimus dat facultate
examinandi Sacerdotem Medicum, & consignandi exam-
en Curie Seculari absque incurfu irregularitatis. *Sac. Congregat.
Immunit. in Tropien. 30. Martii 1694. leg. 1. decret.
Val. pag. 114.*

12 Medicus Monialium non debet esse minor quinquaginta an-
nis, ubi Medicorum penuria non adeit. *Sac. Congreg. Episcop.
Episcop. & Regular. in Ferrarien. 7. Martii 1617. & in
Januensi 14. Junii 1625.*

13 Medici, & Chirurghi ordinarii debent habere licentiam ge-
neralem ingrediendi clausuram etiam de nocte in casibus ur-
gentis necessitatis, in aliis non ordinarii requiruntur specialis.
*Sac. Congreg. Episc. & Regul. in Ferrarien. 2. Julii 1599.
& 13. Julii 1605. Debent tamen associari, eisque assisti cum
infirma tractantibus. Eadem Sac. Cong. Episcop. in Parmen.
26. Martii 1601.*

15 Medicus extraordinarius permitti non debet Monialibus,
nisi in gravi infirmitate. *Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Bo-
non. 8. Julii 1588. in Ferrarien. 6. Augusti 1601. in Januensi
14. Decembr. 1605. & in Mediolan. 25. Maii 1621. Et quan-
do ordinarius non invenit remedium; Eadem Sac. Congreg.
Episcop. in Januen. 13. Mart. 1621. Vel est impeditus; Ead.
Sac. Congregation. Episcop. in Portugall. 15. Martii 1646.*

16 In casu, quo Episcopus ex aliqua rationabili, & hone-
sta causa extraordinarium concederet, medicamenta neces-
saria ab eodem ordinata solvenda erunt a Monasterio, non
autem a Monialibus, quæ opera Medici extraordinarii usæ
fuerunt, ut respondit Sac. Congreg. Episc. in Comen. pro
Monasterio Sanctæ Margaritæ Terre Lucani 11. Decemb. 1699.
proponente Eminentissimo Colloredo, in qua a nonnullis Mo-
nialibus prætendebatur, quod medicamenta præscripta a
Medico extraordinario deberent solvi sumptibus Monialium,
quæ utebantur illius opera.

19 An, & quando Clerici, & Religiosi possint exercere ar-
tem Medicinæ, aut Chirurgiæ? Vid. verb. *Clericus art. 3. a
n. 77. ad 82.*

20 Medicus peritus promoveri potest ad Sacros Ordines, si
conscientiam habet, quod ex sua causa aliquis non sit mor-

tuus; fecus autem, si de morte alicujus ex sua causa eum
sua conscientia remordeat, *Cap. Ad aures 7. de atate, &
qualitat. &c.*

Medicus tenetur sub gravi obligatione habere sufficientem
scientiam, sive peritiam, alias, si absque sufficienti, ac re-
quisita peritia gravem morbum curare tentet, graviter pec-
cat; *Communis.* Medicus in medicamentis applicandis tenetur
sub gravi sequi sententias certas, & securas, relictiis in-
certis, & dubiis; *Communis.* Si autem medicamenta certa,
& secuta non occurrant, debet applicare probabiliora, & tu-
tiora; *Navarrus cap. 25. num. 61. Sanchez lib. 1. mor. cap. 9.
num. 40. & alii communiter, quia ultra obligationem gene-
ralem Charitatis, qua omnes tenentur meliori, seu effica-
ciori modo, quo possunt, auxilium ferre proximo graviter
indigentibus, habet Medicus specialem obligationem iustitiæ ex
pacto saltem implicito inter ipsum, & infirmum de eo curan-
do mediis, & remediis probabilioribus, & certioribus.*
Potest tamen Medicus per accidens applicare medicamenta
minus tuta, si nempe infirmus non possit, aut nolit pretiosa
medicamenta solvere, quia in tali casu operatur secundum
voluntatem, & conditionem infirmi; *Communis.*

Medicus gravissime peccat, si solum experiendi gratia
incerta, & inexplorata medicamenta applicat infirmo; *Com-
munis.* Si autem infirmus extreme laboret, & nulla sit spes
de ejus salute, nec adsit remedium nisi dubium, de quo
scilicet dubitatur, an sit profuturum, vel nociturum? tunc,
accedente consensu ipsius infirmi, vel ejus contangueorum,
potest Medicus illud remedium, seu medicamentum appli-
care; quia, cum ex una parte vita infirmi jam desperata sit,
& ex altera parte sit aliqua spes, & adsit consensus aliquis
in periculum illud accelerandæ mortis, tunc infirmi nego-
tium utiliter geritur, adeoque Medicus potest in tali casu il-
lud medicamentum dubium, & periculosum adhibere; *Lay-
man lib. 1. tract. 1. cap. 5. Bonacina de peccatis disp. 2. q. 4.
punct. 9. Filiuc. tract. 21. numer. 152. Sporer tom. 1. tract. 1.
proumial. cap. 1. sect. 3. num. 59. & alii communiter.*

Medicus potest, vel non, applicare prægnantibus ea re-
media, quæ possunt, vel non, licite sumere ipsæ prægnan-
tes? Vide verb. *Mater a num. 1. ad 12.*

Medicus graviter peccat, si suadet infirmo aliquod reme-
dium Dei honori, vel præcepto contrarium, v. g. incanta-
tionem, superstitionem, pollutionem, inebriationem, &
hujusmodi; *cap. Nec mirum 14. caus. 26. quest. 5. art. Ad
hæc, cap. Cum infirmitatis 13. de penit. & remissionibus.*

Medicus de se nullam habet potestatem dispensandi in jeju-
nio, vel in esu carniæ, sed solum potest declarare uti alius
vir prudens, an hic, & nunc aliquis obligeat ad præceptum
propter grave damnum, vel incommodum suæ sanitatis. Et
si facile, & sine necessitate declarat aliquem non obligari ad
jejunium, seu ad abstinenceam carniæ, graviter peccat;
Communis.

Medicus quando peccat, vel non, abstrahendo eos, qui
alios frequentant? Vide verb. *Magister a num. 14. ad 16.*

Medici honorari debent; Ecclesiasticus enim, qui cap. 34.
vers. 4. nos instruit, quod *Altissimus creavit de terra medi-
camenta, & vir prudens non abhorrebit illa, ibid. vers. 1. in-
quit: Honora Medicum propter necessitatem; etenim illum
creavit Altissimus, ac vers. 11. & 12. Da locum Medico:
etenim illum Dominus creavit, & non discedat a te, quia
opera ejus sunt necessaria. Quod si idem Ecclesiasticus vers. 15.
testatur: Qui delinquit in conspectu ejus qui fecit eum, inci-
det in manus Medici, per id innuitur, quod qui perperam
in conspectu agit Creatoris, incidit in morbos, circa quos
occupatur Medicus; spiritu namque infecto peccatorum lue
necesse est, ut corpus, cui regendo spiritus est accommo-
datus, languescat, vel etiam tabescat. *Psal. 53. nos allo-
quitur Propheta: Longe a peccatoribus salus, quia justifica-
tiones tuas non exquisierunt. Hinc peccata magis, magisque
dicamus in horrore habere, ut Dominus cujus est salus
Psal. 3. elargiatur perpetua mentis, & corporis sanitate gau-
dere, aut ut si infirmitas corpus afficiat, ea sit, quæ virtu-
tem perficiat.**

Additio ex Auctore.

Medicos esse nimis faciles in suadenda peculiaribus per-
sonis observantiæ Quadragesimalis relaxatione, & ideo
gravissime super hoc monendos esse ab Episcopis, ne suas
animas; ac indulgendo, nimis aggravent, statuit Benedi-
ctus XIV.

Etus XIV. tom. 1. Constit. 130. incipient. *Libentissime §. 25.*
33 Quamvis ipsi severius consulere soleant, ubi agatur de uni-
34 versali dispensatione; Idem *ibid.* Medicorum sententiæ ex-
quirendæ, eorumque attestaciones exhibendæ sunt pro obti-
nenda dispensatione Quadragesimæ pro integra Civitate, seu
35 Populo; Idem *ibid.* §. 24. & 25. Et ab ipsis varia observari
oportet pro similibus faciendis attestacionibus, nempe discrimi-
men inter morbos constitui, pro quorum aliquibus curandis
nequaquam requiritur, ut jusculum, & carnes, loco pis-
cium, olei, & herbarum substituantur; in aliis vero juvare
plurimum si sublatis carnibus, cum indicitur jejunium, oleo,
vel lacte agrotantes utantur; Idem *ibid.* §. 25.

* Laici artem medicam vel chirurgicam exercentes ex
præscripto suæ artis, etiam si aliquis agrotus objerit, non ta-
men incurram irregularitatem; attamen ad cautelam petunt,
& obtinent dispensationem si promoveri ad Ordines sacros
postulant. Verum ejusmodi Brevia non conceduntur, nisi
prius audito Episcopo, cui injungitur, ut distincte referat
casus omnes animadversione dignos, eorumque peculiare
circumstantias, simulque exponat, cujus rei gratia orator ad
Ordines sacros promoveri possit. *De Synod. Dioc. lib. 13.
cap. 10. §. 4. nov. edit.*

Sacros vero Ordines jam obtinentes, vel etiam minores
cum Ecclesiastico Beneficio, ex præscripto sacrorum Cano-
num necessario debent petere indultum, si medendi artem
velint exercere. Hoc vero indultum non obtinetur, nisi ex-
posita causa, nempe quod locus, in quo Orator degit, &
profiteri cupit, vel sit pene desertus, vel non satis illi pro-
visum sit ex Medico laico, vel denique ejus familia tantæ sit
egefatis, ut providendum illi sit ex honesto lucro ab arte
Clerici percipiendo. *Ibid.* §. 6.

Regulares vero in Missionibus agentes privilegio donatur,
ex Bulla potissimum Clementis XII. incip. *Cum sicut*, ut pos-
sint exercere artem medicam. Hoc tamen privilegio frui non
possunt nisi in ea arte sint periti, & gratis remedia præscri-
bant, ac tandem abstineant ab incisione & adulatione. Deni-
que requiritur, ut non adsint Medici laici, vel sint quidem,
ac hæretici, vel hebræi, ut ex decreto Congr. de Propa-
ganda Fide. *Ibid.* §. 7.

Regulares ex instituti sui ratione Hospitalium curam, &
administrationem obtinentes, medicam artem exercere non
possunt extra illa hospitalia. *Ibid.*

In prædictis indultis Apostolicis Monachis vel Clericis
concessis semper apponitur hæc limitatio: *absque incisione &
adulatione. Ibid.* §. 8.

Clericis secularibus Sacris Ordinibus insignitis, si con-
cessum fuerit indultum, ut provideant familiæ indigentibus; il-
lud durat quoad usque Orator certos Ecclesiasticos reditus,
vel residentiale Beneficium obtinuerit.

Insuper affertur limitatio, ne quid exposcat ab agrotis,
neque enim Ecclesiastico seculari Medico prohibetur, ut
sponte oblata recipiat, præterquam a veris egenis, a quibus
nihil penitus potest accipere. *Ibid.* Regularibus vero indul-
tariis semper datur cum modificativa, ut nihil ab agrotis re-
cipiant. *Ibid.*

Porro indulta illa Ecclesiasticis, vel Regularibus concedi
non solent, nisi prius audito Episcopo testante de viri perita
in ea arte, & de indigentia Medici in ea Civitate, vel op-
pido. Præterea exquirunt etiam pro Regularibus testimo-
nium Superioris Regularis circa mores illius, qui indultum
petit. Si vero non præmittatur testimonium Episcopi, adhuc
tamen Pontificii Brevis executio Episcopo committitur, qui
commissum munus impleturus de his omnibus certiorum se
reddere tenetur. *Ibid.* §. 9.

Chirurgiam vero exercere Ecclesiasticis secularibus, &
Regularibus longe difficilior conceditur, & tunc solum cum
omnis omnino Chirurgus laicus deest; quin & tunc sine adu-
lione, & sefione. *Ibid.* §. 10.

Novæ additiones ex aliena manu.

Differendum paullulum de salario Medicorum. Ne liceat
Medicum debito salario defraudare, legibus constitu-
tum est, ut Magistratus aditus hujus rei causa a Medico,
extra ordinem ex officio nobili sine figura judicii, levato,
quod ajunt, velo, de salario medicis debito jus dicat, *L. 1.
3 ff. de extraord. cognit. Idque sive agrotus convalescit, sive
mortuus sit. Confer Perez ad tit. Cod. de Professor. & Medic.
4 num. 18. Num autem medicus privilegio aliquo gaudeat in*

concurfu creditorum? Vide *Berlich. part. 1. concl. 64. n. 95.
& sequent. Finkeltens in observat. practic. Observ. 98. num. 3.
& sequent.*

Quod si Medicus jam accepisset salarium a curando, is au-
tem non vi morbi; sed alio modo, puta ab alio interfectus,
perisset, haud tenetur ad accepti restitutionem, *C. 1. §. 13.
ff. de Var. & extraord. cognit. l. penult. & ultim. c. de Con-
dict. ob caus. Ripa de rest. cap. 7. num. 137.*

Pariter si medico certum salarium quotannis a Republica
vel Privatis constitutum, ilque vita functus sit intra annum,
salarium totius anni debetur, propterea quod non mercedem
intuitu laborum, sed potius salarium accipit, & per eum
non stetit quominus cura defunctus fuerit, *L. 1. §. divus ff.
de extraord. cognit. Carpov. Jurisprud. Forens. part. 2. c. 51.
def. 12. num. 5. Gail. 1. observ. 44. num. 12.*

Medicus, cui constitutum est certum salarium in singulis
dies v. gr. X., debetur pro eo tempore quo fuit in itinere;
argum; textus in *L. 20. ff. de oper. Libert. Quid si medicus
discedat tarda jam hora, an pro integro die salarium exigere
queat? Distingendum, utrum medicus causam protracti iti-
neris dederit nec ne? Priori casu peti haud potest salarium
totius diei a curando; potest vero posteriori casu.*

Medicus, cui certum salarium annum verb. gr. ad tres an-
nos a Communitate constitutum est, si finito locationis tem-
pore pergat mederi, non videtur tacite reconduci; ita ut
non contra Communitatem, sed contra eos quos curavit agere
debeat; *Ripa de Teste cap. 7. num. 124.*

De eo magna inter Doctores quaestio est: an conventa me-
dicum inter & agrotum certa mercede pro curando aliquo
morbo, teneatur medicus eadem mercede curare, si agrotus
recidivam patiat? Argumenta utrinque militantis affert
*Spekhan. centur. 1. quest. 31. Contra medicum pronunciat
Perez ad tit. C. de professor. & Medic. num. 15. Distinguen-
dum vero est utrum morbus procedat ex nova causa, an re-
currat ex iisdem humoribus, & causa. Priori sane casu non
tenetur; posteriori vero casu tenetur, modo non appareat re-
versum esse morbum ex culpa agroti, ut si contra præceptum
medici vixerit, nec ex intervallo, sed incontinenti sit morbus
reversus; *Spekhan ubi supra. Incontinenti autem quando re-
versus dicitur morbus, non est usquequaque expeditum,
utpote certa regula haud definitum, Arbitrio Judicis id re-
linquendum; Ripa de Peste cap. 7. num. 145.**

De contractibus agrotum inter & medicum non inutiliter
quoque hic agi possit. Sed longiores essemus, quam addi-
tionum angusti limites patiuntur.

MELCHISEDECH REX, ET SACERDOS.

Additamenta novissima Auctoris.

Melchisedech Chananeus fuit, & Rex Hierusalem, ut
expresse tradit Eruditiss. Card. Lambertin. exposi. Be-
nedictus XIV. De sacrificio Missæ *sect. 2. num. 287. ibi: Vera
sententia est, Melchisedechum gente Chananeum fuisse, Regem
Salem, quod idem est ac Hierosolymæ, ut ostendit Calaneo
in dissertatione de Melchisedech. Quod & tradit sapientissi-
mus Tirinus in cap. 14. num. 17. Genesis; ibi: Sed fuit Prin-
ceps aliquis & Regulus gentis & gente Chananae, Rex Salem,
seu Hierosolymæ, ut est in chaldeo, quam & illum condidisse
Josephus affirmat; & Fidelium (qui tum ipsius, tum aliorum
opera istæ reperiebantur) Doctor, Sacerdos, Pastor; istæ
S. Dionysius, Hippolytus, Irenæus, uterque Eusebius, Apollina-
rius, & alii cum plerisque recentioribus. Addunt S. Ignatius,
& Suidas, Melchisedech semper virginem permansisse. Unde
& in hoc typum gessit Christi, uti & in nomine cymo, in
officio, in Sacerdotio, in Sacrificio, de quibus fuisse ad He-
bræos 7. & Psalm. 109.*

Hic Melchisedech fuit revera Sacerdos, & quia Sacerdos
erat, panem & vinum obtulit; *Gen. 14. num. 18. Proferens
panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei Altissimi. Et Apost.
ad Hebr. 7. asserit, Melchisedechum non solum Christi figu-
ram fuisse, ut Aaron, sed insuper dicit, Christum Sacerdo-
tem fuisse non secundum Ordinem Aaron, qui offerebat sa-
crificia cruenta, sed secundum ordinem Melchisedech, qui
obtulit sacrificium incrementum. Proferens panem, & vinum;
Unde & Christus, ut palam faceret, se Sacerdotem esse se-
cundum ordinem Melchisedech, uti Deus per Davidem de
illo prædixerat *Psal. 109. vers. 3. sub iisdem speciebus panis
& vini**

& vini suum quoque Sacrificium in ultima cœna incrementum intulit. Ita omnes tam Sancti Patres, quam Doctores Scholastici.

3 Melchisedech sine Patre, sine matre, sine genealogia traditur ab Apostolo ad Hebr. cap. 6. v. 3. non quod his caruerit, sed quod nobis ignoti sint, cum nulla five aeorum, five Parentum ejus memoria fiat in Scripturis, quæ non Gentilium (qualis erat Melchisedech unus ex Regulis Chanæorum, teste Josepho, S. Dionysio, Epiphano, Theodoro) sed solum Hebræorum genus, & historiam pertexunt; ut recte obiervat laudatus Tirinus in epist. ad Hebr. cap. 7. v. 3. Calmetus tamen in Dictionario verb. Melchisedech refert, quod ætate Sancti Epiphani fuerunt, qui Parentes Melchisedech designarent, Heraclam nempe, five Heraclen patrem illius, matrem vero Aharoth, five Astariam appellantes, Catena Arabica in Gen. 9. ejus Genealogiam paternam ex Sem, matrem ex Japhet derivans, Heraclam, five Heraclim Patrem Melchisedech, filium, seu nepotem Phaleg, Filium vero Haber facit; matrem vero, quam Salathiel appellat, filiam tradit Gomer Filio Japhet. Josephus Gorionides, Hebræus scriptor circa undecimum sæculum, Melchisedech alterum nomen, Joram nempe inducit lib. 6. cap. 31. Iydufque ejus ortui præficiens, Sadech (planta est Jovis) appellat; urbem tandem cui præerat, primum Jebus, deinde Sedech, postea Salem, tandem Hierusalem, denominatam testatur. Hæc illa, qui plura adhuc ad rem ibi tradit.

MELIORAMENTA.

1 Melioramenta rei alia dicuntur intrinseca, & alia extrinseca. Melioramenta intrinseca sunt illa, quæ quasi transeunt in rem, quam meliorem efficiunt, ut iteroratio agri, implantatio arborum, si radices fixerint, & hujusmodi. Extrinseca sunt illa, quæ tantum extrinsece adhaerent, & salva re, separari possunt, ut picturæ, januæ, fenestras, domuncula mobilis, quæ solo alieno imponitur, & similia.

2 Rursus Melioramenta alia dicuntur necessaria, alia utilia, & alia voluptaria; Communis. Melioramenta necessaria dicuntur illa, sine quibus res peritura esset, vel deterioratura, vel nullos, aut non ordinarios fructus afferret, & quorum omisitio imputanda esset omittenti; Communis cum Rota part. 1. recent. decif. 6. num. 1. & seq. part. 15. decif. 191. n. 25. part. 18. tom. 2. decif. 564. num. 6. Melioramenta necessaria refici debent cunctisque melioranti; etiam possessori malæ fidei, & iniusto; Rota part. 7. recent. decif. 223. num. 15. p. 9. tom. 1. decif. 318. num. 14. part. 18. tom. 2. decif. 564. num. 4. & decif. 611. num. 3. Et persolvi debent in ea quantitate, quæ fuit impensa, nulla servata ratione melioranti, & impensæ; Rota part. 18. tom. 2. decif. 397. num. 20. decif. 398. num. 20. & decif. 536. num. 10. & sequent.

6 Melioramenta utilia dicuntur illa, quæ faciunt, ut res sit utilis, five, ut plures fructus afferat, v. gr. si ager cum necessariis expensis de more afferat 10. modia tritici, & cum aliis afferat 12. modia; hæ expensæ sunt utiles, & dicuntur Melioramenta utilia; cum sic augeant valorem rei, ejusque fructus; Communis cum Rota part. 12. recent. decif. 203. n. 21. & seq. part. 14. decif. 22. num. 8. part. 15. decif. 191. num. 25.

7 Melioramenta utilia facta a possessore bonæ fidei sunt illi restituenda; Rota part. 2. recent. decif. 356. num. 1. part. 4. t. 1. decif. 64. num. 1. Si vero sint facta a possessore malæ fidei, repeti non possunt, sicuti non sunt restituenda melioramenta excessiva, & consulto facta; Rota part. 11. recent. decif. 2. num. 24. part. 12. decif. 307. num. 21. & 22.

9 Melioramenta voluptaria dicuntur illa, quæ fructus rei non augent, sed tantum conferunt ad ornamentum, vel ad delicias, uti id; quod impenditur ad picturas, statuas, artificiosos fontes, delicias viridaria, & hujusmodi; Communis, cum Rota part. 2. recent. dec. 650. n. 4. part. 11. dec. 317. n. 18. part. 12. dec. 233. n. 16. Melioramenta voluptaria refici non debent; Rota part. 9. tom. 1. decif. 7. num. 11. part. 10. dec. 219. num. 25. part. 11. decif. 317. num. 15. part. 12. decif. 203. n. 21. part. 14. decif. 22. num. 8. part. 16. decif. 237. num. 2. Quæ vero sint voluptaria, ex relationibus Peritorum deducitur; Rota part. 11. recent. decif. 317. num. 17.

12 Melioramenta, ut repeti possint, debet de eis liquide constare, tum in genere tum in specie; Communis cum Rota part. 2. decif. 161. num. 2. part. 5. tom. 2. decif. 470. numer. 7. part. 14. decif. 10. num. 14. Unde, ut melioramenta, & sumptus repeti possint, duo copulative sunt distincte probanda,

idest tantum fuisse insumptum, & tantum fuisse melioratum, cum Dominus rei melioratæ electionem habeat reficiendi, quod minus est inter impensum, & melioratum. Hinc si sint impensa centum, & res facta sit pretiosior in centum quinquaginta, non reficiuntur nisi centum impensa, quia in illis centum duntaxat concurrunt duo dicta requisita, scilicet tantum impensum, & tantumdem melioratum; in quinquaginta vero, in quibus melioramenta excedunt impensam, non concurrunt illud requisitum, quod tantumdem fuerit impensum, quia in illis nihil impensum fuit. Et ex converso si sint impensa centum quinquaginta, & res facta sit pretiosior in centum, reficiuntur solum illa centum meliorata, quia in quinquaginta, in quibus impensam excedunt melioramenta, non verificatur illud requisitum, quod tantumdem fuerit melioratum, cum pro illa summa nihil melioratum fuerit, & Dominus rei melioratæ electionem habeat reficiendi, quod minus est inter impensum, & melioratum; Communis cum Rota part. 2. decif. 650. num. 2. part. 9. tom. 2. decif. 318. n. 17. part. 11. decif. 363. num. 12. part. 12. dec. 27. num. 21. part. 13. decif. 109. num. 19. decif. 288. num. 20. part. 14. decif. 405. n. 17. part. 15. dec. 119. num. 1. dec. 191. n. 1. part. 17. dec. 224. n. 20. & decif. 250. num. 8. & sæpe alibi per textum in cap. Requisivit 1. de integritate restitutione, esp. Ad nostram 11. de rebus Eccles. non alienand. l. Paulus. §. Domus ff. d. Pignoris, & l. Domos ff. de Legat. 1.

Unde regula communis, & generalis est, quod in melioramentis, & expensis repetendis semper attenditur, quod minus est, five illud minus sit in sumptum, five melioratum; l. In fundo vers. Et si plus ff. de rei vindicat. & ibi Glossa communiter recepta in vers. Plus pretio, dicens, si est impensa decem, & melioratio quindecim, repetuntur sola decem, item si decem impensa, & melioratio quinque, sola quinque repetuntur, Fagnan. in cap. Requisivit 1. de integritate restitutione num. 21. ubi pluribus citatis testatur de Comuni.

Melioramenta bona fide facta possunt recuperari, vel excipiendo ante sententiam, vel Officium Judicis post sententiam implorando, Baldus consil. 257. Tirinus emit Fundum in princip. lib. 1. Fagnanus loc. cit. num. 27. & alii passim. Et interim qui bona fide fecit melioramenta, habet retentionem rei melioratæ, donec de melioramentis fuerit integre satisfactus; l. Si in area in fin. ff. De Condit. indubit. & l. Paulus ff. de dol. mal. except. & expresse Rota part. 4. recent. tom. 1. decif. 206. num. 1. decif. 513. num. 4. part. 10. decif. 113. num. 5. part. 18. tom. 1. decif. 237. num. 1. decif. 320. num. 1. part. 19. tom. 1. decif. 380. num. 38. & part. 19. tom. 2. decif. 614. n. 1.

Ad effectum tamen obtinendi retentionem rei melioratæ, pro melioramentis debet necessario de illis constare; Rota part. 14. recent. decif. 405. num. 2. part. 18. tom. 1. decif. 320. num. 2. Adeoque retentio non datur pro melioramentis, de quibus nec in genere, nec in specie constat; Rota part. 3. decif. 378. num. 1. part. 12. decif. 97. num. 20. part. 19. tom. 1. dec. 332. num. 18. Fagnan. loc. cit. num. 28. & alii passim.

Melioramenta, si sint probata in genere tantum, non dant retentionem rei melioratæ, nec retardant immisionem, sed succurritur bonæ fidei possessori per cautionem de illis reficiendis liquidatione facta; Rota part. 4. tom. 2. decif. 127. num. 7. & 8. parte 13. decif. 521. num. 17. & sæpe alibi. Puteus decif. 461. lib. 2. Fagnanus loc. cit. num. 33. cum aliis ibi citatis.

Melioramenta mala fide facta, si sint necessaria, possunt repeti, Rota part. 7. recent. decif. 223. num. 15. part. 9. tom. 1. decif. 318. num. 14. part. 18. tom. 2. decif. 564. num. 4. & patet ex dictis supra num. 4. & 5. Secus autem si sint tantum utilia, l. Domum in fine 6. de rei vend. & cap. Requisivit 1. De integritate restit. a sensu contrario ibi: Quos bona fide fecerunt; Fagnanus ibid. num. 34. & 42. cum aliis ibi citatis, & expresse Rota part. 11. recent. decif. 2. n. 34. part. 12. dec. 307. num. 21. & 22.

Hinc, si quis scienter in solo alieno inædificavit, sumptus non repetit, & inædificatum cedit Domino soli, ut l. Si quis sciens Cod. de rei vindicat. & §. Ex diverso, Infit. de rerum divis. Rota part. 6. recent. num. 5. & 45. Qui enim, non obstante quod sciverit solum esse alienum, adhuc imbi ædificium construxit, sua voluntate amittit proprietatem materiam intelligitur, d. §. Ex diverso, & l. Adeo §. Ex diverso ff. de acquir. rer. domin. & sic ædificanti obijci potest, quod temere ædificavit in eo solo, quod certo sciebat esse alienum, ut dicitur in §. Certe, Infit. de rer. divis.

Nova Additiones ex aliena manu.

1 Notabilis intercedit differentia prædia urbana inter. & prædia rustica quoad Meliorationum æstimationem: Profectio in illis (ita recte ait Rota in Ravenn. Immissionis super melioramentis 20. Martii 1747. §. Profectio cor. Clar. Mem. Millino) spectandus est status temporis præsentis, juxta textum in L. domos Hereditarias ff. de Legat. 1. in aliis vero, 2. cujus generis est, de quo agitur, inspiciendum est tempus factæ meliorationum, ut inter impensum, & melioratum reficiatur quod minus est Possessori bonæ fidei, secundum alterum textum in L. In fundo ff. de rei vindicat. & c. dummodo tamen res sit de meliorationibus utilibus; nam quæ a necessariis probantur, sunt in totum reficienda Melioranti ad modum sumptuum factorum.

MENDACIUM.

1 Mendacium est falsa significatio contra mentem cum animo fallendi. S. Augustinus lib. contra Mendacium cap. 12. relatus in cap. Beatus Paulus 5. caus. 22. q. 2. Dicitur primo falsa significatio, quia potest quis mentiri, non tantum verbis, sed etiam nutibus, gestibus, scriptis, & hujusmodi, unde S. Augustinus lib. contra Mendacium cap. 3. dicit; Ille mentitur, qui aliud habet in animo, & aliud verbis, vel quibuslibet significationibus enuntiat.

2 Dicitur secundo, contra mentem, quia mentiri est contra mentem ire; Unde, ut quis dicatur mentiri, requiritur, quod falsum putet id, quod dicit ut verum; Potest enim fieri, quod aliquis non mentiat, licet falsum dicat, si nempe credat illud esse verum, & contra mentiat, licet verum dicat, si nempe dictum suum putet esse falsum. Hoc totum exprimit S. Augustinus Enchiridii cap. 18. relatus in cap. Is autem 4. caus. 22. q. 1. ibi: Nemo mentiens iudicandus est, qui dicit falsum, quod putat verum, quoniam quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. potiusque e contrario quantum in ipso est, ille mentitur, qui dicit tamquam verum, quod putat falsum.

3 Dicitur tertio, cum animo fallendi, quia quamvis hujus particule necessitatem negent plures volentes sufficere ad Mendacium, quod quis loquitur contra mentem, five interiorius intendat fallere, five non; Hanc tamen requirit Gelasius Papa in c. Beatus Paulus 5. caus. 22. q. 2. in cujus Summario expresse dicitur: Non mentitur, qui animum fallendi non habet; & S. Augustinus relatus in c. Is autem 4. caus. 22. q. 2. ibi: Is autem, qui mentitur contra id, quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi. Et ideo non proprie mentitur ille, qui jocandi causa diceret; Ego uno solo die peragravi quatuor mundi partes. Ego hodie vii Romam, & inde huc redivi, & similia; per hæc enim nullatenus intendit fallere, sed nugari, ut utique id clare ex modo pronuntiandi, aliiisque circumstantiis personæ, loci, temporis, & hujusmodi percipiunt ipsimet Auditores. Et sic expresse docet S. Augustinus lib. q. in Genesim q. 145. relatus in c. Quod autem 18. caus. 22. q. 2. ubi dum explicat hæc Patriarchæ Josephi verba: An ignoratis, quod non sis similis mei in augurandi scientia? dicit ejusmodi phrasas non esse mendacia, quia iis non utuntur modo serio, sed tantum quodam joco: Mendacia enim a mendacibus serio aguntur, non joco. Cum autem; quæ non sunt, tamquam joco dicuntur, non reputantur mendacia. Et id confirmat idem S. Doctor lib. de mendacio c. 2. ibi: Nunquam (joci) sunt putata mendacia, habent enim evidentiſsimam ex pronuntiatione, atque ipso jocantis affectu, significationem animi nequam fallentis, etſi non vera, enuntiantis, & ibidem cap. 3. subiungit: Ex animi enim, sui sententia, non ex rerum ipsarum veritate, vel falsitate, tate mentiens, aut non mentiens iudicandus est. Et sic tenent Pontas verb. Mendacium cas. 4. Henno t. 1. tract. in decalog. disp. 8. q. 1. coocl. 1. Laym. lib. 4. tract. 3. cap. 13. num. 4. & alii passim volentes, quod ad mendacium requiratur animus fallendi si non exprellus, & formalis, saltem tacitus contentus in verbis, quæ talibus, aut talibus circumstantiis nota sunt fallere.

4 Mendaciorum genera octo distinguit S. Augustinus lib. de mendacio cap. 4. relatus in cap. Primum 8. caus. 22. q. 2. At hæc omnia commode reducuntur ad illa tria, scilicet mendacium jocolum, officiosum, & perniciosum, quæ ordinarie pro faciliore captu a Doctoribus traduntur cum S. Bonaventura

tura in 3. sentent. dist. 38. art. 1. q. 5. in corpore, ubi dicit, quod mentiens, aut intendit prodesse, aut deletere, aut ledere, secundum quod intendit prodesse, est mendacium officiosum; secundum quod intendit deletere, est mendacium perniciosum; secundum quod intendit ledere, est mendacium jocosum.

7 Mendacium jocosum est, quod profertur, vel fit sine alicujus nocimento causa voluptatis propriae, vel alienae. Est in re communis. Mendacium officiosum est, quod profertur, vel fit sine alicujus nocimento causa utilitatis propriae, vel alienae. Est in re communis. Mendacium perniciosum est, quod profertur, vel fit causa alienae injustae damnificationis.

10 Est in re communis. Mendacium jocosum & officiosum ex genere suo sunt tantum peccata venialia. Mendacium autem perniciosum est ex genere suo peccatum mortale. Communis.

11 Nullum ex dictis Mendacii unquam est licitum. Communis, & certum, cum S. Augustino relato in cap. Primum 3. caus. 22. qu. 2. ibi: „ Quisquis autem esse aliquod genus Mendacii quod peccatum non sit putaverit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum esse deceptorem arbitretur aliorum. „ Et patet ex Sacra Scriptura, quae indiscriminatim prohibet omne Mendacium, ut Exodi 23. ibi: Mendacium fugies; Levitici 19. ibi: Non mentiemini, Proverb. 19. ibi: Qui mendacia loquitur, non effugiet; Psal. 1. ibi: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium; Sapient. 1. ibi: Os, quod mentitur, occidit animam; Ad Colos. 3. ibi: Nolite mentiri invicem. Et patet etiam ratione, quia omne mendacium proprie sumptum est semper intrinsece malum, cum semper importet animum decipiendi; quod humanae societati repugnat, quia, ut recte dicit S. Augustinus in Eucharistia cap. 22. relatus in cap. Is autem 4. caus. 22. qu. 2. Verba propterea infirmata sunt, non per quae se invicem homines fallant, sed per quae quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat; Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod sunt infirmata, peccatum est.

12 Unde Mendacium proprie dictum nullo casu, aut sine potest esse licitum, ne quidem ad salvandam hominis vitam, ut expresse docet ipsemet S. Augustinus relatus in cap. Ne quis arbitretur 14. cap. Faciat homo 15. & cap. Si quis 17. caus. 22. qu. 2. & S. Isidorus relatus in cap. Omne genus mendacii 16. ead. caus. & qu. 2. & Alexander III. in cap. Super eo 4. de usuris, ibi: Cum Scriptura Sacra prohibeat pro alterius vita mentiri, Immo neque unquam licitum est proprie dictum Mendacium etiam pro salute spirituali hominis. Communis cum S. Augustino lib. contra Mendacium cap. 26. ubi dicit, eum, qui non posset baptizari, nisi deceptis Mendacio custodiis, esse sine Baptismo relinquendum, cum non sint faciendae mala, ut eveniant bona, & tandem concludit: Si ergo non docet veritas facere propter hominem baptizandum, quod est contrarium Castitati, non docetis propter hominem baptizandum facere, quod est contrarium veritati, & l. de Mendacio cap. 20. sic expresse dicit: ad sempiternam vero salutem nullus descendens est opitulante mendacio.

14 Nec valet dicere licitum esse mentiri in casu necessitatis, seu ob magnum aliquod bonum, ut patet de Abraham, qui Genes. 20. ut se eriperet a mortis discrimine, dixit, Uxorem suam Saram esse suam sororem: de Jacob, qui Genes. 27. ut Patri benedictionem obtineret, fratrem suum primogenitum se mentitus est. De Obstericibus Aegyptiis, quae Exod. 1. pro salvandis ab interfectione infantibus Hebraeorum mentitae sunt. De Joseph, qui Genes. 44. se Ariolum, & augurem coram suis fratribus asseveravit. De David, qui 1. Regum cap. 21. praeter timorem dementiam, seu insaniam simulavit. De Judith, quae Judith cap. 10. 11. 12. & 13. compositis mendaciiis Holofernem decepit. De ipsemet Christo, qui Marci 13. loquens de Judicii adventu, dixit: De die illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in Caelo, neque Filius hominis, & Luca 24. ubi post resurrectionem suam in peregrini forma finxit se longius ire, & Joannis 7. ubi dixit Fratribus: Vos ascendite ad diem Festum istum, ego autem non ascendam. Et autem ascenderit fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem Festum, & sic de similibus, tum veteris, tum novi Testamenti.

15 Non valet, inquam, quia in omnibus supradictis nullum interfuit mendacium, sed Mysterium, nec ipsi aliquid falsum dixerunt, sed solum licita aequivocatione, seu amphibologia, aut restrictione verum tacerunt. Sic pluribus in locis expresse docet S. Augustinus, & signanter in libro de menda-

cio cap. 12. & cap. 17. ubi sic dicit; Ad hanc veritatis regulam mihi videntur non solum ista (de Abrahamo, & Sara) verum etiam si qua sunt talia redigenda, ut aut quod esse creditur, ostendatur non esse mendacium, sive ubi tacetur verum, nec dicitur falsum, sive ubi significatio veras aliud ex alio vult intelligi, & idem S. Doctor in quibus. in Genes. qu. 26. relatus in cap. Queritur 22. caus. 22. qu. 2. sic habet: Queritur cur Patriarcha mentiri voluit, ut diceret Saram sororem suam, & non potius Deo commisit, qui, si vellet, ejus pudicitiam apud Pharaonem servare posset, sed veritatem voluit celari, non mendacium dici; Soror enim dicitur, quia filia fratris erat; & in hoc ostenditur, quod nemo debet tentare Deum, dum habet, quod rationabili consilio faciat; Fecit, quod potuit, quod non potuit, Deo commisit, in quem speravit. Nec eum fides, aut spes fellit: Si autem interrogatus uxorem illam suam indicaret, duas res Deo committeret, & vitam suam, & uxoris pudicitiam.

Et ibidem ad id, quod apponitur de Jacob Genes. 27. respondet: Jacob dicendo se esse Esau primogenitum non est mentitus: non enim dixit se esse primogenitum nascendo, sed jus primogenituras illo vendente rite adendo; Sic & Christus Joannem dixit esse Eliam, non personam, sed imitatione virtutis: Erat ergo Jacob Esau, non nascendo (ut diximus) sed emptione primogenituras, de non primogenito in primogenitum transeundo, sicut & ipse Esau primogenita vendendo, de primogenito non primogenitus fieri meruit. Et de eodem Jacob lib. contra mendacium cap. 10. sic dicit; Jacob, quod Matre fecit auctore, ut patrem fallere videretur, si diligenter, & fideliter attendatur, non est mendacium, sed Mysterium &c. vide in Breviario lectiones secundi nocturni Dominice secunda Quadragesima. Et cit. lib. contra mendacium cap. 11. subjungit: Neque illud, quod Joseph velut illudendis locutus est fratribus Genes. 44. Neque quod David simulavit insaniam 1. Reg. 21. Nec cetera hujusmodi mendacia judicanda sunt, sed locutiones, actionesque propheticae ad ea, quae vera sunt, intelligenda referenda. Unde, ut vides, ex doctrina S. Augustini, idem sentiendum est de Obstericibus Aegyptiis, de Judith, & aliis similibus personis, quarum locutiones, seu actiones fuerunt, vel propheticae, seu mysticae, aut aequivoce, subintelligendo aliquod verum, quod ex circumstantiis poterat ab audientibus percipi; adeoque fuisse mendacii profusus immunes, ut signanter de Judith solide probat ex multis, & ex ipsemet Sacro textu Doctissimus P. Tirinus ibid. cap. 10. per tot.

Et dato, quod diceretur Abraham, Jacob, David, Judith, & alios mentitos fuisse, cum non omnia ex Dei instinctu locuti sint, sed quaedam propria etiam simplicitate addiderint, permittente Deo ipsorum imperfectiones, non tamen sequitur eos peccasse, quia invincibili laborantes ignorantia, credebant in similibus casibus fas esse mentiendo decipere: nam veritas ista, quod mendacium nullo casu sit licitum, nondum eo tempore cognita erat; Immo, teste S. Augustino, apud Tirinum in Judith cap. 10. vers. 12. multi veterum, etiam post Christum passum secuti Platonem putarunt id sine peccato licuisse; Sic Layman lib. 4. tract. 3. cap. 13. n. 9. & alii plures.

Insuper dato, quod ipsi excusari non possent a peccato saltem veniali, sicuti eos ab ipso non excusant S. Joannes Chrysostomus, Lipomanus, Scotus, Adrianus, Lyranus, Cajetanus, Deltius, a Lapide, Bonfretius citati, sed non secuti a Tirino in facto Patriarchae Jacob Genes. 27. vers. 19. dicendum esset sicuti de Obstericibus Hebraeorum ait S. Augustinus lib. de mendacio cap. 5. & lib. contra mendacium cap. 15. fuisse laudatas non propter mendacium, sed ob misericordiam, quam servandis a nece infantibus praestiterunt. Hoc etiam modo Judith inquit S. Thomas 2. 2. qu. 110. art. 3. ad 3. laudatur, non quia mentita est Holoferni, sed propter effectum, quem habuit ad salutem populi; Quamvis etiam dici possit, quod verba ejus veritatem habeant secundum aliquem sensum mysticum. Et concordat cap. Si quilibet culpa 10. caus. 22. qu. 2. Unde quomodocumque dicatur, stat clarum nullo casu licitum mendacium.

Adeam autem, quae ex novo Testamento obijciuntur de Christo, qui Marci 13. dixit: De die illo, vel hora nemo scit &c. respondetur, verba illa accipienda esse de scientia communicabili, adeoque vere, & absolute dixit se diem, illum nescire, ut jam fatus fuit dictum sub ver. Juramentum art. 1. n. 15. vide ibi; Ad illud Luca 24. ubi Christus finxit se longius ire respondetur id ad Mysterium, seu figuram pertinere. Quod Christus se peregrinum, & divertentibus duobus discipulis longius iturum finxit, id est figuravit; aliquid

enim tunc quidem absconditum, postea autem intelligendum, significare intendebat; videlicet se inter eos peregrinatum, mox longius abiturum ad Patrem coelestem. Sic S. Augustinus: lib. contra mendacium cap. 13. ibi: Si nihil aliud significasset Jesus in eo, quod (externo agendi modo) longius ire se finxit, merito judicaretur esse mentitus simulando. Porro autem, si bene intelligatur, & ad id, quod voluit significare, referatur, invenitur esse Mysterium; Alioquin erunt cuncta mendacia, quae propter quandam verum significandam similitudinem, cum gesta non sint, tamquam gesta narrantur. Et infra; Ille igitur concludat Christum mentium esse fingendo, qui negat eum, quod significavit, implevisse faciendo, puta ad Coelos ascendendo. Ad illud Joann. 7. ubi Christus dixit: Ego autem non ascendam ad diem Festum hunc, respondetur, ut communiter tradunt Doctores ibi, quod Christus verissimum dixit quamvis ascenderit, quia ex circumstantiis verba illa denotabant se non ascensurum publice ad ostendendam miraculis suam divinitatem, ut rogabatur, & favesit ipsemet textus, qui dicit: & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.

Unde ex omnibus supra adductis clare constat, nihil posse inferri, quod probet mendacium proprie dictum posse, esse licitum in aliquo casu, sed ita in suo robore nostra conclusio, quod mendacium proprie dictum sit per se, & intrinsece malum, & nullo casu, seu ob nullam necessitatem honestari, & licitum fieri possit, ut tenent Aristotel. lib. 4. Ethicorum cap. 8. S. Augustinus toto libro de mendacio, & regulo altero libro contra mendacium ad Conventum. S. Basilii regul. 15. ex brevioribus, S. Gregorius l. 19. moral. cap. 2. & 3. S. Thomas 2. 2. qu. 110. art. 3. S. Bonaventura in 3. sent. dist. 38. qu. 2. Scotus in 3. sent. dist. 3. & alii communiter.

Bene vero est et per se malum, sed ob iustum causam, licitum est celare veritatem per restrictionem non pure mentalem, seu per verbi aequivocationem (a), aut facti dissimulationem. S. Augustinus in Psal. 5. super illa verba; Perdes omnes qui loquuntur mendacium, & lib. contra mendacium cap. 10. ubi dicit aliud esse occultare veritatem, & aliud proferre mendacium; Quamvis enim omnis, qui mentitur, vel it celare quod verum est, non tamen omnis, qui vult, quod verum est, celare, mentitur. Et super Genes. qu. 26. relatus in cap. Queritur 22. causa 22. qu. 2. ibi; Queritur cur Patriarcha mentiri voluit, ut diceret Saram sororem suam. Sed veritatem voluit celari, non mendacium dici; Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. S. Thomas 2. 2. qu. 110. art. 3. ad 4. ubi ait: Tameis mentiri, aut simulare nullo casu licitum sit, tamen licet veritatem occultare propter aliquam dissimulationem. S. Chrysostom. lib. 1. de Sacerdot. ad finem. S. Hieronymus relatus in cap. Vilem 21. caus. 22. qu. 2. ubi hortatur ad simulationem utilem, & in tempore a sumendam exemplo Jehu Regis Israel, & Davidis. S. Gregorius Papa lib. 26. Moral. cap. 7. relatus in cap. Humana aures 11. caus. 22. qu. 5. ibi; Humane aures talia verba nostra iudicant, quae, si foris sonant; Divina vero iudicia talia foris audiunt, quae, si ea intimis praefertuntur; Apud homines cor ex verbis, apud Deum vero verba praefertuntur ex corde.

Nec obstat id, quod dicit S. Isidorus lib. 2. de summo bono cap. 11. relatus in cap. Quacumque art. 9. caus. 22. qu. 5. ibi: Quacumque arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit. Non obstat, inquam, quia hic textus percellit eos qui mala fide, solumque decipiendi & injuste nocendi animo pravam mentem suam obtegunt; non vero illos, quos iusta, & rationalis causa cogit bonum, quod mente gerunt; propositum verbis ambiguis, & in aliquo sensu veris dissimulare; istis enim non quadrat S. Isidori sententia in cit. cap. Quacumque arte, sed illa S. Gregorii Magni in cit. cap. Humana aures. Sic istas sententias apparenter contrarias conciliat S. Thomas 2. 2. qu. 89. art. 7. ad 4. citatus, & secutus a Caballero in Theoria, & praxi Juris Canonici lib. 4. cap. 4. n. 12. ubi sub n. 13. plurimis citatis dicit nostram conclusionem esse communem, uti & communem esse testatur Layman lib. 4. tract. 3. Ferrar. Biblioth. Tom. 7.

cap. 13. num. 10. Vide verb. Juramentum art. 1. a num. 13. Mendacium in Confessione deliberate committum est Sacriligium, quia non solum est contra veritatem, sed etiam contra Religionem cum sit irreverentia contra Sacramentum, & ejus Auctorem. Communis. Mentiens deliberate circa materiam necessariam Confessionis, vel negando scienter mortale, quod fecit, vel affirmando veniale, quod non fecit, peccat mortaliter, quia sic mentiens, vel non confitetur integre, vel saltem decipit Judicem in re gravi ipeccante ad substantiam iudicii, adeoque graviter peccat. Suarez disp. 22. sect. 10. num. 11. Gormaz Curs. Theol. part. 1. n. 150. La Croix lib. 6. part. 2. n. 1176. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 8. n. 15. Reiffenstuel Theol. moral. tract. 14. dist. 7. qu. 1. num. 5. & alii passim.

Mentiens scienter, & deliberate circa materiam non necessariam Confessionis, vel negando veniale, quod fecit, vel affirmando veniale, quod non fecit, vel mentiens circa peccata mortalia alias rite confessis, aut quae hic & nunc non tenentur confiteri, peccat solum venialiter, quia, cum poenitens non teneatur talia peccata confiteri, non graviter decipit Confessarium mentiendo, neque irritum reddit Sacramentum, cum nihilominus absolutionem validam consequatur. Coninch disp. 6. dub. 3. Navarr. cap. 21. n. 37. Silvester verb. Confessio 1. qu. 8. Layman loc. cit. n. 15. Sa verb. Confessio n. 12. Petrus Sotus Lect. 10. de Confess. in fine. Suarez disp. 22. sect. 10. Lugo disp. 16. n. 99. Castropal. tract. 23. part. 10. n. 4. Stoz lib. 1. part. 3. n. 34. Dicaill. disp. 8. n. 51. Tamburin. de Confes. lib. 2. cap. 16. n. 43. Reiffenstuel loc. cit. num. 17. Bonacina disp. 5. de Penit. qu. 5. punct. 2. & n. 9. Valquez, Arriaga, Illing cum la Croix lib. 6. part. 2. num. 1177. contra S. Bonaventuram, Paludan. Cajetan. Ledesmam, Armill. & alios tenentes fingere veniale in Confessione semper esse mortale. At Tamburin. loc. cit. dicit nostram Conclusionem esse certam, & Reiffenstuel loc. cit. dicit esse communem, & de facto eam tenent Doctores passim. Dummodo tamen talis Poenitens absolutioni subiciat aliam materiam sufficientem, de qua habeat verum dolorem, et propositum, quia, si nihil confiteretur praeter veniale fictum, peccaret mortaliter, non ratione mendacii, sed quia faceret absolutionem esse nullam propter carentiam debitae materiae. Sic omnes Doctores citati, et alii communiter cum Gobae tract. 6. n. 541. Diana part. 3. tract. 4. resolut. 96.

MENDICANTES RELIGIOSI. Vid. verb. Absolutio. Approbatio. Confessarius. Debitum conjugale. Eleemosyna. Regulares.

M E R C A T O R .

Mercator, qui vi, fraude, mendacio, vel criminationibus impedit, ne ad Civitatem afferantur aliae merces, ut ipse carius vendat suas, tenetur non tantum ementibus aut Republicae excellum pretii, sed etiam aliis mercatoribus lucrum cessans iudicio prudentis Viri restituere; Est enim injusta causa utriusque damni. Sanchez in Confil. lib. 2. disp. 49. n. 35. cum aliis ibi citatis, La Croix l. 3. part. 2. num. 80. & alii passim.

Mercator an, quomodo, & quando peccet, & teneatur ad restitutionem, si ad se trahat eos, qui alios frequentat? Vide verb. Magister a num. 14. ad 16. inclusivae, quae enim circa haec dicta sunt ibi de Magistris, dicenda proportionaliter veniunt hic de Mercatoribus.

Mercator quomodo excusetur, quando dicit vel etiam jurat, se non posse pro tali pretio talem mercem vendere, vel sibi pluris constare, licet in rigore hoc verum non sit; Vide verb. Jurament. art. 1. n. 21.

Mercator peccat. 1. Si venenum, vel alia prohibita, vendat cum suspitione pravi usus. 2. Si paratus sit quoddam, cumque pretium etiam injustum ab emptore laccipere. 3. Si rem

(a) Auctoritates a Lucio allatas probant quidem posse, quempiam veritatem occultare aliquando. quis enim hoc inficiabitur? at nunquam ex illis quis deducet id fieri licite posse per restrictionem, est non pure mentalem, aut per verbi aequivocationem. Quinimo hanc praxim a S. Augustino

damnari, ita compertum est, ut mirum sit, quod Auctor S. Doctorem pro hac sententia adducat. Confil. Opera edita ab Eminen. Orsi adversus P. Carolum Ambrosium Catanensem, ejusque apologias, et praecipue: Dimostrazione teologica &c.

Si rem carius, quam supremo pretio vendat ob dilata-
tionem . 4. Si mercium defectum gravem occultum non
aperiat, pondus, & mensuram imminuat . 5. Si in empto-
rium injuriam, monopolium injultum instituatur, merces
omnes unius generis sibi comparat immoderato questu pro
libitu vendendas . 6. Si merces ab eo, qui non novit, emat
pretio minore, vel cariore vendat ignoranti . 7. Si merces
veteres, & inutiles novis admisceat, & vendat eodem
pretio utraque . 8. Si iusta tributa defraudet . 9. Si tem-
pore debito, cum possit, non solvat creditoribus cum-
gravi eorum damno . 10. Si mercibus solvat, quod pec-
cunia debet contra Creditoris voluntatem . 11. Si diebus
Festis publice emat, vel vendat contra consuetudinem
permissam . 12. Si juret falso, se tanto pretio merces com-
parasse . 13. Si contractum incat quemcumque dubitans de
ejus iustitia . 14. Si emat res furtivas &c. Hæc Busem-
baum l. 4. c. 3. dub. 10. num. 1.
Alia ad rem, vid. verbi *Emptio, Venditio* .

Novæ additiones ex aliena manu .

- 1 **D**E Libris Mercatorum, an & quomodo ii probent, non inutiles hic est investigatio. Probare vero ipsos, sed *semplene* communiter Doctores tenent, nisi vel statuto, vel consuetudine plenam faciant probationem: *Carpzov. de Process. tit. 14. artic. 5. n. 52 & sequent. Ruland. de Commissio- nis. part. 2. lib. 5. cap. 13. num. 9. Hering. de Fideiuss. cap. 20 §. 1. numer. 71. Ager. Process. Inst. Jur. c. 9. observ. 8.*
- 2 At sequentes conditiones concurrant oportet, ut libri Mer- catorum vel *semplene* vel *plene*, ubi est statutum, aut con- suetudo probent. *Primo* Mercatores libros producentes de- bent esse fide digni. *Secundo* habere debent debitam & legalem formam, tum continere data, & accepta. *Tertio* diem, 7 mensum, & annum comprehendere debent. *Quarto*, expri- mere debent causam. *Quinto* completi debent verisimilia, tum carere omni falsitate, & mala suspitione. Addunt *Sexto* alii, ut sint libri Mercatorum propria eorum manu scripti. At sufficere videtur, si sint ab eorum Institutibus viris fidei haud suspectæ exarati; *Carpzov. de Process. tit. 14. art. 15. num. 52. & plur. sequent. Tacian. de Probat. lib. capit. 63. num. 21. Escobar. de Ratiocin. cap. 12. num. 41. Scacc. de Com- merc. cap. 11. num. 268.*
- 3 Nota vero, non aliter libros Mercatorum vel *semplene*, vel *plene* existent statuto aut consuetudine probare, quam si contineant quæ ad *emmercor. materiam* spectant; *Carpzov. loc. mox cit. Gaill. lib. 2. observ. 20. num. 8.*
- 4 **Q**uestionis est, num libri rationum Mercatorum pro ter- tio contra tertium *semplene* probent? *Afirmat Herlich. part. conclus. 36. num. 97. sed rectius negat Gaill. c. 2. tit. 3. num. 737.*
- 5 Nec incongrue ea hic expendenda est questio, an implora- re queat beneficium restitutionis in integram Minor Mer- cator, qui ob merces creditas ab alio mercatore debitum contraxit, conventuque, dicat circa merces esse deceptum? *Negatur*, propterea quod peritiam cuiuscumque artis, quam Minor proficitur, impedit restitutionem in integram circa ne- gotia ejusdem artis? *Confer Odd. de restituit. in integr. part. 1. quest. 23. art. 7. Urget & illud, quod hac ratione contra- hentes publica auctoritate deciderentur; Adæ Zoef. in Com- ment. ad Tit. fff. de Minor n. 22.*

Additio Auctoris e II. Editione.

Mercatus a Nundinis distinguuntur, tam a Doctoribus, quam in Ecclesiasticis Constituitur. *Benedict. XIV. tom. 1. Constit. 144. incip. Ab eo tempore §. 11. Mercatus sunt de rebus minoribus ad quotidianas necesseitates pertinentibus, & singulis septimanis a vicinis fiunt . Idem ibid. §. 16. Hi pro- hibentur omnino fieri diebus Festis; Et in dies præcedentes, aut subsequentes transferri jubentur . Idem ibid. §. 22. Eaque de re approbatur Decretum Congregationis Concilii in Ripa- na Mercatus . Quacuque etiam immemorabili consuetudine minime obstante, ut resolvit Sac. Cong. Conc. in Barchino- nen. Observatoris Feltorum . Idem ibid. §. 23. & 24. Vide *tom. 3. verb. Festa* .*

Additio Auctoris e II. Editione .

Mercedis causæ, sicut etiam quæ non excedunt summam x scutorum 25. iudicari possunt a Cardinali Vicario, & a Gubernatore Urbis contra quocumque non obstante obliga- tione Camerali. *Benedict. XIV. Tom. 1. Constit. 115. incip. Romana Curia §. 24. Alia ad rem Vide tom. 3. ad verb. Extrahitio .*

Additio Auctoris e II. Editione .

Mercimonia exercentes super elemosynis Missarum, & Laici excommunicationis, Clerici vero, & Sacerdotes suspensionis penam incurrunt. *Benedict. XIV. tom. 1. Con- stit. 22. incip. Quanta cura. §. 5. Vide tom. 3. verb. Eleemo- syna n. 64. & infra verb. Missa artic. 2. n. 16. ubi affertur dicta Constitutio .*

Meretrices, est mulier, quæ multorum libidini est exposita; *cap. Vidua 16. dist. 34. ibi; Meretrices est, qua multorum libidini paret, seu Meretrix est mulier, ejus turpitudine pu- blice venalis est; cap. Meretrices 11. caus. 32. qu. 4. ibi; Me- retrices esse, & ad Meretrices accedere prohibet Dominus, qua- rum publice venalis turpitudine est, & Glossa in cit. c. Vidua, verb. Meretrix . Unde mulier, quæ unius amore capta illi sui corporis copiam facit, non potest dici meretrix . Faber in §. Scortis, Instit. de inoffic. testam. Menochius de Arbitr. c. 328. n. 3. Mascard. de probat. concl. 1063. n. 7. Neque illa, quæ duobus viris se prostituit etiam quæstus causa potest meretrix appellari. *Abbas in c. inter opera in fine de sponsal. Bertaz. consil. 134. lit. C. Vincent. de Franch. decis. 68. n. 2. Menoch. Consil. 18. Pignatell. tom. 9. consil. 27. num. 20. cum aliis ibi citatis. Neque poenæ inflicta a Jure, vel a Con- stitutionibus municipalibus contra meretrices locum habent in muliere, quæ uni, vel duobus tantum, etiam quæstus causa sui corporis copiam facit. Vincent. de Franchis loc. cit. Pignatell. loc. cit. & alii .**

Prinicipes, & Magistratus possunt sine peccato tolerare Me- retrices in suis Ditionibus, & Civitatibus ad evitanda majo- ra mala. *Sic S. Thomas 2. 2. quæst. 19. art. 11. in corpor. his verbis; Humanum regimen derivatur a diviino regimine, & ipsum debet imitari . Deus autem quomodo sit omnipotens, & summe bonus permittit tamen aliqua mala fieri in universo, quæ prohibere posset; ne iis sublatis majora bona tollerentur, vel etiam peiora mala sequerentur. Sic ergo & in regimine hu- mano illi, qui præsumunt, recte aliqua mala tolerant. ne aliqua bona impediatur; vel etiam ne aliqua mala peiora incurran- tur, sicut Augustinus dicit in libris de Ordine cap. 4. Aufer meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidibus . Et eadem doctrina traditur ab antiquo Theologo apud Sanct. Thomam *Opusc. 20. de regimine Principum lib. 4. capit. 14. citante alium textum S. Augustini, ibi; Hoc facit meretrix in mundo, quod sentina in mari vel cloaca in palatio . Tolle cloacam, & replebis fœtore palatium, & similiter de sentina; Tolle Meretrices de mundo, & replebis ipsum sodomitia . Et sic communis Doctorum, & praxis .**

Hinc quibusdam conditionibus concurrentibus excusantur a peccato qui elocant domos meretricibus . *Sic Silvius in 2. 2. q. 77. art. 4. qu. 1. concl. 5. ubi ad questum; An etiam excu- sandi sint qui domos elocant meretricibus? sic respondet; Res- pondeo posse excusari si hæc omnia concurrant; quod & mulie- res ille sint ad meretricum prorsus resolutæ, & a Republica tolerantur in ea Civitatis parte, in qua ipsi elocatur domus, & peccatum displicet elocatoribus; His enim positis iusta su- besit causa negligenti peccatum talium mulierum, neque tenentur elocatores illud impedire . Ita etiam Quilici p. 7. art. 4. n. 29. Joann. de la Cruz 6. præcept. art. 1. dub. 3. n. 7. Matthæus. Cautela Confessar. lib. 1. c. 30. proposit. 41. ab Alexandro VI. damnat. num. 18. La Croix lib. 2. num. 290. & lib. 3. part. 2. n. 1042. & alii. Et ratio est, quia locatio non est proxime or- dinata ad fornicationem, sed indifferens, cum supponatur Loca-*

Locatores eis domos locare, non cum intentione, ut in eis peccent, sed ut ibi habitent . Si autem domus essent in aliqua Civitatis parte, in qua ob justam causam non tolerentur a Superioribus meretrices; seu tales essent, ut ex se majorem præberent commoditatem peccandi, seu meretricandi, quia videlicet plures haberent portas, seu essent in loco magis tuto, & hujusmodi, tunc esset illicitum eas meretricibus elo- care, ad quod facit *Novella 14. de lenonibus §. Præconizamus, Authent. collat. 3. tit. 1. l. Non aliter 7. ff. de usu, & habitac. l. Si pendentes 27. ff. de usufructu, & quemadmodum quis utatur .*

Unde publicæ Meretrices possunt ab honestis locis expelli, per text. in citatis Juribus, & tradunt communiter Doctores apud *Pignatell. tom. 4. consil. §. 7. n. 3. Et Paul. de Castro in l. casus, Cod. de Testamentis* expressè dicit, quod si aliqua inhonesta mulier veniat ad habitandum in vicinia, ubi similes non confluverunt habitare, a vicinis, & aliis Civibus expelli possit. *Quod & censuit Sac. Congr. Episc. & Regul. in Civitatis Castellæ 1. Januarii 1590. & in Ravenatens. 8. No- vemb. 1593. Quod si præterea sint scandalosæ ac procaces, debent in exilium ejici ad quinquaginta millaria sub poenâ carceris, verberationis, & aliis arbitrio Judicis, ut in Spole- zana 16 Januarii 1601. & S. Severini 11. Julii 1602. Non ob- stante quod in Civitate non sit certus locus pro meretricibus deputatus, ut colligitur ex cit. l. Si pendentes, ubi Glossa ff. de usufructu, & cit. l. Non aliter 10. ff. de usu, & habita- tione. Hactenus Pignatell. loc. citat. num. 3. Et utinam revera sic ejicerentur, & punirentur, ut harum poenâ tertiarum etiam aliarum fordiam illam artem relinquerent; cum poenâ unius metus foret esse multorum, textu expresso in l. ut minus 1. Cod. ad L. g. Jul. Reperundar.*

An Meretrix possit recipere, & retinere accepta ratione meretricii abique onere restitutionis? *Vide verb. Restitutio art. 3. a num. 14. ad 16. & a num. 21. ad 23, ubi concluditur, quod meretrix nedum conventum, & receptum pretium, pro concessio turpi usui sui corporis licite recipit, & retinet, sed etiam omni jure etiam Civili in foro externo illud exigi- gere potest, si non ei a Fornicario solvatur .*

Meretrices potest de lucro ex meretricio accepto, tamquam vere proprio facere elemosynam, donationem, & quancum- que alienationem sibi beneficam: quia tale lucrum licet tur- piter, & illicite acquiratur, patrat tamen scelere, & licite acceptatur, & retinetur, ac possidetur ut vere proprium . *Sic communiter Doctores cum S. Thoma 2. 2. q. 32. art. 7. ad 2. ubi expressè dicit; Quod mulier, meretricium exercentis, turpiter agit, & contra Legem Dei; sed in eo, quod accipit, non injuste agit, nec contra Legem, Unde quod sic illicite acqui- situm est retineri potest, & de eo elemosyna fieri . Id tamen de- bet intelligi solum in casibus, in quibus meretrix tale lucrum, seu datum, acceperit a personis potentibus alienare, quia si illud acceperit a personis non potentibus alienare, ut a Filiis familias, Pupillis, Minoremibus, Religiosis, & hu- jusmodi, teneatur restituere; cum dictæ personæ non pos- sint dominium talis lucri in ipsam meretricem transferre .*

Vide verb. Restitutio art. 3. a num. 14. ad 16.

Meretrices absolvi non potest, nisi vere suspectum consor- tium, & meretricium deserat. *Communis. Vide verb. Ab- solutio art. 2. a num. 11. ad 16. Unde Confessarius antequam meretricem absolvat, debet ipsam diligenter interrogare, an sit ad huc in actuali meretricio, an domum suspectam muta- verit; omnemque occasionem meretricandi vere dimiserit? an post conceptionem de meretricio dolorem, & emissum de ce- tero non peccandi propositum, adhuc relapsa fuerit & a quo tempore non amplius peccaverit? & hujusmodi; Et si vere in omnibus dispositam invenerit, & se rite, ac vere accusan- tem de omnibus commissis peccatis quoad numerum, speciem & circumstantias, quantum sibi possibile erit, cum firmo pro- posito de cetero non peccandi, nec se occasionem pecca- minosis exponendi, immo cas, quantum in se erit, evitandi, ac suppositis ceteris ad validam absolutionem necessariis, poterit, & debet ipsam absolvere .*

Et si pro longo tempore sui meretricii sit ei moraliter impossibile, seu valde difficile explicare integrum nume- rum, & omnes circumstantias peccatorum, sufficit quod explicet per quantum tempus meretricium exercerit, se plus, vel minus toties per diem, vel hebdomadam solita fuisse peccare, tam cum personis solutis, quam cum conjugatis: tam cum Clericis, & voto castitatis adstrictis, quam cum simplicibus Laicis; tam cum consanguineis, &

affinibus, quam cum omnibus aliis, quibus ad libitum diu, nocturne vivebat exposita, & parata, se omnes, quos potuit tum verbis, tum factis ad peccandum stimulasse, continuis impuris cogitationibus, lascivis locutionibus, ac obscenis cantionibus deditam fuisse, & hujusmodi: *Dummodo tamen in illis peccatis, quæ sunt enormiora, & rarius committuntur, majorem explicet numerum; Unde de istis est etiam a Confessario interroganda; quoties nempe peccaverit cum Religiosis, cum consanguineis, & affinibus? quoties modo præpostero, in vase non naturali ad generationem non ordinato? quoties veneficia, præsertim amatoria, & similes superstitiones ad peccandum adhibuerit? quoties procuraverit abortum, seu prolem occiderit? quoties annum Con- fessionem, & Communionem omiserit, aut sacrilege fecerit? & hujusmodi . Et si adinvenerit eam innotatam aliqua Excommunicatione Episcopali reservata, seu cum causa ad Sanctum Tribunal spectante, debet eam dimittere ad Episcopum, vel ad Inquisitorem respective .*

Novæ Additiones ex aliena manu .

Andatum Meretrici condici possit, ipsi Romani Juriscon- sulti disputabant . Omnes autem conveniebant haud posse concedi, sed non eadem de ratione. *Labeo & Marcellus* ideo datum Meretrici repeti haud posse existimabant, quia utriusque turpitudine veritatur, ubi possessoris causa potior est. *Ulpianus* vero; *Sed & quod Meretrici datur* (ait in L. 4. §. 3. ff. condit. ob turp. vel injus. caus.) *repeti non potest, ut Labeo & Marcellus scribunt, sed nova ratione non ea quod unusque turp. id veritatur, sed solius dantis, illam tamen turpiter facere, quod sit Meretrix, non turpiter accipere, quoniam sit Meretrix .*

Improbat vero & non immerito *Strik juridic. disput. vol. 11. disput. 17. c. 1. num. 22. novam hanc Ulpiani rationem: En conceptum* (ait) *egregium Ulpiani de turpitudine. Concedit involvere turpitudinem Meretriciam vitam agere, sed in acceptione mercedis, cum semel Meretrix sit, nullam agnoscat . Idem est, ac si dicere velles, turpe est esse furem & sacrile- gum, sed ubi quis semel fur est & sacrilegus, non turpiter furatur, & sacrilegum committit . Nunquam prægnantiorum contradictionem invenit . Concedit Ulpianus esse turpe meretriciam vitam agere; quidquid ergo accipitur ex illa turpi causa omnino turpe erit: non potest enim effectus melior esse sua causa . Sed quid hæc ad allegationem propria turpitudinis? Jocaris ne fallor . Pono, Titius pecuniam datam condici; opponit meretrix exceptionem, accipi mercedem ex justa causa vel titulo, scilicet propter stuprum . An putas meretricem, non allegare propriam turpitudinem? Et tamen patris meretricium Ulpianus hoc negat . Contradicere enim, ut videtur, aliis juris consulis . Labeoni, & Marcellis, qui ratione saniori ducti existi- mabant, ideo mercedem repeti non posse, quod utriusque turp. id veritatur, ubi possessoris causa potior est . l. 3. ff. de condit. ob turp. causam num. 1. & plur. sequent. improbantem hanc Ulpiani novam rationem .*

Hinc vero patet, meretricem etiam sequuta copula petere haud posse promissum. *Si enim datum ideo repeti minime potest, quia in pari causa turpitudinis melior est conditio Me- retricis possidentis, ex eadem rationem locus esse nequit petitioni promissi, quia & in pari turpitudinis causa melior esse debet conditio promissoris possidentis . Accedit, quod frustra quareretur, an datum repetatur, si non datum peti posset. Adifus, & Bruneman. loco mox citato num. 10. & plur. sequent. qui Covarruviam in c. Peccatum part. 1. §. 21. contrarium tenentem nominatim confutat .*

Utrum autem promissio facta meretrici sit ipso jure nulla, an exceptione doli sit elidenda? *Distinguit Bruneman. ubi supra, num. 8. & seq. & aut turpis causa non est expressa, inquit, & valet conventio, sed est inefficax ob exceptionem doli, qua probata Reus absolvitur: aut est expressa, & est ipso jure nulla .*

Quid si pignus datum præterea sit Meretrici? *Pignus re- tinere haud posse probat Zoefus in d. l. 4. §. 2. num. 9. de condit. ob turp. caus. propterea quod, adjici pignus nequit obli- gationi nullæ vel inefficaci .*

zent, seu non abfolvant, quia Jus Divinum, & Charitas magis obligat ad procurandam salutem proximi, quam ad attendendam reverentiam Sacramenti; contra quam non agitur in tali necessitate, sicuti inquit Dicaſſil. & ex ipſo La Croix loc. cit. irreverentia est, per se loquendo, si famulus recto capite tranſeat Dominum, attamen si videat filium Domini ſubmergendum, nisi recto capite accurat ad eripiendum a naufragio filium Domini, nullam in hunc committit irreverentiam, sed potius rem gratissimam agit, & culpandus esset, si non ita faceret: Et sic cum aliis tenent Lugogo de Sacramentis in genere disput. 3. sect. 9. num. 151. Gobat in Exper. tract. 1. num. 53. Sporer tom. 3. part. 1. cap. 3. num. 176. & alii.

- 36 Minister Sacramenti Baptismi, & Pœnitentiæ existens in peccato mortali peccat mortaliter, quoties illud extra casum necessitatis ministrat interruptis moraliter ministeriis:
- 37 Communis. An autem, si Minister ordinarius, seu alius Sacerdos una vice, & velut uno moraliter ministerio duos gemellos, aut etiam plures continue baptizet, vel absolvat, peccat toties, quoties successive baptizat, seu absolvit? Vide verb. Confessarius art. 1. num. 46. & 47.
- 38 Sacerdos mortaliter peccat, quoties in mortali celebrat, & in die Natalis Domini tria Sacra consequenter in eodem Altari celebrans, tria peccata mortalia committit; quia, quodlibet Missæ Sacrificium est unum per se distinctum ministerium ad aliud subsequens minime ordinatum; Sporer loc. cit. num. 175. & alii communiter.
- 39 Item mortaliter peccat Sacerdos conferens in statu peccati mortali extremam Unctionem; Communis.
- 40 Item mortaliter peccat Episcopus conferens in statu peccati mortali Confirmationem, & Ordines; Communis.
- 41 Item mortaliter peccat contrahens matrimonium in mor-

(a) Et quia sententia affirmans Parochum esse hujusce Sacramenti Ministrum solidissimis innititur rationibus, gravibusque auctoritatibus, eamque amplectuntur: primi subſelli Theologi: hinc quivis Parochus, ut a peccandi contra reverentiam Sacramenti debitam periculo caveat, curare debet, ut ad Sacramenti Matrimonii celebrationem accedat in statu gratiæ.

(b) Nota, Cenſoribus non placet illorum aſſertio, qui ajunt probabilius non peccare lethaliter administrantes Eucharistiam, ac Diaconum, & Subdiaconum exercentes proprium officium in peccato mortali, Ut iis morem gererem, tranſcribenda duxi, quæ ſuſum hac de re diſputat Continuator Tournely. Is itaque ait: Peccat mortaliter per se loquendo, ſaltem qui ex officio Sacramenta in ſtatu peccati mortaliſ conficit, vel adminiſtrat.

Probatur 1. ex Scriptura Levit. 21. Sancti erunt Sacerdotes Deo ſuo, & non polluent nomen ejus: incolumis enim, & panes Dei ſui offerunt, & idem sancti erunt. Unde ſic: Gravior peccant qui polluant nomen Domini: ſed qui deſtituti ſanctitate altari inſerviunt, polluant nomen Domini; ergo.

Et cap. 22. Omnis, qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ aſſecrata ſunt, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino: Ego Dominus: atqui pœna tam gravis grave peccatum ſupponit; Quanto magis ergo putatis deteriora moveri ſupplicia, qui filium Dei concuſcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit, ut ii faciunt, qui ſancta non tractant ſancte?

Itaque ult. Facinoroſus, qui ſanctificat mihi vitulum, quaſi eanem animal immundum occidat, & qui offerribus in memoriam quaſi blaſphemus: ergo cum myſteria noſtra legalibus longe ſanctiora ſint, longe gravius peccare oportet, qui eandem impiam manu coinquinat. Hinc Apoſtolus per Titum, & Timotheum ſolicite monet Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos, ut miniſtrent in diſcipientia pura: Oportet Episcopum irreprehenſibilem eſſe, 1. Timot. 3. Oportet Episcopum ſine crimine eſſe, ſicut diſpenſatorem Tit. 1. Diaconi probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.

Probatur 2. ex Traditione. Auguſtinus Tract. 5. in Joan. Ego dico, & omnes dicimus, quia juſtos oportet eſſe tanti Indignis Miniſtros: erat ergo hæc unanimis omnium ſententia: & citato jam contra Parmenianum loco, Omnia Sacramen-

tali, non ſolum prout eſt ſuſcipiens, ut tenent communiter Doctores, ſed etiam prout eſt miniſtrans, ut abſolute tenent La Croix loc. cit. num. 93. Henno tom. 2. tract. de Sacram. diſput. 4. quaſt. 3. artic. 3. reſolut. 2. & alii communius volentes ſic contrahentem eſſe reum duplicis culpæ; utrumque tamen peccatum ſufficiens explicat dicendo in Confessione ſe in mortali contraxiſſe, quia ſuſcipiendo miniſtrat, & miniſtrando ſuſcipit. Parochus autem non peccat mortaliter, quia in noſtra ſententia non eſt Miniſter Matrimonii; ſed ſolum teſtis publicus, & auctoritativus; Qui tamen tenent ipſum eſſe Miniſtrum, & non contrahentes, conſequenter dicere debent eum peccare mortaliter, ſi miniſtret in ſtatu peccati mortaliſ (a).

Quamvis autem miniſtrans Sacramenta extra caſum neceſſitatis in ſtatu peccati mortaliſ peccet mortaliter, valide tamen illa miniſtrat; Eſt de Fide ex Trident. ſeſſ. 7. Can. 12. ibi: Si quis dixerit, Miniſtrum in peccato mortaliſ exiſtente, modo omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conſiciendum, aut conferendum pertinet, ſervaverit, non conſicere, aut conferre Sacramentum, anathema ſit. Sicuti etiam ad valorem Baptiſmi non requiritur fides miniſtri, dummodo applicata debita materia, & forma intendat facere, quod facit Eccleſia, ſeu faciunt Chriſtiani; Eſt de Fide ex variis Conciliis, & ſignanter ex Trident. ſeſſ. 7. Canon. 4. ibi: Si quis dixerit, Baptiſmum, qui etiam datur ab Hæreticis, non eſſe verum Baptiſmum, anathema ſit.

Miniſtri Sacri, qui in miniſtrando Sacramentum non conſciunt, ſed Sacramentum jam conſectum ſolum aliis applicant, aut diſtribuant, ut qui Eucharistiã jam conſectam diſtribuant in ſtatu peccati mortaliſ, probabilius non peccant mortaliter (b): Sicuti nec peccant mortaliter, qui in ſtatu peccati mortaliſ conſciunt Sacramentalia, aut res Sacras

ta cum obſint indigne tractantibus &c. quibus conſonat id Nicolai I. ad Bulgaros: Unde aliis commoſum exhibet inalus miniſter, inde ſibi diſpendium probet.

S. Gregorius lib. 10. Epit. 24. Neceſſe eſt, ut munda ſit manus, quæ diluere ſordes curat; ſcriptum namque eſt; Munda miniſtri, qui ſervis vaſa Domini.

Gregorius IX. Cap. Quaſitum 17. de temporibus ordinat, interrogatus de Sacerdotibus, aliisque Clericis, quorum occulta erant crimina, reſpondet, eos, ſi non poenitent, monendos eſſe, & ſub interminatione divini iudicii obteſtandos, ut in teſtimonium ſua damnationis in ſuſceptis Ordinibus non miniſtrent; quæ verba grave ſcelus indicant. Hinc idem Pontifex cap. 10. De cohabit. Clericorum &c. declarat, Clericum quemlibet pro mortali peccato quoad ſe ipſum eſſe ſuſpenſum. Hinc etiam Rituale Romanum juſſu Pauli V. editum ſic præſcribit: Sacerdos, ſi fuerit ſibi mortaliſ conſcius, quod abſit, ad Sacramentorum adminiſtrationem non audeat accedere. Idem docet Catechiſmus Romanus part. 2. cap. 1. num. 17. & S. Carolus Borrom. in Inſtitutionibus ſuis: unde liquet quam caute, & ſancte vivere debeant Parochi, cœterique Sacerdotes, qui omni fere temporis momento ad conferenda Sacramenta vocari poſſunt.

Prob. 3. ratione. Qui Sacramentum conſicit, aut adminiſtrat, gerit perſonam Chriſti: ſit cum eo unum & totale agens, cum actio ejus ſit indiviſibiliter actio Chriſti; ac demum merita ejus, & ſanguinem diſpenſat: atqui graviter peccat homo, qui cum reus ſit & Diaboli mancipium, hæc & tanta præſtare audeat. An non enim gravis eſt indecentia, & in ipſum Chriſtum quadatenus redundans, quod inſenſus Chriſti hoſtis eumdem in actione omnium digniſſima repræſentare auſit? an non violatur ſancta Deimajeſtas, cum ei quaſi operationis ſocius, & adjutor conjungitur filius Belli? an non ſanguinem teſtamenti pollutum, aut quaſi rem momenti nullius ducit, qui qua manu poculum Babylo-nis, hæc eumdem ſanguinem diſpenſat?

Dices: non peccat Canonicus, licet mortaliſ culpæ conſcius, qui cum aliis divinas laudes, attento modo, & devotè perſolvit; ergo nec peccat miniſter, qui cum intimo religionis ſenſu, ad juſtificandum quidem impari, ſed tamen ulterius peccandi voluntatem excludente Sacramenta conſicit, aut adminiſtrat. Si enim prior ſancta ſancte tractare cenſetur, quidni poſterior?

Reſp. neg. conſeq. Ratio diſparitatis duplex: prima, quod

cras tractant, ut Episcopus in mortali primam Tonſuram, conſerens, Abbas benedicens Sacras Virgines, conſecrans Eccleſias, Altaria, Campana, Vaſa, Chriſma conſecrans, oleumve Infirmorum, benedicens veſtes Sacras, & hujusmodi. Ferrar. Tom. V.

quod nec Scriptura, nec Patres ullibi exigunt, ut actu ſanctus ſit, qui officium ſeu privatim ſeu publice recitat; id vero exigunt de eo, cui tractanda incumbunt myſteria ſacris noſtræ: ſecunda, quod longe ſublunior ſit actio Miniſtri Sacramenta tractantis, quam Canonici præſentis. An enim diſpenſat ſanguinem Chriſtiſtan perſonam ejus in actione omnium maxima repræſentat, &c. Interim docet Habertus, eum graviter peccare, qui graviter reus divinis officiis præeſt; unde qui præſidentiam habet ex alterius abſentia ſibi imminere ſentit, debet conſeſſum ad Deum recurrere per actum doloris de peccato.

Dixi 1. per ſe loquendo; quia Miniſter ex officio Sacramenta conferens, a novo peccato excuſari poteſt, 1. propter invincibilem ſui ſtatuſ ignorantiam, 2. propter repentinam adminiſtrandi neceſſitatem, quæ ita ingruit, ut deſit ſpatium procurandæ contritionis. Tunc enim e duobus malis eligendum eſt minus; minus autem malum eſt miniſtrare Sacramentum in ſtatu peccati, quam illud non conferre illi v.g. cuius æterna ſalus proximè periclitatur.

Circa hanc neceſſitatis caſum duo notanda, 1. immunem non fore a peccato eum, qui neceſſitatem hanc prævidere potuiſſet, ut prævidere poſſunt, & debent, qui in amplis noſocomiis, aut in exercitiis miniſtrant: ii enim, ſi ſapiunt, norunt ſatis, ſingulis quaſi paſſibus occurrere, poſſe, qui illico abſolvendi ſunt: unde, quam hic obſistere poſſent, peccandi neceſſitas, conſequens eſt & volita, adeoque imputabilis; 2. extra caſum ſeu pueruli animam agentis, ſeu operarii decidentis eſt recto, qui tranſeuntem Sacerdotem mire perturbant, rarum eſſe, ut quis ad omnem contritionis actum impotens ſit; cum ad id breviffima quæque præſentis animi, & temporis mora ſufficiat.

Dixi 2. ſaltem ex officio. An enim Presbyter, aut Laicus, qui in caſu neceſſitatis baptizat, ſit novi peccati reus, res eſt inter Theologos controverſa. Negare videtur S. Thomas quæſt. 64. art. 6. ad 3. ubi ſic habet: In articulo tamen neceſſitatis non peccat Sacerdos, aut Diaconus baptizando in caſu, in quo etiam Laicus poſſet baptizare: ſic enim patet, quod non exhiberet ſe Miniſtrum Eccleſiæ, ſed ſubveniret neceſſitati patientis. Et ita ſentiunt Gonet, Juenin, Habert, &c.

Hæc tamen opinio pluribus diſplicet, & merito: quia eſto Laicus in caſu neceſſitatis baptizans, non agat ut Eccleſiæ Miniſter, agit certe ut Miniſter Chriſti. ejuſque perſonam ſuſtinet, nec minus eſt Miniſter Sacramenti, quam Sacerdos ſolemniter baptizans: atqui hæc omnia videtur graviter exigere ſtatuſ gratiæ, ne Sacramenti, & Chriſti dignitas, & ſanctitas graviter lædantur, 2. quia ſicut neceſſitas non eſticit, ut ſancta ſancta non ſint, ſic nec eſticit, ut ſancte tractari non debeant; 3. quia, ut notat Gibert. Conſult. 4. de Sacram. ſi Sacerdos Miſſam ab altero inchoatam continet, ne imperfectum remaneat Sacrificium, haud dubie peccabit lethaliter, niſi eliciat actum contritionis cum propoſito quamprimum conſtitendi: atqui ſi Sacerdos eſſet tamen ſolum Miniſter neceſſitatis; ergo, ait idem Canonista, obſtetric, quæ centies baptizavit in neceſſitate, ſine ullo contritionis actu, centies peccavit; & ut mihi quidem videtur, gravius quam Sacerdos ad baptizandum ex officio minime obligatus; quia hæc neceſſitatis caſus prævidere debuit, non illa.

Hinc colliges primo, & Laicum, qui in caſu neceſſitatis baptizat, & Sacerdotem, qui in eodem caſu abſolvit, aut Unctionem extremam conferet, teneri, ſi licerit per tempus, ut plerumque licet, excitare ſe ad contritionem, priuſquam hæc Sacramenta conferant; alias multiplicat peccata pro numero Sacramentorum: quia ut ſinguli Baptiſmi, ſic & abſolutiones ſingula, totidem ſunt actiones integræ, & completæ. Et vero, ait Gonet, ſi homo cui proximè imminet mortis periculum, tenetur ſub pœna lethaliſ peccati, actum contritionis elicere, licet breviffimum ad id habeat tempus: cur a gravi culpa immunis ſit, qui ab eliciendo contritionis actu abſtineat ob brevem quam ad id habet

modi. Item Parochus in mortali Matrimonio aſſiſtens, Nuptias benedicens, ſeu ſolemnitates Baptiſmi ab alio privatim in neceſſitate collati ſupplens; Item Sacerdos in mortali Eucharistiã intra, vel extra Miſſam tangens, de loco ad lo-

temporis morulam; Certe brevius temporis ſpatium, eſſi impedit, ne quis facile conteratur, haud tamen impedit, ne conteri poſſit. Cavendum tamen Miniſtro in hoc perplexitatis caſu, ne dum contritionis ſpiritum in ſe accendere molitur, infanti, vel moribundo deſit.

Colliges ſecundo, mortaliter etiam peccare Sacerdotem, qui reus excipit confeſſiones, eſſi animum habeat vel excitandæ in ſe contritionis, vel etiam ſua depoenendi peccata priuſquam poenitenti abſolutionem impendat; quia confeſſionis auditio, licet non ſit confeſſio Sacramenti, eſt tamen actio Sacramentalis, utpote ad conſiciendum Sacramentum proximè ordinata; porro, ait idem Theologus, ut Miniſter conſecratus peccet mortaliter in exercitio miniſterii, ſufficit, quod actio, quam elicit, ſit factiva Sacramenti, vel Sacramentalis, id eſt ad conſiciendum Sacramentum proximè ordinata, vel diſtributiva, aut applicativa Sacramenti jam facti; prout evincunt probatione ſuperius allatæ. Nec nocet, quod poenitens ſic conſiciendo non peccet; quia major eſſe debet reconciliantis ſanctitas, quam reconciliandi.

Colliges tertio, eum, qui mortaliſ noxæ ſibi conſcius Eucharistiã ab alio conſecratam miniſtrat, novæ mortaliſ culpæ reum fieri. An autem tot admittat peccata, quot ſine morali interruptione diſtribuit hoſtias, parum utile eſt in praxi, ut alibi advertimus; quia qui id negant cum Henno, fatentur, indignam quamlibet diſtributionem ultra primam eſſe circumſtantiam notabiliter aggravantem, utpote quæ ſolitarie ſumpta ad grave peccatum ſufficiat; unde cum oporteat conſiderari circumſtantias notabiliter aggravantes, neceſſum eſt etiam juxta ipſos, ut in confeſſione exprimat, vel numerus eorum, quibus facta eſt diſtributio, vel tempus circiter diſtributionis. Si tamen Sacerdos plures uni hoſtias ſimul daret, unius ſolum peccati reus fieret, quia una tantum eſſet diſtributio. Cæterum quia Miniſter ſic affectus eſſe ſolet, ut omnibus quotquot accedent, ſacram ſynaxim præbeat, hujus diſpoſitionis, quæ ſufficit ad peccatum, mentione faciendâ eſſet in poenitentiaſ tribunali, niſi hæc a Conſeſſario ſupponeretur.

Colliges 4. graviter etiam reum videri, qui ex officio Eucharistiã extra adminiſtrationem tangit, ſeu immediate, puta ut ab uno vaſe in aliud immittat, ſeu mediate, ut ſi eam in proceſſione circumgeſſet; quia, ut dicit Dionyſius 1. cap. cœleſtis hierarchiæ, immundis, nec ſymbolis, id eſt ſacra ſigna tangere fas eſt: unde qui tangunt res ſacras, quaſi ſuo officio videntes, peccant mortaliter. Secus autem, eſſet ſi in aliqua neceſſitate aliquid ſacrum contingeret, vel excequeretur in illo caſu, in quo etiam Laicus liceret, ſicut ſi Corpus Chriſti in terram projectum colligeret. Ita S. Thomas in 4. diſt. 24. quaſt. 1. art. 3. quaſt. 5. ad 4. cuius doctrinæ poſtrema pars ex iis, quæ de Miniſtro neceſſitatis dicta ſunt, limitanda eſt.

Colliges 5. & certius graviter peccare; qui in peccato mortali hoſtiam elevat, & cum ea populum benedicit: 1. quia hæc eſt propria ſacri officii functio, a qua quoad ſe ſuſpenſus eſt Miniſter gravis peccati reus, & quæ eidem ſub interminatione divini iudicii prohibita eſt ab Eccleſia, ut patet ex citatis Gregorii IX. textibus: 2. quia ſi populum cum hoſtia benedicens actus, ſine gravi indecentia, exerceri nequit ab eo, qui inimicus Chriſti eſt, ejuſque oculis ipſo Dæmone pejor. Quia tamen in eo caſu non diſpenſat proprie Sacerdos merita, & ſanguinem Chriſti, minus peccat, quam ſi Sacramentum conſiceret, aut adminiſtraret.

Colliges 6. novi etiam graviſque peccati conſcios eſſe Diaconos, & Subdiaconos, qui Ordinum ſuorum functiones in eodem ſtatu exercent; 1. quia hic locum habent probationes initio adductæ, quarum nonnullæ Diaconos ſpecialiter tangunt; 2. quia ex S. Thoma ubi ſtatim; Quicumque cum peccato mortaliſ aliquid ſacrum officium pertrahat, non eſt dubium, quin indigne illud faciat; unde patet quod mortaliter peccet: atqui ipſi etiam Subdiaconi, de quibus magis ambigitur, ſacrum officium pertrahunt; ergo. Et certe ideo Subdiaconos in præſenti caſu excuſant plures pecc-

locum transferens, aquam, sal, panem, domum, & alia hujusmodi benedicens; Item Diaconus, & Subdiaconus in mortali ministrans, Evangelium, vel Epistolam solemniter cantans, Concionator publice verbum Dei predicans, & sic de aliis similibus. Sic quoque omnia supradicta Valquez d. 136. num. 39. Amicus d. 9. num. 6. Bernal. dicit. 17. §. 3. Sporer loc. cit. num. 174. & alii multi cum Diana part. 2. tract. 4. resol. 23. & Averfa de Eucharist. quest. 10. sect. 5. §. Quinto & aliis communis, teste Sporer loc. cit. La Croix lib. 6. part. 1. num. 86. & sequent. & ratio est, quia omnes ista actiones non tendunt immediate ad sanctificandum hominem, sicut actiones proprias Sacramentales; adeoque, quamvis aliqua irreverentia non careant, tamen non est irreverentia tam gravis, ut culpam mortalem constituat, quamvis communiter, & ordinarie culpam venialem inducat.

36 Minister dignior, seu sanctior non causat plus gratie, seu majorem gratiam ex vi Sacramenti, seu ex opere operato; Communis per textum in cap. Si iustus 30. cap. Sic autem 32. cap. Nec foris 33. cap. Neque in homine 36. cap. Dominus 87. cap. Christus 88. cap. Non nocet 89. cap. 1. quest. 1. cum similibus. Potest tamen minister dignior, seu sanctior ex opere operantis, id est opere, vel oratione sua mereri, aut impetrare suscipienti majores gratias; At hoc per accidens se habet ad Sacramentum; La Croix loc. cit. n. 90. et alii passim.

37 Minister per se loquendo peccat mortaliter, si Sacramentum scienter ministrat indigno; Communis ex illo Matthaei 7. num. 6. ibi: Nolite dare Sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Dicitur autem notanter per se loquendo, quia interdum excusant damnatum ministrantis, infamia suscipientis, aliorum scandalum, sigillum Confessionis, et hujusmodi.

38 Minister ordinarie peccat mortaliter conferendo Sacramentum peccatori publico, et notorio, sive illud ei conferat privatim, sive publice; cum tali peccatori, sive publice, sive privatim petenti debeat Sacramentum denegari ratione gravis scandalum populi, si non negaretur; Communis. Si vero talis peccator esset in articulo mortis constitutus, tunc posset, immo deberet Minister ei petenti Sacramentum conferre; Communis, quia quisque praesumitur se tunc velle disponere, et necessitas tollit scandalum, vel illud tollet Minister publicando penitentiam occultam moribundi, quod fieri deberet, si ad ipsum publice deferenda esset Eucharistia, ut dicit Tamburini de Communion. cap. 6. n. 24. et alii.

39 Minister peccat graviter, si Sacramentum ministrat occulte peccatori occulto; Nisi indignitas peccatoris occulti cognita esset ex sola Sacramentali Confessione, quia tunc ratio ne sigilli teneretur ipsi ministrare; Communis. Minister non peccat ministrando Sacramentum peccatori occulto publice illud petenti; Tunc enim, ne notabiliter diffametur, non est illud Sacramentum denegandum; cap. Placuit 3. cap. 6. qu. 2. et cap. Si Sacerdos 2. de Offic. Judic. ordinari. ubi Eugenius Papa id confirmat exemplo Christi non removens a Commu-

nione Judam, quem occulte noverat indignum; et sic tenent Doctores communiter.

Minister nullo unquam casu, neque ob metum, seu periculum mortis sibi incussum potest licite ministrare Sacramentum incapaci, ut rite baptizatum rebaptizare confirmatum, vel ordinatum iterato confirmare, vel ordinare, quia tunc falsificaretur forma, et mentiretur Minister dicendo; Ego te baptizo, Confirmo te, Accipe potestatem &c. Mendacium enim proprie dictum, cum sit intrinsece malum, nullo unquam casu est licitum, neque ob metum mortis; Communis, et patet ex dictis verb. Mendacium a. n. 12.

Potest autem Minister ob metum mortis licite ministrare Sacramentum scienter indigno, seu peccatori notorio, quia si talem administrationem excusat notabilis infamia occulti peccatoris publice petentis, ut dictum est supra num. 31. debet etiam excusare metus, seu periculum mortis, vel similibus infamiae ministrantis; Suarez, Nugnus, Bonacina citati, et secuti a Gobat in Exper. tract. 1. n. 273. Sporer loc. cit. n. 188. Dicaftill. dist. 3. num. 292. La Croix loc. cit. num. 138. alique cum Eicobar lib. 8. num. 357. (a) Dummodo tamen non petatur in odium Fidei, vel in contemptum Religionis, quia si Eucharistia v. g. peteretur ab Haeretico ad conculcandum, a Mago ad Magias, vel maleficia, et hujusmodi, tunc, ne tantum vilesceret, et contemneretur Fides, et Religio; esset eis denegandum Sacramentum, etiam cum periculo mortis; Communis.

Per se loquendo non est licitum petere, et recipere Sacramentum a Ministro notorie indigno, qui praevideatur, vel creditur ipsum collaturus in peccato mortali, quia sic esset cooperari ad peccatum mortale proximi, quod non licet; Communis. Dicitur autem notanter notorie indigno, quia, si peccatum Ministri non sit publicum, et notorium, potest quis licite petere, et recipere ab eo Sacramentum, cum possit, et debeat praesumere ipsum non esse indignum, quia quilibet debet censeri bonus, quando non probatur malus; Communis. Et quamvis sciret ipsum Ministrum paulo ante peccasse, potest ab eo Sacramentum recipere, praesumendo, quod sit illud confessus, vel saltem se dispositurus per contritionem; Dummodo tamen non consistat ipsum esse consuetudinarium, aut semper esse in occasione proxima peccandi, quia tunc prudenter praesumi posset status malus, adeoque, si posset facile haberi alius, ab eo esset Sacramentum petendum, et accipiendum; Herincx dist. 3. num. 98. Bolco dist. 1. sect. 8. num. 60. Gobat tract. 1. n. 265. Eicobar. lib. 8. n. 13. Coninch. qu. 64. n. 49. et alii.

Ob causam necessitatis, vel utilitatis notabilis licitum est petere, & recipere Sacramentum a Ministro indigno, qui posset digne ministrare, quamvis praevideatur, & credatur indigne ministraturus, quia tunc petens, & recipiens utitur jure suo providendi suae necessitati, vel utilitati spirituali, nec ullo modo cooperatur ad peccatum alterius, sed ob justam causam excusantem ab impedimento peccatum proximi solum; per-

peccato gravi, quia eorum actio non est Sacramentalis; atque haec ratio non est solida, aut saltem non eo usque solida est, ut dubium tollat. Quia ut quis in functione Ecclesiastica mortaliter peccet, sufficit, ut ea functio Ecclesiae nomine exerceatur ut sacra; quidquid enim taliter exercetur, & grave est, & plurimum exigit reverentiae; atque Subdiaconorum functio Ecclesiae nomine exercetur ut sacra; & revera talis est, cum ad Eucharistiae consecrationem proxime intersit; ergo. Atque ita docet Nat. Alexander lib. 2. art. 2. reg. 10. Paulus a Lugduno, Navarrus, & Habert, qui ex eodem principio deducit, lethaler peccare eos, qui Sacramentalia exercent, quales sunt benedictiones aquae, chrismatis, olei, tonsura clericalis. Censent tamen non pauci, nec laxiores, in benedictione aquae laustralis, cinerum, Abbatis, vestium Sacerdotalium, imo & consecratione templorum, cenurarum infictione, ac similibus, quae nec gratiam ex opere operato conferunt, nec sunt Sacramenti materia, nihil esse, quod peccati venialis lineam excedat; ita P. Antoine. Aliud est, inquit, de chrismatis, & olei infirmorum benedictione; quia Episcopus per ordinationem suam specialiter consecrat ad utramque illam actionem; unde in traque exhibet se ut Ministrum Christi, eisque personae immediate sustinet; ac proinde gra-

vens ei facit injuriam, cum actiones illas in statu peccati exercet.

Quod spectat ad Clericos minores, nihil est unde functiones suas male obeundo, lethalis culpa arguantur; tum quia in id conspirat Theologi pene omnes; tum quia eorum munia hodie a Laicis perinde ac Clericis exercentur; tum, demique quia functiones eorum nimis stant ad actione sacrificii.

Excipiendi videntur Exorcistae, nisi juxta praesentem Ecclesiae disciplinam munus eorum quadantenus foret Sacerdotale. Ratio est, quia graviter dedecet, ut qui sponte diaboli mancipium est, eidem in nomine Christi, cui actu exotus est, imperare praesumat; nec dubium est, quin excipi mereatur, sicut excepti sunt a demone pessimo Sceva filii, de quibus Act. 19. hinc ordinari Episcopus his Exorcistas verbis alloquitur: Tunc recte in aliis doemombus imperaveritis.

(a) Quod si indignus vellet sacramentaliter absolvi: numquid poterit Minister ob intentatae mortis metum eum sacramentaliter absolvere? Puto Auctorem nostrum, negative fore responsum. Igitur doctrina ab eo hoc numero tradita, aliquam restrictionem deposcit.

permissive se habet, & aliunde Minister possit, & deberet se disponere per contritionem, faciendo, quod in se est; Communis per textum in cap. Sciscitantibus 5. caus. 15. q. 8.

38 A Ministro, cui ex officio incumbit Sacramenta ministrare, licitum est ea petere, & recipere etiam extra casum necessitatis solo intuitu proprii profectus spiritualis, quamvis ille sit notorie indignus, & etiam excommunicatus toleratus; Magistrus disp. 16. Theolog. moral. num. 51. Sporer loc. cit. nu. 181. Reinfeinuel Theol. moral. tract. 14. dist. 1. quest. 4. n. 56. cum communi aliorum, & desumitur ex cit. cap. Sciscitantibus 5. caus. 15. qu. 8. ubi dicitur, quod de manu Sacerdotis, quando ab Ecclesia toleratur, licite Sacramenta sumantur, & ex decreto Concilii Constantiensis in Bulla Martini V. incip. Ad evitanda scandala, ubi permittitur Fidelibus Communicatio etiam in Sacris cum omnibus Excommunicatis, praeter nominatim denunciatis, & notorius percussores Clericum, adeoque &c. Accedit ratio, quia Parochianus habet Jus petendi, & recipiendi Sacramenta a suo Parocho, neque censetur amittere tale Jus ob sui Parochi indignitatem, maxime cum ipse, si velit, ut debet, possit se prius disponere per Confessionem, vel saltem per Contritionem. (a)

39 Non licet tamen petere, & recipere Sacramenta a Ministro excommunicato non tolerato, et vitando, nempe nominatim denunciato, aut notorio percussore Clerici, quia cum ipse sit simpliciter peccatus ab Ecclesia, privatus est omni communicatione cum fidelibus, & consequenter omni Jurisdictione, adeoque non licet ab ipso Sacramenta petere, & recipere, cum ipsa ministrare nequeat sine peccato mortali; Communis. Excipit tamen casum extremae necessitatis, si nempe aliquis esset moriturus sine Baptismo, aut Penitentia, quia tunc licite possent talia Sacramenta peti a Ministro etiam Excommunicato, degradato &c. & licite ab ipso ministrari; Communissima; quia quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum; cap. Quod non est 4. de Regul. Juris, cap. Quoniam 13. caus. 1. quest. 7. cap. Sicut 11. de consecrat. dist. 1. cap. Omnes 1. de Feriis, cap. Consilium 2. de observat. jejunior., cap. Consulisti 3. de celebrat. Missarum.

40 Minister simulans, non solum formaliter, sed etiam materialiter administrationem Sacramenti ob metum gravem, quemcumque, etiam mortis, peccat mortaliter. Innocentius enim XI. die 1. Martii 1679. inter alias merito damnavit sequentem propositionem 29. in ordine: Virgens meus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi: Unde si mors intentetur alicui Sacerdoti, nisi extra Missam, consecret totum panem, qui est in foro, aut nisi absolvat aliquem indispotum, peccat mortaliter, si formam proferat cum intentione non consecrandi, quamvis materialiter tantum simulet; Viva ad dictam propositionem damnatam Innocentii XI. a num. 14. ad 16. Cardenas in 2. Crisi d. 20. a num. 37. La Croix lib. 6. part. 1. a num. 149. & alii passim dicentes, dictam propositionem damnatam comprehendere simulationem, non solum formalem, sed etiam materiale, & quemcumque metum gravissimum etiam mortis, & sic non amplius sunt audiendi Doctores, qui ante hac oppositum tenuerunt tanquam probabile.

41 Minister simulans, non solum formaliter, sed etiam materialiter administrationem Sacramenti ob metum gravem, quemcumque, etiam mortis, peccat mortaliter. Innocentius enim XI. die 1. Martii 1679. inter alias merito damnavit sequentem propositionem 29. in ordine: Virgens meus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi: Unde si mors intentetur alicui Sacerdoti, nisi extra Missam, consecret totum panem, qui est in foro, aut nisi absolvat aliquem indispotum, peccat mortaliter, si formam proferat cum intentione non consecrandi, quamvis materialiter tantum simulet; Viva ad dictam propositionem damnatam Innocentii XI. a num. 14. ad 16. Cardenas in 2. Crisi d. 20. a num. 37. La Croix lib. 6. part. 1. a num. 149. & alii passim dicentes, dictam propositionem damnatam comprehendere simulationem, non solum formalem, sed etiam materiale, & quemcumque metum gravissimum etiam mortis, & sic non amplius sunt audiendi Doctores, qui ante hac oppositum tenuerunt tanquam probabile.

42 Simulatio tamen materialis circa rem plane indifferenter se habentem ad Sacramentum, per se loquendo, si non adsit alia vitiosa circumstantia, non est illicita; quia non est simulatio administrationis Sacramenti; Unde Confessarius ad occultandum defectum absolutionis penitentis indispositi potest licite post Confessionem aliquam orationem recitare super ipsum, & facere signum Crucis, quamvis a videntibus putetur absolvere; Communis cum supracitatis.

43 Gravior peccat, qui simulat administrationem Sacramenti, quam qui sacrilege illud conficit, seu administrat, textu expresso in cap. De homine 7. de celebratione Missarum, ubi refertur casus de quodam incauto Sacerdote, qui in mortali constitutus, nec potens confiteri, nec forsitan conteri, & ob urgentem necessitatem coactus celebrare, peractis caeteris caeremoniis, & omisissis verbis consecrationis, Missam celebrare simulavit, de quo Innoc. III. sic habet ibi: Licet is, Biblioth. Ferrar. Tom. V.

(a) Nota. Non videtur excusari a peccato posse homo, qui a proprio Parocho iniquo Sacramenta exposcat, quoties ea ab alio Sacerdote probato exquirere possit cum eodem fructu. Charitas enim postulat, ne proximo nostro gratis praebamus occasionem ruinae spiritualis; at occasionem haec

qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccat graviter, si se ingerat irreverenter ad illud, gravius tamen videtur offendere, qui se fraudulenter illum praesumptive simulare, cum ille in solius misericordiae Dei manum incidat, iste vero (sicte celebrans) non solum Deo, cui non veretur illudere, sed populo, quem decipit, se asstringat.

Minister in administratione Sacramentorum sequens sententiam tantum probabilem de valore, relicta tutiore, peccat mortaliter: Innocentius enim XI. die 2. Martii 1679. iustissime damnavit inter alia sequentem propositionem 1. in ordine: Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id veteris Lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabilis tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

Si non agatur de valore Sacramenti, sed tantum de modo administrandi, potest Minister sequi opinionem praesentem probabiliorum, relicta tutiore; Sic cum Communi Card. in 2. Crisi dissert. 2. nu. 4. Gormaz d. 5. num. 801. La Croix loc. cit. num. 121.

Minister utens materia, vel forma falsa peccat mortaliter; Communissima. Item peccat mortaliter per se loquendo, si utatur materia, vel forma dubia, quando potest haberi certa; In casu autem necessitatis, quibus non potest haberi certa, potest, & debet adhibere dubiam; Communis. Item peccat mortaliter omittendo intentionem requisitam; Communissima.

Minister repetens absolute formam Sacramentalem, vel aliquid in ea, cum dubio tantum levi, vel inani timore, per se loquendo, peccat mortaliter, quia est gravis irreverentia repetere absolute formam Sacramentalem cum solo dubio levi, & inani timore, qui nec sufficit pro licite repetenda tali forma sub conditione; Cum enim nulla est prudens causa dubitandi de valore Sacramenti, sed oriuntur tantum leves scrupuli; ne quidem conditionate est iterandum Sacramentum, uti tenet Communis ex Catechismo Romano cum Dicaftillo de Baptis. lib. 1. n. 174.

Quando tamen est prudens dubium de valore Sacramenti collati, potest licite, immo debet iterari saltem sub conditione, quia tunc consulitur, et saluti proximi, et reverentiae Sacramenti per conditionem appositam; Communis per textum in cap. Si nulla 113. de consecrat. dist. 4. ubi Leo Papa ad rem sic expresse dicit: Non intervenit temeritas praesumptio, ubi est diligentia peractis &c. cap. ult. de Presbyter. non baptizat, ubi Innocentius III. dicit: Non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum.

Minister, qui ex officio est Pastor, ut Parochus respectu saecularium, et Superior respectu Religiosorum, tenetur ex iustitia suis subditis etiam extra necessitatem gravem rationaliter petentibus Sacramenta ministrare; Ad hoc enim se obligavit assumendo Officium Pastoris, et talis videtur intercessisse contractus inter Pastorem, et Oves. Unde talis Minister tenetur sub mortali cum quocumque magno suo detrimento temporali, et etiam cum propriae vitae periculo, non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate spirituali alicujus sibi subiectae ovis, ei ministrare Sacramenta; S. Th. 2. 2. quest. 26. art. 5. ad 3. & quest. 185. art. 5. Suarez qu. 1. part. 2. §. Quarto dico; Caltropal. dist. 1. punct. 9. Granad. dist. 4. num. 4. Coninch. art. 25. dist. 7. conclus. 1. & 3. Bann., Arragon., Navarr., Tapia, quos citat, & sequitur Cardenas in 1. Crisi dissert. 76. cap. 2. La Croix lib. 2. num. 174. & alii passim; Vid. verb. Extrema Unctio a num. 42. Si autem esset unicus Minister, quo sublato, deesset Communitati Minister Sacramentorum, hic non debet singulis ministrare Sacramenta cum probabili periculo infectionis, seu mortis, sine quo periculo alii Sacramenta ministrare posset; Salus enim omnium praefertur debet salutis unius particularis, & Minister obligatus ex officio Communitati, tenetur se illi conservare; Barbosa de Offic. Paroch. cap. 17. num. 15. P. Marchant. in Tribunal. tom. 3. part. 1. tit. 9. tom. 2. quest. 6. §. 2. resol. 1. testans esse Communem.

54. Minister, qui ex Officio non est Pastor, non tenetur ex iustitia ministrare Sacramenta, tenetur tamen ex Caritate, etiam cum vitæ suæ periculo Sacramenta necessaria ministrare in extrema necessitate spirituali alicujus. Unusquisque enim secundum ordinem Caritatis tenetur etiam cum periculo vitæ corporalis succurrere proximo in extrema necessitate spirituali constituto. Communis. Et per hoc stat differentia inter Ministrum, qui ex Officio est Pastor, & Ministrum, qui ex officio non est Pastor, quia iste tenetur Sacramenta necessaria ministrare solum ex Caritate, & in extrema necessitate spirituali proximi, ille vero tenetur ea ministrare suis ovibus ex iustitia, & etiam in necessitate gravi ex dictis supra n. 50.

55. Si Minister Baptismi carens aqua, puerum alioquin sine Baptismo moriturum in flumen, vel purem projiciat, licet una simul proferat iustam verborum formam cum intentione conferendi Sacramentum, seu vere baptizandi, nihilominus probabilis talis Baptismus est invalidus. Sic cum communiori Scottislarum, & Antiquiorum Richardi, Paludani, Marfilii, Sancti Antonini, Tolati, Silvestri, Armillæ, & plurium aliorum Scotus in 4. dist. 4. q. 3. n. 3. ubi expresse dicit, quod projectus de ponte non baptizatur, quia hoc non est ad vitam ordinatum, vel lotionem, sed ad mortem. Et dist. 5. q. 3. n. 1. referens sententiam Richardi asserentis puerum sic projectum non esse baptizatum, ait: dicitur etiam quod talis sic projectus non esset baptizatus, quia Baptismus est ablutio ordinata ad vitam abluti, non sic autem ordinatur illa immerfio. Et in Reportatis eadem q. n. 2. eandem difficultatem expendens dicit: Sed si adultus projiciatur in flumen discendo, Baptizo te, credo quod non baptizatur, quia projectus non habet intentionem Ecclesie, quia intentio Ecclesie est sic madefacere eum, quod ipso vivente possit iterum dissecari, vel esto quod baptizetur, non dubito quin projectus peccet mortaliter. Quibus omnibus conflat, Scotum magis propendere in sententiam negantem talem Baptismum esse validum, ut recte advertit Frassen in 4. tract. 1. disp. 1. art. 1. q. 5. concl. 2. Et ratio est, quia ut dicit subtilissimus noster Doctor, Baptismus est ablutio ordinata ad vitam abluti, illa autem projectio est magis submersio ad mortem, quam ablutio ad vitam; cum per se loquendo tendat ad occisionem pueri, seu adulti sic projecti; Et quamvis Minister projectum dicat se eam non intendere, tamen projectio ipsa non est moraliter, nec per intentionem disjungibilis ab occisione. Quis enim diceret se non velle occidere, sed solum abluere, & lavare hominem, quem ligatis manibus, & pedibus, & ingenti faxo ad collum alligato in puteum, flumen, aut mare projiceret? Adeoque stat clarum, quod non obstante tali præsentia intentione de non sic occidendo, adhuc dicta projectio manet vera, & directa realis occisio innocentis, quæ nec pro tali casu est permitteunda; cum non sit dicendum, Christum pro materia proxima Baptismi ordinatæ abluionem occisivam hominis; sicque actionem intrinsece malam, quæ nunquam sine peccato adhiberi potest, & ex natura sua est ordinata ad mortem corporalem.

56. Dato autem quod talis Baptismus esset validus, ut jam tenet fere communis recentiorum opinio cum Suarez, Valquez, Coninch, Hurtado, Valentia, Diana, Bonacina, Calpensi, Averfa, & alii passim apud Magistrum Theolog. moral. disp. 17. q. 2. art. 1. n. 19. Layman lib. 5. tr. 2. cap. 3. n. 5. de Sacramento Baptismi, La Croix lib. 6. p. 2. n. 264. & tenent etiam Boyvin. 2. 3. disp. 3. de Sacram. q. 2. concl. 4. Felix Potestas tom. 1. p. 4. n. 2977. & alii volentes, quod talis projectio sit vere & proprie ablutio ad validum Baptismum sufficiens, si ante mortem pueri proferatur integra forma, quia licet in tali casu sequatur submersio, & mors infantis, nihilominus puer potest dici vere ablutus, & baptizatus, quia esset vera immerfio conjuncta cum forma, & Baptismus non ordinatur ad vitam corporis, sed animæ, ac vita corporis cedere debet vitæ animæ. Adhuc tamen nunquam esset sic conferendus, quia talis projectio esset illicita, iniqua, ac mortifera, ut passim concedunt etiam adversarii ipsi, & expresse docent Scottislarum omnes post Scotum in 4. cit. disp. 5. q. 3. ubi sic ait: Dico, quod quando præsumitur mors, nullo modo debet aliquis eum propellere, & projicere, quia peccabit mortaliter occidendo, & quilibet tenetur magis vitare peccatum mortale in seipso, quam quærere salutem proximi, quia ordinata caritas magis est ad seipsum. Et in Reportatis loco supracitato expresse concludit: Vel esto quod baptizetur, non dubito quin projectus non peccet mortaliter. Nec valet quod dicunt

aliqui pauci ex adversariis, quod talis Baptismus nedum esset validus, sed etiam licitus, quia vita animæ est præferenda vitæ corporis. Non valet, inquam, quia vita animæ est quidem præferenda vitæ corporis, sed solum quantum fieri potest per media licita, non autem per media illicita, ut esset in nostro casu. Non sunt enim faciendæ mala, ut eveniant bona. Ad Romanos cap. 3. nu. 8. cap. Super eo 4. de usuris; cap. Ex tuarum 2. de fornicatione, cap. Non est putanda 27. caus. 1. q. 1. cum similibus. Tum quia ut rectissime dicit Scotus supra allatus: Quilibet tenetur magis vitare peccatum mortale in seipso, quam quærere salutem proximi, quia ordinata caritas magis est ad seipsum.

MINOR, MINORENNIS. Vide verb. *Ætas. Beneficia. Contractus. Emptio. Venditio. Filius. Restitutio in integrum.*

MINORITÆ.

Additio Auctoris e II. Editione.

Minoritæ Fratres Custodiæ Terræ Sanctæ soli exercere possunt munia Parochialia in Græco Melchitis Patriarchatus Antiocheni, absente Parocho Græco. Bened. XIV. tom. 1. Const. 86. incip. Demandatam §. 13. Eorum Guardianus S. Sepulcri, seu Terræ Sanctæ potest conferre Sacramentum Confirmationis absentibus Episcopis Latini ritus, cum Oleo, & Chrismate a Catholico Antistite benedictis etiam antiquis si nova haberi non possunt. Idem Const. 10. incip. Cum ad infra scriptam. Ab eodem potest sub conditione conferri Græcis Melchitis a simplici Sacerdote confirmatis absente Episcopo Græco Catholico. Idem Const. 87. incip. Demandatam §. 14. Ubi vero sit Episcopus Catholicus residens, hujusmodi Sacramentum non conferat, nisi de ejusdem Episcopi consensu; eo autem dissentiente abstineat. Idem ibid.

Franciscani Observantes Missionarii quibusdam Ecclesiis, & Missionibus Cocinchinæ discedere jubentur decreto Visitatoris Apostolici. Idem Const. III. incip. Quantopere §. 7. Inde appellant ad S. Sedem. Idem ibid. §. 9. Et decretum prius confirmata revocantur, ipsaque in pristinum restituntur. Idem ibid. §. 11. Adjecta lege conservandi Missiones sibi adjudicatas, easque non deserendi. Idem ibid. §. 15. nisi que permittitur prædicare in regnis Ciampæ & Cambodiæ, non tamen aliis exclusis. Idem ibid. §. 10.

Franciscani Missionarii in Ægypto laborantes laudantur a 10 laudato Pontifice tom. 1. Const. 129. incip. Eo quamvis tempore §. 2. Franciscani insituti spiritus, quo ad jurisdictionem Parochorum et documentis S. P. Francisci, & S. Bonaventuræ demonstratur. Idem ibid. §. 15. ubi adductis verbis Testamenti dicti S. P. Francisci, & S. Bonaventuræ in Tractatu: Quare Fratres Minores prædicent, subjungit: Licet tantum Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Custodiæ Terræ Sanctæ Parochialia munia obire circa Græcos Melchitas, eisque Sacramenta ministrare in iis locorum & temporum circumstantiis, quibus omnino deficiat modus habendi Parochum, aut alium Antistitem Græci ritus.

Supplementa Auctoris e III. Editione.

Advertendum, quod nos Fratres Minores (quidquid scripserit aliquis in contrarium) possumus, ac debemus addere in Confiteor nomen nostri Sancti Patriarchæ Francisci, dicendo, Sanctis Apostolis Petro & Paulo, Beato Patri nostro Francisco &c. & ita dicendo Sanctos Apostolos Petrum & Paulum, Beatum Patrem nostrum Franciscum &c. Cui non obstat Decretum Sac. Congregationis diei 20. Martii 1706. loquendo ipso de iis, qui illud non recitant ex speciali privilegio, Regulares absque speciali privilegio &c. quo nos gaudemus ex ritu tradito a S. Bonaventuræ anno 1260. relato in Orbe Seraphico tom. 3. n. 30. a quo recedere non possumus ex sancitis a Julio II. & Clemente X. citat. in Rubricis nostri novissimi Franciscani Breviarii n. 129. ibi: Quoad Ceremonias vero, & alia ad recte & sancte reddendum Domino Sacrificium laudis, quoquo modo necessaria, & opportuna, observanda sunt documenta a S. Bonaventuræ edita, nec non ordinationes Capitulorum Generalium; Apostolica

auctoritate confirmatæ: ac proinde Rituale, Constitutiones, & doctrinæ in Firmamento trium Ordinum contentæ, ibidem a san. mem. Julio II. & tandem a fel. record. Clemente X. in Brevi. Ex commissi Nobis 28. Augusti 1671. cum aliis recentioribus, approbatæ, & sub nonnullis poenitentibus, pro tunc, & nunc observari mandata: Ac ideo in Missalibus, & Breviariis Franciscanis in Confiteor rite appositum est post nomina SS. Apostolorum Petri & Pauli, nomen S. Patris nostri Francisci. Et insuper ad id habemus personale confirmationem Innocentii XIII. qui assistendo nostro Capitulo Generali Romæ celebrato 15. Maji 1723. non solum id approbavit in publica Confessione omnium Vocalium, sed & sibi metipsum complacuit repetere, dicendo, Precibus, & meritis Beatæ Mariæ &c. Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Beati Patris vestri Francisci &c. uti apparet ex supra laudato Capitulo Generali edito Romæ anno 1730. Et ad id accedit totius Religionis universalis, ac inveterata consuetudo, quæ quasi altera Lex parem obligandi obtinet potestatem, cap. Consuetudo 5. dist. 1. L. De quibus 31. ff. de Legib. L. Diuturna consuetudo 33. & L. Sed & ea 35. ff. eod. Consuetudo namque est optima Legum interpretis; L. Si de interpretatione 37. ff. de legibus, cap. Cum dilectus 8. de consuetudine, cum similibus. Et hæc sententia expresse traditur sub n. 163. in Cæremonialibus Mediolani impressis anno 1744. ab eruditissimis Patribus Reformatis illius Provincia collecto ex Cæremonialibus Romanis, & Franciscanis.

Addenda sunt sequentia Decreta.

14. Decretum, quo disposita, atque sancita a P. Vice-Commissario Generali Ordinis Min. Observ. Reformato. S. Francisci pro Conventibus Receptis seu Recollectionis nuncupatis, confirmantur.

Sacra Congregatio super Disciplina Regulari expenso tenore Epistolæ circularis Vice-Commissarii Generalis Minor. Observantium Reformatorum S. Francisci, datæ die 9. Januarii 1707. in qua sub num. 7. ubi de Conventibus Receptis, seu Recollectionis agitur, hæc habentur: *Et in detto Convento, o conventi ne quali doverà attendersi al solo spirito di divozione, ed orazione non vi potrà essere studio, ne Lettori, o altro Religioso esse da qualunque atto commuere.* Et mature perpenfis omnibus & singulis deductis tam a dicto Vice-Commissario Generali, & Procuratore Generali Strictioris Observantiæ Sancti Francisci ex una, quam a Patribus habitantibus in Conventibus Receptis Provinciarum Reformatarum Marchiæ, & Bononiæ Partibus ex altera, pro stabilitate, Conventuum Receptis, sive Recollectionis cum Pecaliariis legibus rescriptis: Executioni mandetur in omnibus Provinciis prædictæ Epistola Circularis Vice-Commissarii Generalis sub die nona Januarii 1707. Et tam Superioribus Generales, quam provinciales omnino provideant Conventui Recollectionis; alias Sacra Congregatio providebit. Dat. Romæ hac die 24. Martii 1708.

J. R. Card. Imperialis Præfectus.
15. Decretum de instituentis in unaquaque Provincia strictioris Observantiæ Sancti Francisci Conventibus spiritualis receptis pro Religiosis ferventibus ad præscriptum Epistolæ circularis P. a Monte Bufi Vice-Commissarii, alias a Sacra Congregatione confirmatæ.

Cum ad aures Sacre Congregationis super Disciplina Regulari pervenerit, & multiplici fide dignorum testimonio fuerit comprobatum, in multis Provinciis strictioris Observantiæ S. Francisci per Italiam, & Insulas adjacentes Epistolam Circularem Vice-Commissarii Generalis a Monte Bufi datam 9. Januarii 1707. & ab hac Sacra Congregatione confirmatam 24. Martii 1708. plenum non sortiri effectum quoad demandatos spirituales Receptus Conventus: Volens propterea Sacra Congregatio, ne talis inobservantia in Regularibus Disciplina detrimentum diutius protrahatur, opportune, & efficaciter providere, re mature discussa, auditisque pluribus, tum voce tum scripto Superioribus Ordinis referente Eminentissimo Fabrono rescriptis: Pro omnimoda observantia præstatæ Epistolæ Circularis Vice-Commissarii Generalis a Monte Bufi, confirmatæ, ut supra, a Sac. Congregatione, de instituentis in unaquaque Provincia prædictis Conventibus spiritualis Receptis pro Religiosis ferventioribus, & non concedatur licentia admittendi ad habitum, & professionem, nisi in provinciis in quibus Sacre Congregationi con-

sulterit, præfatos Conventus re ipsa institutos esse, ac sedulo, & cum effectu a Superioribus Generalibus detur notula, ubi sint respective instituti dicti Conventus.

Romæ 10. Decembris 1714.
J. R. Card. Imperialis Præfectus.

Decretum consimile præcedenti pro Minoribus Observantibus S. Francisci.
Cum ad aures Sacre Congregationis super Disciplina Regulari pervenerit, & multiplici fide dignorum testimonio fuerit comprobatum in multis Provinciis Minorum de Observantia Sancti Francisci per Italiam, & Insulas adjacentes Breve San. mem. Innocentii XI. quod incip. *Militantis Ecclesie &c.* editum die 22. Novembris 1679. plenum non sortiri effectum, quoad demandatos Recollectionum Conventus; Volens propterea eadem Sacra Congregatio, ne talis inobservantia in Regulari Disciplina detrimentum diutius protrahatur, opportune, & efficaciter providere, re mature discussa, auditisque pluribus, tum voce, tum scriptis Superioribus Ordinis referente Eminentissimo Fabrono, censuit; superferri pro nunc in expeditione novi Brevis, sed omnino servandam esse dispositionem Brevis san. mem. Innocentii XI. 22. Novembris 1679. de non concedenda licentia admittendi ad habitum, & ad Professionem in illis Provinciis, in quibus plene non constiterit Sacre Congregationi prædictis Recollectionum Conventus institutos fuisse juxta formam in eodem Brevi præscriptam. Et interim detur a Superioribus Generalibus nota, ubi respective sint Recollectionum Conventus.

Romæ 10. Decembris 1714.

J. R. Card. Imperialis Præfectus.

MIRACULUM.

Miraculum dicitur mirum factum, vel quasi admiratione plenum. Barbofi de Offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 99. numer. 7. & alii passim. Miraculum, prout usurpatur in causis Beatificationum, & Canonizationum, describitur a S. Augustino lib. de util. ered. cap. 16., ibi: *Miraculum voco quod aliquid arduum, & insolitum supra spem, aut facultatem mirantis apparet, & a S. Thoma part. 1. quest. 110. art. 4., & quest. 114. art. 4. Miraculum proprie, & strictè sumptum definitur, quod sit id quod fit præter ordinem totius nature creatæ, & sic Doctores passim.*

Ad verum, & proprie dictum Miraculum quatuor principaliter requiruntur. Glossa communiter recepta in Cap. *Gloriosus Deus, unic. de Reliquis, & veneratione sanctorum, verb. Sedis Apostolica.* Primo igitur requiritur, quod Miraculum fiat supra naturam, id est præter Ordinem totius nature; sicut de Virga Moysis mutata in colubrum, & de Asina loquente ad Balaam, ex Cap. *Cum ex injuncto 12. de Hæreticis.* Illud enim, quod per causas naturales fieri potest, non est miraculum. Secundo, quod appareat illud ex Deo, non ex arte contingere, neque ex Diabolo, quia mirabilia, quæ arte applicando activa passivis contingunt, seu ope Dæmonis virtute sua naturali agentis efficiuntur, quamvis facultate, & captum humanum excedant, indeque admirationem in intellectu humano causent, non sunt tamen vere, & proprie miracula licet in sensu largo talia dicantur, in Cap. *Teneamus 56. caus. 1. Exodi 7. Actor. 9., & alibi: Solus enim Deus proprie, ac physice potest facere Miraculum; Hinc Psalm. 71. dicitur: Qui facit mirabilia solus, & Psalm. 83. Tu faciens mirabilia, ut es Deus solus. Tertio, quod fiat non vi verborum, sed hominis merito id contingat. Unde transubstantiatio panis in Corpus Christi per Sacerdotem vi consecrationis causata non est Miraculum, prout requiritur ad Beatificationem, vel Canonizationem. Quarto, quod fiat vel in confirmationem Fidei, vel in testimonium Sanctitatis alicujus, in quo Deo se vult mirabile ostendere, ejus virtutes in aliorum exemplum miraculis illustrando, unde de primo dicto sine, ob quem Deus patrare solet miracula, conflat ex Marc. ultimo, ibi: *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Et Hebræor. 2., ibi: *Constante Deo signis, & portentis.* Et de secundo dicto sine conflat ex Psalm. 61. num. 36., ibi: *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Et de S. Thoma de Villanova in 3. lection. Officii, ibi: *Deus sanctitatem servii sui testatam voluit, præ-**

praesertim cum horreum frumento pauperibus distributo penitus vacuum repente plenum inventum est.

8 His quatuor enumeratis ad verum, & proprium miraculum requisitis, quantum solet addi, nempe quod fiat praeconsecutum, & ordinarium modum causandi. Unde quia creatio animae, conservatio universi, & hujusmodi non sunt praeconsecutum, & ordinarium modum causandi, quamvis a solo Deo fieri possint, non sunt ad propositum vere, & proprie miracula. Barbof. de Offic. & potest. Episcop. allegat. 97. num. 8. Reiffenstuel lib. 3. decr. tit. 45. num. 39. & alii.

9 Miraculorum triplex est genus, seu Ordo, vel gradus, sicuti tripliciter potest opus aliquod facultatem naturae excedere. Primo scilicet quoad substantiam facti, seu quoad id quod fit, quando nempe substantia rei factae est supra vires naturae; Quod constituit speciem Miraculorum primi generis, seu ordinis, vel gradus; uti est illud, quod duae naturae uniantur, & subsistant in una persona, sicuti factum est in Incarnatione, de quo dixit Sanctus Augustinus tract. 17. in Joannem: Majus miraculorum est, quam miracula omnia, quae Deus fecit inter homines. Ad hoc primum genus, seu Ordinem, vel gradum spectat fecunditas, & partus Virgineus B. M. V. Si idem corpus sit simul cum alio in eodem loco, ut de Christo Domino, qui intravit ad Discipulos januis clausis; Si corpus humanum glorificetur, si unum corpus simul sit in duobus, vel pluribus locis, si solus sit, aut retrocedat, prout contigit ad preces Josue, & Ezechiae Regis, & hujusmodi.

10 Secundo, quoad subiectum, seu quoad id in quo fit, quando nempe aliquid est supra vires naturae, quoad subiectum ejus in quo fit, id est quando aliquid fit, quod natura ipsa quoque facere potest, sed non in illo subiecto, in quo tunc fit; Quod constituit speciem Miraculorum secundi generis, seu ordinis, vel gradus, uti est resuscitatio mortuorum, illuminatio caecorum, & hujusmodi: potest enim natura causare vitam, sed non in mortuo, potest praestare visum, sed non caeco. Ad hoc secundum genus, seu ordinem, vel gradum spectant sanationes Paralyticorum, quos Christus sanavit, & sanationes Aridorum, Claudorum, Mutorum, vel alio simili morbo laborantium, quorum sanationes omnem medicorum artem, & medicinarum virtutem superent, & soli divinae virtuti referuntur.

11 Tertio, quoad modum faciendi, quando nempe aliquid est supra vires naturae quoad modum faciendi, id est quando tale quid fit, quod etiam natura ipsa facere potest, sed non illo modo. Quod constituit speciem miraculorum tertii generis, seu ordinis, vel gradus; uti est, cum quis subito, ac instantanee divina virtute sanatur a febre, nullis adhibitis medicamentis, nulla eveniente Crisi; Aut cum per flatum divinitus condensatur in pluvias abique causis naturalibus, ut legitur factum ad preces Samuelis, & Eliae Prophetae, & Sanctae Scholasticae Sororis D. Benedicti, & aliorum, & hujusmodi; Potest enim natura causare salutem in infirmo, condensationem aeris in pluvias, sed non tali modo, scilicet in instanti, & sine medicamentis, & sine consensu aliarum causarum naturalium. Ad hoc tertium genus, seu ordinem vel gradum spectant sanatio instantanea a febre focus Simonis facta a Christo Domino, Lucæ 4. sanationes instantanea: ab Hydrope, ab Hernia, & ab aliis hujusmodi morbis illico factae simul cum integra recuperatione virium ad invocationem alicujus Servi Dei, seu Sancti, quia cum per naturam nequeant illico, & simul cum recessu morbi vires totaliter recuperari, ideo quoties morbus hoc modo recedit, & vires simul totaliter recuperantur, non per naturam, vel artem, sed per Miraculum accidisse censetur.

12 Miracula primi generis, seu ordinis, vel gradus non est necesse, ut habeantur pro veris miraculis, quod sicut in instanti, sive progressu temporis, semper verificatur, quod a solo Deo procedant, cum totaliter superent vires, & facultatem naturae, a qua nec in instanti, nec successive provenire possunt. Pignatell. tom. 4. consil. 54. num. 6. Lauræa in tom. 3. disp. 20. art. 20. n. 865. & alii passim.

13 Miracula secundi generis, seu ordinis, vel gradus non est necesse, quod sicut in instanti, & patet exemplis relatis in Sacra Scriptura; De filio enim Viduae a morte excitato ab Elia 3. Reg. cap. 17. habetur: Qui expandit se atque mensus est super puerum tribus vicibus, reversa est anima pueri intra eum, & revixit. Et de filio Sunamiticis suscitato a mortuis ab Elia 4. Reg. cap. 4. non statim, sed paulatim, ibi:

Nam Eliseus ingressus domum ascendit, & incubuit super puerum, posuit os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus, & manus super manus ejus, & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri, & ille reversus desambulavit in domo semel huc atque illuc, & ascendit, & incubuit super eum, & ostendit puer septies, & aperuitque oculos. Et de Caeco nato illuminato a Christo Domino Joann. 9. ibi: Fecit lutum ex spuo, & linxit super oculos ejus, & dixit ei, Vade, lava in Natatoria Siloe. . . . abiit ergo, & vit, & venit videns. Quae miracula ex dictis supra numero 10. sunt secundi generis, & tamen, ut patet ex textu, non sunt facta in instanti.

Miracula tertii generis, seu ordinis, vel gradus necesse est, quod sicut in instanti, ita ut infirmus sanetur, & vires recuperet statim ac Sanctus est invocatus, alias si ita non evenirent, sed progressu temporis, dubitari ac suspicari cum fundamento posset, quod non a Deo supernaturali concursu supra vires naturae morbus fuerit expulsus, sed ex generali concursu cum natura operante id acciderit; Quoties autem dubium est, seu suspicio, quod sanatio poterit procedere a natura, Ecclesia in causis Beatificationis, & Canonizationis non approbat pro miraculo, sed solum pro Gratia, arg. Cap. In obscuris 30. de Regul. Juris in 6., ibi: In obscuris vis minimum est sequendum.

Unde Miraculum, ut notat Diana Coordinat. to. 8. tract. 15. & resolut. 1., & alii per hoc differt a gratia: quod Miraculum fit in instanti, & gratia successive: Quamvis tamen miraculum differat a Gratia per hoc etiam, quod Miraculum a solo Deo procedat, quin physice ad eum concurrat causa secunda; Gratia vero procedat quidem a Deo per intercessionem alicujus invocati Servi Dei, vel Sancti, sed etiam concurrente alia secunda causa; uti patet, cum pro obtinenda sanitate infirmus invocet aliquem Sanctum, & interim medicamenta adhibet, & citius, seu in minori tempore, quam si Sanctus fuisset invocatus, sanitatem, & vires successive recuperat; Tunc enim dicitur non Miraculum, sed Gratia.

Hinc gratia describi potest, quod si Beneficium procedens ex speciali Dei benevolentia etiam in linea naturali, a Deo, concurrente simul physice causa secunda, successive factum petenti, sed citius, quam si, vel ipse Deus, vel Dei servus non fuisset vocatus. Matthæucci in Practica Theologico-Canonica tit. 3. cap. 1. num. 67. Quando autem est dubium, an sanitas recuperata sit per miraculum, vel per gratiam? concludendum est esse recuperatam per Gratiam, per citatam Regulam 30. Juris in 6. uti recte Matthæucci loc. citat. numero 68., & alii.

Miracula in Sacra Scriptura appellantur interdum Signa, 18 ut Deuteronomii 6., ibi: Deus fecit signa. Marc. 16., ibi: Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Joann. 2., ibi: Hoc fecit initium signorum in Cana Galilæae convertens aquam in vinum, & ibidem cap. 4. Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cum venisset a Galilæa in Judæam sanans filium Reguli, & Altorum 8. Signa vocantur sanationes Paralyticorum, Claveorum, & Energumenerum liberationes. Interdum vocantur Prodigia, ut Deuteronomii 6., ibi: Deus fecit signa, atque Prodigia magna. Psalm. 45., ibi: Quae posuit Prodigia super terram. Joel. 2., ibi: Dabo Prodigia in Cælo, & in terra, 2. Machabæor. 15. ibi: Prodigia facientem Dominum invocavit. Joann. 4., ibi: Nisi signa, & Prodigia videritis. Altor. 5., ibi: Fiebant signa, & Prodigia multa, & saepe alibi. Interdum appellantur Portenta, ut Deuter. 4., ibi: Signa atque Portenta; & ibidem cap. 7. Signa, atque portenta; Josue 24., ibi: Multis signis, atque Portentis. Paralipom. 2. cap. 32., ibi: Ut interrogarent de portento, quod acciderat. Isaia 8., ibi: In signum, & in portentum. Ezechiel. 22., ibi: Quia portentum dedi te Domui Israel. Marc. 13., ibi: Dabunt signa, & portenta. Ad Hebræos 2., ibi: Contestante Deo signis, & portentis, & saepe alibi. Hæc autem vox Miraculum, quamvis pluries habeatur in Veteri Testamento, nunquam tamen reperitur in Testamento novo.

Miracula, Prodigia, & Portenta conveniunt omnia in ratione Signorum, quia omnia præter speciem sui, quam ingerunt sensibus viventium, quid aliud significant. Attamen licet omnia sint Miracula, utpote ardua, & insolita, & supra vires naturae creatæ, quaedam tamen magis proprie appellantur Signa, quatenus non actu rem signatam ponunt, sed consummantur in præsignatione rei future, ut erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, Lucæ 21. quæ præsignabunt Judi-

Judicium Universale proxime futurum. Vel rei præsentis, ut signa prodigiola censentur illa, quæ, dum Sancti Martyrio afficiuntur, non semel solent evenire, quod nempe terra muelcant, terræmotus accidat, Statuë inanum Deorum corruant, magna tempestas oriaur, radii, & splendores supra caput, & circa Corpus Martyris appareant, Concentus Angelorum audiantur, faces accendæ videantur, & hujusmodi, quæ omnia tamquam Signa a Deo dantur ad indicandum, quod mors patientis sit ipsi accepta, & quod injuste, & inique Judex, & Tyranni oporentur, quin effectus alius ponatur a parte rei.

24 Miracula autem semper effectum suum ponunt in actu; Si enim loquamur de Miraculis primi generis, ut est Incarnatio, Divini Verbi, ponit actu a parte rei Verbum incarnatum: Si loquamur de Miraculis secundi generis, ut est resuscitatio mortui, ponit actu a parte rei mortuum resuscitatum: Si loquamur de miraculis tertii generis, ut est sanatio instantanea a febre, ponit actu a parte rei sanitatem. Sic recte Matthæucci loc. cit. cap. 1. n. 30., & 31. & alii.

25 Prodigia, & Portenta volunt nonnulli, quod differant a Miraculis ex parte effectus, & modi significandi, quatenus illa terrorem, vel nocumentum aliis inferant, & prænuent; Miracula vero commodum, & gaudium; sicuti resuscitatio a morte, sanatio miraculosa a morbo est Miraculum afferens commodum, & lætitiã; Alii tamen tenent, quod miracula illa, quæ propter eorum excellentiam majore admiratione, & stupore sunt plena, prodigia, & portenta appellantur: Quæ vero admirationem inferunt, sed non tantam, minora, & pura miracula dicantur. Sic Matthæucci loc. cit. num. 21., & alii. Pignatellus autem tom. 4. consil. 58. num. 1. observans, quod ex D. Thoma 2. 2. quæst. 178. art. 1. ad 3. duo possunt attendi in Miraculis, quatenus excedunt vires totius naturæ creatæ, scilicet id, quod sit excedens facultatem dictæ naturæ, quo inspecto, inquit, Miracula dicuntur Virtutes, & id, propter quod ea fiunt, scilicet ad manifestandum aliquid supernaturale, cuius gratia, dicit, Miracula nuncupantur Signa. Unde infert cum Angel. Rocc. de Canonizatione Sanct. cap. 22. Miracula, quatenus aliquid præostendunt Offensa, seu Portenta vocari, quatenus vero futura prædicunt appellari Prodigia.

26 Solus Deus proprie, ac physice potest facere vera, proprie dicta miracula; Communis. Et ratio est, quia, si aliqua Creatura, v. g. Angeli, Sancti, ac Dæmones possent proprie, & physice facere vera, & proprie dicta miracula, jam miracula non essent supra naturam, nec præter ordinem totius naturæ creatæ; prout requiritur ad rationem proprie, & stricte dicti miraculi, ut patet ex ejus definitione tradita ex D. Thoma supra sub numero 2. Unde dicitur Psalm. 71. Quis facis mirabilia solus.

27 Possunt tamen Sancti, & Servi Dei facere, & revera ab eis plura sunt facta, & in dies fiunt miracula moraliter, quatenus nempe Deus ad preces ipsorum, vel intuitu Fidei, atque meriti eorum, aut in confirmationem Sanctitatis eorumdem miracula patravit, seu patrat, quæ alias non essent patraturus. Unde Psalm. 67. dicitur: Mirabilis Deus in Sanctis suis; Communis.

28 Miracula in confirmationem Fidei possunt moraliter fieri, etiam a peccatoribus veram fidem habentibus, eamque prædicantibus, ac nomen Dei invocantibus; colligitur aperte ex 1. Ad Corinth. 13., ibi: Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum; ubi, ut videt, aperte supponit posse homines Fidei vera instructos, licet charitate destitutos, montes ipsos alio transvehere; Et de facto patet in Juda proditore, qui in testimonium Fidei, æque ac alii Apostoli, patravit miracula, Marc. 3. ut recte observat Reiffenstuel lib. 3. decr. tit. 45. numero 39., & tenent passim Doctores.

29 Nequeunt tamen a peccatoribus fieri neque moraliter miracula in testimonium Sanctitatis, aut insignium meritorum, apud Deum, qui est alter finis, ob quem miracula fiunt; miracula enim ob talem finem non possunt fieri, nisi ab illis, qui apud Deum specialibus meritis Sanctitatis resurgunt; Communis.

Hæretici autem nequeunt facere miracula, neque in confirmationem Fidei, neque in testimonium Sanctitatis, aut insignium meritorum apud Deum; Ipsi enim carent Fide supernaturali, quæ necessaria est ad faciendæ miracula, juxta illud Matth. 17., ibi: Si habueritis fidem etc., & dicitis monti huic: transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossi-

bile erit vobis, nec habent sanctitatem, cum sint membra præcisa ab Ecclesiæ sanctitate, adeoque nullummodo possunt facere vera miracula; Pignatell. tom. 4. consil. 67. num. 43. Matheucc. loc. cit. tit. 6. cap. 3. num. 15., & sequent. Lauræa loc. cit. numer. 804., & alii passim, & expresse habetur ex Concilio Constantinopolit. III. art. 15.

Angeli boni possunt moraliter facere miracula, sive quia ex voto, & desiderio eorum Deus miræ præstet; sive quia Ministerium ei exhibeant, ut ea mira præstet; S. Thomas part. 1. quæst. 110. art. 4. Pignatell. loc. cit. numer. 35., & alii passim.

Angeli mali, seu Dæmones nequeunt ullo modo facere vera Miracula. Communis. Nec obstat, quod cap. Teneamus 38. 56. caus. 1. quæst. 1. sicuti Exodi cap. 7. habetur, magos Pharaonis fecisse miracula, & eodem cap. Teneamus, & Altor. 9. dicitur Simonem Magnum patrasse miracula. Non obstat, inquam, quia ut dicunt S. Augustinus lib. 20. de Civitate Dei, & lib. 3. de Trinit. S. Thomas part. 1. quæst. 110. art. 4. ad 2., & quæst. 114. art. 4., & alii passim. Mira illa per magos Pharaonis, & per Simonem magum, sicut, & alia per alios magos, & malos homines opæ Dæmonis facta, seu exhibitæ, non fuerunt vera miracula, sed tantum apparentia, & præstigia quaedam sensus, & imaginationem illudentia; Vide etiam dicta ad rem supra num. 5.

Sic etiam Virtutes, Signa, & Prodigia Antichristi erunt spuria, & mendacia, quia ipse, ut interpretatur S. Augustinus lib. 20. de Civitate Dei, & alii passim decipiet sensus per illusiones, & phantasmata, & ethere videbitur, quod re ipsa non efficiet.

Potestas examandi, & recognoscendi miracula competit non solum Summo Pontifici, sed etiam Episcopis; habetur clare ex Concilio Tridentino sess. 25. de invocatione Sanctorum: ubi dicitur: Nulla etiam admittenda esse miracula, nec novæ Religiones recipiendas, nisi eodem recognoscere, & approbante Episcopo, qui textus non tantum procedit de miraculis jam Canonizatorum, sed etiam non Canonizatorum, ita ut Episcopus etiam istorum miracula recognoscere possit, prout Sacra Congregat. ejusdem Concilii interpret. declaravit, teste Fagnan. in cap. Cum ex co. 2. de Reliquiis, & venerat. S.ctorum numer. 7., & Barbofa de Offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 97. num. 3. ubi dicit sic fuisse ubi responsum a d. Sacr. Congregat., & originale responsum apud se aservare. Debet tamen Episcopus, si examinet miracula nondum Canonizatorum, aut Beatificatorum, antequam ea divulgari permittat, totum negotium ad Sanctam Sedem transmittere, indeque responsum expectare juxta Constitutionem 37. Urbani VIII. incip. Sanctissimus. Fagnan. loc. cit. num. 10. Reiffenstuel lib. 3. decr. tit. 45. num. 45. in fine.

Examen miraculorum debet esse exactissimum, & rigidissimum, præsertim quoad Testes, ita ut regulariter non nisi per Testes idoneos juratos, qui non sint singulares, & qui deponant ex scientia per sensus proprios, & singillatim examinentur, miraculum probari valeat, prout pluribus demonstrant Auctores arg. cap. Venerabili, de Testibus, & de Testes caus. 3. quæst. 9. Unde Episcopus ad examen miraculorum debet adhibere in consilium etiam Theologos, & alios Viros probos, ut expresse præscribitur in Concilio Tridentino loc. cit., ibi: Adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis Viris: De hoc argumento fuit admodum, & doctè agit Episcopus Novariensis Joseph M. Maraviglia in suis Legibus Prudentiæ Episcopalis, Lege 303. 304. 305., & 306. quem vide.

Miracula. Gratia. Beneficia &c. quæ præsumuntur accepta a Deo ad intercessionem alicujus mortui cum opinione Sanctitatis, non possunt imprimi sine licentia Sedis Apostolicæ, nisi fuerit Canonizatus, vel Beatificatus. Urban. VIII. Constitut. 37. incip. Sanctissimus.

Miracula, gratia &c. talis mortui non Canonizati, nec Beatificati publicari non possunt sine præfata licentia sub penis Clericis secularibus privationis Officiorum, Suspensionis a Divinis, & Administrationis Sacramentorum; Regularibus vero omnium Officiorum, necnon vocis activæ, & passivæ. Urban. VI. Constit. incip. Sanctissimus. Unde Lauret. de Franchis in Controvers. inter Episcop., & Regulares pag. 252. vers. Ad 10. relatus a Barbofa de Offic. & potest. Episcop. allegat. 97. numer. 6. circa finem refert quod, quando miracula fieri dicuntur in aliqua Ecclesia Seculari, sive Regulari, virtute Sacramentum Imaginum, statim Episcopi man-

pi mandant operiri Imagines, Januas Ecclesiæ claudi, & impediunt concursum hominum, ne miracula publicentur, nisi prius per Testes legitimos fuerint sufficienter probata, & processus, sive aliquid hujusmodi mittatur ad Papam. Et ibidem voss. Ad 12. tenet, quod tam Sæculares, quam Regulares admittentes nova Miracula puniri possint ab Episcopo.

44 Hic juyat afferre magnum, & maximum miraculum sic appellatum a Decano aliique Sacre Romanæ Rotæ Auditoribus, & relatum a nunquam satis laud. Summo Pontifice Benedicto XIV. in appendice in fine tertii tomii sui undequaque Aerei Operis de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione. Et est quod B. Petrus Baptista Sacerd., & Concionator mei Seraphici Ordinis, ac Commissarius Delegatus ad Tyrannum Japoniæ, cum Legationem sibi commissam felicissime ad optatum finem perluxisset, ac sibi illius Tyranni, seu Imperatoris animum devinxisset, obtinuisseque facultatem ædificandi Monasterium, & Ecclesiam in Civitate de Meaco Regia illius Imperatoris, & exinde plurimos illius nationis, qua verbis, quæ a exemplis, & caritativis officiis una cum sociis ad Catholicam Fidem converterit. valde ob id iratus Tyrannus, indixit ei, & sociis mortem Crucis. & ut sic crucifixi eorum corpora in Cruce ad aliorum terrorem per bimestre remaneret; Quo tempore dictus meus Beatus Petrus Baptista pluries ac pluries visus fuit derelicta Cruce, celebrare Missam in Ecclesia sui Monasterii, sibi ministrante Antonio Duxico ætatis 13. annorum, qui ministraverat ei vivus in missa, & postea simul cum ipso crucifixus fuerat. Unde uti constat ex processu pro eorum Canonizatione jussu Urbani VIII. a supradictis constructu, & loco citato integre allato, sæpissime eveniebat, quod corpus Beati Petri Baptiste, & dicti Antonii non videbatur in Cruce; & postea transacto tempore celebrationis Missæ, audientibus interim adsstantibus Canticum quasi Celestem, iterum videbantur in Cruce eodem modo; quo martyrium in illa passi fuerant, quod uti revera est, merito appellatur magnum immo maximum Miraculum.

45 De variis miraculis a Christo Domino in terris degente, patratis dicitur in hac Bibliotheca verb. Hemorrhøissa, verb. Magi verb. Filius Vidue Naim, & verb. Samaritana.

Alia ad rem, vide verb. Veneratio Sanctorum.

MISSA PROUT, ET SACRIFICIUM.

ARTICULUS I.

Quoad ejus, esse effectus, & fructus.

1 MISSA est vere, & proprie Sacrificium, Cap. Firmiter, de Sanctissima Trinitate, Concil. Trident. sess. 22. Canon. 1. vere quid repræsentativum mortis Christi Concil. Coloniens. II. part. 7. cap. 27. Et istud Sacrificium in Missa incruentum idem est cum Sacrificio in Cruce cruento, quia licet Christus resurgens a mortuis, jam non moriturus, mors illi ultra non possit dominari, attamen in semetipso immortaliter, & incorruptibiliter vivens, pro nobis iterum in hoc Mysterio moritur, Cap. Virum 72. dist. 2. de consecr. Hæc enim Mystica immolatio carnis Christi, quæ fit manibus Sacerdotis, Christi passio, Mors, Crucifixio vocatur non rei veritate, sed significante Mysterio, Cap. Hoc est 48. dist. 4. de consecr.

4 Effectus Sacrificii Missæ est triplex, scilicet Propitiatorius seu meritorius, Satisfactorius, & Impetratorius. Sic colligitur ex Trid. sess. 22. Can. 3. ubi hæc habet expressio: Si quis dixerit, Missæ Sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam Commemorationem Sacrificii in Cruce peracti, non autem propitiatorium, neque pro vivis, & de-

fructibus, pro peccatis, penis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere, anathema sit. Est enim Missæ Sacrificium Propitiatorium, seu meritorium, quia ejus virtute, & intuitu. Deus fit offerenti, & iis, pro quibus offertur, propitiatus, conferendo ipsis auxilia gratiæ, quibus excitentur ad veram penitentiam, sicque ad consequendam peccatorum remissionem virtute perfectæ contritionis, vel attritionis cum Sacramento, ex Trident. sess. 22. cap. 2. his verbis: Hujus quippe oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum penitentiae concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit. Est Satisfactorium, quia Deus illud acceptat tamquam satisfactionem pro pœna temporali in hac, aut alia vita pro peccatis quoad culpam jam deletis debita, ex Trid. sess. 22. cap. 2. his verbis: Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, penis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis rite juxta Apostolorum traditionem offertur. Est Impetratorium, quia per illud impetramus a Deo diveria bona, & spiritalia, & temporalia, ut innuit Trident. cit. sess. 22. cap. 2. dum dicit rite offerri non solum pro fidelium vivorum peccatis, penis, & satisfactionibus, sed etiam pro aliis necessitatibus.

Fructus, seu valor Sacrificii Missæ est etiam triplex, scilicet Generalis, Medius, seu specialis, & Personalis seu specialissimus; colligitur ex Trident. sess. 21. c. 6. ubi habet: Si quidem ille quoque Missæ vere communes conferi debent, partim quod in eis populus spiritualiter communitur, partim vero quod a publico Ecclesiæ Ministro, non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrantur. Fructus Generalis competit ex instituto Ecclesiæ generaliter omnibus fidelibus. Medius, seu specialis competit illi, pro quo Celebrans offert, & applicat Missam, sive ex Caritate, sive ex justitia recepto stipendio. Personalis, seu specialissimus competit tantummodo ipsi Sacerdoti celebranti, nec est alteri applicabilis. Et fructus Sacrificii alius potest esse ex opere operantis, & alius ex opere operato. Fructus ex opere operantis propeit ex merito, bonitate, devotione Sacerdotis celebrantis, ut colligitur ex cap. Ipsi 1. quest. 1. ubi habetur expressio: Quanto enim digniores fuerint Sacerdotes, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Fructus ex opere operato provenit ex vi, virtute, & merito Christi, qui est principalis in hoc Sacrificio, & hic fructus, nec crescit ex bonitate, nec minuitur ex pravitate Sacerdotis, sed æqualiter prodest omnibus, sive Missa celebretur per bonum, sive per malum Sacerdotem, ut docent communiter Doctores, & habet expressio Cap. Intra Catholicam 1. quest. 1. & cap. Verum, de consecr. dist. 2. ubi habentur præcisa verba: Intra Catholicam Ecclesiam in Mysterio Corporis, & Sanguinis Christi nihil a malo minus perficitur Sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur Creatoris, & in virtute Spiritus Sancti. Et Concil. Trident. sess. 22. cap. 1. dicit aperter: Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest.

Fructus autem, seu valor Sacrificii Missæ non est infinitus (a), sed finitus. Ita S. Thomas 3. q. 79. art. 5. Divus Bonaventura in 4. dist. 48. art. 3. & Scotus quodlibet. 20. cum suis, & aliis magis communiter. Ratio a priori est, quia oblatio hujus Sacrificii non est meritoria, & satisfactoria, ut sit a Christo, cum Christus nunc non mereatur, nec satisfaciatur, sed quatenus ex institutione Christi habet annexas satisfactions præteritas ipsius Christi; Congruum autem fuit, ut hæc annexio fieret modo finito, ut sæpius a Sacerdotibus frequentaretur, & ireretur, ut videtur præcepisse ipse Christus, dum dixit: Hæc quotiescumque feceritis in mei commemorationem facietis ly etenim Quotiescumque quæ extenditur ad iteratas vices, ad iteratas Sacrificationes; hæc autem iteratio arguit limitatum, & finitum valorem ejusdem Sacrificii; nam si esset illimitatus, & infinitus, non exigeret illam reiterationem, cum unum Sacrificium tantæ virtutis esset, quantæ essent plura Sacrificia, & unica Missa, utpote infiniti valoris, sufficeret ad exhauriendum totum Purgatorium. Simulque potest

(a) Nota. Valor Sacrificii Missæ, seu vis, & dignitas illius ratione rei oblate infinitus est: Nam eadem victima est, quæ oblata pro nobis in cruce fuit; idem Sacerdos, unum,

& idem proinde Sacrificium, sola offerendi ratione diversum, ut ait Tridentinum. Ita ergo valoris est infiniti.

set quis per unius Missæ celebrationem satisfacere pro centum, & mille stipendiis, quod est damnatum ab Urbano VIII. die 21. Junii 1625., & ab Alexandro VII. in Decreto Sanctæ Inquisitionis die 24. Septembris 1665., & ab Innocentio XII. 23. Decembris 1697. ut infra in adducendis eorum decretis potest aperte videri.

17 Ad hujus articuli complementum in Tyronum gratiam, anlmadvertendum est, vi verborum consecrationis panis, sub speciebus ejusdem poni solum Christi corpus, & in consecratione vini sub speciebus vini, vi verborum poni duntaxat sanguinem Christi: nam id vi verborum ponitur sub speciebus respective, quod verba consecrationis directe, & immediate ex institutione Christi signant. Sed verba consecrationis panis solum Christi corpus, & verba consecrationis vini duntaxat Sanguinem directe, & immediate loquendo signant, ergo &c. At sub speciebus panis post Christi Domini Resurrectionem venit etiam per concomitantiam Sanguis Christi in consecratione panis, & sub speciebus vini venit etiam Corpus Christi in consecratione vini, nec non in utraque consecratione per concomitantiam venit Christi Divinitas, & Anima: per concomitantiam enim venire, est fieri præsens sub speciebus vi naturalis, & physice connectionis, quam ad invicem habent, ea, quæ sunt Christi Domini; sed Corpus Christi nunc est cum Sanguine, Anima, & Divinitate, nec non Sanguis cum &c. ergo &c. Ad propositum optime facit pro pleniori perceptu, ac sensu sequens exemplum; si aliquis Apostolus in triduo Mortis consecrasset, tunc vi verborum consecrationis panis, sub ejusdem speciebus posuisset Corpus Christi; efficiunt enim consecrationis verba id quod significant; at non venisset per concomitantiam sub Hostia Sanguis, & Anima Christi, eo quia pro tunc haud hæc unita, & connexa erat cum Corpore Christi, bene vero per concomitantiam advenisset sub Hostia Divinitas, quod enim Verbum Divinum semel assumpsit, nunquam dimisit, fuitque idcirco Christi Corpus semper Divinitati unitum; & similiter est suo modo dicendum respectu consecrationis vini in eodem hypothetico casu, atque hinc, ut patet, clarius liquet quæ supra, nec non perpendenti sit obvium, qualiter per mysticam vi verborum separationem Corporis, & sanguinis Christi præfatam, innuatur in Missa ratio sacrificii. Et eundem prædictæ luculentem constant ex Trid. sess. 13. cap. 3. ubi sic habet: Et semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus, verumque ejus sanguinem sub panis & vini specie una cum anima, & divinitate existere; sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie ex vi verborum: ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque vi naturalis illius connexionis, quæ partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulant; divinitatem porro propter admirabilem illam ejus cum corpore, & anima hypostaticam unionem.

18 Est etiam præ oculis habendum, trium esse Catholicæ ex cit. Trident. sess. 13. Can. 2. quod, si quis dixerit, in sacrosancto Eucharistia Sacramento remanere substantiam panis, & vini una cum corpore, & sanguine Domini nostri Christi; negaveritque mirabilem illam, & singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis, & vini, quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissime transubstantiationem appellat, anathema sit, Ac proinde dum Apostol. 1. ad Cor. cap. 11. vers. 26. inquit: quotiescumque manducabitis panem hunc &c. id intelligi debere transitive, seu distractivè, scilicet id quod antea erat panis, vel dicitur panis extinxisse, eo quia remanent accidentia panis, vel analogice, quia nempe sicut panis nutrit corpus, sic Eucharistia nutrit animam, & ita de similibus ratiocinare.

19 Item tritum est Catholicis, transubstantiatione peracta Corpus Christi sub speciebus panis, & sanguinem sub speciebus vini tamdiu manere quamdiu conservaretur naturaliter substantia panis, & vini, Christus enim in loco panis, & vini, ut supra relatum est, succedit ex institutione Sacramenti, & sicut panis, & vinum, si adessent, nutrentur, & species sacramentales, Deo supplente id, quod præstaretur a pane, & vino; nec non si species alterarentur ad corruptionem, verumtamen generationem, sinente Deo. causas secundas motus suos agere, ab ipso supernaturaliter, eodem instanti, quo species ita sunt alteratæ, ut Biblioth. Ferrar. Tom. V.

non posset sub eis naturaliter conservari panis, & vinum, ibi creare materiam ac in ipsam eam introducere substantialem formam, quæ in panis corruptione fuisset genita.

* Materia Sacrificii Missæ est panis triticeus, & vinum, ex uvis. Si vero magna esset permixtio farinæ ex aliis frugibus, & permixtio aquæ vinum superaret, hæc materia inepta esset consecrationi. Nec post consecrationem novus liquor, & præsertim aqua in Calicem infundendus est. Alioqui censet S. Thomas corruptionem sacramenti sequi potuisset pro aliqua parte, nisi forte quantitas novi liquoris tantilla esset, ut non posset in omnes partes diffundi. Hæc tamen sententia non æque Scholasticis omnibus probatur.

Ad essentiam Sacrificii necessaria est utriusque speciei consecratio, quod etiam in prima sua institutione a Christo Domino servatum est; ex quo fit, ut nemini permitti unquam possit consecratio sub unica tantum specie, quamquam si hoc fieret a Sacerdote, consecratio quidem valeret, sed ille gravi se crimine obstringeret, & sacramentum quidem, non vero Sacrificium conficeret; deesset enim tunc mystica victimæ mactatio.

In forma consecrationis defectus accidere possunt, qui invalidam, & defectus, qui illicitam tantum illam reddant. Illicitam dicas, si omitteretur vox enim, & verbum est. Item si loco vocis hoc dicitur istud, Invalidam si pro hic pro adverbio sumptum. Dubium est, an invalida sit consecratio Calicis, illis tantummodo verbis prolatis: Hic est Calix Sanguinis mei, cæteris omisiss, ideoque si id forte contigerit, repetenda sunt sub conditione verba consecrationis vini.

Sacerdos verba consecrationis proferens super panem, & vinum, sed extra Missam, validè quidem, sed illicite consecrat, nam tota vis consecrationis in verbis Christi consistit. Hæc ex Tract. Bened. XIV. de Sacrif. Missæ lib. 3. cap. 11. &c.

Alia ad rem; vide verb. Sacrificium.

ARTICULUS II.

Missæ quoad applicationem, reductionem, satisfactionem, & eleemosynam.

UT, quæ sunt observanda circa celebrationem Missarum, ab omnibus perfecte sciatur, dantur hic ad litteram omnia disposita a Sacra Congregatione Concilii, confirmata ab Urbano VIII., & Innocentio XII. in decreto ut sequitur.

„ Nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sac. Rom. Eccl. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum prodierunt Decreta tenoris infrascripti, videlicet.

„ Alias super celebratione Missarum, ac prohibitione illas moderandi, seu reducendi absque Sedis Apostolicæ licentia, necnon supra earundem oneribus perpetuis suscipiendis, & Religiosorum numero ultra reditus, & conventus eleemosynas locorum Regularium, non habendo, emanarunt ab hac Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium Concil. Trident. Interpretum auctoritate per sel. rec. Urbanum Papam VIII. illi specialiter attributa, quamplura Decreta tenoris sequentis.

„ §. I. Cum sæpe contingat in quibusdam Ecclesiis tam magnum Missarum celebrandarum numerum, ex variis Defunctorum relictis, aut piorum eleemosynis impositum esse, ut illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri, & tamen nova onera Missarum in dies suscipiantur: indeque fiat, ut deperant p. Testantium voluntates, obstricta Benefactoribus fides violeatur, Defunctorum animæ suffragiis priventur, Ecclesiis debitus subtractatur cultus, ac Christi fideles gravi scandalo affecti, plerumque a similibus Caritatis operibus retrahantur. Cumque his malis maximum interea fomentum præbeat, aut quod ii, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas brevi ad paucum rem numerum a Superioribus reduci: aut quod Ecclesiis, forte pecuniarum abstumpta, plerumque nuda remaneant onera Missarum absque ullo emolumento, aut quod eleemoyna pro illis celebrandis sit adeo tenuis, ut non facile inveniantur, qui velint huic se muneri subijcere, & reditus Ecclesiæ, aut Monasterii adeo exigui, ut Sacerdos pro necessaria sui sustentatione

„ sustentatione novis se oneribus obstringere compellatur .
 „ Sac. Congregation. Cardinal. Concilii Tridentini Interpretum animadvertens facturam se rem Deo gratissimam .
 „ Caritativæ, ac iustitiæ maxime consentaneam, si pro viribus fatigat, hunc terribilium abusum e Christiana Republica convellere, atque eradicare; Sanctissimi D. N. Urbani Divina providentia Papæ VIII. auctoritate sibi specialiter attributa infra scripta Decreta edidit .
 „ §. II. Ac primo districtè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diececlana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquomodo reducant onera illa Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: alioqui reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit .
 „ §. III. Deinde, ubi pro pluribus Missis, etiam ejusdem qualitatis celebrandis, stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, sive ab una, sive a pluribus personis collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac Locis piis quibuscumque tam Sæcularibus, quam Regularibus: Sacra Congregatio sub obtestatione Divini iudicii mandat, ac præcipit, ut absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ elemosynæ præscriptæ fuerint, ita ut alioquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisficiant: quimmo graviter peccent, & ad restitutionem teneantur .
 „ §. IV. Id vero ut deinceps observetur exactius, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat Privilegia, & Indulta omnia quibusvis Personis, Ecclesiis, ac Locis piis, tam Sæcularibus, quam Regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat .
 „ §. V. Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem elemosynæ sibi retenta, celebrandum committat .
 „ §. VI. Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eo tepidiores, ac segniores redantur, quod onera huiusmodi cum nulla, aut parva sint utilitate conjuncta: statuit, atque decernit, ut penuriam, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac Locis omnibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus, atque illorum Personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda a die realis acquisitionis, statim deponi debeant penes eadem Sacram, vel Personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimum investendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressâ, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur .
 „ §. VII. Ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium sub eadem pœna, ut supra, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat .
 „ §. VIII. Ad hæc Sac. Congreg. quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac Piorum Locorum, tam Sæcularium, quam Regularium Superioribus vel aliis, ad quos pertinet, districtè prohibet, ne in posterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, sæculares quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, Regulares vero sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda: Alioquin Sæcularis, qui hujus prohibitionis transgressor exiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso: Regularis vero

„ pœnam privationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque activæ, ac passivæ abique alia declaratione incurrat .
 „ §. IX. Elemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ita demum idem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant: alioquin omnino abstineant ab huiusmodi elemosynis, etiam sponte oblati, in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesia cum inscriptione illa: *Elemosyna pro Missis*, vel alia simili, sub iidem pœnis ipso facto incurrendis, ne Fideles hac ratione frustrentur .
 „ §. X. Episcopus vero, seu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirent, de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut Loco Pio incumbentibus: nec antea assensum huiusmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitime constiterit, illius Sacerdotes, tam novo oneri suscipiendo, quam antiquis jam susceptis satisfacere posse, præcipuamque rationem habeant, ut redditis, qui Ecclesiis, & Locis piis relinquuntur, omnino respondeant oneribus adjunctis secundum morem cuiusvis Civitatis, vel Provinciæ, intelligantque, si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse reddituros .
 „ §. XI. Postremo Illustrissimi Patres non sine gravi animi dolore intelligentes, mala fere omnia, quæ Regularem disciplinam evertunt, ac præcipue nimiam hanc facilitatem sœvent, in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex majori Regularium numero, quam ferant redditus, & elemosynæ cujusque Monasterii: inhaerentes Summorum Pontificum, ac Sacri Concilii Tridentini Decretis, hæc de re editis, Sanctissimi Domini Nostri auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Communitariis, Ministris, Præfidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus, Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium, bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cujuscumque Ordinis, Congreg. & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, ut singuli, ad quos pertinet, in qualibet Provinciâ adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congreg. probatoribus, & rerum ulu peritoribus, bona immobilia, census, redditus, & proventus omnes, consuetas item elemosynas, & obventiones, tam communes Monasteriorum, Conventuum, & Domorum ejusdem Provinciæ, quam etiam singularibus Personis Religiosis assignatas, seu permissas, in communem usum deinceps conferendas, decem annorum immediate præcedentium habita ratione, diligenter, & mature recognoscant, iis omnibus detractis, quæ reparaciones, præstationes grandines, sterilitates, aliave cujuslibet generis onera consueverunt absorbere .
 „ §. XII. Eaque omnia scripto fideliter exarata, idem Superior, cujus interest, in proximo Capitulo, seu Congr. Generali, vel Provinciali coram tribus Judicibus ab ipso met Capitulo, seu Congregatione deligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus, elemosynis, & oneribus, ut supra detractis, sedulo examinent, quot Religiosi homines, communitatis etiam Laicis, aliisque necessariis servientibus, in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo Regulari, iuxta regionis, & proprii instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communem habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorundem bonorum, reddituum, elemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congr. exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis, cujusque Familix, Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis, in singula quoque Provincia certus earum tantum Personarum numerus, Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, elemosynis, & obventionibus, ut superius, sufficienter ali possint .
 „ §. XIII. Ne vero Superiores, qui id præstare debent, serius, aut remissius, quam par est, suo muneris satisficiant: mandat Sacra Congregatio, ut infra annum, post proximum

Capitulum

„ Capitulum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad Sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mittant .
 „ §. XIV. Numerumque familiæ, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi Regularium, Capituli, seu Congreg. Generalis, vel Provincialis sententia, & auctoritate præfixitum, iidem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quam Locales perpetuo servare omnino teneantur, nec possint illum quoquomodo augere, etiam prætextu augmenti reddituum, absque Sacra ipsius Congreg. licentia: Superiores autem huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, ut supra præscriptum, quovis modo augere præsumpserint, privationis omnium Officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque activæ, & passivæ, & ad omnia suæ Religionis Officia, & gradus, inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis, etiam gravioribus, quæ a Sede Apostolica infligendis pœnis Sacra Congreg. subjacere voluit, & declaravit .
 „ §. XV. Deinceps vero Monasterium, Conventus, Domus, Congr. vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi præter alia ad id requisita, in singulis huiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis elemosynis, detractis omnibus, ut supra detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum Decreti fel. record. Gregorii XV. hæc de re editi: alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hæc recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii Loci Visitationi, Correctioni, atque omnimodæ Jurisdictioni subiecta esse intelligantur .
 „ §. XVI. Porro ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Superiores Locales cujusque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur, sub pœna Privationis Officii, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum, sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi, præsentem Ordinationes in publica Mensâ perlegantur .
 „ §. XVII. Omnibus, tam Ecclesiasticis Personis cujuscumque sint Ordinis, Conditionis, & gradus, quam Laicis quocumque honore, & potestate præditis præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicitur .
 „ §. XVIII. Non obstantibus, quoad supra scripta omnia, & singula in præsentibus decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque Personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Instituti, etiam necessario, & individuo exprimenti, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitularum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tam Sæcularium, quam Regularium Locorum, nec non illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam Communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus advertantur, illis alias in suo robore permanentibus Sacra Congregatio Sanctitatis suæ auctoritate speciali

Herrar. Biblioth. Tom. V.

„ ter, & expressè derogat, cæterisque contrariis quibuscumque .
 „ §. XIX. Et ne præmissorum ignorantia a quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præsentem Ordinationes in Valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum, de Urbe, ac in Acie Campi Floræ, ut moris est, affixæ omnes, ad quos pertinet, ita ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent .
 „ §. XX. Utque earundem præsentium transcriptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ .
 „ Datum Romæ die 21. Junii 1625.
 „ Cosmus Card. de Torres .
 „ Prosper Fagnanus S. Congreg. Secret .
 „ §. XXI. Excitatis autem super præmissorum Decretorum, intelligentia, seu interpretatione infra scriptis dubiis, prodierunt a memorato Congregatione, simili auctoritate illi a præfato Urbano VIII. specialiter attributa, responsiones, seu declarationes inferius apponendæ .
 „ Super primo Sacra Congregationis decreto de celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Dioecesi sua Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquomodo reducant onera ullâ Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis .
 „ Quaritur, quid, si legatum sit ita tenue, ut non sit, qui velit onus illi injunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum insumendum sit pro expensis ad id necessariis ?
 „ Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, ut possit huiusmodi onera moderari ?
 „ Secundo, super secundo ejusdem Congregationis decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ elemosynæ præscriptæ fuerint .
 „ Quaritur, an verba illa (*præscriptæ fuerint*) intelligenda sint de præscriptione facta ab Offerente, vel ab Ordinario ?
 „ Tertio, an cum Ordinarius præscripserit elemosynam congruam juxta qualitatem loci, Personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illis ab Offerente præscriptas celebrare ?
 „ Quarto, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellæ, Legati, aut salarii, possint etiam manuales elemosynas pro Missis votivis, aut defunctorum recipere, & unico Missæ Sacrificio utrique oneri satisfacere ?
 „ Quinto, postea, quod Testator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Missæ abique ulla præscriptione elemosynæ ?
 „ Quaritur, an liberum sit hæredibus elemosynam sibi bene visam præscribere, an vero eadem elemosyna præscribenda sit ab Ordinario ?
 „ Sexto, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio revocat Privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat .
 „ Quaritur, an verba (*in futurum suscipiendis*) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium ?
 „ Septimo, super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem elemosynæ sibi retenta, celebrandum committat .
 „ Quaritur, an permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam elemosynam portionem pro expensis mantionis Ecclesiæ, Altarium, Inventariorum, paramentorum, luminum, Vini, Hostiar, & similibus ?
 „ Octavo, an hoc Decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, idest, an Rector Beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum Beneficii ?

H 2

Decimo

„Decimo, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita pro celebratione Missæ, debeant dare eandem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt; An vero satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam

„Undecimo, super quinto ejusdem Congregationis decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba (eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ita demum iidem accipere possunt, si oneribus antea impostis ita satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant. Alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis: etiam sponte oblati, in futurum recipiendis, & capsulas auferant &c.)

„Quæritur, an hoc decretum prohibeat absolute, quo minus accipiant novas eleemosynas ii, qui acceptis non satisfecerunt, & quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

„Duodecimo, quid, si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat, ut Sacerdos Missam celebret cum primum poterit?

„Decimotertio, an pœna Interdicti, & aliæ appositæ in eodem decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem præcipitur?

„Decimo quarto, an in hoc decreto comprehendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesiis in die Commemorationis omnium Sanctorum, & vulgo dicuntur *Casse de Morti*?

„Decimo quinto, an administratores Ecclesiæ, magnæ devotionis, & concursus, possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iidem Missis, non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesiæ, & devotio, ac concursus Fidelium, ut ajunt, minuantur?

„Decimo sexto, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directæ solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, piorum locorum, tam Sæcularium, quam Regularium Superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendendi videntur sub clausula generali (*& aliis, ad quos pertinet*) supplicatur pro opportuna declaratione.

„Decimo septimo, super septimo ejusdem Sacræ Congregationis decreto, quo cavetur, ut in singulis Monasteriis Religiosorum præfixatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commode possint sustentari.

„Quæritur, an ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim similis decreti sanctæ memoriæ Pauli V. absque tamen computatione reddituum, cuiusque Religiosi, sit denuo facienda, nec ne?

„Decimo octavo, an Novitii ad Habitum Regularem admissi, possint admitti ad Professionem in Monasteriis, in quibus habitæ, ut supra præfixione numeri, commode alii non possunt?

„Decimonono, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem Fratres in eis degere, & competentem sustentari valeant, ita ut alioquin subsint jurisdictioni ordinariæ.

„Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capuccinorum ac Societatis Jesu?

„Ultimo, an idem decretum, ubi disponit, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeant locum in Italia, dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proxime antecessens, an vero etiam extra Italiam?

Declarationes, seu Responiones ad supradicta Dubia.

§. XXII. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate sibi a Sanctissimo Domino nostro attributa, ad singula dubia superius proposita ad hunc modum respondit, videlicet.

„Ad primum, etsi legatum sit adeo tenuæ, nihilominus pro reductione oneris, ut supra imposti, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ abique ulla impensa id statuet, quod magis in Domino e re esse

judicaverit: Verumtamen, si in ipsa Beneficii erectione expresse cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc foundationis, quam Decreta hanc de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

„Ad secundum, esse intelligendâ de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario; Quod, si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

„Ad tertium teneri.

„Ad quartum Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellæ, Legati aut Sæculari, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

„Ad quintum, censuit, ubi nullam certam eleemosynam Testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

„Ad sextum ita esse intelligenda.

„Ad septimum, respondit permittendum non esse, ut Ecclesiæ, ac loca pia, seu illorum Administratores ex eleemosynis Missarum celebrandarum ullam utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & Loca pia alios non habent redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licite possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ Sacrificio necessario sunt subeundæ, & nihilominus eo etiam casu, curandum esse, ut ex pecuniis, quæ superfluent, expensis, ut supra deductis, absolute tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas.

„Ad octavum, non habere locum, sed satis esse, ut Rector Beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundum morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

„Ad decimum, debere absolute integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse.

„Ad undecimum, respondit, non prohibere absolute: Ac propterea, etsi oneribus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

„Ad duodecimum, quamvis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quo minus eo casu eleemosyna accipiatur pro iisdem Missis juxta Benefactoris consensum celebrandis.

„Ad decimum tertium, has pœnas non habere locum, nisi in suscepturis onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

„Ad decimum quartum comprehendit.

„Ad decimum quintum, non posse, nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ut supra in responsione ad duodecimum.

„Ad decimum sextum, comprehendit etiam privatos Sacerdotes.

„Ad decimum septimum, numeri præfixionem esse iterum faciendum, servata forma ultimæ decreti hac de re editi.

„Ad decimum octavum, esse admittendos ad professionem, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis esse collocandos, ubi commode alii possint.

„Ad decimum nonum, censuit comprehendere.

„Ad ultimum habere locum extra Italiam.

„Colinus Card. de Torres.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

§. XXIII. Cum autem super præmissis diversi irrepserint abusus, illorumque occasione, quamplures querelæ, & recursus

recursus ad Apostolicam Sedem pervenerint, cupiens eadem Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum hujusmodi detestabiles abusus e Christiana Republica pro viribus evellere, ac opportune providere, ut sublatis fraudibus, ac emendata negligentia, pia dispositionum, seu benefactorum voluntati fides illibata servetur, defunctorum animabus integra, & prompta præstentur suffragia, itidemque Deo major gloria, & Ecclesiis præstantior cultus reddatur, prævia auctoritate per SS. D. N. Innocentium Divina Providentiæ PP. XII. ei specialiter attributa, infra scripta Decreta, prius in particulari nonnullorum ex præfatis Cardinalibus per Sanctitatem suam deputata, & postea in generali hujusmodi Cardinalium Congregatione mature, & accurate discussa recognita, & examinata edidit.

§. XXIV. In primis, præsertim Decreta cum præmissis illorum declarationibus plenissime, & amplissime approbat, confirmat, & innovat, omniaque, & singula ibidem contenta, & expressa, iterum omni meliori modo decernit, statuit, ac ab omnibus, & singulis, etiam speciali, & individuali nota, seu expressione dignis, penitus observari, & omnimodæ executioni demandari decernit, sancit, & præcipit.

§. XXV. Insuper, ut in re tanti momenti consultius, ac majori, ut par est, circumspicione procedatur: Si qui forsitan fuerint, vel sint, qui suis pravis, & erroneis intentionibus, seu opinionibus blandiri volentes, Missarum celebrationem omittant sub malitiosa, vel irrationabili spe earundem condonationem, vel reductionem a Sede Apostolica, vel compositionem a Reverenda Fabrica S. Petri de Urbe obtinendi; Congregatio præfata, tum eisdem, tum quoscumque alios, qui posthac in adeo detestabiles abusus ausi fuerint offendere; certiores fieri, & monitos esse voluit, præfatas condonationes, & reductiones ab eadem Sede, non nisi ex rationabili causa, seu æqua commiseratione, compositiones vero a dicta Fabrica, utente suis facultatibus, & privilegiis, non nisi ex causa pariter rationabili, & cum clausulis opportunis, & præsertim cum illa: *Dummodo malitiose non omiserint animo habendi compositionem, alias gratia nullo modo suffragetur*, admitti consuevit, & solere; quapropter, ut locus omnis in posterum hujusmodi prætextibus præcludatur, memorata Congregatio tales intentiones, opiniones, seu ipes, ac eleemosynarum, sive in toto, sive in parte, versiones in alium, quam præfatarum Missarum usum, seu satisfactionem, & quascumque alias directas, vel indirectas, immediatas, vel mediatas conventiones, seu circumventiones, declarationes irrationabiles, injustas, & illicitas; illaque omnino reprobat, damnat, & interdicat.

§. XXVI. Cumque hujusmodi abusus ex eo plerumque proveniant, quod onera Missarum supra vires suscipiantur, caveant omnes, & singuli Rectores, Superiores, & Ministri quarumcumque, tum Sæcularium, tum Regularium Ecclesiarum, seu illarum Capitula, ne onera, seu Missas tum perpetuas, tum temporales, tum etiam manuales, quarum satisfactioni impares fuerint, quoquomodo suscipiant; utque ipsi, quoad fieri poterit, pateat, teneantur iidem conficere, semperque in loco magis patenti, & obvio retinere tabellam onerum perpetuorum, & temporalium litteris perspicuis, & intelligibilibus descriptorum, quorum implemento, si moraliter, & intra præscriptum, sed breve tempus satisfacere non posse, seu illa dumtaxat, & non ulteriora adimplere posse crediderint, seu credere debuerint, alias Missas, sive perpetuas, sive temporales, sive manuales, per se, vel per interpositas personas quoquo modo recipere, seu acceptare omnino desistant, seu abstineant, & ulterius tali casu in eadem tabella similiter exprimant; se se propterea aliis Missis acceptandis, & celebrandis impares esse.

§. XXVII. Iidemque teneantur pariter in Sacratio duos libros retinere, ac in eorum altero singula onera perpetua, & temporalia, in altero autem Missas manuales, & tam illorum, quam istarum adimplementum, & eleemosynas distincte & diligenter annotare, & annotandas, seu annotandas curare; singulique annis de supradictis adimplementis, eleemosynis, & oneribus pariter exactam rationem suis Superioribus reddere, ac omnes, & singulas rationes hujusmodi in præfatis respective libris similiter distincte, & diligentia, tam præfati, a quibus rationes de-

bent reddi, quam Superiores, quibus reddendæ erunt, describere, seu annotare, sive describendas, vel annotandas respective curare.

§. XXVIII. Quibus semper salvis, debeant ulterius Regulares prædicti, omnes, & quascumque eleemosynas, tum manualium, tum perpetuarum, & temporalium Missarum, reponere in Capla particulari sub duabus clavibus, quarum una penes Superiorem localem, altera vero penes alium a Capitulo Conventuali deputandum retineatur, ac de iisdem eleemosynis, & celebratione Missarum coram Patribus Discretis, seu Consiliariis, vel alio simili modo nuncupatis, singulis mensibus distinctam rationem exigere, & respective reddere.

§. XXIX. Quod si prædicta, ad quos cura tabellæ capssæ, & librorum præfatorum respective pertinet, seu pertinere debet, suam operam præmissis; ut præfertur, minime navaverint, & Superiores tum Sæcularium, tum Regularium Ecclesiarum rationem prædictam non exegerint, seu non invigilaverint, quod præfati, qui in curam tabellarum, & librorum incumbunt suo muneri, ut præfertur, satisfaciunt, in singulis respective casibus, Sæculares pœnam suspensionis incurrant, ac gradibus, & Officiis, quæ obtinent, ipso facto, & abique alia declaratione privati sint, & intelligantur, necnon ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda similiter inhabilitentur, & inhabilitati sint, intelligantur.

§. XXX. Porro ne ullo unquam tempore omnia, & singula decreta prædicta in oblivionem, seu delibetudinem abeant, Rectores, Superiores, seu Capita Ecclesiarum Sæcularium illa retineant publice exposita in eorum Sacratio; Superiores vero locales cuiuscumque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, & efficere teneantur sub pœna privationis Officiorum, quæ obtinent, vocisque, activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post octavam Corporis Christi, omnes, & singula præmissa, tum inserta, seu confirmata, tum in præfatis factæ ordinationes, una cum dictis declarationibus in publica mensa perlegantur.

§. XXXI. Meminerint igitur, et fatagant Ordinarii, ut a personis, & in Ecclesiis quoquo modo etiam in vim Decretorum Concilii Tridentini sibi subjectis, Missæ ea, quæ par est, fide, & diligentia celebrentur, & cuncta, & singula Decreta hujusmodi omnimodæ executioni demandentur, nedum iustitiam requirentibus, seu instantibus respondentibus, sed ex Officio, tum in Visitationibus, tum in aliis actibus, & modis, quos expedire, & convenire toties, quoties judicaverint, inquirentes, ne aliquid committatur, pervertatur, differatur, vel omittatur, quod his omnibus, & singulis decretis advertetur.

§. XXXII. Caveant etiam respective omnes Regulares tum subditi, tum Superiores quicumque, nedum locales, sed etiam Provinciales, & Generales, ne Missarum celebratio, & omnium decretorum præmissorum executio, cum pernicie præfatarum animarum, cum præjudicio illarum, quibus Missæ sunt applicandæ, & cum magno Christi illius scandalo quoquomodo omittantur, differantur, neglegantur, seu pervertantur; alioquin ultra propriam conscientiam onerationem, pœnam privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum, & officiorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad hujusmodi gradus, & Officia obtinenda, prorsus incurrant.

§. XXXIII. Curent propterea præfati Superiores Regulares in omnes, & singulos contravenientes debitis pœnis diligenter, & prompte, etiam per inquisitionem animadvertere; & insuper teneantur omnes, & singuli Superiores locales in Provincialibus Capitulis, seu Congregationibus exhibere attestacionem, seu fidem ab omnibus Sacerdotibus, Conventus, Monasterii, seu cuiuscumque Domus Regularis subscriptam, & juratam, quod omnibus, et singulis, tum perpetuis, tum manualibus Missarum oneribus, seu obligationibus, ad limites, et tenorem horum præsentium decretorum tempore regiminis fuerit omnino, et integraliter satisfactum, vel deficiente aliqua modica satisfactione, possit etiam hujusmodi residuali implemento Missarum, distincte referendarum, intra breve tempus moraliter satisfieri, ea adjecta, et omnino adimplenda conditione, quod ante præfata attestacionis exhibitionem quicumque Superiores locales prædicti vocem activam, seu

passivam in memoratis Capitulis, seu Congregationibus omnino habere non valeant.

§. XXXIV. Præterea Provinciales, Vicarii, Visitatores Provinciarum, seu Congregationum debebunt in fine eorum regiminis Superioribus Generalibus in forma probante ostendere, quod executioni præsentium decretorum sedulo invigilaverint, et ad eorum tenorem in omnibus, et singulis Conventibus, seu Monasteriis, vel Domibus Regularibus Provinciæ, seu Congregationis, de omnibus, et singulis oneribus, et obligationibus, ac insimul satisfactoriis Missarum, exactam, et diligentem rationem exegerint, ac contra delinquentes ad declarationem, et executionem respective pœnarum in decretis contentarum processerint, et de adimplemento circa ea, quæ in præmissis ad ipsos spectant, legitime docuerint, alias ad vocem activam, et passivam in Capitulis Generalibus nullatenus admittantur.

§. XXXV. Cæterum, quia etiam ad quamplures Archiconfraternitates, Confraternitates, Societates, Congregationes, Hospitalia, Altaria, Capellas, Oratoria, et Ecclesias, ac alia loca, et opera pia, quomodolibet nuncupata, quæ cuiuscumque curæ, seu regimini, aut administrationi, vel directioni Laicorum cuiuslibet gradus, status, conditionis, et præcipientiæ etiam speciali, et individuali nota dignorum dumtaxat, vel quorumcumque Ecclesiasticorum, et Laicorum huiusmodi mixtum commendata, annexa, seu quomodocumque commissa, vel attributa sunt, onus, seu cura celebrationis Missarum, sive manualium, sive ad tempus, vel in perpetuum pertinent; Hinc, salvis semper iis, quæ in præsentis decretis continentur, omnes et quicumque huiusmodi Archiconfraternitates, Societates, Congregationum, Hospitalium, Altarium, Capellarum, Oratoriorum, et Ecclesiarum, ac aliorum locorum, et operum piorum Rectores, seu Administratores, vel directores, et alii huiusmodi Officiales, necnon ii, ad quos cura tabellarum, et librorum in præmissis spectat, tabellas libros, et hæc decreta respective, iuxta modos superius expressos, similiter retinere, necnon de oneribus, ac celebrationibus, et elemosynis dictarum Missarum singulis annis rationem exigere, & respective iis, ad quos pertinet, reddere sub pœnis arbitrio, & in subsidium excommunicationis teneantur.

§. XXXVI. Postremo omnibus, & quibuscumque, tam Ecclesiasticis personis cuiuscumque Ordinis, Status, Gradus, Regulæ, Congregationis, Societatis, Conditionis, & dignitatis existant, quam Laicis quocumque honore, ac potestate præditis, omnia, & singula præmissa decreta interpretandi, necnon Ecclesiasticis prædictis pœnas, in huiusmodi decretis relaxandi, seu quocummodo circa præmissa dispensandi, omnis, et quæcumque facultas sit penitus interdicta.

§. XXXVII. Non obstantibus quoad supra scripta omnia, et singula in huiusmodi Decretis contenta, Constitutionibus, et Ordinacionibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Johannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti etiam necessarii, et individue exprimentis Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitularum, Hospitalium, Confraternitatum, et aliorum quorumcumque tam secularium, quam Regularium Locorum, necnon illorum, etiam iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, et litteris Apostolicis, etiam Magni, seu Bullæ aureæ, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et inoleis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam Communicationis, seu extensionis concessis, et iteratis vicibus approbatis, et innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, et formis specialis, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent,

præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus advertebantur, illis alias in suo robore permanentibus, Sac. Congregatio Sanctitatis suæ auctoritate specialiter, et expresse derogat, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ die 23. Novembris 1697.

Joseph. Gard. Sacripantis Præfectus.
Ferdinandus Nuptius Sac. Cong. Secret.

§. XXXVIII. Quo circa, cum Dilectus Filius noster Joseph Tituli S. Mariæ Transpontinæ S. R. E. Presbyter Cardinalis Sacripantis memoratæ Congregationis Præfectus, præfata Decreta Nobis retulit, Nos considerantes eadem omnia, et singula Decreta, ea, quæ decet, maturitate, digesta, et examinata, ac in vim Apostolicæ Auctoritatis eisdem Congregationi specialiter, ut præfertur, attributa peracta, perutilia fore censentes, illaque propterea perpetuo, et inviolabiliter observari, nec non Constitutionibus nostræ munimine roborare volentes: motu proprio, non ad cuiuspiam Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præmissa Decreta, omniaque, & singula in eis contenta tenore præsentium auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, et irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam, adijcimus; quinimmo motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, omnia, & singula in præfatis Decretis contenta, de novo statuimus, decernimus, & ordinamus, ac ab omnibus, & quibuscumque, etiam speciali, & individua nota dignis, omnino exacte, & perpetuo servari volumus, sancimus, & mandamus.

Decernentes, præsentibus Litteris, cum omnibus, & singulis inibi contentis, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, et per omnia, plenissime, et inviolabiliter observari; sicque, et non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, et Delegatos, quavis auctoritate, præcipientia, aut potestate, fungentes, et functuros, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eisdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuiuslibet, quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, iudicari, definiti debere: ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, et singulis, quæ præfata Congregatio, auctoritate per eisdem recordationis Urbanum Papam VIII. et respective per Nos illi specialiter attributa, decrevit non obitare, quæ pariter, et iterum Nos tenore præsentium non obitare decernimus, mandamus; quibus omnibus quo ad ea, quæ præsentibus advertebantur, illis alias in suo robore permanentibus, etiam harum serie plenissime, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut præfatas in Valvis Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curieque generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur; sicque publicata, & affixæ, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si unicuique eorum personaliter intimatæ fuissent.

Pariterque, ut earumdem præsentium transumptis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem protius fides adhibeatur, quæ præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Notarum Confirmationis, Approbationis, Statuti, Decretorum, Ordinationis, Voluntatis, Sanctionis, Mandatorum, & Derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo. Decimo Kalendas Januarii Pontificatus Nostri Anno septimo.

Non potest recipi stipendium pro applicatione fructus personalis, seu specialissimi correspondentis ipsi Sacerdoti celebranti, ex Declaratione Sacræ Congregationis Concilii d. mente Alexandri VII. edita in contingentia, quod Auctores nonnullis scriptis suis etiam typis datis asseruerint, Sacerdoti pro alio Missam, recepta elemosyna, celebrantis licitum, esse aliam elemosynam quoque accipere ab altero, cui partem illam fructus, seu valoris ejusdem Sacrificii ipsimet celebranti debitam (specialem nuncupatam) applicet; ac proinde hunc casum sub decreto Sac. Congreg. Concil. prohibente duplex pro unica Missa stipendium, seu elemosynam recipi, non esse comprehensum.

Propterea Sacra Congregatio E. E. ac R. R. DD. S. R. E. Card. Concil. Trident. interpretum, quæ auctoritate sibi per Apostolicam Sedem specialiter attributa sedulo curat, ne a Sacerdotibus circa celebrationem Sacrosancti Missæ Sacrificii, unde in nos uberrima Divinæ liberalitatis munera derivantur, avaritiæ labe ulla, aut suspicio contrahatur, antedictam assertionem mature examinavit: eademque prioris reprobatam sub die 25. Januarii 1659. censuit, nulli Sacerdoti licitum esse, præfata ratione, sive præterea, aliam elemosynam accipere, præter illam, quam accepit ab eo, pro quo Missam offerre tenetur: ac proinde casum hunc esse comprehensum in decretis alias per eandem Sacram Congregationem editis, quibus prohibetur, ne duplex stipendium pro unica recipiatur.

Quam Sac. Congr. Sententiam ad SS. DD. Alex. Papam VII. relatum, Sanctitas sua sub die 19. ejusdem mensis approbavit, & decretum publicari, atque ad Episcopos, & Generales Regularium Ordinum transmitti iussit: ut ipsi Doctrinam huiusmodi per suos Penitentiarios, & Confessarios, ac Lectores respective insinuari, doceri, atque in Tractatibus moralibus per eosdem imprimendos evulgari, pastoralis vigilantia curent: Publicatum die 27. Octobris 1659.

Et hoc etiam fuit expresse damnatum ab eodem Alexandro VII. in Decreto S. Inquisitionis die 24. Septembris 1665. in propositione in ordine S. ut sequitur: *Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licite accipere, applicando partem etiam specialissimum fructus ipsius celebranti correspondentem: idque post Decretum Urbani VII.*

Non potest recipi stipendium pro pluribus Sacrificiis, & unum solum Sacrificium offerre, ex eodem Alexandro VII. damnante hanc Propositionem in ordine decimam; *Non est contra iustitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, & Sacrificium unum offerre: Neque etiam est contra fidelitatem, etiam si promittam, promissione etiam iuramento firmata, dari stipendium, quod pro nullo alio offeram.*

Nec potest unica Missa satisfieri duplici obligationi, applicando uni fructum satisfactorium, & alteri impetratorium, prout respondit Sacra Congregatio Concilii ad sequens dubium; An Sacerdos, qui unum stipendium accepit pro celebratione Missæ v. g. pro Defuncto, & sic cum obligatione applicandi fructum satisfactorium, & aliud stipendium pro celebratione Missæ v. g. pro infirmo, & sic cum obligatione applicandi fructum impetratorium, possit unica Missa, utrique obligationi satisfacere, applicando Defuncto satisfactorium, & infirmo impetratorium? Anve hoc casu locum habeat Decretum secundum Sac. Congregat. Concil. de celebratione Missarum? Die 13. Decembris 1659. Sac. Congregat. E. E. ac R. R. DD. S. R. E. Card. Concil. Trident. interpretum respondit quoad primam partem, non posse satisfacere; quo vero ad secundam, habere locum.

Ex quibus manifeste patet, non posse Sacerdotem alicujus Congregationis unica Missa satisfacere duplici obligationi, quam habet applicandi Missam, & pro eo, a quo stipendium recepit, & pro Presbytero suæ Congregationis defuncto, quia ex sua conventionione, & lege Congregationis aequè strictè, obligat applicare pro isto, ac pro illo, a quo stipendium recepit, cum virtualiter etiam ab ipso censetur recepisse stipendium, & ratione juris acquisiti a defuncto in consimilibus applicationibus factis pro suis confratribus, dum adhuc in vivis agetet, & ratione juris, quod habet ipse ad paria suffragia, dum e vivis discesserit. Et sic pariformiter loquendum, & concludendum venit de Regularibus, qui nullatenus a quovis alio stipendium recipere possunt pro illis Missis, quas ex suis Constitutionibus, & præcepto sui Superioris tenentur applicare pro suis Religiosis defunctis. Sic enim ab omnibus est absolute tenendum, cum Alexander VII. die 29. Januarii 1659. consimilem sententiam Sacræ Congregationis

supra allatam approbaverit, & jussit publicari, & transmitti ad Episcopos, & Generales Regularium Ordinum, ut ipsi doctrinam huiusmodi per suos Penitentiarios, & Confessarios, ac Lectores respective insinuari, doceri, atque in tractatibus moralibus per eosdem imprimendos evulgari pastoralis vigilantia curarent, et sic fuit publicat. die 27. Octobris 1659.

Non potest Missa anticipare celebrari, & applicari pro eo, qui primo stipendium, seu elemosynam dederit, ex decisione de mandato Clementis VIII. facta a Sacra Congregatione Concilii die 15. Novembris 1605. & habetur expresse in d. decreto de celebratione Missarum.

Applicatio Missæ facta a Religioso subdito prævalet applicationi factæ a Superiore, & sic valet illa subditi, & non illa Superioris, licet subditus peccet graviter contra Obedientiam applicando contra intentionem Prælati, ut tradunt communis Doctores cum Paqualig. *quest. 183. Raynaudo scilicet. 2. par. 2. num. 3. Peyrin. tom. 1. de subdito cap. 8. unico. Suarez, &c.* Et ratio est, quia potestas applicandi Sacrificium recipitur in Collatione Ordinis, & a Christo Sacerdoti confertur, adeoque non potest ab ullo Christo inferiore limitari, ut non valeat applicatio a Sacerdote facta, cum talis actio cum omni suo fructu sub sit immediate ipsi dominio operantis, cuius intentionem non potest supplere, aut mutare Superior.

Vivens probabilis invalide applicat animabus Purgatorii omnes Missas pro se defuncto applicandas; *Lu Croix lib. 6. par. 2. num. 1334. Raynaud. ibi cit. & alii*: quia applicatio operis non est in potestate illius, pro quo confertur, sed pendet ab intentione operantis; Offerens autem, qui suo tempore offeret v. g. pro me, non offeret secundum hanc meam intentionem sibi incognitam, sed offeret, ut profici mihi, ideoque, si tunc mihi prodesse poterit, proderit: si autem mihi prodesse non poterit, & offerens non substituat aliam intentionem, a Deo distribuentur secundum interpretativam voluntatem offerentis, ut cum S. Thoma tenent Paqualig. *quest. 86. Raynaudus part. 1. num. 32. & alii multi.* Vide verb. *Suffragia n. 13.* & discurrere sicut ibi.

Episcopi, & Generales non possunt amplius reducere, & moderari Missas post Concilium Tridentinum receptas, Nec impositas in limine foundationis, quamvis ante Concilium. Ex supra adduct. decreto Sacræ Congregationis Concilii de celebratione Missarum edito de mandato Urbano VIII. 21. Junii 1625. & confirm. ab Innocent. XII. 23. Decembris 1697.

Poterit tamen Episcopus onera, & Missas reducere, ac moderari, si id sit ei concessum in fundatione Beneficii, ex *responsione ejusdem Sacræ Congreg. ad 1.*

Nec etiam possunt Episcopi, & Generales, & a fortiori ipsi Beneficiarii ex se Missas reducere, etiam si fructus fundi assignati deteriorati fuerint, & evaserint tenuiores sine propria culpa, quia ex eadem Sacra Congregatione pro talibus reductionibus est absolute, & omnino Sedes Apostolica, adeunda, ut patet ex præcis suis verbis in responsione ad hoc primum dubium: *Queritur, quid si legatum sit ita tenue, ut non sit, q. si velit onus illi injunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris totum, aut fere totum injunctum sit pro expensis ad id necessariis? Ad primum respondit: Et si legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra, impositi ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino e re esse judicaverit.*

Regulares nullimode possunt uti privilegio Julii II. Constituti. 7. & Leonis X. Constituti. 8. apud *Consuetum in Collect. privileg. titul. 19. de divinis Officiis cap. 3.* quo Generalibus Ordinum Mendicantium concedebatur facultas dispensandi cum suis Religiosis, ut celebratione unius Missæ cum novem collectis possent satisfacere pro novem Missis, etiam si particulariter de Requiem, vel de Sanctis essent celebrandæ. Nec parvas elemosynas acceptas pro Missis conjungere ad summam unius Julii, & per unam Missam omnibus satisficere, cum in supra laudato Decreto iussu Urbani VIII. & Innocentii XII. edito sint expresse revocata omnia huiusmodi privilegia, ut illud legenti patet.

Fientes celebrari ab aliis Missas minori elemosyna, quam ipsi receperint, & pro se ejusdem parte retenta, si sint Laici, incurrunt Excommunicationem Papæ reservatam,

tam, & si sint Sacerdotes, incurunt Suspensionem item, Papæ reservatam, quamvis Sacerdos, qui eas tali minori elemosyna celebrandas suscipit, expresse ad id consentiat; Sic novissime declaravit Bened. XIV. Const. incip. *Quanta cura*, quæ hic subnectitur.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis universis gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum Missæ Sacrificium non solum omni Religionis cultu, ac veneratione celebretur; verum etiam ut a tanti Sacrificii dignitate cujuslibet generis mercedum conditiones, pacta importuna, atque illiberales elemosynarum exactiones potius, quam postulationes, aliaque hujusmodi, quæ a simonia labe, vel certe a turpi quaestu non longe abint, e medio tollantur, nemo est ex Catholicæ fidei cultoribus, qui ignoret. Verum eoque tandem progressa est; sicut non sine ingenti cordis nostri mœrore undique accipimus, nonnullorum sive Ecclesiasticorum sive Laicorum virorum avaritia, quæ est idolorum servitus, ut elemosynas quidem, seu stipendia propter Missarum celebrationem juxta locorum consuetudines, vel Diœcesanarum Synodorum Sanctiones in subsidium alimentorum uniuersaliumque Sacerdotis duntaxat pro regionum opportunitatibus præscripta colligant, Missas vero celebrari curent alibi, ubi elemosynæ, seu stipendia vel consuetudine, vel Synodali lege pro singulis Missis attributa sunt minoris pretii, quam illic, ubi accipiuntur, darentur. Id quam absolum sit, atque alienum ab ipsa sive expressa, sive tacita pie offerentium voluntate, omnes plane intelligunt, nec aliter existimandum est; in illa enim potius Missas esse celebrandas quilibet vult, ad quam religionis, & pietatis stimulis ductus elemosynas confert, aut in qua quispiam fortasse tamulatus est, quam in alia Ecclesia sibi prorsus ignota. Quod sane veluti mercaturis faciendis a turpis lucri cupiditate inductum non solum ab avaritiæ suspitione & vitio, verum etiam a furti crimine, unde restitutioni subjacet, haud immune in causa est, ut bonorum quamplurimum, ad quorum notitiam mercatura hujusmodi venit, graviter offensi, ab elemosynis ad celebrandas Missas amplius offerendis sese abtineant. Execrabilem hujusmodi abulum alicubi sensim irrepentem detestantes Romani Pontifices Prædecessores nostri, de consilio tum Congregationis S. R. E. Cardinalium Universalis Inquisitionis contra hæreticorum pravitatem, tum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini interpretum decretum voluerunt, nimirum, a quolibet Sacerdote stipendio, seu elemosyna majoris pretii pro celebratione Missæ a quocumque accepta, non posse alteri Sacerdoti Missam hujusmodi celebraturo stipendium seu elemosynam minoris pretii erogari, etsi eidem Sacerdoti Missam celebranti, & consentienti se majoris pretii stipendium, seu elemosynam accepisse indicasset.

Ea propter Vos, Venerabiles Fratres, in Apostolici Ministerii, & sollicitudinis nostræ partem adicitos rogamus, & maxime pro Domino hortamur, ut custodientes vigilias super gregibus vestris incutimini, ne ea peccatis amplius pervagetur, sed ut penitus extinguatur, ab avaritia enim tamquam a radice mala omnia germinant, quam quidam appetentes erraverunt a fide, & inferuerunt se doloribus multis. Avaritia quidem nulla potior contagio, quæ conceptam apud omnes Sacerdotales dignitatis perfectionisque opinionem magis inficiat, evellatque. Avaritia opibus Deum posthabere, ac servare Mammonæ docens efficit, ut Avaritia hereditatem non habeat in regno Christi, & Dei, Quod si hæc in Laicis hominibus minime toleranda, atque adeo legibus coercenda, quid in Ecclesiasticis viris, qui terrenis rebus nuntium miserunt, qui in fortem Domini vocati, qui

Deo mancipati sunt? Quid, quod non per mundana lucra, sed per altaris ministerium tam sordide, & cum Sanctissimarum legum contemptu, & cum Sacerdotalis characteris dedecore in avaritiæ præcipiti animo rapiuntur; Contendite, Venerabiles Fratres, quibus Christi ovium cura demandata est, non solum ut verbo & exemplo præcipientes Christi sitis bonus odor in omni loco, unde pupuli vestigia vestra sequantur; verum etiam ut Ecclesiasticos primum, deinde Laicos viros ab insectis vitiorum pascuis averteat, per viam mandatorum Dei ad Cœlestis ovile currere doceatis.

Quoniam autem ita comparatum est, ut præsentis pœnæ metu salutaribus monitis facilis obtemperetur; per edictum in vestris Diœcesibus proponendum assignandumque Universis notum facite, quemcumque, qui elemosynas seu stipendia majoris pretii pro Missis celebrandis, quemadmodum locorum consuetudines, vel Synodalia Statuta exigunt, colligens, Missas, retenta sibi parte earumdem elemosynarum, seu stipendiorum acceptorum, sive ibidem, sive alibi, ut pro Missis celebrandis minor stipendia seu elemosynas, tribuantur; celebrari fecerit, Laicum quidem seu Sacerdotem, præter alias arbitrio vestro irrogandas pœnas, Excommunicationis pœnam, Clericum vero, sive quemcumque Sacerdotem pœnam Suspensionis ipso facto incurere; & a quibus nullus per alium, quam per nos ipsos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo constitutus absolvi possit. Fore autem in Domino confidimus, ut unusquisque memor conditionis suæ posthac bene consultum velit animæ suæ, nec tam salutaris leges, censuræque Ecclesiasticas parvipendat. Interea Fraternitatibus Vestris Apostolicam Benedictionem in populos etiam curæ vestræ commissos redundaturam peramanter impertimur.

Volimus autem, ut præsentium literarum transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in publico, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Anulo Piscatoris die 30. mensis Junii 1741. Pontificatus Nostri Anno Primo.

D. Card. Passioneus.

Indulta, quæ ab Apostolica Sede fuerunt concessa pro moderandis Missarum oneribus, non suffragari ad reducenda onera per contractum suscepta, resolvit *Sacra Cong. Conc. in Maceraten. Oneris Missarum 15. Novembris 1637. lib. 73. Decretor. pag. 636. in Montis Politiani 3. Sept. 1716. lib. 66. Decretor. pag. 429. in Romana Reductionis oneris Missar. 22. Martii 1732. & in alia Romana 28. Febr. & 18. Apr. 1733. in Faventina Oneris Missarum 27. Februarii 1734. in Florentina applicationis Missæ quotidiane 24. Julii 1734. in Nolana Reductionis Missar. 14. Martii 1739. ubi ad dubium, an sustineatur reductio Missarum in casu &c. respondit Negative & amplius: quia talis Missarum reductio fieri solet, & concedi solum quando agitur de Missarum onere per Legatum, non autem per contractum suscepto.*

Advertendum est pro intelligentia verborum Sacre Congregationis supra allati undecimi Decreti de celebratione Missarum, nempe: *Dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere, quod modicum tempus præcedebatur posse extendi ad duos, aut tres menses; Sed Sacra Congreg. Concil. 17. Julii 1655. sic expresse respondit: Cum in declarationis undecimi impressa super Decretis de celebratione Missarum celebrandarum permittatur receptio aliorum onerum Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere, hodie nonnulli Superiores Regulares pro conscientiarum, ut inquit, quiete demum quarant: An dictum modicum tempus celebrandi Missas reputetur tempus duorum, vel trium mensium? Sacra &c. respondit, modicum tempus intelligi infra mensem, lib. 19. Decretor. pag. 409. Sic refert, & tenet Cardin. Lambertin. deinde Summus Pontifex Benedictus XIV. vol. 3. notificat. 15. & instructione super elemosyna Missæ, & retentione alicujus partis pro mensibus.*

Mil-

19 Missarum reductio non conceditur, quoties pro eorum celebratione non fuit assignatus certus fundus, sed gravati fuerunt hæredes certam pecuniarum summam solvere; *Sacra Congreg. Concil. in Romana Reductionis oneris Missarum 22. Martii 1732. & in alia Romana Reductionis oneris Missarum 28. Febr. 1733. apud d. Thesaurum Resolutionum Sacre Congreg. Concilii in Florentina Applicationis Missæ quotidiane §. secundo.*

20 Missarum reductio non esse locum, si per contractum fuit eorum onus susceptum, sed agendum esse coram Iudice Ordinario, ut cognoscatur, num contractus ob læsionem, & injuriam sit recognoscendus, vel ad æquitate reducendus, pluries respondit *Sac. Congreg. Concil. & signanter in Bononiens. 1. Martii 1637. confirmat. 27. April. ejusdem anni. in Maceraten. 15. Novembris 1687. in Assisien. 23. April. 1701. in Recinaten. 9. Junii 1701. in Neapolitanens. 27. Janu. 1703. in Romana 19. April. 1704. in Sjina 10. Junii 1706. apud Monacell. tom. 4. supplement. ad 2. tomum. 466. Et speciatim agendo de Indultis, quæ a Sede Apostolica fuerunt concessa variis locorum Ordinariis, variisque Superioribus Regularibus pro moderandis Missarum oneribus, nequaquam eis suffragari ad reducenda onera per contractum suscepta, pluries resolvit *Eadem Sac. Congreg. Concil. & signanter in Macerat. Oneris Missarum 15. Novembris 1687. in Montis Politiani 3. Septembris 1716. in Romana Reductionis oneris Missarum 22. Martii 1732. & in alia Romana 28. Febr. 1733. & in Florentina Applicationis Missæ quotidiane 24. Julii 1734. in Nolana Reductionis Missarum 14. Martii 1739. ubi ad dubium: An sustineatur reductio Missarum in casu &c. Respondit; Negative, & amplius. Talis enim Missarum reductio fieri solet, & concedi solum quando agitur de Missarum onere per Legatum, non autem per contractum suscepto.**

21 Contrariam tamen sententiam complexa fuit eadem *Sacra Congreg. Concil. Congreg. die 1. Julii 1724. in una Ordinis B. Mariæ de Mercede, ubi præcise respondit; In reductio ab Indulto permessa comprehendit etiam onera per contractum acceptata; Eademque declarationem edidit die 19. Augusti ejusdem anni 1724. quo ad Patres Congreg. Reformate Sancti Bernardi, ut referunt in Thesaur. Resolutionum Sacre Congreg. Concil. tom. 6. in Romana Reductionis oneris Missarum 18. April. 1733. quamvis ibidem alia afferantur contrariæ resolutiones: Itaque, ut ibi dicitur, non satis certum est, quid Sac. Congreg. senserit circa interpretationem Indulti per se considerati, adeoque in dubiis pro hujusmodi interpretatione ad ipsam est recurrendum, quæ juxta diversas casuum circumstantias, diversas etiam solet edere resolutiones, ut videri potest in d. Thes. Ref. S. C. C. & signanter in Resolutionibus anni 1733. & 1739.*

22 An, & quando admittatur, vel denegetur pensatio Missarum, quæ ultra debitum numerum celebrata sunt, cum Missis deinceps celebrandis. Advertendum est, quod in Romana suspensionis oneribus, & reintegrations Elemosynæ Missarum ad seq. dubia:

1. An celebratio Missæ quotidiana pro Anima quondam Regidii Urfini de Vivariis intermittenda sit, quousque fructus locorum Montium pro hujusmodi celebratione assignatorum per eorum continuam investimentum ascendant ad annua scuta sexaginta, in casu &c.

2. An pro Missis hucusque celebratis, annua semper elemosyna scutorum sexaginta debita fuerit in casu &c. Et quatenus affirmative.

3. An ex eisdem fructibus locorum Montium ante omnia sit detrahenda, & perfolvenda tota illa pecuniarum summa, quæ pro reintegracione elemosynæ Missarum celebratarum ad istiusmodi annuam rationem sexaginta scutorum hæcenus desideratur, in casu &c.

Biblioth. Ferrar. Tom. V.

Sac. Congr. Conc. 21. Maji 1718. Respondit, Ad 1. Affirmative. Ad 2. & 3. Dilata.

Iterum proposita eadem causa pro resolutione duorum postremorum dubiorum; Ead. Sac. Congr. 3. Decemb. 1718. respondit; Dilata. Denuo reposita die 9. Maji 1719. respondit; Iterum proponatur, prout etiam respondit die 26. Augusti 1719. Ac iterum proposita die 11. Januarii 1721. non fuit resoluta; Nec etiam resoluta die 6. & 20. Decembris 1721. Et tandem reposita die 17. Januarii 1722. Eadem Sac. Congr. respondit: *Ad mentem, quod committatur Negotium Eminentiss. Præfetto.* Unde vide t. 1. *Thesauri Resolutionum S. Cong. Conc. pag. 185.* prout protant Venetiis apud Joannem Baptistam Recurti, ubi Summus Pontifex Benedictus XIV. tunc ejusdem Sac. Congr. Secretarius erudite suo more adducit pro similibus causis Decreta hinc inde merito ibi observanda; Et tom. 2. pag. 7. & seq. ubi adducit factum hujus causæ, & desuper scripta a D. Fiscalc Visitationis Apostolicæ, & a D. Advocato Corazza.

24 Quamvis census creati ad formam Bullæ S. Pii V. committerentur inter bona stabilia, seu veniant appellatione bonorum immobilium; Clement. *Exvi. §. Cumque annui redditus, de verbor. signific. Rota Recens. par. 4. t. 1. decis. 163. n. 4. p. 12. dec. 413. n. 72. & coram Emerix Jun. decis. 1147. n. 3. & in Romana Castri Turris 22. Martii 1706. §. Jun. coram Molines. & in Bonon. Censur. coram Folcario 29. Janu. 1723. Relata & secuta a Pitonio p. 3. discept. 102. n. 40. Card. de Luca de Censibus. *discurs. 17. n. 2. & seq. cum aliis ibi citatis, Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 44. n. 37. Cyriac. controrv. 219. n. 2. Panimoll. dec. 13. adnot. 2. n. 10. Monacell. t. 2. tit. 14. form. 5. n. 4. & plurimi alii a Rota, & a supradictis loc. citat. allegatis.* Et in specie quod sub legato stabiliam veniant census, Gabriel *cons. 14. n. 18. cum seq. lib. 2. Surdus de dis. 207. n. 34. Burat. dec. 574. n. 2. de Marin. resolut. 11. lib. 1. n. 4. Cencius q. 30. n. 8. Card. de Luca loc. cit. n. 4. & alii plures; unde propterea receptum est super censibus tamquam bonis stabilibus fructiferis ad formam Bullæ S. Pii V. imponi posse census, ex deductis per Cencium q. 31. n. 1. & seq. Leotardum de usuris q. 46. n. 13. Burat. dec. 913. n. 1. & 2. & Rotam p. 7. recent. dec. 235. ubi respondetur contrariis. Sic expresse Card. de Luca loc. cit. n. 3.**

Attamen quando agitur de pecunia retrahenda ex re alienanda cum mandato ut investitur in stabilibus, Sacra Congregat. non approbat investimentum in censibus pro celebratione Missarum; Unde in *Fundana 28. Februarii 1654. t. 19. pag. 319. censuit: Censur. non reputari bona stabilia ad effectum investendi pro celebratione Missarum, nisi in aliquo casu speciali, ut si stabilia post adhibitas debitas diligentias non reperiantur, ut fuit permittum post pestem in Civitate Neapolitana 13. Augusti 1658. Et ad dubium generale: An sit permittendum investimentum in censibus? Sacra Congreg. censuit, Recurrendum esse ad Sacra Congreg. in casibus particularibus, ut in cit. Fundana, & in Signina 2. Decemb. 1645. Et tunc conceditur cum cautelis, quod sint census tuti, & alii quoties cum fidejussore, & aliis cautelis. Sacra Congreg. Concil. in Faventina 8. Augusti 1671. Et in permutatione domus cum censu, cum pacto regressus, ac promissione perpetua exigibilitatis, in Faventina 8. Augusti 1693. & 12. Maji 1707. Sic expresse Emin. Card. Petra t. 5. comment. ad Constit. 5. Pauli II. sess. 5. n. 18. Et ead. Sacra Congreg. Concil. in Buzgi S. Domini 30. April. 1729. ad dub. An pro dote Beneficiorum, vel Capellanarum cum perpetuo onere Missarum erigendarum sint assignandi fructus terrarum fructiferarum, vel potius annui census? & ad alia dubia, inter quæ: An, & cujus expensis, si hereditas scilicet, vel Legatarum faciendæ sit erectio Beneficiorum? Respondit: *Assignanda esse tot bona stabilia hereditaria, quæ æstimata juxta morem regionis quotannis redderent in fructu annua scuta 60. monetæ Romana, tam pro elemosyna Missarum, quam pro expensis necessariis pro illarum celebratione, & erectionem esse faciendam expensis hereditatis. Sic apud tom. 4. fol. 283. Thesauri Resolutionum Sacre Congreg. Concil. nuperrime impressi Venetiis.**

Scienda venit Const. Benedict. XIII. incip. *Exponi Nobis* edita particulariter 14. Janu. 1727. in qua conceditur Fratribus Carmelitis antiquæ observantiæ Provincia Portugaliæ facultas, ut certis oneribus Missarum, quas celebrare non poterant, satisfacere valeant una Missa solemnè singulis mensibus in quibuslibet eorum Canoniis, dummodo hoc non transeat in exemplum.

Advertendum est quod elemosyna pro Missis perpetua 26. taxam.

taxanda est ad rationem sexaginta scutorum romanorum pro qualibet perpetua quotidiana, prout ad eam rationem reducendas esse jam concesserat Superioribus Regularibus pro suis respective Religionibus Innocentius XIII. cum expresso mandato ut in futurum onera Missarum perpetua, nisi ad supradictam rationem permitterent acceptari; & denuo concessit Monachis Cassinensibus Benedictus XIII. die 15. Julii 1724. ac etiam omnibus Episcopis, qui adfuerunt suo Concilio Romano celebrato An. 1725. ut patet in ipso tit. 15. c. 8. & refert etiam Card. Lambertini. postea Benedict. XIV. *volunt. 3. notif. 15.* ubi insuper refert, quod propositum in Sac. Congr. Concilii dubio: *An, & in qua quantitate elemosyna manualis agenda esset in Urbe?* *Kad. S. C. die 13. April. 1726.* respondit, *Nihil esse innovandum, & ad mentem; ac mens est, ut agatur cum Eminentissimo Vicario super observantia decretorum pertinentium ad uenientia, & ad non transmissiorem Missarum extra urbem.* Et elemosynam pro unaquaque Missa manuali non posse tradi minorem uno Julio, jam fuit expresse statutum de mandato Clementis XI. & id posuit ab Episcopis sepius resoluti S. C. Conc. ut videre est verb. *Elemosyna n. 65.*

28 Quo vero ad reductionem onerum Missarum, præter jam dicta, attendenda sunt etiam sequentia; ac primo notandum venit Decretum Sac. Congr. Concilii in Senogallien. „ Sacra Congreg. Concil. die 13. Junii 1626. in Senogal. censuit, secundum ea quæ proponuntur, Confratres Societatis Confulonis Sanctæ Virginis Mariæ nuncupatæ dell'In. cancellata, Terræ Corinaldi Senogallien. Diocesis, onus Missarum præteritarum supplere debere per alios Capellanos. De cætero vero non suscipienda esse onera nova Missarum, nisi sacra, vel alius Minister, Missarum numero describendo, atque elemosynis accipiendis pro tempore præficiendis, admonuerit singulos, qui elemosynas offerunt, tam magno Missarum numero celebrandarum, illorumque intentioni satisfieri non posse ipsâ Missarum celebratione, ac sacrificii applicatione, sed tamen eos participes fore Missarum, quæ singulis diebus in dicta Ecclesia, pro benefactoribus celebrantur. Id vero, ut commodius præstare valeant, loco, quo ponuntur elemosynæ, palam affigatur tabella, in qua eademmodum declaratio distincte, & clare descripta sit, adeo ut Sacrifista, vel Minister ut supra, accipiens oblationes præmittat declarationem, vel tabellam indicet Offerentibus; quibus cautionibus adhibitis, accipi tuto posse quascumque elemosynas. Sic in libro 13. *Decr. p. 22. & 23.* cui consonat aliud Decretum in *Lancian. 14. Novemb. ejusd. an. 1626. lib. 13. Decret. p. 142. a terg. & seq.* Ita refert Benedictus XIV. de Synodo Diocessana lib. 13. *cap. ultim. n. 12. impressiois Romane anni 1755.* ubi subdit, quoad id quod frequentius in praxi accidit, monendi nimirum pios offerentes per tabellam publice expositam, Missas, quæ celebrari nequiverunt in Ecclesia, vel ad Altare, ubi eas offerri oportuisset, ut eorum menti, ac peculiari devotioni satisfieret, vel tractu temporis celebratum iri, cum primum id fieri licebit, vel ad aliam Ecclesiam delegatum iri, inibi celebrandas, extat hæc de re ejusdem Congregationis Decretum, ut sequitur: *Sacra & c.* censuit, Missas, pro quibus usque in hanc diem receptæ fuerunt elemosynæ, esse quantocius in eadem Ecclesia, juxta oblatorum intentionem, celebrandas; in posterum vero novas elemosynas nullatenus recipi debere, nisi prævia expressa, & clara monitione, per Sacrifistam, seu per alium ipsi elemosynis recipiendis Præpositum, faciendam offerentibus, non posse tam magnum numerum Missarum in eadem Ecclesia, seu Altari confestim celebrari, sed quod vel tractu temporis ibidem, cum commode fieri poterit, vel in alia Ecclesia celebrantur. Id vero, ut facilius innotescat, loco ubi elemosynæ pro Missis offeruntur, affigendam esse tabellam, in qua præarrata admonitio dilucide descripta sit, adeo ut Sacrifista, vel præfatus Præpositus elemosynas colligendis, aut offerentibus, ut supra, expresse admoneat, vel tabellam indicet. Quod si nihilominus Christianifideles elemosynas elargiri voluerint, posse eas recipi, & Missarum celebrationi ad formam antedictæ monitionis, & diligenter, & quamprimum fieri posse, satisfaciendum. Die 8. Marti 1659. lib. 21. *Decretor. pag. 530. a terg. & seq.*

30 Et ibi demum 13. subiungit; Innituntur hujusmodi resolutiones, seu Decreta, Urbani VIII. Decretis, in quibus hæc leguntur: *Quavis onera suscepta infra modicum tempus*

adimpleri nequeant, si tamen tribuens elemosynam pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, ut illa tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit; Decretum non prohibere, quominus eo casu elemosyna accipiatur pro ipsâ Missa, juxta benefactoris consensum celebrandis. Ac insuper *ibid. n. 14.* superaddit ut sequitur: Neque silentio prætereundum est, quod cum singuli Sacerdotes Societatis Jesu singulis hebdomadis unam Missam celebrare teneantur juxta intentionem Præpositi Generalis, cui peculiaris reservata est facultas applicandi hujusmodi Missas, in ejusdem Societatis Congregatione Generali XII. habita anno 1682. editum fuit sequens Decretum, numero octavum: *Postularum ab ipso* (scilicet Præposito Generali) *item fuit, ut Congregatio definiret, sit ne Societatis menti consentaneum, Missas, quas singuli singulis hebdomadis jubentur ad intentionem Generalis celebrare, posse ita ab eo applicari, ut per illas satisfiat obligationi, quam alii quicumque susceperint, aut susceperunt, recipiendo elemosynas pro Missis celebrandis? Unanimi consensu responsum est, id non censendum deinceps Societati nostræ consentaneum, nec debere ulla ratione Præpositum Generalem Sacra, quæ a nobis celebrantur, ita applicare, ut quicumque tandem illi sint quidquam inde sibi, aut aliis lucrentur, seque, aut alios, ab onere, quod accepto stipendio, aut elemosyna, tunc, aut alias, vel ipsi, vel alii contraxerint, libros præsent.* Deinde sic ipse prosequitur. Congruit hoc Decretum communi regulæ, quæ jubet, ut qui elemosynam recepit, celebret, applicetque Missam pro offerente; ac semper, quoad fieri poterit, interclusum sit iter illi, qui omnia meditantur, ut & justissimæ huic legi, & piorum offerentium voluntati fraudem faciant. Cum autem Collegium quoddam memoratæ Societatis, quod scriptum fuerat heres adjecto onere habendi aliquot Capellanos amovibiles, qui pro testatoris anima singulis hebdomadis certam Missarum numerum offerrent per anni spatium, ex pura oblivione ab impositi oneris implemento cessasset, quæsitum fuit, an id, quod intermissum fuerat, suppleri posset per applicationem a Præposito Generali faciendam earum Missarum, quas supra diximus ab eo applicari posse; sed Cardinalis de Lugo *dub. 30. lib. 4. suorum Respons. Moral. respondit*, ac firmissimis rationibus defendit, id minime licere.

Missarum onera a Fundatoribus Beneficii præscripta non licet Episcopo diminueri, quoties fructus relictæ decrementum subjerint; non enim posse ab Episcopo reduci Missas semper tenuit Sacra Congregatio Concilii. Facultas vero ad hoc data in Concilio Tridentino *sess. 25. de Reform. c. 4.* ut Episcopi possent Missas in testamento, vel dispositione inter vivos assignatas reducere in Synodo Diocessana, & Generales Ordinum in suis capitulis generalibus, intelligitur tantummodo de oneribus Missarum impositis ante Concilium Tridentinum, & de reductione faciendâ in Diocessana Synodo, vel Capitulo proxime post expletum Concilium Tridentinum habendis, ut exposuit S. Congregatio. Idem Pontifex in *Tract. de Synod. Dioc. l. c. n. 18.*

31 Modo insuper non licet Episcopi & c. præstare in suis Synodis & c. quia id vetuit Urbanus VIII. & Innocentius XII. in sua Constitutione, de qua *ibid.*; ex vi quorum neque licet Episcopo reducere eadem onera antequam acceptentur ab iis, ad quos pertinet; ubi definitum est a Sac. Congregatione; *ibid. n. 19.*

32 Cum datur Episcopis facultas reducendi pia legata, & Missarum onera, adhuc tamen ex contextu totius dispensationis constat nihil illis concessum esse quoad reliqua legata, sed tantum quoad onera Missarum; *ibid. n. 22.*

33 Si aliqua dispositio Missarum onera, & alia pia opera comprehendat, & ob tenuitatem reddituum reductio aliqua faciendâ sit; reducenda esse prius reliqua opera, quam numerum Missarum censuit S. Congreg. *ibid. n. 23.* Quamquam hæc verba sunt, nisi ex toto contextu dispositionis alia fuisse mens fundatoris deprehenderetur. *Ibid.* At si Episcoporum auctoritas quoad hanc reductionem proflexerit ex ampliatione Indulti Concilii Romani sub Benedicto XIII. vel ex instructione quadam tradita a Sacra Congregatione, & res fuerit, ut vel numerum Missarum, vel alia opera pia sint imminuenda, tunc præstat recurrere ad Sac. Congregationem Concilii. *Ibid. num. 24.*

34 Insuper ex vi concessionis prædictæ non possunt redigi Missæ, quarum celebrationi Ecclesia & c. per contractum celebrat obtrixit, hoc enim cavetur expressis verbis in præmemorata Constitutione? *Ibid. n. 25.*

Porro

39 Porro pro regula reducendi Missas laudatus Pontifex *l. cit. num. 22.* tradit sequentia; Juxta theoricam Felini *in cap. Super literis, de rescriptis*, quam optime illustratam videre est ab olim Congregationis Secretario de Vecchis in suo voto impresso apud Crispin. *in Visitatione Pastoralis p. 2. §. 18. n. 6.* & a qua nihil deflectere debet Episcopus, quoniam in ipsâ etiam Instructione, per Congregationem transmissi solita, cum alicui facultas conceditur reducendi Missarum onera, eadem pro regula præscribitur; ut ex sequentibus verbis apparet: *Quomodo autem se gerere debeat in executione quoad legata taxative, vel demonstrative concepta, Sanctitas Sua Ampliudini tuæ notificandum fuisse, quod, manura pensatis, ac perlectis dispositionibus, & fundationibus quibuscumque, quibus præfata Missarum onera annexa reperiuntur (exceptis instrumentis, seu contractibus, super quibus manus apponere non debeat, nisi in casu judicialis instantiæ pro illorum remissione, titulo lesionis illa legata, seu fundationes, erunt taxative conceptæ, si fundatores legando, aut aliquo modo disponendo, orationem, seu dispositionem prius inchoaverint ab assignatione fundi, & subinde Missarum onus adfuerint, & hoc casu hujusmodi onera, ad rationem elemosynæ manualis, ut supra moderari possit; Secus vero si fundatores orationem, seu dispositionem inceperint ab impositione oneris, & subinde fundum assignaverint; tunc enim onus dicitur demonstrative conceptum, ac fundatores heredes per Ampliudinem tuam cogendi sunt ad perpetuam dicti oneris mantentionem, & ad suppleendam summam deficientem, tam pro præterito quam pro futuro tempore.*

40 Prosequitur ultra laudatus Pontifex *ibid. sub num. 23.* sic: Si autem pius testator jubeat, suum heredem dare legatario, non fundi redditus, sed fundum ipsum, ut ex fructibus inde obvenientibus Missarum celebrandarum stipendia desumat, ad nihil ultra cogitur heres, quam ad ipsum fundum, seu bona legata extradenda; nec potest ulla ratione urgeri, ut suppleat quod succedentibus temporibus ad integrum, absolutumque Missarum oneris implementum deesse contingat, veluti fufius demonstrat Pasqualis, *de Sacrificio novæ Legis, q. 1026. n. 3.* confirmatque Rota *dec. 433. per totum coram Cæro.* Heres quippe id tantummodo præstare debet, quod ei demandatum est a testatore. Quod si progrediente tempore traditi fundi redditus imminuantur, ad Legatarium pertinet, omisso herede, ad Legitimum Superiorem instare pro oneris reductione; ad eamque obtinendam, docere, tum de obveniente sibi damno, tum de reddituum imminutione, cui ipse propria culpa causam non dederit, tum denique offendere, integrum sibi non esse urgere heredem, ut præstet id, quod deest, & competum est, ad hoc ut pia testatoris voluntati cumulate satisfiat. Legimus, & sedulo quidem, vota Præfatus Alтовитi, qui per plures annos magna cum sui nominis laude munus Secretarii Congregationis Concilii sustinuit, & cujus sententiæ, ac judicio ipsa quoque Congregatio in variis causis discutendis, ac definiendis plurimum detulit; ibique agnovimus superius allatam distinctionem pro norma propositam, & solide assertam. Ita in quodam illius voto elucidato in in causa *Firmana Reductionis Missarum* proposita die 25. Augusti 1686. hæc habentur: *Ubi legatur species, per heredem assignanda legatario, si ista perest, vel diminuat, postquam fuit assignata, peremptio, & diminutio hujusmodi cedit damno Legatarii, neque heres ad aliud quidpiam tenetur: Si vero percat, vel diminuat penes heredem, antequam Legatario tradatur, peremptio, & diminutio cedit damno heredis, qui proinde tenetur supplere.* Atque alio in voto exarato in causa *Brixen.* proposita 1. Decembr. 1685. postquam pro regula posuerat, in dubio existimandum esse, fundum demonstrative, non autem taxative designatum fuisse, ita pergit: *Attamen hæc regula procedit, vel quando fuit legata a quantitate, vel quando fuit legata res in genere, vel quando fuit legata res in specie, quæ remanet penes heredem habentem onus curandi celebrationem: vel quando res legata fuit ab herede assignata legatario, non quidem ex præcepto testatoris, sed ex propria voluntate, & ad effectum tantummodo sui eximendi a præfato onere curandi celebrationem. At secus est, quando testator gravavit heredem ad tradendam legatario rem Legatam, & eidem Legatario injunxit onus curandi celebrationem: hoc enim casu heres assignata legatario res legata, liberatur, & eventiente casu, quo illius annuus redditus evadat impari oneri Missarum, non tenetur supplere.* Consulto autem superius diximus, immunitatem heredem fieri ab onere præstandi supplementi, si morem gesserit testatori, qui jussit, de

Biblioth. Ferrar. Tom. K.

signatum fundum tradi legatario: nam si testator mandasset ut legatario tot præstare fructus, quot latis essent ad injunctam Missarum celebrationem, quantumvis heres bona stabilia reditus satis idonei semel tradidisset, attamen supplementi onus declinare non posset, si forte subinde contingeret, ut ob subiectum fructuum immunitatem, vel ob augmentum taxæ, traditi fundi redditus imposito oneri sustinendo impares evaderent: uti subdit idem Præfatus Alтовитus in voto, quod ipse conscripsit: & Congregatio probavit in quadam causa *Lucana Reductionis Missarum* proposita 15. Decembr. 1685. „ Quando enim testator mandat ab herede, suo consignari tot bona, quorum redditus sufficienter pro celebratione certo numero Missarum, tunc dicitur legata species, quæ stat in obligatione taxative, cui satisfit per consignationem; Quanto vero mandat consignari tot fructus, qui sufficienter pro dicta celebratione, tunc dicitur legatum genus, & fructus sufficientes sunt in obligatione demonstrative: Unde licet heres assignet tota bona, quorum redditus de tempore assignationis sufficienter, attamen illis perceptibus, vel ad minorem quantitatem reductis, tenetur heres supplere ex redditu aliorum bonorum.

Deinde *ibidem sub num. 34.* idem Pontifex distendens de taxatione Missarum elemosynæ in qualibet recte ordinata Diocesi constituta, vel constitutenda tum pro Missis perpetuis, tum pro Missis manualibus, ita subiungit; Si autem pro elemosyna Missæ cantata nulla extat synodalis taxatio, aderit tamen, vel certe adesse debet in unaquaque Diocesi recepta quadam consuetudo, ad cuius normam elemosynæ quantitas determinetur. Qui perpetuas Missas reducunt vigore facultatum sibi indultarum per viam ampliationis Concilii Romani, Missarum reductionem ita componant, ut pro quotidiana Missa perpetua annuam statuatur elemosynam sexaginta scutorum monetæ Romanæ. *Enamque Missam perpetuam moderari valeat, & reducere ad rationem scutorum sexaginta monetæ Romanæ pro qualibet.* Cum autem inter Missas reducendas r. p. r. t. x. sint Missæ cum cantu celebrandæ, Congregatio Concilii in Causa *Romana 3. Februarii 1725.* ita provide rescripsit, uti videri et *lib. 75. Decretorum pagin. 75. a tergo.* & sequent. *Sacra Congregatio & c. censuit quoad Missas cantatas, quæ habent redditus sufficientes ad rationem elemosynæ currentis pro Missa cantata, juxta morem regionis, & cujusvisque Diocesis, in qua sit sunt conventus, esse omnino celebrandas, juxta præscripta in Legatis, seu fundationibus: Quo vero ad alias Missas cantatas, quæ non habent redditus sufficientes, ut supra, juxta morem cujusvisque Diocesis, faciendam esse illarum reductionem in unoquoque conventu ad eum numerum, qui celebrari poterit, habita ratione reddituum a ilibet legato, seu fundationi assignatorum, & supradictæ elemosynæ de presenti vigentis in unaquaque Diocesi pro Missis cantatis: factaque modo præmissa reductione, quicquid ex redditibus cuicumque legato, seu fundationi assignatis superavit, erogandum esse in celebrationem tot Missarum lectarum, & tam Missas cantatas reductas, quam lectas, esse collectivè applicandas pro animabus, & juxta intentionem eorum, qui Missas cantatas reliquerunt.* Verum, quia nonnulla reperiuntur onera Missarum cum cantu celebrandarum, quibus aliud adnexum est onus, ut aliquot præterea celebrentur Missæ privatæ, seu lectæ; ideo, proposita quaestione, quanam adhibenda esset methodus in reductione peragenda, ubi elemosyna pro Missis cantatis addicta magnam relictorum fructuum partem absorberet, eadem Congregatio die 4. Augusti memorati anni rescripsit: *Sacra Congregatio censuit, quando aliquod legatum est complexivum Missæ cantatæ, & Missarum lectarum, tunc omnes legati redditus, si non sufficienter pro utroque onere adimplendo, erogandos esse in celebrationem tot Missarum lectarum delicto onere Missæ cantatæ, uti videre est lib. 75. Decretor. pagin. 431. a terg.* Insuper cum reductio fit in vim præmemoratæ Concilii Romani ampliationis, magna quoque animadversione dignum occurrit aliud, quod in concessis facultatibus continetur: nimirum ut remitti, seu condonari possint Missæ retroacto tempore nec celebratæ, nec applicatæ, hæc tamen adjuncta lege, ut infra octavam Commemorationis omnium fidelium defunctorum singulis annis anniversarium celebretur in expiationem animarum illorum, pro quibus, ex lege perpetuarum fundationum, offerri, et applicari debuissent memorata Sacrificia præcedenti tempore omnia: *Ab hætenus omnia Missarum perpetuarum celebratione misericorditer absolvet, & c. Uno die infra octavam Commemorationis omnium fidelium de-*

I 2 functo

functorum unum annuo ersarium, in tabella onerum Monasteriorum describendum, celebretur, & applicetur pro animabus illorum, pro quibus præfata Missæ perpetua erant celebranda, & applicanda, & hactenus non fuerunt celebrata, & applicata.

Denique ibid. num. 35. concludit, ut sequitur: Cum vero Missarum perpetuarum reductio, ob insufficientiam redditum, ab Episcopo sit vigore facultatum in sæpe dicta instructione contentarum, tunc reductio componi debet ad manualem, ut inquit; nimirum statuendum est, ut tot in posterum celebrentur Missæ, quot celebrari possunt, non quidem constituta pro iis elemosyna ad eam mensuram, qua Missarum perpetuarum elemosyna in Concilio Romani indulto taxatur, sed juxta eam quantitatem quæ vel ex Synodali taxatione, vel ex recepta regionis consuetudine præstatur pro singulis Missis, quos Fideles dietim, ad manus tradita Sacerdotibus elemosyna, celebrari curant; juxta proportionatam cuiuscumque legati redditum quantitatem, ad rationem elemosynæ manualis, inspecto regionis more, pro suo arbitrio, & conscientia, reducere, ac moderari possit, & valeat; idque etiam faciendum decernitur, quamvis ea esset præ dispositionis forma, ut vel expresse, vel tacite impositum præferret onus supplendi redditus casu aliquo imminutos; si, opportunis adhibitis diligentis, vel hæredes ad id obstricti, vel bona ab ipso fundatore provenientia reperiri non possint: In casu vero, quo factis iudicialibus, & possibilibus diligentis, etiam per editum sub pena censuræ, vel hæredes cogendi, vel fundatorum bona non reperiantur, aut fundationes ipsæ haberi nequeant, tunc onera ipsa ad eandem rationem elemosynæ manualis reducere possit. Huiusmodi autem reductioni peractæ, & absolutæ, nulla alia adiungitur clausula, præter hanc unam: Quod si redditus augetur, augeri quoque debeat Missarum numerus. Denique has omnes reductiones aggredi, & perficere potest Episcopus, non solum, dum Sacra instituta visitatione, Diocesim perlustrat, sed etiam cum ab ea cessaverit; tam in acti visitationis, quam extra, ut habent ipsa instructionis verba. Quærit tandem Pasqualig. de Sacrificio novæ legis quæst. 182. an Episcopus, qui ab Apostolica Sede obtinuit facultatem reducendi Missas sine Diocesis, possit etiam reducere perpetua Missarum onera Regularibus in eadem Diocesi commorantibus imposita; idque eidem licere non dubitat quotiescumque Regulares ipsi hac in re illius delegatam auctoritatem implorant, neque id putat, aut ipsorum Regularium exemptionem, aut Sanctæ Sedis iura ullo modo lædere. Possunt in hoc se subicere, neque præjudicant Romanæ Sedis, quia possunt se subicere cum consensu eiusdem Romanæ Sedis. Dum autem Pontifex concedit Episcopo, ut possit reducere onera Missarum suæ Diocesis, concedit etiam implicitè, quod Regulares Diocesis possint se subicere Episcopo in ordine ad obtinendam red. uti nem; Hucusque ad litteram laudatus Pontifex loco citato.

* Sacerdotes Missam cum Episcopo celebrantes Elemosynam pro Sacrificio illo accipere minime valent, quia dans elemosynam petit Missam modo consueto. De Sacrif. Missarum lib. 3. c. 16. §. 10.

Si Superior Sacerdoti præceperit, ut Missam certo alicui applicet at ille pro alio offerat, reus est quidem Sacerdos inobedientiæ, sed applicatio a Sacerdotis voluntate pendet, cum ille sit minister, & dispensator sui Sacrificii. Ibid. §. 4.

Cum is qui elemosynam contulit pro Missa celebranda præscriperit etiam tempus ob causam, quæ differri non possit, Sacerdos non servans illud tempus, deest obligationi suæ, ac tenetur elemosynam restituere. Ib. c. 9. §. 6.

Sacerdos onus habens Missæ quotidianæ, unicam tantum Missam applicare cogitur in Festo Natalis Domini. An vero Parochus itidem teneatur tres ejus diei Missas pro populo applicare, nunquam decisum a Sacra Congregatione reperitur, tenetur tamen ut obviet scandalo tres ea die Missas celebrare. Ibid. §. 9.

Elemosyna pro Missis a Regularibus celebrandis in eorum Ecclesiis, taxanda est ab Ordinario loci, ut ex Decreto Sac. Congregat. Inst. Eccles. 56. §. 10.

Missarum elemosynam ultra quantitatem ab Episcopo taxatam exigere non possunt Sacerdotes tam sæculares, quam Regulares; nam debet dari quædam proportio inter id quod datur, & id quod accipitur; hanc autem proportionem definire ad Episcopum spectat; quare justitiam commutativam lædit ille Sacerdos, qui plus exigeret. Potest tamen dans ultro plus dare, & petens minus accipere, quamquam fieri possit

fit, uti aliquando prohibeatur Sacerdos minus accipere, ne introducat hinc consuetudo minus dandi in præjudicium aliorum. Hæc omnia late in Synodo Diocæsana lib. 5. cap. 2. & id quod postremo dixi, confirmat ex Decreto Congregationis Concilii lato in una S. Severini die 16. Julii 1639.

Vetitum est accipere novas Missarum elemosynas iis, qui veteres habent satisfaciendas, dummodo, ut legitur in Decreto Urbani VIII. infra modicum tempus non possit omnibus satisfieri. Modicum tempus definiit Sacra Congregatio Concilii esse unum mensuram. De Sacrif. Miss. lib. 3. cap. 24. §. 14.

Alia ad rem, vide in Tomo 8. Resolutiones Sac. Congregat. Concilii sub num. 30. 41. 157. 160. 284. *

Novæ additiones ex aliena manu.

DE cessatione, diminutione, reductione, tum augmento oneris Missarum paucis est hic disserendum. Ad cessationem quod attinet, queri solet, An deficientibus fructibus jam assignatis pro Missis, celsat obligatio celebrandi? Videndum autem, an defecerint culpa Legatarii, nec ne. Si defecerint culpa Legatarii, non est quod cessare possit obligatio celebrandi; Sin autem citra Legatarii culpam defecerint, celsat utique celebrandi obligatio; Perez de Anvers. & Capellan. lib. 1. cap. 15. num. 8. & seq. alioque cumulans Pasqualig. de Sacrific. Miss. tom. 2. quæst. 1075. n. 1. & 2.

At nota primo, quod si defecerint fructus, non culpa Communitatis, cui Legatum Missarum relictum est, sed ejus, qui ipsi præest, celsat adhuc obligatio celebrandi, secundum Pasqualig. loc. cit. n. 8. At opinio hæc non omnis expertis est difficultatis.

Nota secundo, quod si fructus existant, sed exigi nequeant, idem est ac si defecerint, dummodo tamen Legatarius omnem adhibeat diligentiam pro exactione; idem Auctor ubi supra num. 7.

Nota demum, quod si ad tempus deficient fructus, ad tempus cessat quoque obligatio celebrandi; mox laudatus Auctor eod. loc. n. 6.

Quod vero concernit diminutionem, questio etiam est, an diminutis fructibus, diminuendum quoque sit onus Missarum? Ea semper mihi arctis distinctio, ut diminuendum haud sit onus Missarum, si non obstante diminutione consuetum remaneat stipendium pro Missis perpetuis; diminuendum vero sit, si hoc stipendium minime remaneat; Tamburin. de Sacrific. Miss. cap. 1. §. 3. n. 90. & sequent. ubi tamen quod non itam minuendus est numerus Missarum, sed unus cum alio anno compendiandus; Arvarad. de consuetud. Ment. Defunct. lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 37.

Nun autem id ipsum locum habeat quoad Exequutores? Rappondeo (inquit Pasqualig. qu. 1076. n. 8.) quod si sint puri Exequutores, & nulli, ita ut nil commodi percipere inde possint, debent curare, ut celebretur præcisus numerus Missarum præscriptus, quousque reperitur qui celebrare velit contentis fructibus legati, qui supersunt. Quod si non reperiant, celebrari curabunt illum numerum Missarum, pro quo sufficit provenit. Si autem sint Exequutores mixti, seu veri Legatarii, ita ut cedat in commodum ipsorum quod supersit ab executione operis injuncti, nec teneantur exhibere pro celebratione aliquid ultra consuetum stipendium Missarum manualium, credere non juxta diminutionem proventuum Legati minui posse etiam Missarum numerum.

Disputari & hic solet, An in diminutione Missarum requiratur auctoritas Sedis Apostolicæ? Resolutio autem huius questionis inde pendere videtur; An diminutio sit reductio? Nam ut recte monet Auctor ex Decreto de celebratione Missarum §. 1. reductio est S. Sedi reservata. Teneat autem Pasqualig. quæst. 1077. per tot. differre diminutionem a reductio, adeoque in ea non requiri auctoritatem S. Sedis. An semper diminutio differat a reductio, Si enim petatur reductio, quia stipendium evasit incongruum oneri Missarum, ut peti potest juxta ipsum Pasqualig. quæst. 1173., in nihilo videtur differre diminutio a reductio. Et propterea, si & in hac reductio requiritur auctoritas Sedis Apostolicæ, requiritur etiam in diminutione.

De reductioe ut aliquid dicamus, duplici ex causa deveniri ad eam potest. Prima est, ut mox innuimus, incongruitas stipendii cum onere. Quando autem hæc causâ dicatur

adelsæ, tradit Pasqualig. dict. quæst. 1178. n. 3. Altera est impossibilitas adimplendi omnia Missarum onera, puta quia existunt etiamnum redditus pro Missis assignati, sed Mopasterium nequit amplius alere tot Sacerdotes, quot prius alebat. Et hoc in casu differentia intercedit diminutionem inter, & reductionem. De hac altera causâ etiam disserit Pasqualig. loco citato n. 4. & plur. sequent. Sed an altera hæc causâ semper sit admittenda, dubitari potest.

In reductioe vero Missarum semper stabilienda est commemoratio illorum defunctorum, in quorum favorem onera erant adimplenda; Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 4. de Reformat. Hæc autem commemoratio potest consistere, vel in celebratione unius, aut plurium Missarum, vel in recitatione collectarum, aliarumve precum, vel in solo Memento post consecrationem; Fraxinell. de obligat. Sacerdot. sess. 7. §. 5. n. 17. Tamburin. de Sacrific. Miss. lib. 3. cap. 1. §. 2. n. 5. in fine.

De reductioe qui plura scire cupiat, adeat Pasqualig. a quæst. 1163. ad quæst. 1191.

Quando denum auctis fructibus legatis pro Missis augeri quoque debeat numerus Missarum, non conveniunt Doctores. At vide, si lubet, qui diversas asserunt opiniones, tuamque simul proponit, Pasqualig. qu. 1078. per tot.

ARTICULUS III.

Missæ quoad obligationem, quam habent eam applicandi Parochi, & Beneficiati.

OMNES Parochi Jure Divino tenentur applicare Sacrificium Missæ pro suis Parochianis, cum hæc tamen distinctio, quod illi, qui habent pingues redditus, tenentur applicare quotidie; & illi, qui habent redditus, tenues, saltem diebus Festivis, & tunc nequeant illam applicare pro se, nec pro aliis gratis, & multo minus pro stipendio, ut deducitur in primis ex Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 1. sic expresse dicente: Cum præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre &c. ubi nota, quod non dicit Concil. coram illis offerre, scilicet ut audiant, sed dicit ut illis offerre, id est applicare, adeoque ex Concilio clare constat, Parochos omnes teneri Jure Divino applicare Missam pro ovis suis. Et licet Concilium non exprimat quoties Parochi teneantur applicare Missam pro suis ovis, habetur tamen ex pluribus declarationibus Sacræ Congreg. ejusdem Concilii, & ex Confirmatione Innocentii XII. quæ ut omnibus constat, hic ad litteram subnectuntur.

In Lucana.

Cum præcepto Divino iis, quibus animarum cura commissa est, mandatum sit pro ovis suis sacrificium offerre, sæpe alias Sac. Congreg. Concil. censuit, Parochos teneri pro Parochianis sacrificium applicare, atque ea cum distinctio, ut si redditus pingues sint, singulis diebus, si vero tenues, saltem diebus Festivis. Idem nunc censet quoad Parochos istius Civitatis, & Diocesis, hoc insuper addens ut detrectantes E. V. pro suo Pastoralis zelo compellere non gravetur. Hanc Sac. Congr. sententiam E. V. significo, eique manus humillime deosculor. Romæ 10. Maii 1631.

Humillimus, & addictissimus Servus

Fr. Cardinalis Columna.

Stephanus Archiepiscopus Brancianus Sacræ Congr. Secret.

Sic pariter jam fuit declaratum in una Civitatis Castellane 26. Augusti 1628. in una Hydruntina 13. Febr. 1639. in una Romana 17. Julii 1670. & iterum in una Mileton. 10. Maii 1692. & 7. Junii ejusdem anni in respon. ad quartum, & in una Cremonen. 20. Decemb. 1692. In quarum causarum tertia propositione, in qua recursum habuit Archipresbyter Kotarni a Decreto Episcopi, quo adstringebatur ad applicandum Sacrificium pro populo in omnibus Dominicis, & Fe-

stis diebus, & partibus informantibus propositum fuit dubium: An Decretum Episcopi super applicatione Sacrificii pro populo omnibus Dominicis, & Festivis diebus sit observandum? & responsum fuit Affirmative.

Quia vero adhuc aliqui Parochi dubitabant, an vi Concil. Trident. & prætorum Decretorum tenerentur Missam applicare pro suis ovis etiam illi, qui ita tenues habent redditus, ut inde nec congruam habeant? Ead. Sac. Congr. 10. Martii 1692. respondit etiam hos teneri, ita ut dictis diebus aliud stipendium, vel elemosynam pro Missa accipere non possint, sive habeant congruam, sive non, ut patet ex præcis verbis Decreti pro majori robore, et inviolabili observantia ab Innoc. XII. specialiter confirmati 24. Aprilis 1699. per sequentem suam Constitutionem.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

UPER a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum emanavit super quodam dubio pro parte Venerabilis Fratris moderni Episcopi Pistoriensis, et Pratenfis, Congregationi hujusmodi proposito, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Cum Parochi Ecclesiarum Pistorien. et Praten. inter varias opiniones Doctorum involuti, negligant in dies celebrationis, et respectivè applicationem Sacrificii pro populo juxta dispositionem Sacrorum Canonum, et Concilii Tridentini; Episcopus ad consulendum, nedum propriæ, verum etiam dictorum Parochorum conscientia, supplicat declarari, an dicti Parochi teneantur omnibus diebus Festivis applicare Sacrificium, pro populo, sive habeant congruam, sive non? Die 14. Febr. 1699. S. Cong. Eminen. S. R. E. Cardinal. Concil. Trid. Interpretum censuit dandas esse resolutiones, aliâ hac de re editas et signanter in nullius Nonantulanæ Eminen. Abbati 30. Augusti 1689. tenoris, ut infra: Cum præcepto Divino iis quibus Animarum cura commissa est, mandatum sit pro ovis suis sacrificium offerre, sæpe alias Sacra Congregat. Concilii censuit, Parochos teneri pro Parochianis sacrificium applicare, et præcipue in dubio applicationis Sacrificii pro populo, et respectivè resolutio sub die 10. Maii 1692. his præcis verbis concepto: An Parochus Missam celebrare teneatur, et sacrificium applicare pro Parochianis in diebus Dominicis, et Festivis sive habeat congruam, sive non? Sac. Congreg. juxta alias declarationes censuit teneri, nec posse eidem diebus aliam elemosynam recipere, ac proinde idem nunc respondendum esse censuerunt Eminentiissimi Patres quoad Parochos Nonantulanæ Diocesis, addentes insuper, quod E. V. pro suo Pastoralis Zelo, detrectantes Parochos compellere non gravetur &c.

J. Cardinalis Sacripantes Præfectus.

Loco * Sigilli.

Cum autem, sicut dictus Episcopus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius consistat, & servetur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret; Nos specialem ipsi Episcopo gratiam facere volentes, eumque a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore cientes: supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum Auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congr. Cardinalium: Decernentes eandem præsentis Litterarum, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenariis, & integros effectus sortiri, et obtinere: illis, ad quos spectat

spectat, et pro tempore, quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, et ab eis re-
spective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per
quocumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam cau-
saram Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri
debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quo-
quam quis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et ordina-
tionibus, Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscum-
que.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub an-
nulo Piscatoris die 24. Aprilis 1699. Pontificatus nostri
anno octavo.

J. Fr. Cardin. Albanus.

Cum autem in hac Constitutione jubeat Pontifex, sic in
7 præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et delegatos,
etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et de-
finiri debere, et declarat irritum, et inane, si secus super his
a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tengerit attentari, sequitur manifeste, Parochos sic strictissi-
me esse obligatos uti etiam ex post pluries a Sac. Congr.
Concilii fuit resolutum, præsertim in Pampilonen. 18. No-
vembr. 1702. & 31. Maii 1704. & in Camerinen. 28. Junii
2704. ut refert Merati tom. 1. fol. 331. sub num. 3. ubi plura
habet ad rem. Unde omnino est sic semper tenendum, nul-
la habita ratione ad tenuitatem congruæ Parochorum, quia
excusatio ista fuit semper rejecta, et signanter in Narnien-
si ubi cum nonnulli Parochi illius Diocesis, qui nisi tenuissimam
congruam pœne scutorum viginti, aut triginta non habent,
recursum habuissent ad Sac. Congregat. pro aliqua dictorum
Decretorum moderatione, et exposuissent, a Parochianis
tamquam miserabilioribus congruam augeri non posse, &
quod congruæ alimentariæ nunquam derogatum censetur,
quia qui Altari servit, de Altari vivere debet, et Bovi tri-
turanti os claudendum non est; et ideo aliqua mitiori provi-
sione cum ipsis indulgendum esse postularent, ne Parochia-
les illæ, et cultus Divinus deferrentur, aut cogentur face-
re, quod non decet, adhuc prodit rescriptum, quod ser-
vare deberent decretum emanatum in d. Nonantulana. Sic
sibi significatum fuisse de mente Julii 1711, ab Episcopo il-
lius Civitatis refert Monacell. tom. 4. in Supplem. ad 7. t.
num. 21. Ratio autem horum Decretorum est, quia Parochus,
non ratione sustentationis, sed ratione Officii, tenetur Sacri-
ficium pro populo applicare; Nam sicuti, qui ducit uxorem
pauperem sine ulla, vel parva dote, se excusare non po-
test, nec se subtrahere ab oneribus Matrimonii, ut docent
communiter Doctores, ita qui acceptat Parochiam exilis re-
ditus, tenetur onera Parocho injuncta adimplere: argumen-
tum etenim a Matrimonio carnali ad spirituale optime con-
cludit, cum pari passu ambulent, & Parochus sibi imputa-
re debet, si sponsam pauperem accepit, ut perdoctus
tenet Pirhing. in Jus Canonic. lib. 3. tit. 23. num. 19. Immo
ut refert, & tenet Urfaya Instit. crim. lib. 1. tit. 10. §. 3.
9 num. 137. ubi est consuetudo, quod Parochi celebrent ad
benedictiones nuptiales impertiendas, & pro sepeliendis mor-
tuis, non possunt ipsis diebus pro eadem Missa elemosinam
accipere. Sac. Congregat. in Civitate Castellæ 8. Augusti 1648.
lib. 18. decr. fol. 476. in Aretin. 28. Aprilis 1629. lib. 14.
decret. fol. 78. & in Fanen. 1. Septembr. 1622. lib. 14. de-
cret. fol. 153.

10 Ne vero a scrupulosis dubitetur, an sui reditus sint pingues
vel tenues, & sic an obligentur applicare quotidie, vel so-
lum diebus Festivis? Notandum, & sciendum est, quod il-
li Parochi dicuntur habere reditus pingues, & sic obligati ad
quotidie celebrandum pro ovibus suis, qui habent tales, ac
tantos reditus, ut ex iis possint honeste juxta suam qualitatem,
consuetudinis considerandis, sufficientissime se sustentare, licet
ultra honestam suam sustentationem parum, aut nihil super-
flui remaneat. Illi autem censentur habere reditus tenues,
& consequenter obligati applicare pro suis ovibus solum die-
bus Festivis, qui ex iis non possunt se sufficienter, et honeste
sustentare juxta suam qualitatem. Sic communiter Do-
ctores.

11 Nunc autem circa prædicta attendenda est sequens novis-
sima dispositio Benedicti XIV.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis,
Episcopis, cunctisque locorum Ordinariis per Italianam
constitutis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam
Benedictionem.

CUM semper oblatas Nobis occasiones Apostolica scripta
dirigendi ad Fratritates Vestras libenter amplectimur,
ut sinceræ nostræ erga Vos dilectionis argumenta frequenter
eluceant, tum vero majori animi alacritate idiplum præsta-
mus, quum ad excitandum Fratritatum Vestrarum zelum
pro conservatione rectæ disciplinæ in Clero regimini Vestro
commisso præsentibus rerum, aut temporum conditionibus
commovemur. Nec enim impositum imbecillitati Nostræ
omnium Ecclesiarum sollicitudinis onus aliter sustinere nos
posse confidimus, quam si Divini cultus augmentum, atque
exactam Ecclesiasticarum Sanctionum in singulis Diocæsis
custodiam religiosæ vigilantium Pastorum curæ identidem in-
culcando commendemus.

II. Hujus porro Epistolæ ad Vos scribendæ occasione,
Nobis, atque argumentum in primis præbet onus illud, quod
omnibus animarum Curam gerentibus incumbit, applicandi
Missam Parochialem pro populo ipsorum Curæ commisso;
tum etiam applicatio Missæ Conventualis, quæ pro Bene-
factoribus in genere faciendâ est ab iis, qui Missas canunt in
Ecclesiis Parochialibus, Metropolitanis, Cathedralibus, &
Collegiatis; tum denique debitum psallendi, quo tenentur
Canonici prædicarum Ecclesiarum Choro assidentibus. Cujus
quidem argumenti minime nova, sed a Scriptoribus frequenter
habita tractatio est; Cumque ea res in hujus Almar Urbis
Nostræ Congregationibus, & potissimum in Congregatione
Venerabilium Fratrum Nostrorum S. Rom. Eccl. Cardina-
lium Concilii Tridentini Interpretum, cum Secretarii mun-
nere olim in minoribus constituti multos annos perfuncti sumus
multoties discussa, ac definita fuerit, quamvis earundem
Congregationum Decreta plerumque circa eam uniformia, &
sibi consensu prodierint, eorumque Decretorum nonnulla et-
iam Pontificiam Prædecessorum Nostrorum approbationem,
& confirmationem meruerint; minime tamen miraudum est
eorum notitiam ad singulos quosque Vestrum non adhuc per-
venisse. Quapropter non modo opportunum, verum etiam
necessarium duximus Encyclicam hanc Epistolam ad Vos scri-
bere, per quam, sublata demum diversarum, in quas Scri-
ptores abierunt, opinionum varietate, constant hujus Aposto-
licæ Sedis sententia prædictis de rebus cullibet innotescat, &
Fratritatibus Vestris quædam veluti norma, ac regula sup-
petat, juxta quam Synodales, aliasque Vestras circa præmissas
Constitutiones, Ordinationes, seu Edicta, quorum publica-
tionem Vobis injungimus, dirigere valeatis. Eorum vero
executionem, dum, juxta ea, quæ in præsentibus tenenda,
atque servanda præscribimus, omnia, qua decet, sollicitu-
dine, ac vigilantia urgere studebitis, minime dubitandum.
Vobis erit, ne Statuorum Vestrorum implemento obicem
aut moram asserere valeant recursus ad hujus Nostræ Curæ
Tribunalia forsitan habendi, utpote quos omnino rejiciendos
esse præcipimus, ac jubemus; Quamobrem has ipsas Litteras
Nostras in singulorum Tribunalium Regestis asservari volu-
mus, atque ad earum præscriptum, tam ipsorum Tribuna-
lium resolutiones, quam de Vestris Decretis, quæ ipsis præ-
sentibus inhærentes edituri estis, judicia exigi, & conferri
mandamus.

III. Et quidem quod nuper enunciavimus, Sacrosanctum
Missæ Sacrificium a Pastoribus animarum applicari debere pro
Populo ipsorum Curæ commisso, id veluti ex Divino præ-
cepto descendens a sacra Tridentina Synodo distere exprimi-
tur sess. 24. capit. 1. de reform. per hæc notabilia verba; Cum
præcepto Divino uandatum sit omnibus, quibus animarum cura
commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre.
Et quamvis minime defuerint, qui per inanes, & frivolas
interpretationes hujusmodi obligationem a Sancta Synodo me-
moratam de medio tollere, vel saltem extenuare contende-
runt, quam tamen relata Concilii verba satis clara, & perspi-
ca sunt, quumque prædicta Congreg. ejusdem Concilii in-
terpretationi privative præposita constanter edixerit, eos,
quibus

quibus animarum cura demandata est non modo Sacrificium
Missæ celebrare, sed illius etiam fructum medium pro po-
pulo sibi commisso applicare debere, nec illud pro aliis appli-
care, aut pro hujusmodi applicatione elemosinam percipere
posse; quodque magis interest, quum hæc intelligentia a
Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus approbata fue-
rit, & confirmata; nihil jam amplius Vili Vestrum desideran-
dum superest, ut eam amplecti, eidemque obsequi, nec non
illius promptam executionem in Vestris respectivè Diocæsi-
bus omni studio procurare debeatis.

III. Neque Nos tamen, qui ut superius innuimus in mi-
noribus adhuc degentes munus Secretarii prædictæ Congregatio-
nis Concilii Tridentini interpretis plures annos obivimus,
alioque non paucos partim in Anconitanæ Cathedralis,
partim in Metropolitanæ Bononiensis Patriæ Nostræ dile-
ctissimæ, quam adhuc retinemus, gubernatione assidue
translegimus, non, inquam, Nos latent multiplicis generis
effugia, per quæ nonnulli prædictæ obligationis implemen-
tum declinare satagunt, quibusque proinde opportune a No-
bis est occurrendum.

IV. Quum enim Sacrum Tridentinum Concilium, ne
animarum cura negligatur, non uno in loco Episcopis man-
det, ut quotiescumque opus fuerit, idoneos Vicarius cum
certorum fructuum assignatione ad eandem Curam exercen-
dam eligant, ac deputent, uti videre est in sess. 6. c. 2. sess. 7.
cap. 5. & 7. sess. 21. cap. 6. sess. 25. cap. 16. non raro autem
eveniat, ut aliqua Ecclesia Parochiali vacante, Vicarius par-
riter ad implenda hujusmodi Ecclesiæ onera usque ad novi
Rectoris electionem, ab Episcopo deputari debeat, eodem
Concilio Tridentino id jubente sess. 24. c. 18. de Reform. non
nulli ex hujusmodi Vicariis nituntur se ipsos a prædicta obli-
gatione subtrahere, vel ex eo quod habituali cura penes alium
seu alio residente, ipsi actualem dumtaxat exercent, vel
quod ipsi sint ad nutum amovibiles, vel ad breve tempus hu-
jusmodi curæ sint additi; ut nihil hic loquamur de Parochis
Regularibus, qui a prædicta applicatione Missæ pro Populo
nonnumquam alienos se ostendunt. Itaque Mens Nostra, &
sententia est, sicuti etiam pluries a prælaudatis Congrega-
tionibus judicatum fuit, ac definitum, quod omnes, & singuli,
qui actu animarum curam exercent, & non solum Parochi,
aut Vicarii Sæculares, verum etiam Parochi, aut Vicarii Re-
gulares, uno verbo, omnes, & singuli, de quibus supra
dictum est, atque alii quicumque, etiam specifica, & in-
dividua mentione digni æque teneantur Missam Parochia-
lem applicare pro Populo, ut præfertur, ipsorum curæ
commissio.

V. Nonnulli vero ad evitandum hujusmodi obligationis
implementum allegare solent congruos sibi Parochiæ suæ re-
ditus non suppetere; alii denique ad inveteratam consuetu-
dinem confugitur sustentantes id neque sibi, neque prædeces-
soribus suis per longum tempus, quod immemorabile assu-
mant, unquam in usum fuisse. Nos autem ad præcedentes præ-
dictæ Congregationis Concilii resolutiones nostram approba-
tionem, & confirmationem extendimus, & quatenus opus sit,
auctoritate Apostolica, iterum tenore præsentium decerni-
mus, & declaramus, quod licet Parochi, seu alii ut supra
animarum curam habentes, congruis præfinitis redditibus de-
stituantur, & quamvis antiqua, seu etiam immemorabili con-
suetudine in ipsorum Diocæsis, seu Parochiis obtinuerit,
ut Missa pro Populo non applicaretur, eadem nihilominus om-
nino in posterum ab ipsis debeat applicari.

VI. Dum tamen diximus omnes animarum curam habentes
Missæ Sacrificium pro Populo sibi commisso applicare
debere, non ideo statuere volumus eisdem aut quotidie,
aut quotiescumque celebraverint, ad prædictam applicationem
pro Populo teneri; Equidem Sacrosanctum Tridentina Synodus
sess. 23. cap. 14. præcipit Episcopis curare, ut Sacerdotes sal-
tem diebus Dominicis, & Festivis solemnitibus Missam Sacra-
faciant; Si autem curam habuerint animarum tam frequenter,
ut suo muneri satisfaciunt; Missas celebrent. In pluribus autem
Synodalibus Episcoporum Constitutionibus novimus provide
constitutos, ac designatos esse dies, quibus animarum Pasto-
res Missas celebrare debent. At vero Nos id unum in præ-
senti suscepimus decernendum, quando nimirum idem pro
populo celebrare, & applicare teneantur; & quamvis comper-
tum habeamus id quod alias a Congregat. Concilii responsum
fuit, Parochum nempe pinguius redditibus dotatum quotidie
pro populo celebrare, & applicare debere, cum vero, qui
uberioribus hujusmodi redditibus non gaudeat, Festivis tan-

tum diebus idiplum præstare teneri; quum tamen pariter No-
bis perspecta sint tum controversiæ super hoc ipso exorta,
nimirum ad quam summam pertingere debeant Ecclesiæ Paro-
chialis proventus, ut pingues, & uberes appellari possint, quoniam
pingues minime habendi sunt redditus etiam copiosi,
quibus tamen multiplicia, & gravia sint onera adnexa; tum
etiam multarum querelæ adversus hujusmodi Decretum tam-
quam plus æquo rigidum excitata; Nobis innotescant. Idcirco
opportunitate censemus Fratritatibus Vestris declarare,
Nobis abunde satisfactum fore, Vobisque proinde satis esse
posse, dum ii, qui animarum curam exercent, Sacrificium
Missæ pro populo celebrent, atque applicent in Dominicis
alioque per annum diebus Festivis de præcepto, quum præ-
dicti Dominici, alioque Festivis dies ii sint; in quibus juxta
præceptum Concilii Tridentini sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4.
quilibet animarum curæ præpositus Populum sibi commis-
sum salutaribus verbis pascere debet docendo ea, quæ scire
omnibus necessarium est ad salutem, iidemque sint dies, de
quibus eadem Sancta Synodus statuit, ut moneat Episcopus
Populum diligenter teneri nunquamque Parochia sua inter-
esse, ubi commode id fieri potest, ad audendum Verbum Dei,
& quibus Parochi subditos suos in Doctrina Christiana erudi-
re debent juxta id, quod a prædicto Concilio in cit. cap. 4.
Episcopis præcipitur, ut nempe saltem Dominicis, & aliis
Festivis diebus pueros in singulis Parochiis Fidei rudimenta, &
Obedientiam erga Deum, & Parentes diligentes ab iis, ad quos
spectabit, doceri curent.

VII. Et quia in nonnullis Diocæsis numerus dierum
Festorum de præcepto de Apostolica nostra auctoritate, &
consensu eatenus est imminutus, ut nempe in aliquibus Festivis
Christifidelis & Missam audire, & ab operibus servilibus ab-
stinere debeant; in aliis vero Populo permissum sit opera
servilia exercere; firma remanente obligatione audiendi Missæ
Sacrificium; Nos, ut obortæ jam dubitationes circa onus ap-
plicationis Missæ Parochialis in hujusmodi diebus Festivis peni-
tus eliminentur, statuis & declaramus, quod etiam iisdem
Festivis diebus quibus Populus Missæ interesse debet, & ser-
vilibus operibus vacare potest, omnes animarum Curam
gerentes Missam pro Populo celebrare, & applicare teneantur.

VIII. Quia vero propria nonnumquam experientia satis
agnovimus aliquos esse Parochos adeo pauperes, ut ferme ex-
elemosinis, quas a Fidelibus pro Missarum celebratione
accipiunt, vivere cogantur; eos vero, qui Ecclesia Paro-
chiali vacante ad animarum curam exercendam sub Vicarii,
seu Oeconomii nomine deputantur, aliquibus in locis adeo il-
liberaliter tractari, ut exigui redditus ipsi constituti, & pauca
incerta emolumenta eidem obedientia ægre ad eorum vitam
necessaria sufficiant; quod iis quoque non raro evenire solet,
qui in aliquibus Ecclesiis habituali cura apud alios manente,
actuali tantum exercitio sunt addicti, proindeque cum illis se-
vere nimis agi videretur, si diebus Festivis, quibus potissimum
hujusmodi occasio se offert, eidem venium esset elemosina
pro applicatione Missæ recipere; Idcirco Nos tam ito-
rum, quam illorum inopiam summopere miserantes, eidem-
que quantum Nobis integrum est, consulere volentes; quam-
vis, ut supra dictum est, omnes, & singuli prædicti teneantur
diebus Festivis Missam pro populo celebrare, & applicare;
attamen quod pertinet ad prædictos Parochos egentes, unicui-
que Vestrum facultatem concedimus cum iis, quos reveren-
tiales esse noveritis, opportune dispensandi, ad hoc ut, etiam
diebus Festivis hujusmodi elemosinam ab aliquo pio offeren-
te recipere, & pro ipso Sacrificium applicare, quatenus id
ab eo requiratur, libere, & licite possint, & valeant; Dum-
modo ad necessariam Populi commoditatem in ipsa Ecclesia
Parochialia celebrent, ea tamen adjecta conditione, ut tot
Missas infra hebdomadam pro Populo applicent, quot in die-
bus Festivis infra eandem hebdomadam occurrerint; juxta
peculiarem intentionem alterius pii Benefactoris obtulerint.

IX. Quod autem spectat ad Vicarios, sive Oeconomos Ec-
clesiam vacantium, quum a Sacro Tridentino Concilio cit.
sess. 24. cap. 18. cullibet Episcopo tribuatur facultas eos depu-
tandi, & constituendi cum congrua ejus arbitrio fructuum por-
tionis assignatione, Vestrum erit, Ven. Fratres, cum iis age-
re, qui exigua hujusmodi certorum fructuum assignatione,
paucisque incertis proventus gaudeat, congruum aliquod
augmentum præbeat, pro onere celebrandi, & applicandi
Missam pro Populo diebus Festivis; Quapropter pro iis lo-
cis, in quibus Ecclesiarum vacantium fructus ad commodum
Came-

Camera Nostra Apostolica exiguntur, opportuna Theſaurario nostro Generali mandata dirigimus, quæ iis denunciare non prætermittit peculiaribus dictorum locorum Collectori- bus, cum quibus Episcopi Ecclesiastica Nostra Ditionis, ce- terorumque locorum, in quibus ut præfertur, Ecclesiarum vacan- tium fructus ad Camera prædictam pertinent, Officii sui partes in eum finem, de quo supra diximus, interponere debebunt.

X. Ac demum quoad illos, qui tamquam Vicarii, sive perpetui, sive ad tempus constituti animarum curam admini- strant, quæ apud alios habitu residet, ratione alicujus Ec- clesiæ Parochialis, ipsorum Ecclesiis, seu Monasteriis, Col- legiis, aut locis Pii olim unitæ, quamvis a rec. mem. Præ- decessore Nostro S. Pio Papa V. præfinita fuerit certa pars fructuum hujusmodi Vicariis assignanda, prout in ipsius Con- stitutione, quæ incipit, *Ad exequendum*, data Kalendis No- vemb. MDLXVII. distincte statuitur; nihilominus ubi præ- scripta fructuum portio, vel nullo modo, vel non integre, Vicariis prædictis assignata reperitur, vel etiam ubi ea, quæ ad normam prædictæ Constitutionis eidem fuerit attributa, minime sufficiens a Vobis reputetur, propter temporum cir- cumstantias, & signanter pro implendo onere celebrandi, & applicandi Missam pro populo diebus Festis de præcepto, utendum Vobis erit potestate, quam fecit Episcopis Synodus Tridentina *sess. 7. cap. 7.* dum illorum arbitrio permisit juxta- temporum, atque injunctorum onerum rationem, congruam prædictis Vicariis fructuum portionem assignare, quam ob causam Nos etiam Fraternitatibus Vestris quatenus opus sit, necessarias omnes, & opportunas facultates impertimur, qui- buscumque appellationibus, privilegiis, aut exemptionibus, ut in eodem Concilio sancitur, adversus ea, quæ salu- briter a Vobis constituta fuerint, minime suffragantibus.

XI. Hæc igitur circa Missam Parochialem statuenda, & Fraternitatibus Vestris denuncianda, & judicavimus. Indeque gradum facientes ad ea, quæ pertinent ad Missam Conventualem, nominem Vestrum latere putamus Sacrorum Cano- num Sanctiones, quibus præcipitur, ut singulis diebus in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis tum Horæ Canonice debitis modo, & forma recitentur, tum etiam Missa Conventualis celebretur, quæ adeo clare sunt, ut nulla super iis oriri possit dubitatio. Eaque de re perspicue pariter, & per omnia uniformes existunt resolu- tionibus ab hac congregatione. Venerab. Fratrum Nostrorum Concilii Tridentini Interpretum repetitis vicibus emanata, quas omnes Apostolica auctoritate Nostra confirmamus, & approbamus, earum executionem Vobis enixe inculcantes. Ut scilicet Missa Conventualis, quæ singulis canitur a Cle- ro prædictarum Ecclesiarum pro eorumdem Benefactoribus in genere quotidie applicetur, eodem prolixo modo, quo Missam Parochialem ab iis, qui curam animarum gerunt, pro Populo sibi commisso singulis saltem diebus Festis de præcepto applicari debere superius declaravimus.

XII. Itaque date operam, ut falsam quorundam opinio- nem eliminatis, quam in aliquibus Ecclesiis ejusmodi, sive dolo sive malo, sive per errorem in vestram esse novimus, quod nempe, dum Missa Conventualis pro certo aliquo Ecclesiæ Benefactore, vel grati animi ergo, vel ex vi oneris impositi celebratur, & applicatur, satis impletum cen- setur debitum applicationis Missæ Conventualis. Etenim hujusmodi debitum non quidem respicit singulares aliquos Benefactores, sed Benefactores in genere cujuslibet Ecclesiæ, cujus servitio additi sunt quicumque in eadem, sive Digni- tates sive Canonicatus, sive Mansionariatus, sive Beneficia Choralia obtinent, & Missam Conventualem sui respective vicibus celebrant.

XIII. Neque minus improbandam noveritis aliorum sen- tentiam, qui putant prædictam obligationem impletam esse, dum in eorum Ecclesiis pro Benefactoribus in genere aliqua interdum preces fiunt, vel Anniversaria statutis diebus Sacri- ficia pre illis peraguntur; Nemo enim id sibi adrogare debet ut impositæ obligationi alia ratione satisfacere possit, quam ea, quæ a Lege Ecclesiastica multoties præscripta sunt; ni- mirum Missam Conventualem singulis diebus pro Benefa- ctoribus celebrando, eandemque pro illis in genere applicando.

XIV. Profecto non solum prioribus Ecclesiæ sæculis, ve- rum etiam haud longe a nostra ætate remotis (quod vos ex historia Ecclesiæ didicisse non dubitamus) servabatur olim in singulis Ecclesiis series accurata omnium, & singulorum, quo-

rum liberalitate unaquaque aucta fuerat; eorumque nomina Sacris Diptychis, sic enim vocabantur, ideo consignata, erant, ut eorumdem recordatio nunquam interiret, utque pro iis tum preces funderentur, tum etiam Missæ Sacrificium offerretur, quam ob causam etiam prædictus Catalogus in- plerisque Ecclesiis ob oculos Presbyteri celebrantis apponi consuevit, licet pii iidem Benefactores in suis Donationibus nihil penitus pro se pacti essent, sed tantummodo pro peccato- rum suorum remissione se bona sua Deo offerre declarassent. Ecclesiarum siquidem Præsules preces pro iis imperandas esse duxerunt; quamvis illi propria bona offerentes, ne verbum quidem ea de re fecissent. Sacrorum hujusmodi Diptychorum usus sensum defecit; ob idque in oblivione jacent alicubi consue- tum Benefactorum nomina; at non idcirco deferere fas est usum, & disciplinam orandi pro iis, & Sacrificium Missæ pro illis offerendi. Atque inde præceptum applicandi Missam Conventualem pro Benefactoribus in genere originem, atque rationem desumit.

XV. Quemadmodum vero loquendo de Missa Conventua- li superius dictum est, varias excusationes afferri solere ad declinandam illius applicationem pro Populo diebus Festis de præcepto; ita pariter usu venit quoad applicationem quotidianam Missæ Conventualis pro Benefactoribus in gene- re. Ut autem superiores illæ, sic etiam hæc posteriores pro- vide è medio sublata fuerunt per opportunas Congregatio- nis Concilii Tridentini resolutiones, quas proinde in his etiam auctoritate Nostra approbamus, et confirmamus.

XVI. Nonnulli siquidem obtentu contrariæ consuetudinis, etiam immemorabilis in propria Ecclesia vigentis se ab hu- jusmodi onere eximi posse sibi persuaserunt. Verum jam- pluris responsum fuit, hujusmodi consuetudinem, licet im- memorabilem, quæ potius abusus, et corruptela dicenda est nemini suffragari.

XVII. Alia Missa pro Benefactoribus in genere applican- da se excusatos voluissent, ex eo quod alio quopiam Missæ onere obstricti inveniantur, vel ratione proprii Canonici- catus, aut alterius Beneficii Ecclesiastici, quod insimul cum Canonicali Præbenda obtinent, vel quia præter munus Canonicum, seu Beneficiatum, aut Mansionarium in Ecclesia Cathe- drali, seu Collegiata quum etiam in eadem, vel in alia Ec- clesia Parochialem curam exercent, dum Missam Conventua- lem canunt diebus Festis de præcepto, debent pro Populo sibi commisso eam applicare, ac proinde nequeunt eandem pro Ecclesiæ Benefactoribus specialiter offerre. Sed iis quo- que obviam itum est; jubendo singulis prædictis ut Missam Conventualem, quam canunt, pro Ecclesiæ Benefactoribus in genere applicent, pro aliis vero, pro quibus ipsi peculiari- ter Missam applicare tenentur, alterum substituant; qui ip- sorum loco Missam hujusmodi celebret, applicetque.

XVIII. Aliorum pariter exceptio fuit quod Missa Conventu- alis non semper a Canonicis, aut Dignitatibus celebretur, sed aliquando etiam a Beneficiatis, et Mansionariis, quos mi- nus æquum videtur pro Missæ celebratione omni elemosyna carere, quæ unde desumi valeat, ignoratur. Cui tamen rei pariter consultum est, demandando, ut ea desumatur ex Mas- sa distributionum.

XIX. Alii denique obtulerunt exiguitatem hujusmodi distributionum, quæ ob detractam elemosynam quotidiana- nam pro Missa Conventuali ad nihilum fere redactæ vix fore- rent, ut ab aliquo curarentur cum magno detrimento servitii Ecclesiæ præstandi. Tridentina quidem Synodus *sess. 24. c. 15.* opportunas rationes ostendit, quibus Canonicalium preben- darum inopia valeat provideri. Si vero designatam a Con- cilio viam, ut fere evenire solet, nequaquam iniri posse contingat, reliquum erit ad Congregationem Concilii recur- sum habere, cujus erit, perspecto ex Vestris relationibus re- rum statu auctoritate Apostolica a Prædecessoribus Nostris eidem impartita, & a Nobis etiam præsentem tenore confir- mata, quotidianam applicationem Missæ Conventualis pro Benefactoribus in genere, & alias ad Festos tantummodo dies reducere.

XX. Non modo Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis injunctum reperitur, ut quoti- die missa Conventualis in eisdem canatur. Ied etiam in Ru- bricis Generalibus, quarum exactissimam Fraternitatibus Ve- stris custodiam commendamus, præscribitur, ut certis die- bus, non una, sed binæ, atque etiam aliquando tres Missæ Conventuales uno die celebrentur. Itaque quum superius a Nobis dictum fuerit primam Missam Conventualem quoti-

die pro Benefactoribus in genere celebrandam; & applican- dam esse, nunc expendendum superest, an earumdem Ec- clesiarum Capitula Jurisdictioni Vestrae respective subiecta adigere debeatis, ut alias quoque Missas, si plures, ut præ- fertur, celebrari contigerit pro Benefactoribus in genere simi- liter applicent.

XXI. Hujusmodi quæstio ab aliquibus ex Vobis Ecclesi- stico Zelo flagrantibus supradictæ Congregationi Venerabili- tum Fratrum Nostrorum Concilii Tridentini Interpretum pro- posita est. Jamque ante illius propositionem compertum, fuerat, alias ab eadem Congregatione responsum fuisse, con- cedendam esse exemptionem ab onere applicandi secundam, & tertiam Missam Conventualem pro Benefactoribus in gene- re attentæ Canonicatum, & Beneficiorum tenuitate, ex quo inferri poterat hujusmodi applicationis debitum manere, ubi de Ecclesiis pauperibus non ageretur.

XXII. Verum quum hanc definiendæ quæstionis regulam apud prædictam Congregationem non admouit veteri ob- servantia firmatam prope noverimus, cumque hujusce dubii solutionem eadem Congreg. nuper Judicio Nostrum remit- tendam esse censuerit. Nos ita judicamus, idque Vobis tenendum indicimus, laudandos nempe, & confirmandos esse quotquot sponte sua secundam, aut tertiam Conventualem Missam pro Benefactoribus in genere applicant; qui vero idem agunt ex vi consuetudinis in ipsorum Ecclesia vigentis iis imperandum, ut in ea consuetudine perseverent. Ubi vero id usu receptum non invenitur, liberam omnino secundam, tertiamque Missæ Conventualis applicationem celebrantibus relinquendam esse; Dummodo in commemorationem pro De- functis Ecclesiæ Benefactoribus in genere non obliviscatur.

XXIII. Huic demum Epistolæ Nostræ finem imponentes Fraternitates Vestras enixe hortamur, ut maximam curam, & vigilantiam in id conferatis, ut in Ecclesiis vestrarum Choris præter devotam celebrationem, debitamque applica- tionem Missæ Conventualis, Horæ Canonice, non præpro- pre, sed exacte, pausa nempe interposita, & maxima, qua decet, reverentia, ac religione canantur.

XXIV. Equidem scimus in aliquibus Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis inter Canonicos eam opinionem in- valuisse, ut se munus suum satis implere contentant, dum Choro præsentibus assistunt, licet ipsi sibi silentium imperent, neque præsentibus Beneficiatis, aut Mansionariis in cantu se adjungant. In hujusce vero opinionis confirmationem adduci ab illis solent inveteratæ consuetudines, statuta peculiaris, aut etiam præsentis Ecclesiarum suarum privilegia. At quum Synodus Tridentina *sess. 24. c. 12.* loquens de Dignitatibus, & Canonicis, qui Choro interesse debent, unum ex eorum officii esse dicat: *In Choro ad præsentandum instituto, Hymnis, & Cantibus Dei nomen reverenter, distincte, devotèque lau- dare*, quumque pauca omnino sint Capitula, in quibus eo modo a Canonicis in Choro assistitur, ideoque receptæ in universa Ecclesia disciplina paucos illos adversari dignosca- tur; quum insuper opinio illa nunquam in Congregatione Concilii Tridentini interpretationi præposita examinata sit, quin statim explosa fuerit, & improbatæ, quamvis præsum- ptis consuetudinibus, aliisque fundamentis, & rationibus in- mixta perhiberetur, Canonicis etiam Ecclesiarum Patriarcha- lium hujus nostræ Urbis super hoc instantibus; quum denique idem judicium prolatum reperitur a pluribus Conciliis Pro- vincialibus, ab hac etiam Apostolica Sede approbatis, & confirmatis; nihil jam reliquum esse videtur, quominus pau- ciores universorum Legi se accommodent. Equidem minime Nobis compertum est, quo peculiari titulo suffulci per- sistentiam habent unius, vel alterius Ecclesiæ Canonici se mu- neri suo satisfacere per simplicem in Choro assistentiam abs- que Divinæ Psalmodiæ cantu. Verum nisi illis præsto sit Apostolicum non præsumptum, vel abrogatum, sed legitimum, ac vigens Privilegium, sive Indultum, jure, ac me- rito verendum est, ne isti, dum ita se gerunt, Præbendarum ac distributionum fructus minime suos faciant, & consequen- ter ne ad eorum restitutionem teneantur; quapropter vestrum erit, Venerabiles Fratres, hæc omnia illis aperire, ut neque Nobis, neque Vobis apud Divinum Judicem fraudi sit, in hujusmodi re, quæ tanti est momenti, utpote quæ ad ipsius Dei cultum proxime spectat, abusus, & corruptelas, quas arguendo, & increpando evellere debeamus, dissimulatione, ac silentio nostro favite, & confirmasse inveniamur. In- teresa Fraternitatibus Vestris, quas intimo cordis affectum complectimur, Apostolicam Benedictionem amantissimè Ferrar. Biblioth. Tom. V.

imperemur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die XIX. Augusti MDCCXLIV. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Synopsis hujus Constitutionis vide infra a numer. 25. ad 33.

Quo vero ad Missas non applicatas, *Sacra Congr. Concil. in Balneariensi. 9. Augusti 1713. ad 2. dub.* respondit, quod Canonici singuli tenentur a die adepti Canonicatus satisfacere Missas Conventuales non applicatas. Et in *Comen. 11. Maii 1726. ad 2. dub. ea dem Sac. Cong. Conc.* respondit, quod Parochus applicare debet Missas Parochiales, quas omisit.

Hic juvat addere, quæ addit Eruditissimus P. D. Cajeta- nus Merati in *Theſauro Sacrorum Rituum tom. 1. part. 3. l. 12. sub. num. 3. circa finem*, ibi: Addo his omnibus auctorita- tem nostri P. Antonii Naldi, qui in *Summa verb. Parochus num. 19.* extendit hanc obligationem Parochorum etiam ad Prælatos Regulares, Episcopos, & etiam ad ipsum Summum Pontificem. Ait enim præfatus Auctor: *Revera non magis debet de jure Divino obligari Parochus in hoc pro suis ovibus, quam Prælati Regulares pro suis subditis, Episcopus pro sua Diocesi, atque etiam Summus Pontifex pro universalis Eccle- sia, in quibus proportionaliter esset dicendum, quod de Paro- cho.* Hanc eandem sententiam tenet Suarez in *3. partem. D. Thomæ tom. 3. disp. 86. sect. 1. & tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 2. cap. 3. num. 7.* ubi ait: *Hæc autem jura ge- neraliter loquuntur de omnibus Dignitatibus Ecclesiasticis ha- bentibus Curam Animarum annexam, sub quibus sine dubio curam Animarum ordinariam, & ex officio vere Prælationes, & Dignitates Ecclesiasticæ sunt.* Ita etiam tenent Palquali- gus, de *Sacrific. novæ Legis q. 847. n. 8. & q. 851. num. 9.* Tambur. de *jure Abbatum tom. 2. disp. 5. q. 5. numer. 5.* Thomas Hurtadus & recentissime Bernardus Van-Elpen, *jur. Eccles. univers. tom. 1. part. 1. tit. 31. cap. 10. num. 11. & Rotarius in sua Theologia Regularium.*

Ad Episcopos quod attinet, extendunt suam obligationem applicandi Missam pro ovibus suis non solum diebus Festis, quinimmo singulis diebus, dum quotidie celebrant, ut re- fert Aloysius Gherardi Episcopus Carnotensis in *sua disserta- tione, qua habetur in Calce Compendii defectum, q. i. accidunt Sacerdoti in Missæ celebratione*, ubi tamen subdit, quod Col- legium Salmanticensem in suo *cu. s. Theologico marali v. 7. tract. 5. cap. 5. de Sacram.* alique Theologi, quos ipse con- gerit, mitius loquuntur circa obligationem quotidianam re- late ad Episcopos, licet habeant redditus pingues, & licet sint Parochi Parochorum. Ad quod hodie facit adducta Ency- clica Summi Pontificis Benedicti XIV.

Beneficiatus, seu Capellanus tenetur applicare Sacrificium, pro Beneficii Fundatore, licet non reperitur explicite ex- pressum, quoties Fundator non declaravit relinquere Sacri- ficii applicationem in libertate Celebrantis. Sic declaravit *Sac. Congr. Concil. in una Mediolanensi. 18. Aprilis 1654. 2. Julii 1669. 19. Augusti 1688.* & expressè in Lucana *18. Feb. 1702.* apud Monacell. *tom. 4. Supplem. ad 2. tom. n. 54.* ubi & alia satis ad rem, & in *Ferrariensi. 26. Martii 1718. in Al. sandri- na 18. Martii 1719. in Cornetana 23. Junii 1725. in Nova- riana 22. Novemb. 1727. in Florentina 24. Julii 1733.* Et sapius alibi. Sic etiam tenent Barboſa de *Offic. & potest. Episcop. tom. 2. allegat. 24. num. 35.* Pignatellus *tom. 1. consil. 139. n. 13. & 14.* Fraxinellus, Bonacina, Homobo- nus, Azorius, & alii. Maxime si Beneficium sit ex recentibus, & redditus assignati excedant, vel adæquent id, quod vel ex jure, vel ex consuetudine solet erogari pro onere applicacionis in determinatis locis præscripto; & credibile enim, est omnino Fundatorem principalis voluisse Missarum fru- ctuum sibi, & suis applicari, quam loci particularis venerationem. Si vero redditus assignati non adæquent consuetum sti- pendium, quod erogari solet pro onere Missarum cum applicacione, sed sint longe inferiores; vel Beneficium sit ex anti- quis, in quibus pro penuria Sacerdotum intendebatur prin- cipaliter commoditas populi, honor loci, vel Templi, vel Sancti; Marchinus, Navarrus, Rosignolus, Gobat, Fran- xinellus, Riccius, Genuensis, & alii sustinent, Cappellanum non obligari ad applicationem Sacrificii. Attente autem ad- vertendum est, quod super puncto applicacionis Missarum opinio Sacre Congregationis Concilii est, quod in Cappella- nis perpetuis cum onere Missarum, regulariter Sacrificium est applicandum pro Fundatore, nisi aliud præferat ejus voluntas, vel expressa, vel ex urgentibus conjecturis elici-

ta, ut sepius fuit resolutum, & signanter in *Timen. Applicationis Sacrificii* 18. *Augusti* 1663, in *Lucana Applicationis Sacrificii* 7. *Augusti* 1683, in *Colten. Applicationis Sacrificii* 28. *Augusti* ejusdem anni 1683, non obstante quacumque observantia in contrarium, in *Lucana* 18. *Februarii* 1702. ad 2. *duo*, in *Pisaren.* 17. *Januarii* 1722. Inter conjecturas aut præferentes contrariam mentem Fundatoris, duæ ad præsentem controversiam opportunè approbatæ fuerunt ab eadem Sacra Congregatione; Prima videlicet quando celebratio Missæ demandata fuerit pro commo populi, aut Monialium Missam audientium, ut in *Colten. Applicationis Sacrificii* 17. *Decembris* 1679. in *Tricastinen. Applicationis Sacrificii* 8. *Aprilis* 1711. in *Mantuanæ Applicationis Sacrificii* 19. *Decembris* 1718., & in *Novarien.* 22. *Decembris* 1727. ad 1. & 2. *quibus*. Secunda est, quando Fundator præscribens certum numerum Missarum, aliquas applicari pro Anima sua expressè mandaverit, & quoad alias, vel nihil de applicatione dixerit, vel illas remisit ad arbitrium Cappellani, quia tunc has posteriores non sibi applicari voluisse præsumitur ex vi discretivæ locutionis, ut in *Colten. Applicationis Sacrificii* 28. *Augusti* 1683. in *Romana Applicationis Sacrificii* 8. *Februarii* 1710. in *Tricastinen. Applicationis Sacrificii* 8. *Augusti* 1711. & in *Ferrarien. Applicationis Sacrificii* 11. *Junii* 1729.

Capellanus obligatus ad Missam quotidianam, si obligatio referatur ad locum, ut si dicatur, celebretur quotidie Missa in tali Ecclesia, vel in tali Altari, tunc sine ulla vacantia tenetur celebrare quotidie, vel per se, vel per alium. Si obligatio referatur ad personam Sacerdotis cum libertate, ut vel per se, vel per alium quotidie celebret, tunc etiam sine ulla vacantia tenetur quotidie celebrare, sive per se, sive per alium. Si vero obligatio quotidie celebrandi sit mere personalis, ita ut teneatur per se celebrare, tunc titulo honestatis, vel reverentia Sacramenti, aut alia iusta causa potest aliquoties abstinere; & etiam semel (a) in hebdomada, non enim censetur ille obligatus strictissime ad quotidie celebrandum, per ea quæ habet Divus Augustinus de *Eclesiast. dogmat. cap. 53.* relatus in *cap. Quotidie* 13. de *consecrat. dist. 2. & text. in cap. Significatum, de præbend.* Et tenet Barboſa de *Offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 24. n. 28.* cum multis aliis, & Fagnan. in *cap. Significatum, de præbend. num. 9.* Diebus tamen, quibus, ut supra, licite potest Capellanus a celebratione abstinere, non potest Missam pro se ipſo, vel pro aliis, præterquam pro fundatoribus celebrare, & tantominus pro hujusmodi celebratione stipendium accipere, ut constat ex responsione Sacre Congregationis ad sequentia Jurgia ei porrecta ab Episcopo Colensi.

An Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Capellania, Legati, aut stipendii celebrare quotidie Missam, per se ipsos, possint aliquando a celebratione vacare? & quatenus affirmative;

II. Quando, & quoties a dicta celebratione vacare possint?

III. An diebus licitæ vacationis possint Missam pro se ipsos, vel aliis præterquam pro Fundatoribus celebrare? & quatenus affirmative;

IV. An pro aliis celebrando possint stipendium pro hujusmodi celebratione percipere?

V. An illis diebus, quibus licite vacant a celebratione, teneantur Missam ab aliis celebrari facere juxta intentionem Fundatorum?

VI. An Sacerdotes, ut supra, obligati celebrare Missam,

(a) Nota. Nihil laxa Censuris visa est Ferraris assertio. Equis enim credat, posse Cappellanum, qui celebrare quotidie tenetur, ut inſuncto sibi oneri satisfaciatur, semel quoque in hebdomada honestatis causa, vel alio titulo a celebrando abstinere? Hac enim via liberum Cappellano foret absolvere se a septima inſuncti oneris parte contra voluntatem institutoris; Cum instituens Cappellaniam quotidianam, præsumi nullo modo possit, consentire, ut pluraquam quinque Missas quolibet anno Missæ præmittantur ab homine, cui elemosynam pro quotidiana Missa assignavit. Consule inſtit. Canon. P. Matchar cum additionibus Girardi tom. 2. pag. 303. col. 1. ubi hæc habentur, Beneficiatus, seu Cappellanus, cui incumbit onus Missas quotidie celebrandi per se ipsum, si ex diuturna infirmitate excedente quinquaginta dies

quotidie abique tamen onere celebrandi per se ipsos possint aliquando a celebratione vacare?

Sacra Congr. Concilii die 18. *Septembris* 1683. *Ad primum, & secundum respondit affirmative, concurrente aliqui rationabili causa. Ad tertium, quartum, & sextum negative, ad quintum distulit resolutionem: lib. 33. fol. 311.*

Beneficiatus, cui impositum est onus, ut debeat continue singulis diebus Missam celebrare, & si cessaverit eam celebrare, teneatur, v. gr. solvere duos Julios pro qualibet Missa non celebrata, non potest unquam vacare, nisi suppleat per alium; Sic decrevit *Sacra Congr. Concilii* 17. *Sept.* 1695.

Non tenetur tamen neque per alium celebrare tempore infirmitatis non excedentis quindicem dies, ut declaravit *Sacra Congr. Concil.* 17. *Novemb.* 1695.

Ex Concilio autem Provinciali Mediolanensi septimo tit. de *Missis*, Capellanus, seu Beneficiatus deobligatur a celebrando, & supplendo per alium ratione infirmitatis, etiam si per mensem integrum ægrotet; habentur enim ibi præcisè verba: *Si Capellanus saltem per annum functus sit suo munere celebrandi in aliquo loco, si etiam per mensem ægrotet, adhuc integram elemosynam judicio Episcopi accipere potest, & in hoc contentum etiam Doctores magis communiter.*

Capellanus, qui habet onus celebrandi singulis annis unum Anniversarium triginta vel quinquaginta Missarum pro anima Fundatoris, non tenetur facere celebrare Missam cantatam, quia, nisi aliud exprimat in fundatione, tale Anniversarium intelligitur de triginta, vel quinquaginta Missis privatis eadem die anniversarie celebrandis juxta mentem Fundatoris; Sic decrevit *Sacra Congr. Concil.* 13. *Januarii* 1691.

Capellanus non tenetur Missas celebrare tempore, quo capitale dotis assignatæ est otiosum, & infructiferum sine sua culpa, ut si capitale dotis, vel Legatum relictum cum onere Missarum consisteret in pecunia in causa retenta per heredem legantis solvenda, vel si data ad Genſum fuerit restituta, donec non sequatur investimentum in bonis frugiferis, vel constitutur alius Genſus frugiferus, Capellanus, sive Ecclesia, vel alius locus pius, cui fuit inſunctum tale onus Missarum, non tenetur ex propriis aliis redditibus ad celebrationem ipsarum Missarum; Sic decrevit *S. C. C.* 15. *Septembris* 1677. & in *una Fioſeprom.* 7. *Junii* 1687. ad 5. & in *una Monopolitana* 8. *Augusti* 1705.

An habens obligationem, sive ex hæreditate, sive ex Legato, sive alio titulo faciendi celebrare Missas, si pro ipsis celebrandis tradiderit congruam elemosynam Sacerdoti, quem putat probum, & fidelem, & postea dubitet, vel sciat eas non celebrasse, teneatur iterum congruam elemosynam solvere alteri Sacerdoti, qui eas fideliter celebret; La Croix *lib. 6. part. 2. num. 149.* cum Barbi, & Shilder ibi allegatis, censet quod ipse satisfecerit suæ obligationi, & non teneatur amplius aliam elemosynam solvere pro ipsis celebrandis, quia defunctus cœmendus est tantum voluisse obligare ad dandum stipendium, & curandum prudenter, quantum in se est, ut Missa celebretur. At nos cum distinctione respondendum censemus; Vel enim habens talem obligationem, illam habet ex debito speciei, id est ratione rei particularis, ac determinatæ sibi individualiter relictæ, seu traditæ pro faciendæ celebrare tot Missas, ut ratione determinati vasis argentei, equi, vestimenti, libri, & hujusmodi ad ibi traditi, seu relictæ; Et tunc si talem individualem rem tradidit, & consignavit Sacerdoti probo, & fide-

impediatur eas celebrare, tenetur satisfacere per alium, ex Decreto Congr. Concil. in Romana celebr. Missæ. *Junii* 1639. & 17. *Novembris* 1695.

An vero, præcisè infirmitate, aliquando abstinere possit a celebratione, devotionis, aut honestatis causa, Caba lit, jur. can. *Theoria lib. 2. cap. 18. num. 9. ex cap. significatum, de præb.* admittit intermissam celebrationem duodecim dierum in quolibet anno, dummodo tamen diebus, quibus pro fundatore non celebrat, abſtineat pro alio celebrare, puta pro se, vel suis parentibus, neque ei licita est talis intermissio, quando non habet onus per se ipsum celebrandi, pro fundatore, ex Decr. ejusdem Congregat. 18. *Septembris* 1683.

& fidei relictissimo pro ipsis Missis celebrandis, quamvis postea relictæ ipsas non celebrasse, non tenebitur ad aliam solutionem pro ipsis celebrandis; arg. l. *Argentum* 20. ff. *Commodati*, & *cap. unico, de Commodato*; Et ratio est, quia quoties, omni debitoris culpa secula, res in individuo debita perit, Domino suo perit; L. *Leſos* 12. & l. *Quod si neque* 14. ff. *de periculo*, & *commodo rei venilitæ*, leg. *Si dominum* 9. *cod. de pignoriis*, cum similibus. Vel autem illam obligationem habet ex debito generis; id est ratione reſtitutis, pecuniar, tritici, vini, olei, aliarumque rerum sibi relictarum, aut legatarum, non secundum individuum, ac determinatam, seu singularem substantiam, sed secundum pondus, numerum, & mensuram; & tunc licet congruam pro ipsis Missis legendis tradiderit elemosynam Sacerdoti fidelissimo existimato, si reſtituit ipsas non celebrasse, tenebitur ad aliam solutionem pro ipsis celebrandis; Et ratio est, quia cum talis sit obligatio, sit debitor generis, non vero hujus, aut illius individui, seu specialis materiz per infidelium Sacerdotem defraudatæ, & consumptæ. hæc ipsa preurente, durat adhuc ejus obligatio: Genus enim perire non potest; l. *Incendium* 11. *cod. si certum petatur*. Et ad id videtur facere resolutio *Sacra Congr. Concil.* in *Albanen.* 10. *Martii* 1742. apud *Theſaurum Resolutionum Sacra Congr. Concil.* in *Resolutionibus dicti anni*, allata a nobis sub verb. *Hæres num. 3.* In hoc enim calu videtur diluendum eodem modo, ac de calu debitoris ex contractu, qui si rem debitam (a), inconsulto creditore, transmittat per personam fidelem, & ex malicia illius personæ fidelis habitæ, vel quocumque calu ad Dominum non perveniat, aut pereat, tunc si debitum sit determinatum in individuo, ut hoc vas argenteum, hic equus, hæc vestis, & hujusmodi, perit ipsi Domino, seu creditori, & non debitori, & debitor liberatur ab onere ulterioris, & reiteratæ reſtitutionis; Secus autem, si debitum non sit determinatum in individuo, sed solum in genere, aut specie, seu æquivalenti.

Vide verbo *Resolutio art. 4. n. 24. 25. & 26.*

Missæ Parochialis applicari debet pro populo ipsorum curæ commisso omnibus diebus festis, non solum a Parochis, sed etiam a Vicariis deputatis ad tempus, aut alias amovibilibus. *Benedictus XIV.* in *Constitut.* incip. *Cum semper* §. 2. & 4.

Idque non obstante defectu Congruæ, aut qualibet contraria consuetudine. Idem *ibid.* §. 5.

Quod intellige de diebus festis, quibus populus Missam audire tenetur: Idem *ibid.* §. 6. & 7.

Dispensari tamen potest ab Ordinario cum Parochis pauperibus, ut aliis diebus infra hebdomadam, applicent Missam pro populo. Idem *ibid.* §. 8.

Patriarchales, Metropolitanæ, Cathedralis, & Collegiatæ Ecclesie tenentur quotidie celebrare, & applicare Missam Conventualem pro Benefactoribus suis in genere, non obstante quavis licet immemorabili consuetudine in contrarium. Idem *ibid.* §. 11.

Per Missam cantatam in suffragium alicujus Benefactoris, vel Benefactorum in genere, quæ foret imposita, non satisfit oneri Missæ Conventualis: Idem *ibid.* §. 12. & 13.

Ubi a Beneficiatis, vel Mansionariis celebretur Missa Conventualis, iidem suppedietur elemosyna ex distributionum massa, quæ si attenda eorum tenuitate adeo minuantur, ut negligantur, recurſus haberi poterit ad Congregationem Concilii, quæ ad solos dies festivos prædictæ Missæ applicationem restringere poterit, Idem *ibidem* §. 18. & 19.

Rubricarum mandatis super duabus, & quandoque tribus Missis Conventualibus Cathedralibus, & Collegiatæ Ecclesie districtè parere tenentur, easque omnes, ubi id consuetudo obtinuit, applicare pro Benefactoribus, & consuetudine minime obstante, applicatio primæ erit Benefactorum suffragio reservata, reliquarum libera, dummodo eorundem Benefactorum non obliſcantur in commemoratione defunctorum omnium. Idem *ibid.* §. 20. 21. 22.

Si Canonicus Parochus, aut onere Missarum alias gravatus

(a) Nota. Si inconsulto creditore res transmissa fuit, non videtur creditor perire, qui in transmissionem illam nullo modo consensit; sed potius debitoris, cui tunc debetur trans-

missam Conventualem celebret, hanc applicare tenetur pro Benefactoribus in genere, & per alium suppleere Missas, quibus particulariter manet adstrictus, Idem *ibid.* §. 15.

* Beneficiatus, cui injungitur a testatore celebratio Missæ certis diebus non explicata applicatione pro se, vel pro aliis, debet illis diebus Missam applicare pro Fundatore ejusdem Beneficii, ut S. C. C. sæpius respondit. *De Sacrif. Miss. lib. 3. cap. 9. §. 2.*

Idem dicas, si fundator mandaverit orari pro se in Missa, nam præsumitur nomine orationis applicationem designasse, nisi tamen ex aliis conjecturis deducatur aliam fuisse ejusdem Fundatoris mentem, ut si pluribus Cappellanis fundatis, in aliis mandaverit applicationem, in aliis orationem, ut ex resolutionibus S. Congr. *ibid.* §.

Sacerdos, qui Beneficium possidet, in cujus fundatione expressè cautum est non teneri celebrantem ad applicationem Sacrificii, num possit pro applicatione novum stipendium exigere non vetatur: sed neque reprobatum contraria sententia id negans, & Decreta S. C. C. non apparent. *Ibid. cap. 22. §. 7.*

Si tamen nihil expressum sit in fundatione ejusdem Beneficii, quod demonſtret Testatorem remittere applicationem Sacrificii arbitrio Sacerdotis, tunc semper standum est pro obligatione applicationis pro Testatore, ut ex decretis S. C. *Ibid.*

Sacerdos ratione beneficii obſtrictus bis, vel ter singulis hebdomadibus celebrare, potest anticipare tempus, nisi appareat testatorem voluisse in qualibet hebdomada bis vel ter celebrari, ne pagus, vel Altaria quædam singulis hebdomadibus Missa carerent. *Ibid. lib. 3. cap. 8. §. 8.*

Canonici in Cathedralibus & Collegiatis, qui juxta præscriptum Rubricæ certis quibusdam diebus plures Missas canere tenentur, an omnes debeant applicare pro benefactoribus, non quàm a Sacra Congregatione decilum est. *Ibid.*

Novæ additiones ex aliena manu.

Obligatio celebrandi Missam conventualem de jure inest Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis: *cap. Quomodo creatura, de celebratione, Missar.* At sunt plures Ecclesie Communitativæ, quæ ex speciali titulo hæc iidem obligationem tenentur. Dubitatum autem fuit, an sicut in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, ita & in Ecclesiis hisce Communitativis applicanda sit Missa Conventualis pro Benefactoribus? Et affirmative respondit S. Congreg. Concil. interpres duabus Ecclesiis Communitativis Diocesis Prænestinæ, quæ novissime eam hæc de re consuluerunt ex mandato factò ab Eminentiſſimo Episcopo in Visitatione. Et jure meritoque, nam regulariter applicatio hæc debet esse juncta ab applicatione. Accedit, quod si est hæc obligatio applicandi in Cathedralibus & Collegiatis, in quibus celebratio Missæ Conventualis inducta dici potest pro majori cultu ipsarum, potiori jure esse debet in mox dictis Ecclesiis Communitativis, in quibus minus urget mox dicta ratio.

Differunt itaque Ecclesie Cathedralis, & Collegiatæ Communitativis quoad celebrationem tantum, scilicet quod illa de jure tenentur ad celebrationem Missæ Conventualis, vero non nisi ex speciali titulo. Cæterum, si Ecclesie Communitativis sit hæc obligatio celebrandi ex titulo speciali, esse tunc debet & obligatio applicandi non secus, ac in Cathedralibus, & Collegiatis, nisi contrarium clarè constet.

missio, modusque transmissionis, & quidquid defectu hujus transmissionis, vel ejus occasione sublegetur est.

ARTICULUS IV.

Missæ quoad locum, in quo possit, vel non possit celebrari.

Missæ de Jure communi, & ordinariè non potest licite celebrari, nisi in Ecclesiis, vel locis consecratis, aut saltem legitima auctoritate benedictis, ex Clement. 1. Epist. 3. & ex cap. 1. de consec. dist. 1. ubi habetur; Missarum celebrationes non alibi, quam in Sacratissimis locis absque magna necessitate fieri debere. liquet omnibus, cap. Sicut 11. de consec. dist. 1. ubi habetur: In aliis, quam Domino sacratis locis, id est in tabernaculis Divinis precibus Pontificibus delibatis Missas cantare, aut Sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas, & ex Tridentino sess. 22. in decreto de observandis in celebratione Missarum, ubi prohibetur Episcopis: Ne patiantur privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad Divinum tantum cultum dedicata Oratoria ab eisdem Ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc Sacrificium a secularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi.

Dicitur notanter de Jure communi, & ordinariè, quia in casu, quo magna urgeret necessitas, possit a quolibet Sacerdote celebrari Missa in locis non consecratis, nec benedictis, ut tenent communiter Doctores, & clare ostendunt mox citati Canonès cap. 1. de consec. dist. 1. per illa verba, absque magna necessitate fieri debere, & cap. 11. de consec. dist. 1. per illa verba, nisi summa coegerit necessitas.

Necessitas celebrandi extra loca consecrata, seu benedicta, ut sub dio, vel in privatis domibus, aut in Altari portatili, & loco ceteroquin honesto, esset tempore pestis, belli, persecutionum &c. ubi sine periculo mortis aut alterius gravis mali in sacratis, & benedictis locis celebrari nequit. Ita etiam si Ecclesiæ essent dirute, vel ab Infidelibus, sive Hæreticis impeditæ; cap. Concedimus 30. de consec. dist. 1.

Similiter in (a) maximo concursu populi, quem facer locus capere non potest, in bello pro exercitu, in longa peregrinatione per loca Infidelium; In his, enim, & similibus necessariis casibus de communi Doctorum etiam absque licentia Episcopi, si absens sit, & difficulter adiri possit, ipso Jure potest quilibet Sacerdos licite celebrare. Nec potest censerì, quod Concilium Tridentinum voluerit prohibere celebrationem extra loca sacra, & benedicta in his casibus magnæ necessitatis, quoniam, ut subjungitur in cap. Sicut 11. de consec. dist. 1. Quoniam necessitas legem non habet. Et quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum cap. Quod non, de Regul. Juris in 6.

An autem Missa possit celebrari super navibus in mari, vel flumine? variant Doctores. Negativam sententiam tenent Paludanus, Sotus, Turrecremata, Joannes de Fribur. Tabiena, Sylvester, Armilla, S. Antoninus, Navarrus, Henriquez, Majolus, Toletus, Azorius, Vasquez, Suarez, Reginaldus, Bonacina, Coninch, Bartholomæus ab Angelo, Fautus, Ledesma, Zanardus, Camerot. Aftenis, Joannes a Cruce, Pitigianus, Homobonus, Filiucius, Molfestus, Villalobos, Cheliffonius, Præpositus, Grassius, Pax Jordanus, Tannerus, & alii apud Pignatell. tom. 3. cons. ult. 124. num. 4. ubi refert hanc negativam sententiam sequutam fuisse etiam Sacram Congregationem S. Officii, quæ sæpè censuit, quod Missa non permittatur celebrari super navigiis in navigationibus Indiarum, ut 31. Julii 1607. & 2. Augusti ejusdem anni. Et negata fuit licentia Principi Philiberto, ut celebrari posset super triribus, 2. Septembr. 1621. Eandem negativam sententiam tuerent Gavantus in Theatro Sacror. Rit. part. 2. tit. 20. Littera F. §. Nunquam in mari, Rotarius, & alii apud eruditissimum P. Merati

in addition: ad Gavantum loc. cit. litt. X. Antonell. de loco legali lib. 1. cap. 5. num. 4. & alii apud Card. Petra tomo 4. Commentar. ad Constitut. 2. Urbani V. num. 26. Diana cum aliis part. 9. tract. 1. resolut. 45. ubi refert declarationem Cardinal. de anno 1633. qua committitur Episcopis, ut prohibeant Sacerdotibus, tam secularibus, quam Regularibus, ne id ad praxim deducant. Et ratio ipsorum est, quia licet in necessitate celebrari possit extra locum consuetum, non licet tamen cum aliquo periculo; In mari autem, vel flumine semper adest periculum effusionis Sanguinis, quia licet tranquillum, potest de repente ventis commoveri.

Affirmativam autem sententiam defendunt, præsertim existente mari tranquillo, & nullo extante periculo effusionis Sanguinis, aut amotionis Hostiæ ex vento, Durandus, Sa, Major; Granadus, Scortia, Layman, Gaspar Hurtadus, Marchinas, Palaus, Caspensis, Averla, Machad., Cardinalis de Lugo, Franciscus de Lugo lib. 5. de Sacram. cap. 6. quest. 1. num. 9. & 14. ubi testatur se in navigatione ad Indias in navi celebrasse; Fagandez præcept. 1. Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 15. testans de praxi quod ad eos, qui navigant ad Indos; Leander, & alii apud Pignatell. loc. cit. num. 1. ubi ex Fagandez loc. cit. refert, quod re diu, & mature discussa, fuit hujusmodi privilegium celebrandi super Altari portatili in navibus concessum a Clem. VIII., & Paulo V. omnibus navigantibus ad Indias. Eandem affirmativam sententiam sequuntur Schiara; Giribaldus, & alii apud P. Merati loc. cit. apud Felicem Potellat. tom. 3. part. 1. num. 319. La Croix lib. 6. part. 2. num. 255. & 261. Dianam part. 5. tract. 3. resolut. 40. & part. 9. tract. 1. resolut. 45. & apud Dandin. de suspectis de Hæresi cap. 3. sect. 1. subject. 4. num. 15. & seq. Item Verricel, Coton. & alii apud Card. Petrum loc. cit. num. 27. ubi ipse dicit, quod nullo jure prohibetur Missæ celebratio super aquas, nec navis locus est tanto Sacrificio indignus, & plura refert extare antiquitatis documenta, quibus constat, non tantum pluries in mari Missas celebratas fuisse, sed continuo super naves Eucharistiam deferri olim solum fuisse, ut habetur ex Baronio ad ann. 57. 404. & 700. ex Surio de S. Ludovico ad diem 25. Augusti & ex S. Gregorio. S. Ambrosio, & Metaphaste, Vericell. de Apostolicis Missionibus. tit. 8. quest. 113. num. 9. Pasqualigo de Sacrificio novæ Legis quest. 47. num. 3. & seq. & ex S. Antonino part. 2. cap. 2. tit. 14. §. 2. de S. Vulfriano Archiepiscopo Senonensi.

Hinc concludendum videtur, quod si constat de supradicta concessione facta a Clem. VIII. & Paulo V. omnibus navigantibus ad Indias, & de sic observata antiqua praxi, sit id permittendum etiam in quacumque alia longa navigatione super magnis navibus, in quibus tranquillo mari, & sereno Cælo tellibus periculis nullum adest periculum effusionis Sanguinis, aut amotionis Hostiæ ex vento, & in ipsis nedum reperitur locus decens pro Sancto Sacrificio, sed solent etiam adesse Capella magnifice ornata, & periculo effusionis Sanguinis ex improbita, & repentina maris commotione facile occurri potest nautarum pericula, aut assistentia alterius Sacerdotis, vel Diaconi, qui post consecrationem firmiter teneat Calicem; Unde quamvis prædicta concessio Clementis VIII. & Pauli V. asserunt facta solum pro navigantibus ad Indias, potest tamen habere locum pro omnibus navigantibus ad quacumque loca in dictis magnis navibus, quia cum talis facultas, seu licentia supponatur petita ratione difficultatis, seu dubii, quod non liceret celebrare in navibus itane periculo effusionis Sanguinis, dum fuit concessa, fuit potius quædam declaratio quod licet in dictis navibus celebrare, atque adeo non adest periculum effusionis Sanguinis; Sicque si non adest periculum, sit licitum omnibus navigantibus ad quemcumque locum, qui alias adesset æqualis necessitas sufficiens pro omnibus, puta pro audiendo Sacro, præsertim diebus festivis, pro ministrando Viatico, & pro solatio spirituali nautarum, & rectorum. Ubi enim eadem est ratio, eadem est juris dispositio; L. Ideo

(a) Nota. Concursus Populi causa sufficiens non est, ut extra Sacrum locum Sacerdos celebrare possit sine dispensatione Superioris Ecclesiastici, quia lege Ecclesiastica, quæ Sacrum in loco Sacro fieri jubet Sacerdotem absolvat. Hoc enim in casu pars illa populi,

quæ ingredi locum Sacrum non posset, vel extra Ecclesiam consistere animo satisfaciendi præcepto de Missa audienda deberet, vel si id facere non posset, non teneretur audire Missam.

L. Ideo 27. ff. de Legibus, l. Illud 32. ff. ad Leg. Aquilium, & cap. Inter corporalia 2. de translatione Episcop. maxime stant supradicta praxi, & consuetudine, quæ est optima Legum interpretis; textu expresso in L. Si de interpositione 37. ff. de Legibus, cap. Cum dilectus 8. de consuetudin. & consuetudo legitima semper est observanda; L. de quibus 32. ff. de Legibus, cap. Cum tanto 11. de consuetudinib. cum similibus.

Si autem non constet, prout valde dubitat Card. Albitius de inconstantia in Fide cap. 34. num. 171. apud Cardinalem Petra loc. cit. num. 30. de supradicta Pontificia concessione, & praxi, ac consuetudine, recurrendum est ad Summum Pontificem pro obtinendo ad id speciale Indultum, prout novissime obtinuit in simili recurru Sacra Hierosolymitana Religio, quæ non obstante quod habuisset privilegium Altaris portatilis, nihilominus petiit speciale Indultum celebrandi in suis magnis navibus occasione longæ navigationis alto mari contra Infideles, & prævio voto Sacr. Cong. Cons. sub die 13. Martii 1706. cum clausulis, ut Breve possit expediri per Sanctitatem suam. cum concessione petita facultatis celebrare faciendum Missam, dummodo naves sint enunciatae qualitatis, & celebratio fiat summatim tempore, quo mare est tranquillum, & Cælum serenum, & cum assistentia alicujus Sacerdotis, seu Diaconi; itaut adesse non possit periculum effusionis Sanguinis in dicta celebratione; Clemens XI. dictum petiit privilegium benigne concessit 22. Martii ejusdem anni 1706. Constit. incipient. Exponi Nobis, quæ est 26. in prima parte ejus particula Bullarii. Consimile literale indultum fuit concessum anno 1706. pro navibus Hispaniarum, & anno 1716. pro Triem. Classis Pontificiæ, ut refertur in tom. 1. Theaur. Resol. Sacræ Congr. Concil. in Civitatis Castellana in fine pag. 62. ut profertur Romæ apud Hieronym. Maynardi. Simile Indultum pariter fuit concessum anno 1702. Eminentissimo, & Reverendissimo D. Tournon Legato Apostolico ad Regnum Sinarum, teste Eminentissimo Cardinali Petra loc. cit. num. 31. Qui tamen ibid. num. 30. allegat Card. Albitium de inconstantia in Fide cap. 34. num. 171. asserentem, fuisse olim passim denegatum tale privilegium, & adducentem plures casus denegationis; quamvis nostris hæc diebus videatur cum debitis cautelis facilius concedi.

Episcopi, & Majores Prælati, etiam si essent Cardinales, non possunt concedere facultatem celebrandi in locis non sacris, & non benedictis. Immo nec ipsi possunt celebrare extra domum propriæ habitationis in domibus laicis sive propriæ, sive alienæ Diæcesis, non obstantibus antiquis eorum privilegiis, quæ quantum ad hoc sunt totaliter abrogata, ex novo Decr. Clementis XI. edito 15. Decemb. 1703. juxta tamen posteriorem declarationem allatam sub verb. Orationum num. 70. Vide ibi. Vi cuius Decreti non possunt hodie Regulares, etiam quantumvis olim privilegiati celebrare ubi vis, in Altari portatili, nec in aliqua domo privata, aut alio loco non sacro, vel benedicto, nisi adfit specialis concessio, aut novum privilegium Papæ, quia Pontifex omnia privilegia alias eis concessa totaliter abrogat in hoc suo novissimo Decreto, quo ad litteram habes per extensum sub verb. Orationum. Vide ibi, ubi multa ad rem.

Regulares, an possint in propriis Conventibus, & extra Conventus in Grangiis, & Domibus ruralibus habere Orationi privata, & ibi celebrare? & an alibi celebrantes, & Missam audientes satisfaciant præcepto audiendi Sacrum? Vide verb. Orationum a num. 72. ad 78.

Non celebrans Missas in loco designato, v. g. in Ecclesia, vel Altari convento, vel ex pacto, vel ex Testamento, si hoc faciat absque justa rationabili causa, peccat mortaliter, quia in re gravi non adimplet voluntatem, & intentionem paciscentis, vel Testatoris, nec prætat id, ad quod fuit electus, & assumptus, ut tenent communiter Doctores. Si vero hoc faceret ex rationabili, & justa causa, ut si Altare esset dirutum, vel Ecclesia in alium locum translata, tunc non peccaret, quia non esset amplius in potestate ejus ibi

celebrare; tenetur tamen celebrare in Ecclesia, Capella, seu Altari translatis, quia locus translatus succedit in omnibus Juribus ad locum, a quo facta fuit translatio, per textum in c. Et hoc diximus 16. q. 6.

Sive tamen non celebret in loco convento, & designato cum justa, sive absque justa, & rationabili causa; non tenetur iterum in eodem Altari, vel Ecclesia celebrare, aut ad aliquam restitutionem, ut compenlet Sacrificia alibi celebrata, quia non privavit paciscentem, seu Fundatorem, fructu Sacrificii; id enim, quod paciscentis, seu Fundator intendit principaliter, est fructus Sacrificii pro se, & suis, & minus principaliter, & quodammodo accessorie cultus Dei, vel Sanctorum in tali Ecclesia, vel Altari; fructum autem Sacrificii consequitur, sive Sacerdos celebret in illo, sive in alio loco, & solum si alibi celebret, cessat cultus in tali loco: Omissio autem hujusmodi cultus, cum sit solummodo contra virtutem Religionis, & non contra Justitiam (a), non potest obligare ad restitutionem, ut tenet Barboza de Offic. & potest. Episcop. tom. 2. allegat. 24. n. 36. cum Passerin. Eraxinell. Bonacina, Gavant. March. Rostignol. & aliis magis communiter.

Missarum onera relicta in determinata Ecclesia, seu Capella, non possunt alio transferri absque Sedis Apostolicæ licentia, ex Sacra Congr. Concilii in Hispanens. 30. Septembr. 1580. & in Brixien. 1. Decembr. 1685.

Immo neque Nuncius Apostolicus potest concedere Indultum, quod Missæ celebrandæ in loco a Testatore designato, alibi celebrentur; Sacra Congr. Concil. in Giennen. 18. Augusti 1602. Alias translatio esset nulla, quamvis fieret auctoritate Executorum Testamentorum, qui talem facultatem expressam non habent; Sacra Congr. Concil. in Derthonen. 4. Junii 1701. quia cum sit actus commutationis voluntatis non potest fieri ab inferiori, nisi ageretur de translatione provisionali facta auctoritate Episcopi ob aliquam rationabilem causam, v. gr. si locus determinatus esset impeditus, vel Ecclesia esset diruta, nam tunc non commutatur voluntas, sed ex legitima, & justa causa alteratur in re accidentali, quod ab Ordinario fieri potest vigore facultatis sibi tradite a Concil. Trident. sess. 22. de reform. Missæ ad satisfaciendum elemosynis alicui Ecclesiæ traditis non sunt celebrandæ per externos, ubi commode possunt satisfieri per Sacerdotes ejusdem Ecclesiæ; Sacra Congr. Ep. 28. Januar. 1606. & Sac. Congr. Visitationis Apostolicæ 24. Maii 1712. teste Ursaya tom. 3. discept. 13. num. 5. & 6. Et Generales Ordinum non possunt sua propria auctoritate celebrari facere in Monasteriis aliarum Civitatum, Provinciarum, & Regnorum etiam extra Italiam, quantitatem, Missarum, pro quibus uni tantum Ecclesiæ fuerint elegitæ elemosynæ. Hoc enim tamquam abusum esse tollendum censuit Sac. Congr. Concil. in una Regularium 17. Augusti 1647. apud Pasuccium part. 2. tit. de Missæ Sacrificio p. 45. vel 27. juxta impressionem Romanam, vel Venetam.

Missæ relicta a Testatore, ut celebrentur in determinata Ecclesia Regularium, ex decisione Sacr. Congr. 16. Novembr. 1657. sunt celebrandæ ab ipsis Regularibus, nec possunt heredes pro suo libito pro tali celebratione deputare Sacerdotes seculares, vel alios Regulares, etiam si Testator non expresserit, per quos essent celebrandæ; Sac. Congr. (sunt verba Congr. relata a Nicolio lucubr. canon. lib. 3. tit. 31. de Regularibus num. 15.) attentis narratis, censuit prefatos heredes non posse pro suo libito, Orationibus invitatis, deputare pro prædicta celebratione Missarum in eorum Ecclesia Sacerdotes seculares, seu alios cujuscumque Ordinis Regulares, sed omnibus preferendis esse eosdem Orationes, quatenus ipsi Missis satisfacere non recusent, quibuscumque non obstantibus.

Ex post vero contra assercionem Nicolii fuit nuper editum, ut refert Monacell. part. 1. tit. 10. formul. 19. num. 18. aliud decretum a Sac. Congr. Concil. in Maceraten. 15. Martii 1692. contra Patres Minores Conventuales Terræ Montis Miloni, & fuit decisum, electionem Capellani pro celebratione Missarum in Ecclesia eorundem Regularium per Te-

(a) Nota. Difficultas tamen esse potest, si non celebretur in Altari privilegiato. Juxta mentem largientis Elemosynam; tunc enim contra justitiam peccasse videtur Sa-

cerdos, qui in non privilegiato celebraverit, ac teneri videtur ad iterum celebrandum in privilegiato.

Testatorem non factam, spectare ad hæredes, non obstante opinione Nicolii, & sic iterum declaravit Eadem Congreg. Conc. in Rom. 1. Dec. 1708. apud Monacell. tom. 4. supplem. ad tom. 1. num. 192.

- 23 Et si Regularis nollet consentire, nec commodum, & patientiam præstare Sacerdoti Seculari deputato pro tali celebratione Missarum, tunc conceditur oneris translatio ad aliam Ecclesiam, prout Sac. Congreg. Episcop. indulgit in Nullius in Altis Dignitate 11. April. 1615. in Burgo S. Sepulchri 7. Octob. 1617. & in una Venetiarum 24. Septem. 1630. Sac. Congreg. Concilii censuit, dum Regulares non consentiant Missas a Testatore relictas per Seculares in Regularium Ecclesia celebrandas ibidem celebrari, posse alibi celebrari, de licentia Ordinarii; novissime tamen Sac. Congr. Concil. in Romana oneris Missarum 17. Novembr. 1731. ad 1. dub. An Religiosi Ecclesiæ S. Francisci ad Ripam præferri debeant in celebratione Missarum, vel potius sit in libero arbitrio Hæredis deputare quoscumque alios Sacerdotes? Censuit juxta votum Eminentiss. Vicarii, Missas esse celebrandas a Religiosis S. Francisci. Quod iterum confirmavit die 12. Januarii 1732. & instante adhuc hærede, ac proposito dubio, an sit standum, vel recedendum a decisio in casu &c. die 22. Martii 1732. ead. Sac. Congreg. Concil. respondit: In decisio, & amplius; non obstantibus decretis contrariis allatis ab hærede in Romana 15. Januar. 1636. & in Maceraten. 15. Martii 1662. Et idem censuit ead. Sac. Congr. Concil. in Mediolan. celebrationis Missarum 12. Maii 1736. ubi proposito dubio: An pro celebratione Missarum in Ecclesia S. Mariæ Paradisi debeant eligi Religiosi ejusdem Ecclesiæ, vel potius sit in arbitrio hæredis deputare alios Sacerdotes; respondit Affirmative, quoad primam partem, & Negative, quoad secundam. Et hoc non obstante, quod Vicarius Generalis in civilibus confirmans interpellationem ab Administratores conservatoribus vulgo nuncupatis del Rosario declaraverit in sententia auditis partibus edita eisdem Fratres S. Mariæ Paradisi Tertii Ordinis S. Francisci desistere debere a celebranda Missa quotidiana disposita in ejus testamento a q. Magda. Lena Galimberta ab ea die in antea, non obstantibus deductis per dictos Patres. Et pluries jam sic censuerat Eadem Sac. Congr. Concil. & signanter in Romana Eleemosynæ Missarum 5. Septemb. 1716. in Regien. 5. Augusti 1710. in Bituntina Missarum 19. Novembr. 1729. Et quidem sic cum omni rationabili, ac justo fundamento, quia in similibus casibus, non dicitur electa Ecclesia solum ratione sui, sed potissimum ratione pertinentiæ ad Personas, seu Regulares, itaut potius videantur contemplatæ Personæ, quam locus, & potius favore Personarum electus sit locus, quam favore ipsius loci, juxta id quod habetur Machab. 11. c. 5. num. 19. ibi: Verum non propter locum gentem, sed propter gentem locum Deus elegit. Immo ex hac reflexione alia insurgit potissima conjectura, quod pii Testatores relinquendo Missas celebrandas in Ecclesiis Regularium, ultra Sacrificii fructum, voluerint etiam consilium indigentæ eorumdem Regularium, ut plurimum Mendicantium, & sic uberioris suffragium assequi, obtinendo scilicet non solum fructum Sacrificii, sed etiam remunerationem Charitatis in pauperes Religiosos exercitæ, ut in specie observant Pasqualig. de Sacrific. nov. Leg. tom. 2. quest. 1145. num. 5. adduct. in expositione causæ in d. Romana Oneris Missarum, vers. At pro Religiosis, apud Theaurum Resolutionum Sac. Congr. Conc. tom. 5. alique plures allegati ad id per Passerin. de statu homin. tom. 2. quest. 187. num. 1189. in fine, & Capon. dissent. 196. num. 11. Unde, ut asserit eruditissimus Pitonius Episcopus Interitæ, & Benedicti XIII. Auditor part. 1. discept. 2. num. 12. iniquum videtur, quod heres velit mittere alios Sacerdotes ad celebrandum in aliena Ecclesia, illisque dare eleemosynam manualet, quando hujus eleemosynæ capaces sunt ipsi Fratres, (id est Minores de Observantia, de quibus ibi loquitur) & veniunt præferendi omnibus extraneis, tum ratione loci, in quo existunt, juxta text. in Can. quia Sacerdotes 13. caus. 19. quest. 1. Rot. Rom. in Placentina præsentis Collegialitatis 20. Junii 1695. §. Træcipue, coram R. P. D. Scottio
- 24 In his Ecclesiis non licet Regularibus admittere Sacerdotes Seculares ad Missam celebrandam contra prohibitionem Episcopi. Sac. Congreg. Concilii in Bononien. 2. Junii 1620.
- 25 & in Limana 29. Januarii 1533. Et Sacrific. seu Præfecti Ecclesiarum Regularium adtingi possunt ad non permittentiam celebrationem Sacerdotum Secularium, nisi exhibitæ

- Ordinariæ licentia. Sac. Congreg. Concilii in Neapolitan. 17. Augusti 1630.
- Præbyteri, qui Capellani non sunt, possunt prohiberi, ne accedant ad celebrandum in Ecclesiis Monialium etiam, Regularibus subjeclarum, vel alias exemptarum, quia talis accessus pertinet ad custodiam clausuræ, super qua Episcopus invigilat, & jurisdictionem in discriminationem exercet, ut respondit Sacra Congreg. Concilii in Hieracen. Visitationis 26. Januarii 1692. in responsione ad septimum. Capellanus autem sufficit, quod approbetur a Superiore Monasterii, ut in 27. dicta Hieracensi in responsione ad nonum.
- In Ecclesiis Monialium non debent Regulares celebrare Missas absque licentia Episcopi, & si in illis ex dispositione Testatoris onus habent celebrandi, onus transferatur ad eorum Ecclesiam, prout laudando provisionem Sacra Congr. Episcop. & Regul. rescripsit Patriarchæ Veneto 15. Junii & 8. Augusti 1592.
- Missæ non est celebranda in Ecclesia polluta; cap. Propositissimi, ac seq. de consecratione Ecclesiæ. Hinc Rubricæ Missalis titulo de defectibus in ministerio ipso occurrentibus, sic habent: Si Sacerdote celebrante, violenter Ecclesia ante Canonem, dimittatur Missa; si post Canonem, non dimittatur. Incipit autem Canon post dictum Sanctus ab illis verbis: Te igitur clementissime Pater &c. Celebrans vero in Ecclesia polluta, licet peccet graviter, nullam tamen Censuram vel Irregularitatem incurrit, cum hæc in Jure statuta non reperitur Missa non est celebranda in loco interdicto, & ibi celebrans sit Irregularis; cap. Postulastis §. Quæstivisti, de sentent. Excommunic. in 6. cap. Is qui §. Is vero De Clerico excommunicato. Nec potest celebrari in loco, in quo sepultus est Paganus, seu Infidelis; cap. Ecclesia, de consecr. dist. 2. Nec ubi sepultus est excommunicatus vitandus, juxta illam Regulam: Quibus non communicamus vivis, nec communicemus Defunctis; cap. Sacris, de Sepulturis. Poterit tamen ibi celebrari, si inde extrahantur cadavera, & Ecclesia consecratur, vel benedicatur; De consecratione, cap. Ecclesia, in qua, dist. 27.
- Missæ in Ecclesiis Regularium, illis renuentibus, celebrari non possunt a Capitulo; Sac. Congr. Concil. in Nullius Castellani 20. Augusti 1722. & 30. Januarii 1723. apud Ursyam in Miscellan. sacro, & profano lit. M. num. 231.
- Missæ celebrandæ ex eleemosynis a Confraternitate collectis, debent in Ecclesia ejusdem Confraternitatis, non autem in Parochiali, celebrari Sac. Congreg. Conc. in Bononien. 15. Maii 1728. ad 12. dub.
- Missæ celebrandæ sunt in Ecclesiis per Testatorem designatis, sub pœnis arbitrio Ordinarii. Sac. Congreg. Concil. in Bergomen. 10. Julii 1728. ad 2. dub.
- Si autem a Testatore relictæ fuerint Missæ absque specificatione Ecclesiæ, in sepulchrali Ecclesia celebrari debent. Abbas Confil. 99. per tot. lib. 2. Pasqualig. de Sacrific. novæ Leg. quest. 1000. sub. num. 7. & seq. Rodriguez. qu. mor. tom. 4. cap. 15. verb. Missa sub. num. 3. Idque obtinuit, tum quia illa Ecclesia supra ceteras, utpote magis correlativa ad animam defunctis, prædilecta censetur. Ventrigl. in Prax. q. 2. annotat. 28. §. 1. sub. n. 34. Tiraquell. de privileg. pie caus. q. 17. sub. num. 16. Mantica de commut. ult. volunt. lib. 8. tit. 0. sub. n. 6. Tum etiam summa æquitatis fudeat ratio, ut illa Ecclesia, quæ sustinet servitutem sepulturæ, exinde celebrationis Missarum sentiat commodum, ut pluribus relatis dixit Rota in Romana celebrationis Missarum coram Calcagnino 15. Junii 1732. apud Scarfontonium ad Ceccoperium p. 2. in fine decis. 22. sub. num. 4. & 5. & a num. 30. ad 32. Et ad hoc facit aperte Constitutio novissime edita a Benedicto XIV. in cip. Quanta cura per extensum allata supra articulus. 1. num. 16.
- Missarum celebrationem debent Sacerdotes in libro in Sacristia asseruere scribere. Sac. Congreg. Concil. in Maceraten. 14. Maii 1729. ad 2. dub.
- Missæ in ea Ecclesia & loco celebrari debent in quibus voluerunt ii, qui eleemosynas erogarunt; Benedicto XIV. cit. Constitut. 22. §. 2. ubi dicit, quod in illa potius Ecclesia, Missas esse celebrandas quisque vult, ad quam religionis & pietatis stimulis ductus eleemosynas confert. Aut in qua quispiam fortasse tumulatus est, quam in alia Ecclesia sibi prorsus ignota.
- Missas extra Ecclesias celebrari, nequit extra casum necessitatis. Idem Constitut. 89. incipient. Inter omnigenas §. 22.

Missæ

- Missæ celebrari permittitur cum opportunis cautelis super triremibus Militiæ S. Joannis Hierosolymitani. Idem Constitut. 41. incipient. Exponi. Vide verb. Hierosolymitani Milites.
- Item super triremibus Pontificiis. Idem Constitut. 25. incip. Exponi.
- * Quamvis a Sacra Congregatione sæpius decisum fuit; in Oratoriis publicis sitis intra fines Parochiæ juris non esse Parocho prohibere, ne Missæ celebrentur ante Missam Parochialem, si tamen Episcopus in Synodo id prohibeat, ne populus retrahatur a Missa Parochiali, & concione, constitutio illa valet & Episcopo parendum est. De Synodo Dioc. lib. 7. cap. 70. §. 7.
- In Oratoriis privatis, in quibus pro infirmo conceditur unica Missa celebratio, die Natalis Domini sac est tres Missas ab eodem Sacerdote celebrari, ut ex Decretis S. Congregationis, ibid. lib. 3. cap. 4. §. 8.
- Episcopi quamquam non habeant amplius facultatem concedendi licentiam, ut in Oratoriis privatis celebretur, adhuc tamen possunt in suis domibus privatum Oratorium habere, & permittere aliis Sacerdotibus, ut in eo celebrent; ut ex Decretis Sac. Congregat. ibid. c. 6. §. 2.
- Hæc etiam celebratio præstari rite ibidem potest etiam absente Episcopo; atque ibi audientes Missam quicumque fides deest Ecclesiastico satisfaciunt. Denique quod hic dicitur de Episcopis, valet etiam pro Cardinalibus non Episcopis. Animadvertendum est tamen, valere hæc pro Oratoriis Episcopi in suis domibus, in quibus certus fixusque locus est assignatus. Ibid. §. 6.
- Si Missa omnino celebranda sit, nec possit in templis, vel etiam in Oratoriis privatis, licet illam celebrare in loco non indecenti, quicumque tandem ille sit, ut planum sit exemplo Capellanorum in Caltris; eorum etiam qui per isulium regiones iter faciunt, & etiam in littore maris respectu navigantium. Ibid. §. 7.
- Ut celebretur Missa in Mari peculiare privilegium requiritur, nec sufficit clausula generalis, qua facultas sit celebrandi in loco honesto & tuo. Non concessitur autem, nisi cum conditione, ut tutum sit navigium, longe absit a littore tranquillum sit mare, ac tandem assistat celebranti alter, vel Sacerdos, vel Diaconus. Ibid.
- In templo polluto celebrans Sacerdos, quamvis peccet graviter, ut ex cap. Is qui, de sent. excom. in 6., nullam tamen pœnam incurrit, cum nulla sit in jure expressa, quin, nec defuit, qui credant eum minime peccare, si ad sit Episcopi consentus. Vicissim autem irregularitatem Summo Pontifici reservatam incurrit, qui in loco interdicto celebrat, ut ex eod. cap. Is qui, ibid. lib. 3. c. 7. §. 4. *

Novæ Additiones ex aliena manu.

- Plures hic quæstiones expendendæ sunt de Capellano; qui celebrare haud valet in loco a Testatore designato, queritur primo, an celebrare alibi teneatur? Teneri sentiunt Hurad. part. 1. resol. moral. tract. 2. cap. 4. resol. 11. n. 105. & seq. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 10. quest. 5. n. 242. At alii ista distinguunt, quod videlicet si Testator voluit applicationem, teneatur alibi celebrare, si autem cultum ejus Altaris, aut commodum Populi voluit, nequaquam celebrare alibi teneatur; Barbof. de offic. & Potest. Episcop. part. 1. alleg. 24. n. 35. Cardinalis Lugo disput. 21. de Eucharistia sect. 18. versicul. Si tandem.
- Standum & ego censo huic distinctioni, dummodo tamen clare constet, quod cum Testator voluit cultum Altaris, commodumve Populi, noluit applicationem; idque quia potest Testator velle simul cultum Altaris, vel commodum Populi, & applicationem; Pasqualig. de Sacrific. Miss. to. 2. quest. 1147. num. 4. qui una docet quando clare constare dici possit voluisse Testatorem applicationem.
- Secundo queritur, an obligatio celebrandi Missam quotidianam in Ecclesia Regularium, sequatur ipsos, si se transferant ad aliam Ecclesiam? Sequi tenent & quidem etiam si fuisset expressa Ecclesia, cum nomine proprio, & absque expressione pertinentiæ ad Regulares, imo etiam cum verbis personalitatem denotantibus, Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 3. part. 2. cap. 24. num. 3. Pasqualig. de Sacrific. Miss. to. 2. quest. 1144. num. 1. & plur. sequent. ubi quod id, quod dictum est de Ecclesia Regularium, locum habet in quod

- alio Collegio, seu Communitate, cui idem onus sit injunctum.
- Tertio de Capellanis erectis in Ecclesia Regularium, queritur, an transferantur ad aliam Ecclesiam, quando Regulares mutant Ecclesiam? Videndum, an Capellania sit secularis, nec ne? Si sit secularis, rursus videndum, an Ecclesia in qua est erecta Capellania, sit erecta absque ullo respectu ad Regulares, an cum respectu ad ipsas. Priori autem casu non transferuntur; posteriori vero casu transferuntur, Si autem Capellania non sit secularis, indistincte transferuntur Pasqualig. de Sacrific. Miss. tom. 2. quest. 1146. per tot.
- Quarto queritur, an disponente Testatore, quod Missa celebretur in Altari devotæ alicujus Imaginis, possit in alia Ecclesia celebrari, si iis quibus est commissa celebratio ad aliam Ecclesiam se transferant? Sunt qui autumant, quod si transferatur imago ad novam Ecclesiam, transferatur & celebratio missarum; si autem non transferatur imago, nec transferatur Missarum celebratio; Vide Hurad. tom. 1. resol. moral. tract. 2. cap. 2. resol. 9. num. 100.
- Hanc opinionem amplectendam sustinet Pasqualig. de Sacrific. Miss. tom. 2. quest. 1145. si Testator primo disposuit, quod Missa celebretur in Altari, in quo speciali cultu imago aliqua colitur, & deinde onus celebrandi impolit Regularibus, alitve, ad quos pertinet Ecclesia, non item si primo contemplantur interviens Ecclesiæ, itant in eorum personam sit directum Legatum Missarum, & destinatio loci sit affecta in consequentiam, ad celebrationem etiam ex devotione disponentis erga aliquam imaginem.
- De quæstione demum, quam tractat Auctor. an. 21. ad plur. sequent. videlicet, an Missæ celebrandæ in Ecclesia Regularium, debeant ab ipsis celebrari, exclusi Sacerdotibus ab Hærede deputandis, aliquid etiam dicendum, Male autem Auctor absolute sentit celebrari eas debere a Regularibus. Distinctio enim in hac materia recepta est, quod aut Legatum celebrationis Missarum directum est in Ecclesiam, ut si Ecclesiæ ipsi relictæ sit aliqua summa pro Missarum celebratione, & nullo in hoc casu hæres pollet arbitrio deputandi Sacerdotes pro celebratione Missarum. Aut vero Legatum celebrationis Missarum directum est in Hæredem, ut puta si Hæredi injunctum sit, ut Missas in Ecclesia illa celebrari faciat, & in hoc disparato casu in ipsius Hæredis libertate est deputare Sacerdotes, pro Missarum celebratione, ut distinguit Cardinal. de Luc. de Legat. discurf. 25. feve per tot. & hanc distinctionem sequuta fuit S. Congregatio Concilii in Taurinen. celebrationis Missæ quotidiana 20. Maii 1752. ad primum dubium.

ARTICULUS V.

Missæ quoad tempus, potest, vel non potest celebrari.

- Tempus ordinarium celebrandi Missam incipit ab Aurora & terminatur in meridie, ut patet ex Rubricis Missalis de defectibus in Ministerio ipso occurrentibus, ubi dicitur, quod tempus debitum celebrandi sit ab aurora usque ad meridiem; Communiter & ex cap. Necessè est, & cap. Nostre sancta, de consecr. dist. 1. Nec potest amplius celebrari tempore vespertino: revocantur enim omnia privilegia a S. Pio V. Constitut. 4. incip. Sanctissimus. Nec post horam nonam, ex Innocentio IV. Constit. 14. incip. Sub Catholica. * Toleratur tamen anticipatio tertiæ horæ partis, sicut & prorogatio tertiæ horæ partis, post meridiem, ut ex edicto Benedicti XIII. Inflat. Eccles. 12. §. 4. * In terris vero infidelium celebrari potest una hora ante auroram, & una hora post meridiem, seu nonam, ex Paulo V. Constitut. 40. incip. Ex omnibus §. 6. Ubi non est aurora physice pro licita Missarum celebratione, attendatur ea moraliter, & politice, quando scilicet terminari solet quies, & incipit labor, juxta probatam Regionum consuetudinem, ex decreto Sacra Congreg. Rit. 18. Septembris 1634.
- Regulares circa hujusmodi anticipationem, & postpositionem multa obtinuerunt Apostolica Indulta, & privilegia. Alexander VI. concessit Patribus Congregationis Vallisole, ut possint celebrare quibus horis post mediam noctem per Breve, quod incipit sane merita. S. Pius V. concessit Societatis Jesu, ut referretur in Compendio suorum privilegiorum verb. Missa §. 3. quod possint celebrare per horam ante auroram, & infra horam

horam post meridiem causa itineris, vel alterius legitimi impedimenti. Martinus V. concessit Congregationi Valisolei. Innocentius VIII. Augustinianis, Leo X. Minoribus, & Gregorius XIII. Cassinensibus, ut statim post mediam noctem possint celebrare, & etiam post meridiem, quando Fratres debent ambulare, seu quando de via veniunt, & non possunt ante meridiem applicare ad locum, ubi commode possunt Missam celebrare. Sic referunt Cafarub. verb. Missa 2. Suarez tom. 3. in tertiam part. disp. 8. sect. 4. Baum in Theol. moral. tract. 10. de Sacramento. q. 13. Rosignol de Eucharistia q. 3. art. 16. num. 12. & alii. * Attamen jus habet Episcopus vetandi etiam sub penis canonicis, ne Regulares ultra consuetas horas celebrent, ut ex Decretis S. Congregationis armatur Instit. Eccles. 68. §. 12.

7 Attendenda est hic sequens Epistola de mandato Sanctissimi transmissa Eminentissimo, & Reverendissimo Cardinali Prospero de Lambertinis tunc Archiepiscopo Bononiensi, & postea Summo Pontifici, & ab ipso relata in suis semper commendabilibus Notificationibus, volumine 4. Notification. 1. ibi.

Eminentissime, & Reverendissime Domine
Obsquentissime.

13 CUM ad aures Sanctissimi Domini Nostri devenerit nonnullos forte per annos, antequam Eminentissime vestra illius Bononiensis Ecclesie regimini præficeretur, paulatim ea in Civitate irrepisse ab usum, ut occasione, qua Sacra quadam Imago Desiparæ Virginis a S. Luca, ut præfertur, depicta, ab Ecclesia Sancti Matthie Religiosorum Ordinis S. Dominici ad alias plures Monialium Ecclesias die Dominica ante Ascensionem, servato Processionis ritu, transferretur, multas per horas ante auroram priusquam nempe eadem Sacra Imago inde amoveatur, Missa lecta coram ipsa celebraretur, deindeque eadem die, pluribus jam a meridie transactis horis, nimirum postquam dicta Sacra Imago ad ipsam Sancti Matthie Ecclesiam relata est, alia ibidem Missa solemniter canatur; Sanctissimus Pater, qui non sine gravi animi sui offensione, Ecclesie præceptum, ejusque Rubricas de tempore celebrandi Missas salubriter constitutas tanta horarum perturbatione violari accepit, has ad Eminentiam vestram iussit Litteras dari, quibus significatur, Sanctitatis suæ mentem esse, ut enuntiatus abusus penitus eliminetur, utque in hunc finem Eminentia Vestra nectum ea, qua pollet ordinaria auctoritate juxta præscriptum Sacri Tridentini Concilii moneatis in Decreto de observ. & evit. in celebr. Miss. loco rum Ordinarios, ut Edicto & pœnis propositis caveant, ne Sacerdotes alii, quam debitis horis celebrent, verum etiam facultate sibi ab eadem Sanctitate Sua quatenus opus sit, specialiter delegata, mandet, promulgari Edictum quo sub pœna Suspensionis a Divinis ipso facto incurrenda, aliisque etiam gravius arbitrio Eminentie vestre decernendis ditiçte prohibentur omnibus, & singulis Sacerdotibus, tam Sæcularibus quam Regularibus, & præsertim Fratribus Ordinis Prædicatorum ne quicquam eorum in præfata Ecclesia Sancti Matthie Missam ullam, sive lectam, sive cum cantu, præterquam debitis horis audeat præmissa die Dominica, vel alia quacumque celebrare. Id itaque de mandato ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Eminentie Vestre significo, ut ejus menti se conformare dignetur, ejusque manus humillime deosculo. Romæ 2. Martij 1737. Eminentie Vestre Humill. & addictiss. Serv. A. Card. Gentilii Pro Præf.

8 Licitum est cuilibet Sacerdoti rite disposito quotidie celebrare: ex cap. Consulisti, de celebratione Missarum. Excipiuntur tamen ultimi tres dies hebdomadæ Sanctæ, in quibus ubique prohibentur Missæ privatae. non obstante quocumque privilegio, & contraria consuetudine, ex decreto Sacræ R. Congregationis, & clement. XI. 20. Aprilis 1707. ac ejusdem tandem vivæ vocis oraculo 8. Augusti 1713.

10 Excepto die Nativitatis Domini, & casu necessitatis, non licet eidem Sacerdoti plures Missas eodem die celebrare: ex cap. Sufficit dist. 1. de cons. ibi: Sufficit Sacerdoti unam Missam in die una celebrare, quia Christus semel passus est, & totum

mundum redemit, & valde felix est, qui unam digne celebrare potest. Et ex cap. Te referente. c. Consulisti, de celebratione Missarum. Excepto die Nativitatis Domini, nisi necessitatis causa suadeat, sufficit Sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare. Et sibi celebret in eadem die, sit irregularis. Sac. Cong. Conc. in Placentina 11. Januarii 1710. ad primum dub. Vide Barboſiam collect. Doctorum lib. 3. decretal. fol. 268. n. 3.

Excipitur dies Nativitatis Domini, in quo tres Missæ celebrari possent, cap. Noctæ 48. de consecrat. dist. 1. & cap. Consulisti 3. de celebratione Missarum. Prima enim dicitur in media nocte in memoriam Christi Nativitatis, secunda in Aurora in memoriam Adorationis tali hora ei a Pastoribus factæ, & tertia hora tertiæ diei in memoriam manifestationis omnibus factæ juxta Thelephori Pæne (qui celebrationem trium Missarum instituit) intentionem cap. Noctæ, de consecratione. dist. 1. Vel dicuntur ipsæ die tres Missæ ad significandam triplicem Christi Nativitatem, scilicet æternam ex Patre Cœlesti, temporalem ex Maria Virgine, & spiritualem, seu Mysticam in hominam cordibus per gratiam, ut notat D. Thomas 3. part. quæst. 83. art. 2. Vel ad significandam tres hominum status, scilicet ante legem Moysi, sub lege Moysi, & post legem, qui est status gratiæ, ut dicit Beda in sermone de Nativitate, & notat Glossa in c. Noctæ 48. de consecratione dist. 1. uti exprimitur verius sequentes.

Quarum prima tibi tempus, quo lege carebant; Altera dat Moysen, designat tertia Christum.

13 Antiquis temporibus tres Missæ celebrabantur etiam in Festivitatibus Resurrectionis Domini, Sancti Joannis Baptistæ, & SS. Apostolorum Petri, & Pauli, ut referunt Strabo de Eccles. Offic. capit. 21. Amalar. Fortunat. eodem ritu. lib. 4. c. 2. Gonzalez in c. Consulisti 3. de celebrat. Missarum. Ursula Institut. Crimin. lib. 1. tit. 10 §. 2. num. 63. In ipso die Nativitatis præsertim Sacerdotes tribus obligationibus satisfacere Sac. Cong. Concilii in Nullius 18. Aprilis 1654. l. 19. Decret. fol. 336. Vide infra a. 57 & seqq. ubi afferuntur alia Novissima ad rem apta endenda.

14 In ipsa die Nativitatis est privilegium, & non præceptum celebrandi tres Missas, adeoque est in libertate cuiusque Sacerdotis, juxta morem in suo loco receptum, tres, vel unam celebrare. Cum hac advertentia, quod, qui unam tantum vult celebrare, illam celebret accomodatam tempori, quo celebrat, nempe si de nocte, legat primam, si in aurora, secundam, si in pleno die, tertiam; quamcumque tamen legat, si una sola legat debet in ea facere Commemorationem Sanctæ Anastasiæ. Dixi celebret de nocte; nam de jure omnes Sacerdotes in nocte Nativitatis possunt celebrare unam Missam; De consecrat. dist. 1. c. Noctæ sanctæ, ex Thelephoro epistol. decretal. & sequitur Navarra de celebrat. Missar. consil. 2. lib. 3. Monacell. part. 3. tit. 4. num. 7. Bonacina & alii.

15 Non possunt tamen in ipsa Noctæ Nativitatis successive ad primam Missam statim celebrari aliæ duæ Missæ, nec communio præberi fidelibus, nisi post auroram, & non obstante quocumque privilegio, ex decreto Sacræ Congr. Rituum 7. Septembr. 1641. 9. Augusti 1653. & 29. Aprilis 1664. in una Pisauriensis, in qua habetur, ut sequitur: Patres S. Caroli Congregationis Clericorum Regularium petierunt responderi. An liceat in nocte Nativitatis Domini post cantatam primam Missam, alias duas immediate celebrare, & communicare fideles? Et Sacra Congregatio respondit, nullo modo licere, sed omnino prohibentur. Et cum abusus celebrandi successive ad primam Missam, & communionem præbendi fidelibus iterum tam in Urbe, quam extra resurgeret, denuo observantia dictorum Decretorum a Sacra Congreg. Visitationis Apostolicæ 7. Decembris 1702. & Edicto Eminentissimi Cardinalis Vicarii strictè demandata fuit, ut patet ex sequentibus provisionibus.

Eminentissimi, e Re verendissimi Signori.

IL Sacerdos Carlo Consueti Oratore umilissimo dell'EE. VE. risponde riverentemente esser introdotta tanto in Roma, come fuori in alcuna Chiesa la celebrazione delle tre Messæ basse nella mezza notte della nascita di Nostro Signore, il che è contro la forma della Rubrica del Messale de hora celebrandi Missam Rubr. 15. e contro i decreti, e dichiarazioni altre volte fatte da questa Sac. Congregazione, ad quali se ne dà qui sotto copia. Sissip.

Si supplicano per tanto l'EE. VV. d'altra promulgazione, e e Decreto per toglier tal abuso &c.

Cum superioribus diebus consultata hac Sacra Rituum Congregatione; An esset permittendum celebrari in media nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam, successive alias duas Missas, & in eis Sac. Communionem exhibere fidelibus illam deprecantibus, & respondisset non esse permittendum, sed omnibus utrimque prohibendum. Nihilominus nonnulli Regulares afferentes hoc licere, supplicarunt audiri, & Sacra Congregatio, ipsis auditis cum Procuratoribus, & Advocatis, ad relationem Eminentissimi Pallotti, stetit in Decretis, & respondit; Iterum prohibendum, tam Sacerdotibus celebrare volentibus, quam confluentibus in media nocte ad Ecclesiam, & Communionem deprecantibus: die 7. Decembris 1641. Quorum decretorum duplicata expedita fuerunt die 9. Augusti 1653. in Regest. fol. 144.

19 Excipitur etiam casus necessitatis, nam in casu necessitatis plures Missas eodem die celebrari posse ab eodem Sacerdote jejuno, clare patet ex cit. cap. Consulisti, de celebratione Missarum. Inter autem hujusmodi casus necessitatis præcipue comprehenduntur sequentes. Primus casus sufficientis necessitatis est, quando Sacerdos jam celebravit, & superveniente morte, vel infirmitate, qua Missam non possit proficui, alteri Sacerdoti celebranti post hostiam consecratam ad eandem complendam ipse sufficit, ut habetur in cap. Nihil 7.

20 Quartus casus est, quando Sacerdos habet duas, vel tres Parochias inter se valde distitas, & non potest habere Coadjutorem, nec omnis populus potest in unam Ecclesiam convenire; tunc enim præter eandem die in qualibet sua Parochia celebrare, ut quilibet populus possit præcepto de audiendo Sacro satisfacere. Tertius casus est, quando in partibus Infidelium pauci sunt Sacerdotes, & multi Catholici, ut in Anglia, Hollandia &c. id exigente necessitate illorum Catholicorum in illis partibus.

21 Quartus casus est, quando occurrente maxima solemnitate tam magnus esset populi concursus (a), ut omnes in eadem Ecclesia capi non possent ad audiendum Sacro, nullo alio existente Sacerdote, tunc etenim ab eodem possent sacramentaliter ad satisfaciendum omnibus. Sic tenet Durandus lib. 2. de ritibus Eccles. cap. 7. dicens ita sensisse Leonem Papam, epist. 81. ad Dioscorum, quoniam strabo de rebus Eccles. cap. 21. refert eundem Leonem Papam, quandoque septies, quandoque novies eadem die e: eadem causa celebrasse. Advertendum tamen est, quod in his casibus, si Sacerdos præfatus sit postea sibi iterum sacrificandum fore, debet abstinere in prima Missa a sumptione ablutionis, ut in Missis Nativitatis Domini, uti notant communiter Doctores in cap. Ex parte, de celebratione Missarum.

22 Alii casus referuntur a quibusdam Doctoribus, in quibus dicunt posse eundem Sacerdotem eadem die bis sacrificare, verb. gr. Ne moriturus sine Viatico decedat; At hic non sufficit, cum obstat præceptum non iterandi Sacrificium, & in eo casu ex defectu Hostiæ consecrata excusetur infirmus, præcepto fumendi Viaticum ob impotentiam. Vide verb. Infirmus numer. 28. & verb. Moribundus numer. 16. Sic nec est casus sufficientis ne quis adventus alicujus Magnatis, Principis, Episcopi, Cardinalis, Legati, ut volunt alii. Nec pariter sufficit pro iteratione Sacrificii eadem die præstanda ab eodem Sacerdote adventus inexpectata Processionis, magna copiarum peregrinorum, vel magna devotio Catholicorum in partibus Infidelium audiendi Sacrum, etiam diebus feriatis, ut volunt alii. Nec etiam defectus decentis apparatus vestium pro qualitate multorum Nobilium erubescendum die Feste intervenire Sacro, cui alii concurrunt, ut censuræ aliqui. Videntur enim requiri graviores causæ ad hoc, ut ab eodem Sacerdote possit eadem die pluries celebrari, ut potest colligi ex sequentibus declarationibus. Cum in Civitate, quam dicunt de la Assumpta in Provincia Paraguarisiensi pars magna nobilium domi se contineat, quod apparatu decente careat, ideo ut Nobiles Mulieres, ac viri e domibus ad templum Ferrar. Biblioth. Tom. V.

23 Regulares possunt in suis Ecclesiis Missas celebrare eodem tempore, quo Parochi celebrant in suis, ex concessione S. Pii V. Constitut. incip. Etsi mendicantium. Et post concessionem S. Pii V. fuit editum Decretum a Sac. Congreg. Episcop. & Regul. 10. Octobris 1586. in quo statuitur, quod Ordinarii non impediatur Fratres puliare Campanas ad Matutinum, ad Horas, & ad Missam, antequam pulletur Campana Majoris Ecclesie, præterquam in die Sabbati Sancti. Immo possunt Regulares etiam celebrare Missas priusquam Parochi celebrent, ut statuit S. Pius V. in cit. Constitut. §. 8. his verbis; Nec non missas, & Divina Officia hujusmodi etiam in diebus Dominicis, vel Festivis etiam antequam Rebtor Parochialis Ecclesie celebraverit, celebrare, & facere, quando eis videtur. Nec Episcopi possunt illis prohibere, ne campanas pulsent, & Missas celebrent in suis Ecclesiis ante pulsationem Campanarum, & celebrationem Missæ in Ecclesia Parochiali, ut decrevit Sac. Congregat. Concilii in causa Nullius Provinciae Raven. die 15. Septembris 1629.

24 Potest tamen Episcopus decreto Synodali statuere, ut diebus Festis de præcepto Missæ celebrari non debeant in Oratoriis, & Ecclesiis ruralibus, nisi celebrata Missa in Ecclesia Parochiali; ut declaravit Sac. Congregat. Concilii in S. Agathe Gothorum 25. Maii 1652. lib. 19. decretor. fol. 191. & in Cameriana 30. Augusti 1704. favore Parochiæ S. Pauli loci Plaitæ contra Capellanum Villæ Collis, ita tamen, ut Missa Parochialis hora opportuna celebretur. Vide verb. Parochus art. 3. n. 8.

25 Assumpto onere celebrandi Missam ad finem aliquem obtinendum, si Missa differatur ultra tempus, quo finis possit obtineri, dilatio est gravior peccaminosa, quia per illam dilationem frustratur finis, ob quam tradita est elemosyna, & assumpta est illa obligatio, & etiam violati est Fides, qua Sacerdos se obligavit, adeoque graviter peccavit, nedum contra fidelitatem, sed etiam contra Justitiam. Hinc si quis erogaverit Sacerdoti stipem ab eodem ad hunc finem acceptam, ut celebret Missam pro salute corporali recuperanda, & Sacerdos distulerit celebrationem post mortem secutam, certe non eximeretur a gravi culpa (b), cum forte mortuus non

26 do præceptum Ecclesie urgeat de semel celebrando, exceptis casibus, in quibus expressè ab Ecclesia permittitur.

(b) Nota. Hic Ferraris divinare videtur, dum asserit quæ forte mortuus non fuisset.

27

28

29

30

31

32

33

34

35

educerentur, opus fuerit Missam ante Solis ortum celebrare, sed non reperio Sacerdote, qui absque stipendio minus hoc sibi velle, Episcopus prædictæ Civitatis Missam antelucanam Nobilium gratia celebravit. Proposito dubio in Sacra Congregatione Eminentiss. Card. Concilii Tridentini Interpretum: An Episcopus absque Apostolico Indulto possit bis in die Sacrificium offerre ex prævaricata causa? Die 1. Septembris 1657. Eadem Sac. Congregat. censuit non posse. Hinc etiam cum Archiepiscopus Sipontinus obligatus esset in Ecclesia Sipontina Fer. V. in Coena Domini celebrare, & conficere Christma, quamvis deberet in Ecclesia Garganica recipere peregrinos, ideoque cum Clerus & populus compelleret ad hic prius celebrandum, Honorius III. cap. Te referente, de celebrat. Missarum, sic decrevit: Cum cuilibet Sacerdoti, quacumque dignitate præfulgeat, unam in die celebrare missam sufficit, nam & valde felix est, qui celebrat digne unam, Fratervitatis tuæ mandamus, quatenus die Coenæ Domini in Ecclesia Sipontina dumtaxat, in qua teneris Christma conficere, Missarum studeas solemniter celebrare.

29 Feria quinta in Coena Domini celebrari nequit Missa in Ecclesia, in qua non asservatur Sanctissimum Sacramentum, ut in una Neapolitana disponitur: Instituit Vicarius Generalis Eminentissimi Archiepiscopi Neapolitani Sac. Rituum Congregat. declarari: An liceat in Ecclesiis, in quibus non asservatur Sanctissimum Sacramentum, celebrari Missam feria quinta in Coena Domini, & in Sepulchro idem Augustissimum Sacramentum asservanti? Et Sac. Eadem Congreg. respondit non licere: die 24. Junii 1659.

J. Episcopus Sabinens. Card. Sacchetti. Franciscus Maria Phebans Sac. Rit. Congr. Secretar.

30 Regulares possunt in suis Ecclesiis Missas celebrare eodem tempore, quo Parochi celebrant in suis, ex concessione S. Pii V. Constitut. incip. Etsi mendicantium. Et post concessionem S. Pii V. fuit editum Decretum a Sac. Congreg. Episcop. & Regul. 10. Octobris 1586. in quo statuitur, quod Ordinarii non impediatur Fratres puliare Campanas ad Matutinum, ad Horas, & ad Missam, antequam pulletur Campana Majoris Ecclesie, præterquam in die Sabbati Sancti. Immo possunt Regulares etiam celebrare Missas priusquam Parochi celebrent, ut statuit S. Pius V. in cit. Constitut. §. 8. his verbis; Nec non missas, & Divina Officia hujusmodi etiam in diebus Dominicis, vel Festivis etiam antequam Rebtor Parochialis Ecclesie celebraverit, celebrare, & facere, quando eis videtur. Nec Episcopi possunt illis prohibere, ne campanas pulsent, & Missas celebrent in suis Ecclesiis ante pulsationem Campanarum, & celebrationem Missæ in Ecclesia Parochiali, ut decrevit Sac. Congregat. Concilii in causa Nullius Provinciae Raven. die 15. Septembris 1629.

31 Potest tamen Episcopus decreto Synodali statuere, ut diebus Festis de præcepto Missæ celebrari non debeant in Oratoriis, & Ecclesiis ruralibus, nisi celebrata Missa in Ecclesia Parochiali; ut declaravit Sac. Congregat. Concilii in S. Agathe Gothorum 25. Maii 1652. lib. 19. decretor. fol. 191. & in Cameriana 30. Augusti 1704. favore Parochiæ S. Pauli loci Plaitæ contra Capellanum Villæ Collis, ita tamen, ut Missa Parochialis hora opportuna celebretur. Vide verb. Parochus art. 3. n. 8.

32 Assumpto onere celebrandi Missam ad finem aliquem obtinendum, si Missa differatur ultra tempus, quo finis possit obtineri, dilatio est gravior peccaminosa, quia per illam dilationem frustratur finis, ob quam tradita est elemosyna, & assumpta est illa obligatio, & etiam violati est Fides, qua Sacerdos se obligavit, adeoque graviter peccavit, nedum contra fidelitatem, sed etiam contra Justitiam. Hinc si quis erogaverit Sacerdoti stipem ab eodem ad hunc finem acceptam, ut celebret Missam pro salute corporali recuperanda, & Sacerdos distulerit celebrationem post mortem secutam, certe non eximeretur a gravi culpa (b), cum forte mortuus non

33 do præceptum Ecclesie urgeat de semel celebrando, exceptis casibus, in quibus expressè ab Ecclesia permittitur.

(b) Nota. Hic Ferraris divinare videtur, dum asserit quæ forte mortuus non fuisset.

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

non fuisset, si debito tempore pro eodem celebrasset. Sic etiam graviter peccant differentes ultra debitum tempus celebrationem Missarum acceptarum pro præcisio sine habendi v. g. felicem partum, prosperum iter, seu navigationem, & hujusmodi, ut tradunt communiter Doctores. Et graviter etiam delinquit quilibet Sacerdos etiam privatus alimens tot onera Missarum, quibus non possit satisfacere, nisi post longissimum tempus, quia Sacra Congregat. auctoritate Urbani VIII. in responsione ad 11. concedit solum posse nova onera Missarum celebrandarum suscipere, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere, & circa hoc in responsione ad 16. statuit comprehendendi etiam privatos Sacerdotes.

37 Obligati ad celebrandas Missas in diebus Festivis ex institutione Fundatoris non potest illas differre in dies feriales sequentes ad Festa, & sic differens graviter peccat, & ratio non solum deducitur ex dilatione ultra diem præscriptum, & ex violatione voluntatis Testatoris, sed etiam ex qualitate diei Festi, quem voluit Testator specialiter tum ad venerationem ejusdem, tum ad commodum populorum. Et dies Festi in similibus casibus debent intelligi dies Festi solum de præcepto, in quibus cadit obligatio audiendi Sacrum, & abstinendi ab operibus servilibus; non autem dies, qui ratione ritus duplicis dicuntur Festi in ordine ad Divinum Officium.

38 Non licet anticipata applicatione Missam celebrare, & applicare pro eo, qui primo elemosynam erogabit; sic enim declaravit Sacra Congregat. Concilii de mandato Clementis VIII. die 5. Novembris 1605. præcisus his verbis: *Superioribus diebus significatum fuit S. D. N. paucis ab hinc annis in Hispania novam consuetudinem recentiorum aliquot Theologorum opinionem nixam, sensum receptam in dies magis invaluisse, ut Sacerdotes Missam celebrantes, ejus valorem generalem applicent his, qui postea Missa celebrationem postulaturi, ac pro eo elemosynam præbituri sunt, tamen antiquam Missæ Sacrificium peragunt, neque a Sacerdote illud rogassent, neque ei bac de causa præstitissent elemosynam. Quam rem cum Sanctitas sua ad Sacram Congregationem Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum pro materia gravitate examinandam rejecisset, in ipsa Congregatione primum de ea actum fuit diligentissime, ac deinde relictum ad Sanctitatem suam qui ex ejusdem Congregationis sententia hujusmodi consuetudinem, tamquam pluribus nominibus periculosa, fidelium scandalis, & offensionibus obnoxiam, atque a vetusto Ecclesiæ more nimium abhorrentem explosit, ac improbavit, atque Amplitudini tue literas dari, quod facimus, mandavit, ut omnibus illius Regni Archiepiscopis, atque Episcopis, in quorum diocesis hujusmodi applicatio in usum inducenda fuerit, per literas, aut alias scripto injungat, ut talem usum aboleat, ac prohibeat excommunicationis, atque aliis, quas opportunas, & necessarias existimaverit, poenis. Idemque præcipiat Generalibus, & Capitibus Ordinum, quos in istis Regnis nunc moverit commemorari, ut scilicet & ipsi Regularibus sibi subditis talibus applicationibus, iisdem poenis propositis, interdiciant; Quæ omnia pro sua pietate, & Sanctissimi Domini nostri Jesu obsequendi studio Amplitudinem tuam sedulo effectu-ram præstantes, Omnipotentem Deum rogamus, eam quotidie celestis sue gratiæ donis velit auctiorem. Romæ die 15. Novembris 1605. de qua declaratione meminerunt Laurent. de Peirinis tom. 12. de privil. Minim. inter Constit. Urbani VIII. n.9. Gavant. in thesaur. tom. 1. part. 3. tit. 12. an. 34. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 21. n. 7.*

39 Fundator, potest anticipare præveniendò illas celebrare, nisi Fundator ipse aliud, sive implicite, sive explicite statuerit, quia ex una parte illa anticipata celebratio non cadit in incertum, nec suspendit effectum ejusdem Sacrificii, cum sint omnia requisita, & sit determinata persona, supra quam cadit idem effectus, ex alia parte potius suffragatur Fundatori, quam nocet, siquidem pro ejus salute, quo citius offertur Sacrificium, eo citius liberatur a Purgatorio, adeoque non est, cur dicatur prohibita talis anticipata celebratio. Si autem Fundator in fundatione expresserit, quod tot Missæ qualibet hebdomadæ celebrantur, nec ulla ex eis in singula omittatur: vel dies præfixerit ex peculiari sua devotione ad eas, vel ut in ipsis determinatis diebus daretur commodum populo audiendi Sacrum, tunc non possit anticipare celebrare, sed teneatur omnibus illis præfixis diebus ad illam determinatam celebrationem saltem localem, quia aliter violaret mentem Fundatoris, & fraudaret populum Jure, quod ex ejusdem Testatoris voluntate haberet Sacrum audiendi illis

40 cujuscumque hebdomadæ determinatis diebus, Sic sentit Barbosa de Offic. & potest. episcop. part. 2. allegat. 24. n. 14. Diana, Riccius & alii communiter.

41 Utilius est curare, ut Missæ pro se celebrentur in vita, quam instituire, ut celebrentur post mortem; Quia Missæ pro aliquo celebrata post mortem sunt solum satisfactoria pro poenis, quas animæ luunt in Purgatorio. At Missæ celebratae pro aliquo adhuc in vita, non solum sunt satisfactoria, sed etiam propitiatoria, meritoria, & impetratoria, & sic juvant in vita, & post mortem; Immo tanta esse possunt Sacrificia in vita alicujus oblata, ut totam poenam, quæ illi in Purgatorio debebatur, expient, ac deleant, ita ut ille decedens Coelum statim consequatur, & ita ad rem aptissime sentit Divus Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 58. Tunc est via, ut bonum, quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat ipse, dum vivit per se: *Beatus quippe est liberum exte, quam post vincula libertatem querere, & sic cum ipso sentiunt Barbosa in Concil. Trid. sess. 22. de Sacrificio Missæ cap. 2. quest. 11. Gobat, Fraxinellus, Pinellus, Marchinus, & plurimi alii.*

42 Ad complementum hujus articuli addendum est, quod Eminentissimus Cardinalis, qui in Sacello Pontificio celebrat primam Missam Nativitatis Domini ante mediam noctem, censetur saltem tacite dispensatus a Summo Pontifice, ut celebret, & communicet non jejunus. Ipse enim solet in ipsa die Vigilæ hora solita prandere, licet sero in collatione fieri solita in Palatio Apostolico nihil sumat, ut patet universæ Urbi, teste Diana coordinat. 2. 2. tract. 3. resolut. 12. n. 4. ubi dicit non esse verum quod Summus Pontifex quotannis speciali Brevi dispenset cum Cardinali celebrato, ut possit non jejunus celebrare, ut asserit Pasqualigus tom. 1. dec. 312. num. 4. nec quod Cardinalis celebraturus maneat tota die Vigilæ Nativitatis jejunus, & post celebrationem coenat, refertque sic sibi testatos fuisse plures Curie Milititros, & Magistrum Cæremoniarum ipsius Summi Pontificis; Unde non videtur verificari opinionem Cardinalis de Lugo de Sacrament. Euchar. disput. 15. sect. 2. num. 16. & Averlæ de Sacram. Eucharist. quest. 8. sect. 8. putantium Summum Pontificem pro illo loco, & pro illa nocte anticipare aliquantum initium diei sequentis, itaut talis Cardinalis cenetur celebrare in die, & non in Vigilâ Nativitatis, sicque communicet jejunus. Sic Dicastill. de Sacrament. tom. 1. tract. 4. dub. 17. quest. 7. num. 404. expressè dicens revera saltem tacite Summum Pontificem dispensare, ut Sacrum in Capella Pontificia dicatur a Cardinali non jejunus abique ulla anticipatione diei, ut vult Lugo, sed illud Sacrum dici intra Festivitatem Ecclesiasticam Nativitatis Christi sine ulla anticipatione diei; Ita etiam Quarti Communiar. in Rubric. Missal. part. 3. tit. 9. dub. 6. caus. 4. Pasqualigus loc. cit. dec. 311. Martinon. tom. 3. disput. 35. num. 64. Diana coordinat. tom. 2. tract. 3. resolut. 11. & 12. quamvis ipse censet contrariam opinionem etiam probabilem, & alii plures.

43 Non sic autem censendum est de aliis, qui ex privilegio, vel consuetudine celebrant ante mediam noctem, ut patet de Primicerio S. Marci Venetiarum, qui ante dictam mediam noctem semper jejunus celebrat, ut testatur Diana coordinat. loc. cit. resolut. 11. num. 4. ubi arguens contra Cardinalem de Lugo existimantem Missam celebratam a Cardinali in Capella Pontificia non solum esse Missam diei, sed Missam celebratam in die Natalis Domini, ex eo quod censet Summum Pontificem pro illo loco, & nocte anticipare diem sequentem per aliquot horas, expressè sic habet; *Sed hæc doctrina credo quod ipsemet Cardinalis non concederet pro Templo Divi Marci, quod patet: nam si ita esset, Primicerius posset dicere unam Missam non jejunus, quod nunquam accidit; nam semper Primicerius celebrat jejunos. Et paulo infra subiungit. Et hoc ultimum (nempe quod illud Sacrum censetur dici intra Festivitatem Ecclesiasticam Nativitatis Christi sine ulla diei anticipatione) dicitur esse etiam de Sacro, quod dicit Primicerius in Templo Divi Marci, non autem de dispensatione jejunii; nam ut observatum est, Primicerii S. Marci semper celebrant illa nocte Nativitatis jejunii. Et sic in genere de omnibus, qui celebrant ante mediam noctem, tenet expressè Gavantus tom. 1. part. 4. tit. 3. num. 5. ibi: *Quod si celebraturus sit ante mediam noctem ex privilegio, vel legitima consuetudine, vere non dispensatur in jejunio necessario ad Missam, ideo a pridiana media nocte jejuset, neque in Missæ Vigilæ sumat purificationem; Et ipsum sequitur Merati ibidem num. 12. ibi: *Illi autem, qui ex privilegio celebrantur***

44 Cardinalis, vel alius celebrans prædictam Missam ante mediam noctem, non potest mane Nativitatis celebrare tres Missas, sicuti alii Sacerdotes. Sic Quarti loc. cit. part. 1. tit. 15. dub. 7. difficult. 1. & communis aliorum contra Caramuellem: Et ratio est, quia Summus Pontifex non dispensat in numero Missarum, quæ dici possunt in solemnitate Nativitatis, sed solum in hora celebrandi primam ex tribus illis Missis illa die concessis, transferendo in die præcedentem partem illius privilegii, quod jus commune concedit pro ipsa die Nativitatis Domini. Unde cum jam prima Missa fuerit ex privilegio anticipata celebrata, non potest iterum ab eodem celebrari. Nec ideo est deterioris conditionis alii Sacerdotibus, ut præterdit Caramuel in Theologia fundamentali fundament. 31. num. 13. sed immo conditionis melioris, quia fruitur anticipare eodem privilegio. Potest tamen mane celebrare reliquas duas Missas, ne sit deterioris conditionis aliis Sacerdotibus; cum quod ob gratiam alicujus conceditur, non sit in ejus dispensationem retorquendum, textu expresso in cap. Quod ob gratiam 61. de Regul. Juris in 6. Quarti loc. cit. Gavant. loc. cit. num. 5. expressè concludens; *Et eo casu si in prima Missa noctis sumeret purificationem, immo & cibum ante mediam noctem, posset celebrare secundam, & tertiam Missam Nativitatis Domini; Favet communis Doctrina, Theologorum; & sequitur Merati loc. cit. num. 12. Quamvis Diana coordinat. tom. 2. tract. 1. resolut. 96. num. 4. dicat quod Cardinalis, qui in Sacello Pontificio celebrat Missam Nativitatis ante mediam noctem, non potest postea mane celebrare alias duas Missas.*

45 Cardinalis, vel alius celebraturus primam Missam Natalis ante mediam noctem, potest mane celebrare Missam coniventem Vigilæ. Quarti loc. cit. difficult. 2. dicens sic communiter sentire Doctores supradictos: *id supponunt Merati, & Gavant. loc. cit. dicendo: Neque in Missa Vigilæ sumant purificationem. Et ratio est, quia quamvis prædicta hora pertineat physice ad diem Vigilæ, moraliter tamen quantum ad anticipatam celebrationem hujus Missæ pertinere videtur ad diem Natalis; cum vere dicatur pro solemnitate Natalis; Et sic licite potest prædictus Cardinalis, vel alius Sacerdos similiter privilegiatus mane celebrare Missam coniventem Vigilæ, & postea primam Missam diei Natalis ante mediam noctem ejusdem, quamvis censetur bis celebrare in eadem physice die; quia Summus Pontifex concedendo alicui anticipationem primæ Missæ Natalis, non tollit ipsi facultatem de jure communi omnibus concessam celebrandi horis consuetis Missam Vigilæ; alias privilegiatus esset deterioris conditionis non privilegiatis contra dispositionem cit. cap. Quod ob grat. 61. de Regul. Juris in 6.*

46 Celebrans anticipare illam primam Missam Natalis potest sumere purificationem, vel etiam postea Cœnam ante mediam noctem, & die sequenti, nempe in die Natalis celebrare secundam, & tertiam Missam. Sic cum Pasqualigo, Quarti loc. cit. dub. 7. in fine, Gavant. & Merati loc. cit. dicentes quod favet communis Doctrina Theologorum. Et ratio est quia cum illa hora vere physice pertineat ad diem Vigilæ, sumens purificationem in ipsa anticipata Missa, & postea Cœnam ante mediam noctem, vere erit jejunus pro celebratione altarum duarum Missarum in die Natalis, quod est contra opinionem Cardinalis de Lugo loc. cit. existimantis, juxta sua principia, illam horam pertinere ad anticipatam per summum Pontificem diem Natalis.

47 Tam celebrans, quam audientes dictam anticipatam Missam, satisfaciunt præcepto dicendi, vel audiendi Missam, pro die Natalis. Ita Diana coordinat. tom. 2. tr. 3. resolut. 11. & 12. Quarti loc. cit. dub. 7. difficult. 3. cum Dicastillo, Averlæ, & aliis supradictis contra Pasqualigum. Et ratio est, quia eo ipso quod Summus Pontifex dispensat, ut Missa Nativitatis anticipata celebretur, dispensat etiam, ut ipsam celebrans, & audientes anticipata satisfaciunt obligationi. Nam dispositum in uno correlativo censetur & dispositum in alio. Unde in Thesauro Resolutionum Sacre Congregationis Concilii tom. 1. sub die 13. Julii 1720. in una Veneta in fine expressè dicitur, quod in ipsa Civitate Venetiarum nocte Nativitatis Domini ante mediam noctem Missa celebratur a Primicerio in Templo S. Marci, & Senatus Venetus, alique, qui Missam dicta hora audiunt, satisfaciunt præcepto audiendi Missam die Nativitatis Domini; & quod hoc ipsum sit in eadem

48 Civitate in Ecclesiis S. Joannis, & S. Jacobi in Rivoalto, necnon in Ecclesia Canonorum Lateranensium, & in Ecclesia Patrum, qui nuncupantur *Frari*, necnon in Ecclesia Montialium S. Zachariæ, & simile privilegium fuit novissime concessum anno 1745. a Summo Pontifice Benedicto XIV. pro Ecclesia nostrâ ejusdem Civitatis Conventus vulgo nuncupati *la Vigna*; Quamvis 1720. 13. Julii fuerit Ecclesiæ Collegiata S. Pauli ipsiusmet Civitatis denegata a Sacra Congregatione Concilii reassumptio intermissi consilii privilegii sibi concessi a Pio IV. & S. Pius V. Constit. 4. incip. *Sanctissimus*, revocaverit omnia hujusmodi privilegia, & prohibuerit Prælati, & Capitulis, ac quibuscumque Ecclesiarum Superioribus in Virtute Sanctæ Obedientiæ, & imposita pena perpetuæ Suspensionis a Divinis: *Ne deinceps Missas vespertino tempore hujusmodi licentiarum, & facultatum aut alio quovis prætextu celebrare, vel celebrari facere præsumant*, addita derogatione quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, consuetudinibus, & privilegiis, etiam munitis derogatoriis derogatoris, & aliis quibuscumque clausulis etiam si privilegia concessa fuissent intuitu Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum, ut latius in ipsa allegata Constitutione, & ut patet in supradicta Veneta impressa in Thesauro Resolutionum Sacre Congreg. Conc. tom. 1. sub die 13. Julii 1720. quæ Resolutiones prolant Venetis apud Joannem Baptistam Recurri.

49 Vigilia Nativitatis occurrente in Dominica, non potest quis nolle audire Missam mane Dominicæ, & expectare, ad satisfaciendum præcepto, Missam illam anticipatam ante mediam noctem. Quarti loc. cit. dub. 7. difficult. 4. cum Diana & aliis ab ipso citatis, alique passim. Et ratio est, quia illa anticipata Missa nullo modo computari potest pro ipsa Dominica, sed solum pro sequenti Festo Natalis. Quamvis enim non dicatur in die Natalis nihilominus vere dicitur pro solemnitate Natalis, & ut dictum est numero antecedenti ipsam celebrans, & audientes satisfaciunt præcepto dicendi, vel audiendi Missam in die Natalis; Unde cum ipsa interserviat satisfaciendo præcepto diei Natalis, non potest infervire pro satisfaciendo præcepto Dominicæ præcedentis, quia unico Sacro non potest satisfieri duobus præceptis duarum distinctarum Festivitatum; sicuti unico Officio non potest quis satisficere duplici præcepto, pro die præsentis, & crastino, ex merito damnata inter alias propositione 35. ab Alexandro VII. die 18. Martii 1666. ibi: *Unico Officio potest quis satisficere duplici præcepto pro die præsentis, & crastino.*

50 Quoad Missæ celebrationem fieri solitam ante noctis dimidium in privilegio Nativitatis Domini in Capella Pontificia, sive in aliis Ecclesiis ex privilegio, præter ea, quæ hucusque adduximus, Maximus Pontifex Benedictus XIV. de Synodo Diocesana lib. 6. Cap. VIII. per tot. permulta ad rem eruditissime suo more adducit, & quo ad horam ipsam celebrandi, hæc num. XIV. habet. *Ex diariis, quæ Pontificii Cæremoniarum Magistri ab anno 1474. ad annum 1517. digesserunt, colligitur, Matutinum in Pontificia Capella incipiisse circa octavam, nonam, ac etiam decimam horam (ab occasu solis numerando, juxta Italiæ morem) illius noctis, quæ diem Christi Natalem præcedit; ac præterea sacrum hunc ritum, una cum solemnibus Missis, non nisi quatuor horarum spatio expleri consuevisse. Leo X. referente in Diariis Paride de Grassis, anno 1517. ob adversæ valetudinis incommoda, Pontificiæ Capellæ initium statuit hora quinta noctis. Pontifex Adrianus sextus veterem morem sequutus, horam noctis nonam restituit. At Clemens VII. Paulus III. ac Julius item III. circa secundam, aut tertiam noctis horam Matutinum inchoandum mandarunt: Hinc hora septima noctis, ipsi etiam solemniori Missæ finis imponebatur. Varius in hoc tempore designando fuit S. Pontifex Pius V. quandoquidem eo jubente anno 1566. Matutino initium dedit hora noctis sexta; anno 1567. hora quarta; anno 1568. hora quinta; anno 1569. hora octava cum dimidio; anno demum 1570. hora nona. Gregorius XIII. juxta veterem morem tertiam, aut quartam noctis horam in usum revocavit. Atque hic demum mos in Pontificia Capella deinde servatus fuit, & adhuc viget, statuta pro Matutini initio quarta hora noctis, ex quo sequitur, ut solemnibus Missis paulo ante noctis dimidium perficiatur.*

51 Deinde idem Pontifex *ibid. num. 15.* a designatione temporis, & horæ pro ipsa Missa celebranda, ad jejunium progreditur, referens ex relatione Magistrorum Cæremoniarum

sunt ante mediam noctem, observent omnia ea quoad jejunium servandum ante, & post Missam illam, quæ tradit Gavantus supra.

48 Cardinalis, vel alius celebrans prædictam Missam ante mediam noctem, non potest mane Nativitatis celebrare tres Missas, sicuti alii Sacerdotes. Sic Quarti loc. cit. part. 1. tit. 15. dub. 7. difficult. 1. & communis aliorum contra Caramuellem: Et ratio est, quia Summus Pontifex non dispensat in numero Missarum, quæ dici possunt in solemnitate Nativitatis, sed solum in hora celebrandi primam ex tribus illis Missis illa die concessis, transferendo in die præcedentem partem illius privilegii, quod jus commune concedit pro ipsa die Nativitatis Domini. Unde cum jam prima Missa fuerit ex privilegio anticipata celebrata, non potest iterum ab eodem celebrari. Nec ideo est deterioris conditionis alii Sacerdotibus, ut præterdit Caramuel in Theologia fundamentali fundament. 31. num. 13. sed immo conditionis melioris, quia fruitur anticipare eodem privilegio. Potest tamen mane celebrare reliquas duas Missas, ne sit deterioris conditionis aliis Sacerdotibus; cum quod ob gratiam alicujus conceditur, non sit in ejus dispensationem retorquendum, textu expresso in cap. Quod ob gratiam 61. de Regul. Juris in 6. Quarti loc. cit. Gavant. loc. cit. num. 5. expressè concludens; *Et eo casu si in prima Missa noctis sumeret purificationem, immo & cibum ante mediam noctem, posset celebrare secundam, & tertiam Missam Nativitatis Domini; Favet communis Doctrina, Theologorum; & sequitur Merati loc. cit. num. 12. Quamvis Diana coordinat. tom. 2. tract. 1. resolut. 96. num. 4. dicat quod Cardinalis, qui in Sacello Pontificio celebrat Missam Nativitatis ante mediam noctem, non potest postea mane celebrare alias duas Missas.*

49 Cardinalis, vel alius celebraturus primam Missam Natalis ante mediam noctem, potest mane celebrare Missam coniventem Vigilæ. Quarti loc. cit. difficult. 2. dicens sic communiter sentire Doctores supradictos: *id supponunt Merati, & Gavant. loc. cit. dicendo: Neque in Missa Vigilæ sumant purificationem. Et ratio est, quia quamvis prædicta hora pertineat physice ad diem Vigilæ, moraliter tamen quantum ad anticipatam celebrationem hujus Missæ pertinere videtur ad diem Natalis; cum vere dicatur pro solemnitate Natalis; Et sic licite potest prædictus Cardinalis, vel alius Sacerdos similiter privilegiatus mane celebrare Missam coniventem Vigilæ, & postea primam Missam diei Natalis ante mediam noctem ejusdem, quamvis censetur bis celebrare in eadem physice die; quia Summus Pontifex concedendo alicui anticipationem primæ Missæ Natalis, non tollit ipsi facultatem de jure communi omnibus concessam celebrandi horis consuetis Missam Vigilæ; alias privilegiatus esset deterioris conditionis non privilegiatis contra dispositionem cit. cap. Quod ob grat. 61. de Regul. Juris in 6.*

50 Celebrans anticipare illam primam Missam Natalis potest sumere purificationem, vel etiam postea Cœnam ante mediam noctem, & die sequenti, nempe in die Natalis celebrare secundam, & tertiam Missam. Sic cum Pasqualigo, Quarti loc. cit. dub. 7. in fine, Gavant. & Merati loc. cit. dicentes quod favet communis Doctrina Theologorum. Et ratio est quia cum illa hora vere physice pertineat ad diem Vigilæ, sumens purificationem in ipsa anticipata Missa, & postea Cœnam ante mediam noctem, vere erit jejunus pro celebratione altarum duarum Missarum in die Natalis, quod est contra opinionem Cardinalis de Lugo loc. cit. existimantis, juxta sua principia, illam horam pertinere ad anticipatam per summum Pontificem diem Natalis.

51 Tam celebrans, quam audientes dictam anticipatam Missam, satisfaciunt præcepto dicendi, vel audiendi Missam, pro die Natalis. Ita Diana coordinat. tom. 2. tr. 3. resolut. 11. & 12. Quarti loc. cit. dub. 7. difficult. 3. cum Dicastillo, Averlæ, & aliis supradictis contra Pasqualigum. Et ratio est, quia eo ipso quod Summus Pontifex dispensat, ut Missa Nativitatis anticipata celebretur, dispensat etiam, ut ipsam celebrans, & audientes anticipata satisfaciunt obligationi. Nam dispositum in uno correlativo censetur & dispositum in alio. Unde in Thesauro Resolutionum Sacre Congregationis Concilii tom. 1. sub die 13. Julii 1720. in una Veneta in fine expressè dicitur, quod in ipsa Civitate Venetiarum nocte Nativitatis Domini ante mediam noctem Missa celebratur a Primicerio in Templo S. Marci, & Senatus Venetus, alique, qui Missam dicta hora audiunt, satisfaciunt præcepto audiendi Missam die Nativitatis Domini; & quod hoc ipsum sit in eadem

52 Civitate in Ecclesiis S. Joannis, & S. Jacobi in Rivoalto, necnon in Ecclesia Canonorum Lateranensium, & in Ecclesia Patrum, qui nuncupantur *Frari*, necnon in Ecclesia Montialium S. Zachariæ, & simile privilegium fuit novissime concessum anno 1745. a Summo Pontifice Benedicto XIV. pro Ecclesia nostrâ ejusdem Civitatis Conventus vulgo nuncupati *la Vigna*; Quamvis 1720. 13. Julii fuerit Ecclesiæ Collegiata S. Pauli ipsiusmet Civitatis denegata a Sacra Congregatione Concilii reassumptio intermissi consilii privilegii sibi concessi a Pio IV. & S. Pius V. Constit. 4. incip. *Sanctissimus*, revocaverit omnia hujusmodi privilegia, & prohibuerit Prælati, & Capitulis, ac quibuscumque Ecclesiarum Superioribus in Virtute Sanctæ Obedientiæ, & imposita pena perpetuæ Suspensionis a Divinis: *Ne deinceps Missas vespertino tempore hujusmodi licentiarum, & facultatum aut alio quovis prætextu celebrare, vel celebrari facere præsumant*, addita derogatione quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, consuetudinibus, & privilegiis, etiam munitis derogatoriis derogatoris, & aliis quibuscumque clausulis etiam si privilegia concessa fuissent intuitu Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum, ut latius in ipsa allegata Constitutione, & ut patet in supradicta Veneta impressa in Thesauro Resolutionum Sacre Congreg. Conc. tom. 1. sub die 13. Julii 1720. quæ Resolutiones prolant Venetis apud Joannem Baptistam Recurri.

53 Vigilia Nativitatis occurrente in Dominica, non potest quis nolle audire Missam mane Dominicæ, & expectare, ad satisfaciendum præcepto, Missam illam anticipatam ante mediam noctem. Quarti loc. cit. dub. 7. difficult. 4. cum Diana & aliis ab ipso citatis, alique passim. Et ratio est, quia illa anticipata Missa nullo modo computari potest pro ipsa Dominica, sed solum pro sequenti Festo Natalis. Quamvis enim non dicatur in die Natalis nihilominus vere dicitur pro solemnitate Natalis, & ut dictum est numero antecedenti ipsam celebrans, & audientes satisfaciunt præcepto dicendi, vel audiendi Missam in die Natalis; Unde cum ipsa interserviat satisfaciendo præcepto diei Natalis, non potest infervire pro satisfaciendo præcepto Dominicæ præcedentis, quia unico Sacro non potest satisfieri duobus præceptis duarum distinctarum Festivitatum; sicuti unico Officio non potest quis satisficere duplici præcepto, pro die præsentis, & crastino, ex merito damnata inter alias propositione 35. ab Alexandro VII. die 18. Martii 1666. ibi: *Unico Officio potest quis satisficere duplici præcepto pro die præsentis, & crastino.*

54 Quoad Missæ celebrationem fieri solitam ante noctis dimidium in privilegio Nativitatis Domini in Capella Pontificia, sive in aliis Ecclesiis ex privilegio, præter ea, quæ hucusque adduximus, Maximus Pontifex Benedictus XIV. de Synodo Diocesana lib. 6. Cap. VIII. per tot. permulta ad rem eruditissime suo more adducit, & quo ad horam ipsam celebrandi, hæc num. XIV. habet. *Ex diariis, quæ Pontificii Cæremoniarum Magistri ab anno 1474. ad annum 1517. digesserunt, colligitur, Matutinum in Pontificia Capella incipiisse circa octavam, nonam, ac etiam decimam horam (ab occasu solis numerando, juxta Italiæ morem) illius noctis, quæ diem Christi Natalem præcedit; ac præterea sacrum hunc ritum, una cum solemnibus Missis, non nisi quatuor horarum spatio expleri consuevisse. Leo X. referente in Diariis Paride de Grassis, anno 1517. ob adversæ valetudinis incommoda, Pontificiæ Capellæ initium statuit hora quinta noctis. Pontifex Adrianus sextus veterem morem sequutus, horam noctis nonam restituit. At Clemens VII. Paulus III. ac Julius item III. circa secundam, aut tertiam noctis horam Matutinum inchoandum mandarunt: Hinc hora septima noctis, ipsi etiam solemniori Missæ finis imponebatur. Varius in hoc tempore designando fuit S. Pontifex Pius V. quandoquidem eo jubente anno 1566. Matutino initium dedit hora noctis sexta; anno 1567. hora quarta; anno 1568. hora quinta; anno 1569. hora octava cum dimidio; anno demum 1570. hora nona. Gregorius XIII. juxta veterem morem tertiam, aut quartam noctis horam in usum revocavit. Atque hic demum mos in Pontificia Capella deinde servatus fuit, & adhuc viget, statuta pro Matutini initio quarta hora noctis, ex quo sequitur, ut solemnibus Missis paulo ante noctis dimidium perficiatur.*

55 Deinde idem Pontifex *ibid. num. 15.* a designatione temporis, & horæ pro ipsa Missa celebranda, ad jejunium progreditur, referens ex relatione Magistrorum Cæremoniarum

in Diarhis, Cardinalem, qui Sacrum obtulit, nonnunquam ad celebrandam Missam accessisse jejuniis, ut nostra aetate constat de Cardinali Leandro Colloredo, & de Benedicto Papa XIII. qui eadem jejunii lege se se obstrinxit; Quia vero non multa occurrunt eorum exempla, qui jejuni accesserint ad Altare; contra vero frequentius contingat, ut Cardinalis, qui nocte Nativitatis Sacrum explet, die præcedenti a refectioe non abstinerit, pergat ad tradendam rationem, quæ id licere suadeat; & sub n. 16. relatis variis Auctorum opinionibus, jam a nobis loco *supra citato* adductis, sunt, dicite, qui credant Romanum Pontificem quotannis litteras in forma Brevis expedire, per quas Cardinalis nocte Nativitatis celebraturus eximatur a lege jejunii, quod alioquin a præcedentis noctis dimidio servare teneretur. *Id tamen*, subjungit sub num. 16. *gratis asseritur, & hujusmodi litteræ respiciuntur conceduntur*, Et sub n. 17. ita superaddit, Hinc meliori consilio alii sentiunt, ac docent, in proposito casu, licet expressa Pontificis dispensatio non appareat, inesse tamen tacitam, ac rationi admodum consonam. Enim vero, cum, non nisi præhabito Summi Pontificis assensu, statuta ad Martinum inchoandum hora definiatur, profecto Summus Pontifex haud ignorat, quo tempore in pervigilio Nativitatis Capella incipiat, qua hora solemnitas Missæ, cui nonnunquam ipsemet Pontifex interesse solet, celebratur; Et quoniam præterea compertum persæpe illi est, eum qui Sacrum offert, non esse jejuniis, & tamen nullis unquam Pontifex edixisse fertur, ut Cardinalis ea occasione ante noctis dimidium celebrans, a præcedenti media nocte jejuniis servaret, nil ultra requirendum videtur ad tacitam Pontificis dispensationem inducendam, æquitatis tamen ac rationis legibus consentaneam.

55 Ex hæcenus dictis, prosequitur idem Pontifex *ibid.* n. 20. colligitur, privilegium celebrandi Missam in Pontificia Capella ante noctis dimidium, non quidem per necessariam connexionem scem ferre aliud privilegium exemptionis a lege jejunii. Immo posterius hoc privilegium esse repetendum a tacita Pontificis dispensatione, quam satis probant eorum, ac temporis circumstantiæ simul sumptæ, quas supra memoravimus; hinc sequitur, sublati hæc circumstantiis, jam nullum tacite dispensationi esse locum, ideoque ad jejuniis naturalem servandum teneri, qui alibi Sacrum offerat, etiam si ex Apostolico Indulto, media noctis articulum in Missæ oblatione præveniat. Consulendi in rem hanc Andreas Piscara Catalo in *Prax. Ceremon. lib. 3. sect. 2. c. 1. n. 4. p. 391. & cap. 3. num. 1. p. 393.* necnon celebris Gavanus *p. 4. tit. 3. num. 5.* ubi ita loquitur: *Celebraturus ante mediam noctem ex privilegio, vel consuetudine legitima, vepe non dispensatur in jejuniis necessario ad Missam; ideo a pridiana media nocte jejunit, neque in Missa vigilia sumat purificationem.* Consonat diligens scriptor P. Merati *tom. 1. p. 1. Romane editionis p. 351. n. 12.*

56 Itaque concludit *ibid.* n. 21. ut rem hanc expediamus, Episcoporum partes erunt, duo hæc in Synodis opportune decernere, ut scilicet primo edicant, nulli fas esse, citra Apostolicam dispensationem, in nocte Nativitatis Christi Missam celebrare ante noctis dimidium, & id quidem fieri prohibeant, indicta in contumaces poena suspensionis, quam etiam probant & laudant Polacus in *suis Aphorismis Sac. Ceremon. Aphorism. 1. num. 4. Pax Jordan. Elucubr. t. 1. l. 4. tit. 1. de Sacrif. Missæ num. 93.* Secundo aperte declarent, eos, qui ex Apostolico privilegio Sacrum obeunt ante noctis dimidium, adhuc teneri lege jejunii, idque a præcedentis noctis dimidio servandum esse. In ordine quodam pro Divini Officii celebratione, Romæ edito anno 1645. cujus etiam meminit Diana in edition. coordinat. *tom. 3. tract. 1. resol. 55. n. 3.* hæc legitimus, *Missæ hujus Sacratissima noctis debet celebrari post mediam noctem, aliter Sacerdos non celebraret jejuniis. Celebraturus ante mediam noctem ex privilegio, vel legitima consuetudine, non dispensatur in jejuniis necessario ad Missam, id est a pridiana nocte jejunit, neque in Missa vigilia sumat purificationem.* Eadem occurrunt in ordinaro Patriarchali, quod anno quolibet Venetiis evulgatur, ubi ad item 24. Decemb. hæc legitur adnotatio; *Celebrantes ante mediam noctem sint jejuni a media nocte antecedenti, adeoque non sumant purificationem in Missa bodierna.* Hæcenus idem Pontifex *l. cit.*

57 Missas tres in Nativitate Domini, Armenis, & universis Sacerdotibus Orientalibus celebrare non licet, Idem, Const. incip. *In Superiori §. 2. & seq.*

Missarum celebratio una hora ante auroram; & post meridiem indulgetur Militibus S. Januarii; Benedictus XIV. Const. incip. *Romane Ecclesie.*

Idipsum conceditur & Equitibus S. Joannis Hierosolymitani. Idem Const. incip. *Quoniam §. 1.*

Missarum trium celebratio die Natali Salvatoris Nostri primum a S. Telesphoro instituta fuit. Idem Const. incip. *Declarasti*, & Const. inc. *Quod expensis.* Quæ consuetudo asseritur, & commendatur. Idem *ibid.* Antiquis temporibus alii per annum dies erant polyturgici, quibus Missarum Sacrificia iterare licebat, nempe præter Natalem Domini, prima dies Januarii, Feria V. in Cena Domini, Vigilia Ascensionis, tres dies jejuni infra octavam Pentecostes, aliisque diebus nonnullorum Sanctorum memoria dicati, ut Nativitas S. Joannis Baptiste, & Natalitium Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli. Idem in cit. Const. *Quod expensis.*

Sæpe etiam iterabantur Sacrificia, si defuncti cadaver die Dominico, vel alio Festo ad Ecclesiam deferretur. Idem *ibid.* Ea consuetudo iustis de causis abolita est, & præsertim ob inductos abusus circa elemosinarum fordidas exactiones. Idem *ibid.* Nec præsertim tempore præter dictam diem, permittitur Missæ iteratio, etiam ex causa utilitatis, aut paupertatis Ecclesie, aut Presbyteri. Idem Const. 3. incip. *Declarasti.* Id solum permittitur Parocho duarum Ecclesiarum adeo inter se distantium, ut populus utriusque subiectus in unam earum totus convenire nequeat. Idem *ibid.* Quod intelligendum est de diebus Festis tantummodo, in quibus adeit præceptum audiendi Missam. Idem *ibid.* Et dummodo necessaria ad id Ordinarii Superioris licentia accedat, Idem *ibid.* Et sufficit contrarium Synodalis Constitutionis præceptum, ut Parocho id minime liceat. Idem *ibid.*

Præterea, si alius adit Sacerdos, qui in una ex illis Ecclesiis celebrare possit, Parochus debet ab iteratione Missæ se abstinere. Idem *ibid.* Etiam si necesse sit Catechismum populo explanare, quum id, vel per alium Sacerdotem, vel ab ipso Parocho extra Missarum solemnitas fieri possit. Idem *ibid.*

Novæ additiones ex aliena manu.

DE modico tempore, intra quod onera Missarum, ex decreto S. Congregationis Rituum a S. M. Urbano VIII. approbato, de quo Auctor n. 37. sunt implenda, non inutile est hic disserere.

Sunt autem qui tenent, modicum hoc tempus extendi ad tres annos. Vide *Peirin. de Privileg. t. 3. ad Const. 9. Urbani VIII. ad 10.*

Alii sentiunt, hoc modicum tempus concludi intra tres menses; *Leaader de Sacram. tract. 8. disp. 4. q. 18. Ambur. de Sacrif. Miss. lib. 3. c. 1. §. 9. n. 4.*

Brevius alii volunt hoc modicum tempus, illudque ad duos menses restringunt; *March. n. de Ori. tr. 3. p. 2. cap. 3. n. 5. Quart. in Rubric. Missal. in appendic. quest. 4. punct. 1. difficult. 2.*

Ut quod sentio dicam, si tempus sit determinatum, haud potest differri celebratio ultra illud. Determinatio autem temporis aliquando provenit ex expressa voluntate dantis elemosynam, & aliquando ex tacita ejusdem voluntate, ut si pro imminente aliqua occasione Missarum celebratio committatur.

Si autem tempus haud sit determinatum, arbitrio boni viri pensatis singulis circumstantiis determinandum illud est; *Dicastrill. de Sacr. tr. 5. disp. 4. dub. 21. num. 403. Hurt. ad. p. 1. resol. moral. tr. 2. c. 4. resol. 18. n. 202.* & sic aliquando potest esse brevius, aliquando amplius duobus mensibus. Quoties enim Lex haud determinat tempus illud, quod nec partes determinarunt, ejus determinatio dependere debet ab arbitrio boni viri perpenis singulis circumstantiis; minimeque licet sine auctoritate Legis certum terminum statuere.

Monendum vero est, quod semper quoad fieri potest, tempus hoc sit relinquendum, quum ita conveniat subiectæ materię.

ARTICULUS VI.

Missæ a quo possit celebrari, vel non? & in quo idiomate?

1 Missa a solo Sacerdote rite ordinato celebrari potest; Concil. Nicænum I. *cap. 4. & Trid. sess. 22. c. 1.* Solus enim Sacerdos est legitimus minister Ecclesie ad hoc mysterium, conficiendum consecratus, juxta quod Christus solis Apostolis, eorumque in Sacerdotio successoribus præcepit in ultima Cæna dicens, *Hoc facite in meam Commemorationem.* Unde Missam celebrantes, non ordinati, gravissimis poenis puniuntur. Gregorius enim XIII. Const. 21. incip. *Officii nostri*, statuit, quod judicentur, & puniantur rigorosissime per Inquisitores; & Clem. VIII. Const. 81. incip. *Esti alias*, decrevit, quod degradentur, & Curia Seculari tradantur etiam pro prima vice; quod etiam confirmat Urbanus VIII. Const. 79. incip. *Apostolatus.* Et licet essent minores 25. annorum, dummodo compleverint 20. tradendi sunt per Inquisitores brachio Seculari, & ultimo supplicio afficiendi, ex Clemente VIII. & Urbano VIII. in cit. Const. Casus iste evenit Romæ anno 1711. in Dominico Spallacino Urbevetano, qui sub merito nomine Joannis Baptiste Rossignoli, Andrea Rossignoli, & Josephi Bonifacii per annos quinque læpissime Missam celebravit, cum tamen nullos haberet Sacros Ordines, in Agie Campi Floræ suspensus, & deinde igne crematus fuit die 12. Julii ejusdem anni 1711.

2 Missa non debet permitti, quod celebratur a Sacerdotibus vagis, & ignaris Concil. Trid. *sess. 22. in decret. vit. de observ. in celebratione Missar.* Nec a Sacerdotibus notorie, & publice criminosis; Idem Concilium *ibid.* Nec a Sacerdotibus exteris, & incognitis sine legitimis litteris dimissoriis sui Episcopi; Conc. Mediolan. l. p. 2. *tit. que pertinent ad celebrationem Missæ.* Sacerdotes exteri nec etiam possunt admitti a Regularibus ad celebrandum in suis Ecclesiis contra prohibitionem Ordinarii, ut censuit S. C. Conc. in Bonon. 2. Jul. 1620. & in Neapol. 17. Aug. 1630. & sæpe alibi.

3 Missa non potest celebrari in lingua vulgari; Conc. Senon. c. 7. inter errores damnatos ibi relatos. Conc. Trid. *sess. 22. cap. 8.* sed solum in lingua latina, vel græca a Græcis, nunquam & a nullo in lingua Slavonica, Joann. VIII. *epist. 195.* ubi: „ Audivimus etiam quod Missas cantes in barbara, hoc est Slavonica lingua; Unde jam Litteris Nostris per Paulum Episcopum Anconitanum tibi directis prohibemus ne in ea lingua Sac. Missarum solemnitas celebras, sed vel in latina, vel græca lingua, sicut Ecclesia Dei, toto terrarum orbe diffusa, & in omnibus gentibus dilatata cantat, „ Sic apud Pallavicinum in *Polyanthea Sacrorum Canonum tom. 1. verb. Missa §. 3. num. 1.* Et Thomas Archidiaconus Spalatenis in *Historia Episcoporum Salonitanorum edita a Joanne Lucio cap. 16.* tempore Alexand. II. refert a Legatis Sedis Apostolicæ coactam fuisse Synodum omnium Episcoporum Dalmatice, & Croatiae, in qua statutum fuit, ne quis de cetero præsumeret Divina Mytheria celebrare in lingua Slavonica, sed debere uti tantum latina, vel græca. Idem statuit Gregor. VII. Alexandri successor *lib. 7. epist. 11. data ad Uratislam Bohemice Ducem*, in qua sic scribit: *Quia nobilitas tua postulavit quod secundum Slavonicam linguam apud vos divinum celebrari annoverimus officium, scias Nos huic petitioni tue nequaquam posse favere: Et paucis interjectis subdit. Unde ne id fiat, auctoritate B. Petri inbibemus, teque ad honorem Omnipotentis Dei huic vanae temeritati viribus totis resistere precipimus.*

4 In Istria tamen, in Liburnia, & in Dalmatia Littorali, Missa, & alia Officia lingua Illyrica, seu Slavonica celebrantur; at servatur ibid. Ritus Romanus. Eadem lingua ut tradit Cardinalis Bona *lib. 1. cap. 9. n. 4.* est in usu apud Christianos Tartaros circa Tauricam Chersonesum, apud Circassos, & quasdam Ponticas, Nationes, itemque in Servia, Missa, Bosnia, Bulgaria, Russia minori, in Volhonia, Podolia, & parte quadam Lithuaniae, & in aliis finitimis Regionibus. Ulum talis linguæ in sacris Ecclesie functionibus coepit se sæculo nono quo Motcovitas Christiana Religioni nomen dedisse sub Imperio Basilii Macedonis ostendit Baroniis in *Appendice tom. VII. de Ruthenis a Sede Apostolica receptis.* volunt aliqui; alii autem id serius, nempe vertente sæculo decimo, imperantibus Basilio juniore, & Constantino, contigisse opinantur; Verum negari non posse ante

prædictum tempus nempe ante annum 872. ab Hadriano II. Moravis permissum fuisse, ut lingua Slavonica in Missis, & Officiis uteretur tradit Bollandus in *vita S. Cyrilli, & S. Methodii.* Eadem licentiam celebrandi Missam, & Officium lingua Slavonica confirmavit Innocentius IV. anno 1248. epistola ad quemdam in Slavonia Episcopum relata ab Olerico Raynaldo *ad eundem annum 52.* & vigore ejusdem privilegii in Ecclesia Sancti Hieronymi Illyricorum Almar Romanæ Urbis Festo ipsius Sancti dum celebratur missa solemnitas, canitur idiomate Illyrico Epistola in Choro ab uno ex Beneficiatis ejusdem Ecclesie Evangelium vero ab uno ex Canonicis; & a Subdiacono legitur eadem Epistola in idiomate Latino, sicut Evangelium in eodem idiomate a Diacono, ut refert eruditissimus P. Merati *tom. 1. p. 1. observat preliminar. n. 29.* ubi in fine tradit, quod in dictis Provinciis, ut notat Card. Bona *loc. cit.* non obstantibus Apostolicis inhibitionibus numero antecedente relatis, dudum recepta consuetudo prevaluit, & viget. Vide ipsum *l. cit.* ubi multa ad rem erudite suo more adducit.

5 Cardinalis de Albic. tamen de *inconstancia in fide p. 1. c. 34. n. 40. & seq.* refert per extensum Breve, quo Alexander VII. 12. Januar. 1661. prohibuit Missæ Gallica lingua impressum, quo publicato, statim omnia exemplaria abolita fuerunt, observando sub n. 41. Sacerdotem aliter facientem esse vehementer de Hæresi suspectum, dum nostri temporis Hæretici id obliquate servandum esse contendunt. Quinimo neque permissum est Concilia in alias vulgares linguas traducere, ut respondit Sac. Cong. Conc. in una Gallia 2. Julii 1639. ut in *l. 16. Decr. fol. 109.*

6 Missam celebrantes, qui reperti fuerint ad Presbyteratum non promoti, Curia seculari traduntur, etiam pro prima vice prævia degradatione, si alium Ordinem habeant. Benedictus XIV. Const. 97. incip. *Sacerdos.* Etiam si unius tantum Missæ partem celebraverint, dummodo elevationem peregerint. Idem *ibid.* §. 6. Etiam si Consecrationis formam non protulerint. Idem *ibid.* Si elevationem non peregerint, mitiori pœna damnari possunt. Idem *ibid.*

7 Illyrica natio in Missis celebrandis, & in Horis Canonicis, aliisque divinis Officiis persolvendis adhibere tenetur Missalia, Tabellas, & Breviaria characteribus Hieronymianis impressa typis Congregationis Propagandæ Fidei & Slavum litterale idioma cum dictis characteribus retinere; ac nemo Orationes & preces, quæ Apostolica Sedis auctoritate examinata & approbata non fuerint, recitare aut quoquo modo adhibere potest. Benedictus XIV. Ecclesiasticis omnibus Ritibus Slavolatini expressè id præcipit Constitut. incip. *Esti Pastoralis.*

8 Nemo ignotus sive secularis, sive Regularis admittendus est ad celebrandam Missam, nisi adductis testimonialibus, sique visis & approbatis ab Episcopo, idque præcipi posse ab eodem Episcopo, saltem quoad Sacerdotes Regulares exteros. etiam Regularibus censuit S. Congreg. *Instit. Eccles. 34. §. 4. & de Synodo Dioces. lib. 7. c. 1. §. 5.*

Novæ additiones ex aliena manu.

9 Grave adeo visum est delictum ejus, qui quum non sit Sacerdotio initiatus, audeat Missam celebrare ut plura singularia adversus ipsum Constitutionibus Pontificis sint sancita.

10 Primum est quod extremum probationis non promotionis ad Sacerdotium probari queat Litteris extrajudicialibus Ordinarii, ut statuit Benedictus XIV. in *Constitutione incipientes Sacerdotes in æternum.*

11 Secundum est, quod si ad probandum alterum extremum probationis Missæ testes inducti sint singulares, possit reus tormentis subijci ad veritatem eruendam; Idem *Summus Pontifex in dicta Constitutione.*

12 Tertium est, quod reus hujus delicti traditur Brachio seculari, etiam si partem tantummodo Missæ celebraverit, dummodo elevationem Hostiæ, vel Calicis, vel utriusque fecerit, forma Consecrationis licet non prolata, *max laudatus Summus Pontifex in dicta Constitutione.*

13 Quartum, quod & traditur ab Auctore n. 3. est, quod traditione Brachio seculari, nec excusat ætas minor 25. annis, si tamen reus annum vigesimum compleverit, ut sanxit Urbanus VIII. in *Constitutione cui initium est: Apostolatus officium*, & innovavit Benedictus XIV. in *dicta Constitutione.*

Quintum est, quod confesso vocata de plano, quæ suffragari in Tribunali S. Inquisitionis solet ad mitigandam poenam ordinariam, minime reis hujus delicti suffragatur ad vitandam traditionem Brachio seculari, ut constituit id. Benedictus XIV. in altera Constitutione, qua incipit. Divinorum.

ARTICULUS VII.

Missæ pro quibus possit celebrari, & pro quibus non?

Missa potest offerri pro Sacerdote ipso, & pro omnibus aliis fidelibus. Ex Apostolo ad Hebræos cap. 5. vers. 1. & 3. præcis his verbis: Omnis Pontifex pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Potest offerri etiam pro peccatoribus; est enim sacrificium propitiatorium, quale fuit etiam Crucis sacrificium pro peccatoribus oblatum; habetur clare ex Trid. sess. 22. c. 1. & 3. ubi dicitur: Hujus quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum penitentia concedens, crimina, & peccata, etiam ingentia dimittit. Etiam pro Turcis, Infidelibus, Hæreticis, & Schismaticis potest offerri sacrificium per modum Deprecationis, ut ad veram Fidem convertantur, ut colligitur ex Trid. sess. 22. can. 3. ubi dicit posse Missam offerri pro peccatis, & aliis necessitatibus; sed infidelitas est peccatum, & maxima necessitas; adeoque &c. Sic etiam potest offerri pro Catechumenis, ut habetur c. Apostolicam, de Presbytero non baptizato. Potest etiam directe offerri pro infantibus, ut tenet communis cum Pasqualigo q. 40. ubi refert Constitutionem a S. Clemente, factam his verbis: Infantium Ecclesiæ memores simus, ut Dominus perfectos esse in timore suo ad adultam ætatem perducatur. Missæ sacrificium offertur etiam pro defunctis in Purgatorio existentibus, ut de Fide esse definit Concil. Trid. sess. 22. can. 3. Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam Commemorationem sacrificii in Cruce peracti, non autem propitiationem: vel soli prodesset summenti: neque pro vivis, & defunctis, pro peccatis, poenis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere, anathema sit; & idem repetit sess. 25. in Decreto de Purgatorio: Cum Catholica Ecclesia, Spiritu sancto edocita ex Sacris litteris, & Antiqua Patrum traditione in Sacris Conciliis, & novissime in hac Œcumenica Synodo docuerit, Purgatorium esse, animasque ibi decens fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili Altaris sacrificio juvari &c. Ubi præcipit, quod Missarum sacrificia, aliæque pietatis opera, quæ pro fidelibus defunctis ex testatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, a Sacerdotibus, & Ecclesiæ Ministris, & aliis, qui hoc præstare tenentur, diligenter, & accurate persolvantur. Non potest autem Missa offerri pro defunctis Hæreticis, & Infidelibus. Gregor. III. epist. 1. Concil. Lateranens. III. can. 27. Neque pro mortuis Christianis certo damnatis ut expressè prohibetur cap. Pro obeuntibus 2. & seq. caus. 13. q. 2. Hinc Missæ non possunt offerri pro iis, qui omnino voluntarie, & compotes sui se occidunt. Nicolaus 1. ad consulta Bulgarorum c. 98. 23. q. 5. Placuit. Nec pro mortuis excommunicatis. Leo IV. homil. de Cura Pastoral. 11. q. 3. Si quis Episc. aut Abbas. Pro excommunicatis vitandis, & non toleratis licet possit offerri Missæ sacrificium indirecte, v.g. offerendo pro omnibus peccatoribus, pro reductione, & conversione hæreticorum, vel impiorum, directe tamen pro ipsis excommunicatis vitandis non potest offerri, & qui offerret etiam generaliter pro illis offerret nullum in particulari nominando, vel determinando, peccare mortaliter, ut tenent communiter Doctores; quia ageret contra prohibitionem gravem Ecclesiæ imponentis excommunicatis vitandis hanc poenam medicinalem privationis communium suffragiorum, quale est Missa, donec corrigantur & a contumacia respiciant, & postea absolvantur: ut habetur cap. A nobis 28. & c. Sacris 38. de sentent. excomm. his verbis: Licet is, qui voluntarius ex-

communicatus ille communicaverat, ad cor rediens, de mandato Ecclesiæ excommunicatus, quos prius foverat, expugnaverit, non tamen priusquam absolutionis gratiam perceperit, habendus est absolutus, nec si occumbat in hujusmodi bello, sunt absolutiones, vel oblationes recipiende pro eo, vel Orationes Deo porrigende: nisi cum de ipsius vivendis penitentia per evidentia signa constiterit, & juxta cujusdam Constitutionis nostræ tenorem, Deo etiam absolutionis beneficium impendatur. Sic Innocent. III. ex cuius mente, & sensu aperte constat, quod licet ipsi Excommunicati vitandi essent mortui contriti, & in gratia Dei, adhuc non posse pro illis directe Missam offerri, donec etiam mortui ritu ceremoniali essent absoluti. Pro excommunicatis toleratis, & non vitandis multi ex Doctoribus post Concil. Constantiense, & Extravagant. Martin. V. incip. Ad vitanda, sustinent posse licite offerri sacrificium Missæ; quia cum in ipsa Extravaganti concedatur communicatio cum excommunicatis toleratis etiam in Sacris, & Divinis, immo & pro ipsis præsentibus publice precemur in Choro dicendo: Misereatur vestri &c. Dominus vobiscum, sequitur posse etiam pro ipsis licite offerri sacrificium Missæ; Sic sentiunt Navarrus, Henricus, Sanchez, Fagund., Hurtaz., Sa, Lugo, Coninch, Pasqualig., & alii passim. Verum quamvis id licite fiat, simulque tale sacrificium prodesset valeat excommunicatis toleratis, quatenus offertur in persona Christi, non tamen ipsis proderit, quatenus offertur in persona Ecclesiæ: non Pontifex in præfata Bulla expressè protestetur, quod per hoc non intendit excommunicatos in aliquo relevare, nec eis quomodolibet suffragari. Quamvis Missæ sacrificium offerri possit Deo in honorem Sanctorum, & in gratiarum actionem pro beneficiis, quæ Deus illis concepit, atque ad obtinendam eorum intercessionem apud Deum, ut definitur Trid. sess. 22. cap. 3. his verbis: Quamvis in honorem, & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronavit, unde nec Sacerdos dicere solet: Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, sed Deo illorum victoriis, gratias agens, eorum patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in Cælis, quorum memoriam facimus in terris; & ibid. can. 5. Si quis dixerit, imposturam esse Missas celebrare in honorem Sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit, anathema sit. Nequit tamen offerri pro ipsis Sanctis, ut habetur decisum cap. Cum Marthe §. Tertio loco, de celebrat. Missar. quia, ut ibi dicitur: Injuria facit Martyri, qui orat pro Martyre. Et Sancti in Cælis, orationibus nostris non indigent pro eo, quod, cum sint perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt. Approbatur & conceditur pro Ecclesia universali Missa nova ad postulandam gratiam bene moriendi (a), ponenda in Missali post Missam Pro remissione peccatorum, & in Rubricis generalibus in rit. de color. paramentorum, sub colore violaceo, ac præterea in Gradualibus ad cantum Chori in eodem cantu, & tono, qui in antiquis habetur feria IV. post Domin. 1. & Sabbato post Domin. III. in Quadragesima & in Dominicis IV. XVI. XX. & XVI. post Pentecosten. S. R. C. 20. Mart. 1706. approbante Clemente XI. die 27. ejusdem mensis & anni. Novæ Additiones ex aliena manu.

AN liceat sacrificium offerre pro damnatis? Affert Petavius tom. 3. Theolog. dogmat. lib. 3. c. p. 8. numer. 15. nonnullos SS. Patres, & cum primis D. Augustinum, D. Johannem Chrysostomum, & D. Johannem Damascenum tenentes, per eleemosynas, & sacrificia animas damnatorum aliquantulum a poenis sublevari. At idem Petavius concludit, quod quum nihil hac de questione definitum sit ab Ecclesia, tanquam absurda sit explodenda opinio hæc affirmans posse pro damnatis sacrificium offerri. Quinimo refert Albi. de Inconstancia in fide cap. 24. num. 12. quod quum quidam Concionator exhortando Fideles ad erogandas eleemosynas hanc protulisset propositionem: Ab eleemosynis poenas damnatorum aliquantulum sublevari, re delata ad Tribunal S. Inquisitionis. coactus ille fuit retractare. & hanc resolutionem S. Inquisitionis approbavit Ven. Innocentius XI. Num

(a) Hujus Missæ Author fuit Ven. Cardin. Thomastus.

Num liceat anticipare ante mortem celebrare, vel celebrari facere Missas Defunctorum, sive de Requie pro suffragio animæ suæ, ut a poenis Purgatorii liberetur? Quæstio hæc fuit alias ad S. Congregationem Concilii interpretem delata, sed ab ea non fuit resoluta, ut literis consignavit Albi. ubi supra num. 37. Affert autem hic Auctor rationes in utramque partem, sed concludit haud posse.

ARTICULUS VIII.

Missæ quoad eam celebrantis obligationem.

IN sacrificio Missæ debent a celebrante offerri panis, & vinum aqua mixtum; Est enim illicitum offerri vinum sine aqua, cum latere Christi aqua simul cum sanguine extierit; de consecr. dist. 3. cap. In Sacramentorum; cap. Si quis in sacrificando, cap. 4. Concil. Vornati. cap. 4. & Concil. Trid. sess. 22. cap. 7. Et plus de vino, quam de aqua esse ponendum, de celebr. Missar. cap. Permissio. Vinum quippe cum aqua miscendum debet esse plus saltem quoad duas partes; Concil. Tridentin. I. cap. 19. Nec potest offerri vinum mellitum, vel mustum, vel aliud; Concil. Antisiodoren. cap. 8. Valide tamen consecratur mustum, seu vinum de vitis recenter expressum; At illicite, & cum gravi peccato, quia licet sit verum vinum, nihilominus est impurum, & facultentum, adeoque indecens, ut docet S. Thom. quest. 74. art. 5. ad 3. ex declaratione Julii Papæ in cap. Cum omne crimen, de consecr. dist. 2. ubi tamen conceditur, ut urgente necessitate possit consecrari mustum. Similiter si vinum cœperit aclescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantulum acre, utque ad ultimum intans, quo substantialiter mutetur; & fiat penitus acetum, valide consecratur, quia adhuc retinet substantiam, & formam vini; at consecrans graviter peccat propter irreverentiam, quæ fit Sacramento, adhibendo vinum semicorruptum quoad qualitates; S. Thom. q. 75. art. 5. ad 2. Rubrica Missalis part. 2. tit. 4. de defectu vini num. 2. Quarti, & Merati ibid. & alii passim. Si autem urgente necessitate celebrandi, seu non possit Sacerdos abique nota ingerere Sacrum, ut præsertim inter Regulares contingere potest, non peccat Sacerdos subditus adhibendo tale vinum aliquantulum acidum, vel acre, quia non tenetur subditus cum notabili incommodo sacrificium illud omitttere, & quamvis tali vino uti sit contra reverentiam Sacramenti, ea tamen irreverentia non imputatur celebranti, sed Superiori, vel Ministro, qui est causa voluntaria illius, præsertim si fuerit monitus, & ob avaritiam, vel alium finem, aut quia decipitur, nolit mutare, sed præcipiat adhuc tale vinum apponi; Sic Merati, & Quarti loc. cit. cum aliis, Quod autem agendum sit, si deprehendatur vinum esse factum penitus acetum, vel alia corruptum, sive ante consecrationem, sive post? docet clare dicta Rubrica de defectu vini, Vide ipsam per tot. Panis debet esse triticeus; Concil. Carthagen. cap. In Sacramento. 5. de consecr. 5. dist. 2. Eugen. IV. in Decreto Unionis in Concil. Florentina. Et potest valide consecrari, sive in azymo, sive in fermentato juxta suæ Ecclesiæ consuetudinem, ut declaravit Eugen. IV. in decreto Unionis in Concil. Florent. sess. 25. in fine his verbis: in azymo, sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter conficit, Sacerdosque in altero ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ sive occidentalis sive orientalis consuetudinem. Græcus vero consecrans in Azymo, & Latinus in fermentato graviter peccat, ex eodem Concilio in Flor. & S. Pio V. Constituit, incip. Providentia Romani Pontificis. Immo Latinus celebrans in fermentato privatur Officio, & Beneficio; Honor. III. in cap. Litteras 24. de celebrat. Miss. his verbis: Cum igitur, vel ex aperta malitia, vel nimia desipientia peccasse probetur, mandamus, quatenus Officio; & beneficio perpetuo ipsum privet. Missam dicens celebrare tenetur juxta Missale Romanum, ex forma, & jussu Concil. Trident. institutum; S. Pius V. Constit. 106. incip. Quo primum, & juxta formam præscriptam ab Ecclesia Romana; Concil. Bracaren. I. capit. 22. & Concil. Trid. sess. 22. in decret. de observ. & vitand. in celebr. Missæ. Tenetur eam prosequi usque in finem, alias excommunicatur, nisi aliquis calus accidat; Concil. Roman. sub Zacharia cap. 14. post Epist. 2. Soter. Tenetur communicare recipiendo Corpus, & Sanguinem Christi; De consecr. dist. 2. cap. Relatum est; Keo IV. homil. de Cura Pastoral. Tenetur Missam legere, antequam ad Altare accedat, & signa

preparare, ne erret. Omnia debet legere, & nihil memoriter recitare, & neque celerius, neque tardius, quam par est, eam legere; Concil. Mediolanen. I. part. 2. tit. 11. Quæ pertinent ad celebrationem Missæ. Debet tenere candelas accensas usque ad finem ultimi Evangelii S. Joannis, ex eodem Concil. Mediolanen. ibid. Debet generaliter, & specialiter orare pro vivis, & defunctis; de consecr. dist. 1. cap. Visum præterea, Concil. Cabillonens. III. cap. 39. Sacerdos calceatus pedibus debet accedere ad Altare, ut præscribit Rubrica Missalis part. 2. tit. 1. num. 2. de præparatione Sacerdotis celebrantis, ibi: Calceatus pedibus, quod volunt esse præceptum, Silvester verb. Missa, & Sotus in 4. dist. 13. quest. 2. & alii; Et Ordo Romanus de Parasceve dicit non licere Presbyterum, Diaconum, vel Acolytum ad Altare ministrare per nudos pedes. At vero non nisi ad majorem honestatem, & decentiam hoc præscribi dicunt Suarez 3. par. disp. 82. sect. 3. Quarti, & Gavant. loc. cit. & alii. Neque quod Sacerdos calceatus ad Altare accedat, vacat Mysterio; juxta illud Apostoli ad Ephes. 6. Calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, id est cum animo parato, prompto, & expedito ad Evangelium pacis profectendum, vitæ, exprimentum, & ad alios deferendum, ut ex Chryl. & Theophyl. recte docet Sapientissimus Tirinus in cit. cap. 6. ad Ephes. num. 15. Qui enim calceatus incedit, audaciter, intrepide, & expedire progreditur; At vero, qui nudus est pedibus, ægre, timide, tarde, nec nisi suspensio gradu procedit; Hinc Doctissimus P. Gavantus in cit. part. 2. tit. 1. Rubrica 2. littera X. apud eruditissimum P. Merati eodem loco recte concludit, quod laudandi sunt Clerici Regulares sui præclarissimi Ordinis, qui in Sacrificia deponunt communis crepidas, seu calceos, & alias ibidem ac id paratas, crepidas induunt ad majorem nitorem, & Sacri Ministerii splendorem; Quod & observari compertum est in pluribus Provinciis, & Conventibus nostri Seraphici Ordinis; necnon in pluribus aliis. Quid statuendum si contingat defectum aliquem deprehendi vel in pane, vel in vino consecrationis, ex Rubrica reperitur; quæ mandat, si forte accidat, ut post sumptionem sanguinis animadvertatur primo hostia inepa sacrificio, resumendum esse novum panem, & vinum cum aqua, & verba consecrationis super utrumque repetenda, sumpto initio ab illis verbis: Qui pridie quam pateretur, facta tamen utriusque oblatione. Sunt quidem qui putent sufficere hostiæ tantummodo consecrationem; at tunc debet ordo non servari; quæ altera est ex duabus causis, ex quibus Rubrica utriusque consecrationem mandat. Quare Rubricæ parendum, De Sacrif. Missæ lib. 1. cap. 15. §. 2. Si vero post consecrationem sumpta jam hostia cognoscat vinum ineptum fuisse ad consecrationem; tunc nova hostia novumque vinum apponendum est, novaque utriusque consecratio facienda, id utique censet S. Thomas. e. jusque discipuli. Sed post reformatas sub Clemente VIII. Rubricas Missalis legitur in illis expressum: Si Missa celebraretur in loco publico coram multis, ad scandalum evitandum sufficere, si tantummodo apponatur novum vinum cum aqua, & facta oblatione consecratur, statimque sumatur ibid. §. 3. 4. & c. Defectus si occurrat in pane & vino, deprehendaturque ante consecrationem, nova materia apta apponatur; si post consecrationem, Missa omitti tuto potest; si post sumptionem, necessario omittitur, nisi forte multitudo, adisset Missæ audiendæ; quo in casu posset Sacerdos submissa voce preces aliquas recitare, quæ ad illam partem Missæ non pertinerent, & benedictimem populo impertiri. ibid. c. 15. §. 9. Si aqua infusa Calici non sit idque ante consecrationem agnoscat, infundatur statim; si post consecrationem, Missa peragenda est. ibid. §. 10. Si quicquam, vel aranea in calicem ante consecrationem ceciderit, effundatur vinum, & novum apponatur. Si post consecrationem, illud, quidquid est, extrahatur, lavetur, & comburatur, & ablutio cum cineribus in sacrificio reponatur. Ita ex S. Thoma, ibid. §. 10. Si vino immixtum venenum deprehendatur post consecrationem, idem quod prius servandum est; si ante consecrationem, in aliud vasculum transfundatur, & tamdiu servetur, donec species vini fuerint exsiccatæ, & aliud vinum consecratur, ut ex S. Thoma, ibid. Vinum acescens non est adhibendum in Missa; si tamen id fiat, conficitur Sacramentum, nec peccant Regulares, qui celebrare debent, nec habent auctoritatem vinum commutari.

mutandi, id enim peccati ligat eorum Superiores, ut ex Quarti & Merati adnotatur Infit. Eccles. 77. §. 2. Vinum, quod ex aqua conficitur botris superinjecta, quale a latinis pricis lora, seu lora dicebatur, ineptum est ad Sacrificium, ut ex Theologis firmatur Ibid. §. 4.

22 Vetitum est sub peccato gravi adhibere vinum illud dilutum, quod ex multo & aqua equali vel fere equalis quantitate conficitur ut ex Theologis Ibid. §. 6.

23 Licetum est tamen adhibere in eam rem vinum, quod ex modo illud conficiendi in regionibus aliquibus habet aliquid aquae admixtum, est enim vinum usuale; Ibid. §. 7.

24 Si guttae vini reperiantur extrinsece in cappa Calicis censeantur non consecratae, & abstergantur purificatorio. Si interius, tutius censeantur consecratae, & par secundam purificationem adsumantur. De Sacrif. Miss. lib. 3. cap. 17. §. 7.

25 Generatim monet S. Thomas, in dubiis, num aliquid omisum sit in Missa; vel si certe constet omisum, nec illud sit de necessitate Sacramenti, negligendum esse; si sit vero de necessitate Sacramenti, illud iteretur, & reliqua omnia ex ordine deducantur. Ibid. cap. 15. §. 16.

26 Si Sacerdos sumpta purificatione animadvertat remansisse in corporali, vel Patena fragmenta, sive illa magna sint, sive parva, absumantur, sicut & absumenda sunt fragmenta si qua remanserint post distributionem Eucharistiae in adstantes peracta Missa. Ibid. lib. 3. cap. 17. §. 3.

27 Si tamen quod remanet, non fragmentum, sed integra est hostia, magna, seu parva, haec post sumptam purificationem non est absumenda, sed vel recondenda in tabernaculo, vel ponenda in patena, ut alteri Sacerdoti mox celebraturo referretur: quod si fieri non potest, absumatur. Ita ex Rubric. Ibid. §. 4.

28 Particula illa hostiae, quae separatur in inferiori parte hostiae in duas partes fracta, si in vino non diffusetur in os, sed remaneat in calice, potius quam digito redigatur ad oram Calicis, praestat, ut mediante novo vino hauriatur; Ibid. §. 1.

29 Sacerdoti in Sacrificium jam restituto post Missam, & nondum sacris vestibus exuto, absumenda sunt fragmenta, si quae advertit remansisse in patena. Si vero sacras vestes exuit, quidquid superfuerit & sacrificio reponendum est in tabernaculo si adfit: si minus, vel non liceat, sine aliqua admiratione populi, absumendum est. Ita ex S. Thoma Ibid. §. 5.

30 Peccat graviter Sacerdos, si hostiam in Missa consecratam reponeret in tabernaculo, & ejus loco fumeret hostiam, quae in eodem tabernaculo antea continebatur. Ita ex Can. Relatum, de Consecr. distinct. II. Ibid. §. 8.

31 Sacerdos celebrans si habeat hostiam parvi moduli, melius faceret, si populum doceret, ne miraretur, si illam adhibet pro majori, quae tunc non suppetit; potius quam utatur sententia aliquorum, qui censent posse tunc extrahi e tabernaculo hostiam majorem, quae forte ibi adest, & adhibere illam ad elevationem. Ibid. §. 9.

32 Si pyxis hostiis parvis plena sit praesens moraliter Sacerdoti, sed non fuerit aperta ante oblationem, & consecrationem, illicita quidem id fieret, sed cum moraliter praesens esset Sacerdoti, valida esset consecratio; quod verum est etiam si quando consecravit actu de particulari non cogitaret. Moraliter vero praesentia ea dicitur, cum ita praesens est; ut verificari censeatur illa verba formae Hoc vel Hic. Ibid. cap. 18. §. 2. & 3.

33 Si particulae afferantur ad Altare post peractam oblationem, non debet Sacerdos illas consecrare sine legitima causa, ut si magna multitudo populi parata ad recipiendam Eucharistiam, alias careret Sacramento; tunc vero Sacerdos deberet prius illas ante consecrationem mente offerre; Capto jam Canone si afferatur particula non est consecranda, neque pro dando Viatico infirmo, tunc enim sufficeret, si Sacerdos ex sua hostia parvam portionem separaret. Ibid. §. 5.

34 Si forte contingat, ut pyxis deferatur ad Altare, nec Sacerdos illam advertit, adeoque proferat verba consecrationis nihil cogitans de pyxide, tunc utique si pyxis non sit suprapetram Sacram, non censetur voluisse Sacerdos consecrare, alioquin enim censeretur voluisse id, quod sibi illicitum est. Quamvis vero sint Doctores, qui contrarium censent, cum tamen in Sacramenti conferendis sequi teneamur opinionem tuiorem, relicta probabiliori, ideo in casu tali particulas illas non esse populo distribuendas, sed adservandas, ut in alia Missa sub conditione consecrentur, satis constat. Ibid. §. 6.

35 Si celebranti sint praesentes undecim hostiae, & ille habeat intentionem consecrandi solum decem, nec determinet quales,

nulla ex illis esset consecrata, ut ex Rubricis discimus. Quare debet Sacerdos intentionem suam ita dirigere, ut velit omne consecrare quicquid ante se positum est. Ex quo intelligitur, Sacerdotem, qui cum hac intentione habet in manu duas hostias, unam se tenere putans, utramque revera consecrare. Ibid. §. 7.

36 Nemiini licet ab Altari recedere capta Missa, relicto alio Sacerdote, ut reliqua suppleat: ut statuitur in Can. Nullus Ep. de conf. d. 1. Quod ibi vetatur sub pena suspensionis, quae tamen est ferenda, non latae sententiae, nec locum habet, si Sacerdos ante consecrationem ab Altari sine causa recedat. Ibid. lib. 3. cap. 14. §. 2.

37 Tridentinum Sess. 23. cap. 4. monet Episcopos, curent, ut Sacerdotes non habentes animarum curam diebus saltem Dominicis, vel festis solemnioribus Missam celebrent. An committant peccatum grave Sacerdotes illi, si monito Tridentini non se submiserint, quaestio est anceps. Profecto peccat graviter: qui nunquam per annum Sacrificium offerret; esset enim hoc indicium vitae corruptae, & pareret scandalum. Teneretur etiam celebrare, ut agroro Viaticum deferretur, si alio modo fieri non posset. De Sacrif. Miss. lib. 3. cap. 1. §. 10.

38 Missam quotidie celebrare melius est, quam ab ea abstinere; negandum tamen non est, quin optime praestet Sacerdos si aliquando ablineat ex reverentia, seu ad hoc ut ferventius celebret. Id vero eruitur ex eo quod ad spiritum Ecclesiae propius accedit, qui quotidie Sacramentum recipit. Ad idendum, quod munus Sacerdotis est non privatum, sed publicum, estque ejus opus Ecclesiae utile; & ex assidua celebratione validius auxiliium obtinebit a Deo ut dignius celebret. Quare statuumdum; Sacerdoti ut plurimum, quotidie celebrandum esse, si discussa conscientia sua persuadere sibi moraliter possit, se esse in statu gratiae. Nec obstat, minor fervor, cum illum per se patiamur inviti. Ibid. c. 2.

39 Missa nec ita breves esse debeat, ut saltem horae tertiam partem non attingant, neque ita longae, ut horae dimidium excedant. De Sacrif. Miss. lib. 3. c. 4. §. 2. Vide Institut. Eccles. 34. §. 19.

Novae additiones ex aliena manu.

40 **H**aud licere Missam inchoatam intermittere, liquet ex cap. Nullus, de celebr. Missar. Excipitur vero calius urgentis necessitatis; Quocirca posse; Missam intermitti etiam post consecrationem, ut Sacramentum Poenitentiae homini in extremis constituto ministraretur, communis est sententia, idem dic de Baptismo minuiturando homini pariter in extremis constituto.

41 Num possit intermittere Missa pro administratione Viatici, aut Extremae Unctionis? Ante consecrationem posse, modo periculum sit in mora, non item post consecrationem, sentiunt Auctores relati a Pasqualig. de Sacrif. Miss. tom. 1. q. 19. a num. 4. ad plur. sequent. Quinimo Quare. in Rubric. Missal. part. 2. tit. 3. sect. 3. dub. 3. Tamburini. de Sacrif. Miss. lib. 2. cap. 6. §. 7. num. 4. alique tenent, & post consecrationem posse intermittere, si moribundus sit intra Ecclesiam.

42 De Sacerdote, qui incepta Missa recordatur se a jure impeditum esse, quaeritur an valeat is Missam deferre? Negant communiter Auctores, si recordetur post consecrationem. At dissondes inter se sunt, si recordetur ante consecrationem. Vide Pasqualig. de Sacrif. Miss. tom. 1. quest. 194. a num. 3. ad plur. sequent. qui abie in sententiam eorum, qui sustinent posse profequi. Verum meo iudicio non est recedendum, a Rubrica Missalis, quae haec habet: Ante consecrationem in supradictis casibus, si non timetur scandalum debet Missam inceptam deferre.

ARTICULUS IX.

Missam quoad vetita in ejus celebratione.

43 **V**etitum est Missam celebrare capite velato; cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. Unde nemiini licet uti pileolo, & ficto capillitio; Concil. Mediolanens. l. 1. part. 1. tit. 2. qua pertinent ad celebr. Missae. Nec alius praeter Sedem Apostolicam potest eum ferendi cuiquam licentiam concedere, ex Decreto jussu Urbani VIII. in Missali reformato repolito his verbis: Nemo audeat uti pileo in celebratione Missarum sine expressa licentia Sedis Apostolica, non obstantibus

quacumque contraria consuetudine, & S. Congreg. Concil. 24. April. 1626. his verbis: Facultas concedendi usum pileoli in Missa praestat ad Papam. Et quoad fictum capillitium, seu

44 Comas expresse prohibuit Innoc. XI. cujus decretum in Dicecesi Colonensi fuit promulgatum praecitis his verbis: Cum informato non ita pridem, & consulo S. D. N. Papa Innocent. XI. super rationibus, & motibus, quare usus comarum adscitiarum in hisce rigidioribus partibus saltem apud illos, qui de S. Sedis Apostolica, seu Legatorum ejus, aut Episcoporum Dioecesanorum, vel Vicariorum eorundem licentia longo temporis intervallo illis usi, iisdem sine praesenti validitatis discrimine deinceps carere non posse dignoscerentur, modo, & forma juxta Editum sub 14. mensis Decemb. anni novissime lapsi praescriptis tolerandus; ejusdem sua Sanctitatis hic residents Legato Illustris, & Reverend. Archiepiscopo Damasceno remunciatum fuerit, Non esse mentem Sanctitatis suae, quod Nunciis Apostolicis, aut Episcopis licet licentiam Sacerdotibus concedere ejusmodi comas in actu celebrationis geltandi: Hinc justissimis Sanctiss. Patris nostri meritibus devotissime in omnibus obsequendo, revocatis cum hoc quibuscumque alias etiam post emanatum praefatum Editum obtentis licentiis, & concessionibus, seu eorum declarationibus, momentum omnes, & singuli harum tenore serio, ac paterno in Domino, ut memores humilitatis, & reverentiae tam tremendo Mystero debita, Sacrificio Missae, aut Altari Dei non nisi de relecto, ac nudato capite assistere praesumant, idque sub pena suspensionis a Divinis Officiis, aliisque juxta Superius Editum, ejus tenor in reliquis quoque quoad vestium prohibitum, anullorum, coma, & corona etiam Subd. & Diaconalibus Ordinibus proportionata gestationem exactius, quam habentibus ubique observabitur. Cignatum Coloniae die 21. Martii 1689. Joannes Henricus Anethan. Episcop. Hierap. Suffrag. & Vicarius Generalis Colonienfis. Vide verb. Coma fictitia, seu adscititia per tot. & verb. Pileolus per tot.

45 Vetitum est Missam celebrare sine Ministro; cap. Proposuit, de Filiis Presbyter. ubi sic habetur: Non enim solus Presbyter Missarum solemnia, aut alia Divina Officia potest sine Ministris suffragio celebrare; Concil. Parisiensis VI. lib. 1. cap. 48. his verbis: Visum est, ut deinceps hujuscemodi casus inhiberentur, provideatque unusquisque Episcoporum, ne in sua Parochia quicumque Presbyterorum Missam solus celebrare praesumat, & si hanc definitionem superbiendo transgressus fuerit, canonica correptioni subjaceat. Sic etiam decrevit Concil. Gratianense c. 30. Concil. Moguntin. c. 47. & Leo IV. homil. de cura pastoralis. Vetitum est Sacerdotibus deferre manutergium super Calicem eundo, vel redeundo ab Altari; S. Congr. Rit. 1. Sept. 1603. quod est etiam contra Rubricam generalem Missalis, & Comment. Gavanti. in easdem Rubricas p. 1. tit. 20.

46 Vetitum est pro Ministro foeminam infervire; cap. Inhibendum, de cohabit. Clericor. & mulier, ubi sic statuitur: Prohibendum quoque est, ut nulla foemina ad Altare praesentat accedere, aut Presbytero ministrare; subiungit; La Croix lib. 6. part. 2. n. 388. Et si mulier in Ecclesia tacere debeat, ut habetur 1. ad Corinth. 14. multo magis abstinere debet a ministerio Altaris, sic etiam Barbof. de offic. & potest. Parochi part. 11. cap. 15. num. 42. & 43. cum multis ibi citatis. Sic nec filius illegitimus potest Missam sui Patris Presbyteri infervire; quia indecorum est, ut in Altaris Officio illegitimus filius impudico Patri ministret, in quo Unigenitus Dei Filius Aeterno Patri pro salute humani generis victimatur, ut habetur cap. Cum decorem 15. de Filiis Presbyterorum, & colligitur ex Concil. Trid. de Reformar. Sess. 25. cap. 15. ubi: Ut paterna incontinentia memoriae a locis Deo consecratis, quos maxime puritas, sanctitasque detet, longissimè arceatur, jubet, ne filii illegitimi Clericorum, in Ecclesiis, ubi eorum parentes Beneficium habent, ullo modo ministrent, per praecisa haec verba: Nec in diebus Ecclesiis quoquo modo ministrare.

47 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

48 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

49 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

50 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

51 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

52 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

53 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

54 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

55 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

56 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

57 Vetitum est cum baculo ad Missam celebrandam accedere, ex Canone Zachariae Papae lato in Concil. Romano, & inserto in decreto Gratiani in cap. Nullus Episcopus 57. de consecr. dist. 1. ubi sic habetur: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda praesumat cum baculo introire, & qui temere praesumpserint, communionem priventur. Item vetitum est Missam sine luminibus celebrare; Leo IV. homil. de cura pastoralis, & Honorius III. in c. Licet, ar. 12. de celebrat. Missar. Sic etiam vetitur est Missam celebrare in Calice ligneo, & vitreo, & Concil. Rhemenf. Bishosh. Ferrar. Tom. V.

cap. 6. Canon. De Calix 45. de consecr. dist. 1. ubi expresse dicitur; Nullus autem in ligneo, aut vitreo Calice praesumat Missam cantare. Neque ut permittitur Calice ex aere, aut aurichalco; Ex eodem Concil. Ibid. his verbis: De aere, aut ex aurichalco non fiat Calix, quia ob vini virtutem eruginem parit, quae vomitum provocat. Sicuti nec etiam uti licet Calice plumbeo, aut ferreo ex eodem motivo; c. Vasa, de consecr. dist. 1. & Leo IV. homil. de cura pastoralis.

14 Vetitum est Missam celebrare cum Calice quocumque non consecrato; ex cap. unico §. fin. de Sacra unctio. Immo si quis audeat celebrare in Calice non consecrato, esset suspensus ab Officio celebrandi, & a Beneficio, si quod haberet, per textum in c. ultimo de celebr. Missarum. In Sacrificio Missae non est adhibenda Palla Drappo, serico a parte superiori cooperta; S. Congr. Rit. 22. Januarii 1701. Sacerdos in Sacrificio Missae congruentius utitur cingulo lineo, quam serico; Ead. S. Congr. Rit. 22. Januarii 1701. apud La Croix lib. 6. part. 2. num. 203; 5. decret. 312. & 313.

15 Annulum in digito gerere dum Missa celebratur cuiuscumque dignitati nemo potest, vetante S. Rituum Congregatione. Infit. Eccles. 34. §. 4. n. 15.

16 Nec licet etiam Protonotariis non participantibus adhibere in Missa instrumentum argenteum cum candela, ut Decreto apud Monac. ibidem numer. 17. Quoad etiam superioribus Ordinum Mendicantium, & Parochis utitur S. Congregatio, cuius litterae referuntur Ibid. sub num. 16. sunt autem tenoris sequentis.

Eminentiss. ac Reverendiss. Domine Observandiss.

Quum Sacrorum Rituum Congregationi innotuerit, quendam in ista Civitate Bononiae irrepsisse abusum, quod tum Parochi ejusdem, tum Superiores Ordinum Mendicantium nulla dignitate Ecclesiastica insigniti, nulloque justo titulo sulti in celebratione Missae sive solemnis, sive privatae in instrumento argenteo cum candela, quo Bugia nominatur, noviter uti praesumpserit, Eminentissimi & Reverendissimi Patres eidem Sac. Congregationi Praepositi Eminentiae Vestrae scribendum esse duxerunt, ut ipsa abusum praedictum zelo, quo pollet, Ecclesiasticae disciplinae a Civitate ista omnino tollere & amovere curet, Parochosque omnes, & Ordinum Mendicantium superiores, adhibitis iis juris remediis, quae prudentiae iurae opportuna, vel etiam necessaria videbuntur, auctoritate ipsius Sacrae Congregationis moneat, coerceat, & ad terminos suas reducere non omitat; & E. V. manus humillime exosculor.

Romae 28. Augusti 1734. Eminentiae Vestrae Humilissimus atque Addictissimus Servo A. F. Card. Zondadari Pro-Praef. N. M. Tedejschi Archiepiscopus Apam. S. R. C. Secret.

20 Quin & juxta Decreta Alexandri VII. Abbatibus Regularibus consecratis id non licet, nisi in Missa Solemni, cum Pontificalibus utuntur, ut ex Decreto S. Congregationis, cit. Institut. Eccles. 34. §. 4. num. 17.

21 Pari passu cum hoc argenteo instrumento procedendum est cum assistente; Ibid. §. 18. ut ex Decreto S. Congr. Rituum.

22 Novus Sacerdos in celebratione Missae primae vetatur Ecclesiam circumire sacris vestibus indutus, ut recipiat oblationes; potest tamen se vertere ad altare, & ibi eas accipere, ex Decreto Sac. Congregationis. Institut. Eccles. 56. §. 7.

23 Sacerdos in alia Dicecesi celebrans Missam non potest nomen Episcopi sui nomini Episcopi illius Dicecesis substituire, ex Pouget, & Merato. De Sacrif. Missal. lib. 2. cap. 17. §. 4.

Novae additiones ex aliena manu.

58 **A**n possit Sacerdos sine Ministro Missam celebrare, si sit aliqua celebrandi necessitas, non conveniunt inter se Auctores. Negant post E Antonium complures. Affirmant vero alii. Sed & hi discordes sunt circa illam necessitatem, quae licitam facit hanc Missae celebrationem sine Ministro. Afferit socrus exemplum, si aliter Sacerdos non posset satisfacere praecipito audiendi Missam. Sed non omnes in hoc exemplo concordantes sunt. In eo tamen videntur plerique convenire, quod scilicet possit Missa celebrari sine Ministro, si Viaticum sit ministrandum periculose aegrotanti.

59 De eo quoque quaeri solet, an in casu necessitatis liceat uti

ministerio Mulieris ? Satius esse sine ministro celebrare, quam mulierem habere adjuvicem, communis opinio est. Num filius illegitimus in casu necessitatis possit Patri celebranti ministrare, tum an possit ministrare eidem Patri secreto celebranti in aliquo Oratorio, vide apud Pasqualig. t. 1. quest. 349. num. 5.

ARTICULUS X.

Missa quoad requisita pro ejus celebratione.

- 1 Requiritur in primis Altare, ex cap. Altaria, de consecr. dist. 1. quod debet esse lapideum, ex Concil. Hipponen. cap. 6. & refertur in cap. Altaria, de consecr. dist. 1. Et debet esse consecratum, ex cap. 1. de consecr. dist. 1. Et cooperatum linteis mundissimis, cap. Consulto, de consecr. dist. 1. Con. Coyacens. cap. 3. Concil. Lateranen. IV. cap. 19. Concil. Oxoniens. I. cap. 10. Et ista lintea regulariter debent esse tria, ut videtur colligi ex Cap. Si per negligentiam, de consecr. dist. 2. ubi præter corporale numerantur tria his verbis: Si aliquid de sanguine stillaverit supra linteam Altaris, & ad aliud stilla pervenit, quatuor diebus paniteat, si usque ad tertium, novem diebus paniteat, si usque ad quartum, viginti diebus, ubi nota primum verba stillaverit super linteam Altaris referri ad corporale, & cum de tribus aliis fiat mentio, utique judicari, quod requirantur tria præter Corporale, sicuti pariter Missale Romanum auctoritate Clementis VIII., & S. Pii V. editum expresse tria requirit. de defectibus. Et in ipso Altari etiam si sit expositum Venerabile, semper requiritur Crux cum Imagine Crucifixi, ut declarat Sac. Congregat. Rit. 14. Maii 1707. his verbis: Quando super Altare expositum est Venerabile, debet etiam in eo collocari Crux, cum Imagine Crucifixi; Et quidem illius altitudinis, & magnitudinis novissime præscriptæ a sæpe laudato Summo Pontifice Benedicto XIV. die 16. Julii 1746. in sua Encyclica Epistola directa Archiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis ditionis Ecclesiasticæ, in qua circa finem sic expresse mandat: Illud vobis præcipimus ut nullo modo patiamini Rem divinam fieri ad hujusmodi Altaria, nisi Crucifixus inter candelabra ita promineat, ut Sacerdos celebrans, ac populus Sacrificio assistens, eundem Crucifixum facile, & commode intueri possit, quod evenire nequit, si exigua solum Crux minori tabula desupra Fidelibus exhibeatur. Si ejusmodi corruptela in Diocesim non valde propagata est, facile extingui poterit, si privatim Regulares, aut seculares Ecclesiasticum Superiores de hac re moneantur: Sin autem late per Diocesim invaluerit, tunc a Vobis Editum necessario promulgandum erit, quod his Nostris Litteris conformetur. Vide tamen in Supplementis ad verb. Altare num. 59. novissimam dispositionem ejusdem Pont. Benedicti XIV. circa Crucem collocandam, vel non, in Altari, in quo esse expositum. 2 Sanctissimum Sacramentum. Et debent lumina esse in ipso accenta, ex Cap. Ultimo, de celebratione Missarum. 3 Requiritur Corporale benedictum ab Episcopo, vel ab habente privilegium benedicendi, cap. Consulto, de consecr. dist. 1. Et hoc debet esse lineum, ex Concil. Rhemen. c. 3. Requiritur etiam quadam parva Palla superponenda Calici, ut habet Innocentius lib. 2. de Mysteriis Missæ cap. 56. his verbis: Duplex est Palla, que dicitur Corporale, una, quam Diaconus super Altare totam extendit, altera, quam supra Calicem plicatam imponit. Requiritur Calix cum Patena, ex auro, vel ex argento, ex cap. Vasa, de consecr. dist. 1. & ex Concil. Rhemen. relato in cap. Ut Calix, de consecr. dist. 1. ubi habentur hæc verba: Ut Calix Domini cum Patena, si non ex auro, omnino ex argento fiat, qui Calix cum Patena debet esse consecratus, ex cap. Unico §. final. de Sacra Ordinatione. Requiritur Missale iustum S. Pii V. editum Constat. incip. Quot primum, quod iterum restitutum, & emendatum solum in usu haberi mandavit Clemens VIII. Constat. incip. Cum sanctissimum. Requiritur insuper Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, & Casula ex Concil. Coyacens. cap. 3. Leone IV. homil. de Cura pastorali, & videtur colligi ex Cap. Ecclesiastica institutione dist. 23. & expresse enumerat omnes has vestes Innocent. III. lib. 1. de Mysteriis Missæ. 4 Sacerdos Missam celebrans etiam in necessitate dandi Viatici infirmo absque uno e sacris indumentis, peccat gra-

viter ex irreverentia; neque enim urget Viatici præceptum, si ministrari non possit eo modo, quo decet. De Sacrif. Missæ lib. 3. cap. 7. §. 1.

Idem dicas si absque luminibus, quæ sint oportet sive ex 14 cera, sive ex oleo; & si desint, in necessitate, saltem ferebacea; sufficit tamen, si necessitas urgeat, unicum lumen. Idem dicas, si celebret absque Missali libro in quo sit saltem Canon. Hæc ex DD. ibid. §. 2.

Peccat etiam Sacerdos celebrans sine ministro, ut eruitur 15 ex Cap. Proposuit, de sil. presbyt. Si tamen sit ministrandum Viaticum, potest Sacerdos sine ministro Missam celebrare, & sibi ipsi respondere. Alias præstat omittit Missam, quamvis si hoc agat, sunt qui uegent illum peccare. Ibidem §. 3.

Novæ additiones ex aliena manu.

Altare, in quo Missa est celebranda, potest consecrari 1 non solum ab Episcopo, sed, & a simplici Sacerdote, si hanc ipsi potestatem concedat Summus Pontifex; Vide Habert. de Eucharist. cap. 13. q. 1.

Num autem ad consecrationem Altaris necesse omnino sit, 2 ut Reliquiæ Sanctorum in eo includantur, magna questio est. Negant plures, quos allegat Habert loco citato quest. 3., ut sunt Suarez, Socus, Coninc. &c. Sed recedendum haud est a communi Ecclesiæ praxi firmata communiori opinione, nempe Altare sine Reliquiis non esse consecratum, consecratumque execrari ablatis Reliquiis, vel fracto sigillo locali, in quo sunt condita.

Quando vero Altare consecratum censeri possit execra- 3 tum, & amissæ benedictionem, tradit Habert ubi supra quest. 2.

Sicuti Altaris, ita, & Calicis consecratio potest ex per- 4 missione Summi Pontificis spectare ad simplicem Presbyterum, reque ipsa spectare ad nonnullos Abbates, & Superiores Regularium. Sed hæc facultas non solet ipsis dari, nisi pro oratorii sui Ordinis tantum, & ita semper intelligenda, si forte verba essent dubia. De execratione Calicis, vide Habert eodem loco quest. 3.

Non conveniunt Auct., an Sacerdote celebrante cum- 7 Calice, aut in Altari non consecrato, censeantur illa consecrata? Non male vero distinguit Samborius inter Altare, & Calicem, tenetque Altare non manere consecratum ex Sacrificio super eo oblato, Calicem vero consecrari ex solo contractu Sanguinis Christi.

Si aliqua ex vestibus Sacerdotalibus desit, nec haberi queat, 8 an omitti debeat Missæ Sacrificium in casu etiam necessitatis? Pensandum est (inquit Habert de Eucharistia cap. 14. quest. 7.) quatenus ex una parte sit defectus, & ex altera quanta sit celebrandi necessitas. Namque I. in communi, & profano vestitu nunquam liceret offerre: quod etiam verum 9 est, si desit Altare consecratum, sive Calix, sive Patena, sive Corporale. II. Si tanta sit celebrandi necessitas, puta si frequens populus sine scandalo dimitti non possit, celebrare liceret sine Manipulo, aut Cingulo. Si autem tanta non sit necessitas, si v. g. Sacerdos aliter satisfacere non possit præcepto audiendæ Missæ, ex S. Antonio, præstat non adire, quam indecenter celebrare. Monent communiter, in casu necessitatis licitum esse Stola pro Cingulo, vel Manipulo pro Stola. 11

ARTICULUS XI.

Missa, quoad requisita in Celebrante pro valida, & licita ejus celebratione.

Requiritur, ut valide celebret, quod celebrans sit rite 1 ordinatus Sacerdos, ex Concil. Nicæno cap. 4., & ex Trident. sess. 22. cap. 1. Et quod habeat intentionem sacrificandi, & efficiendi Sacramentum, ex Concil. Florentino in decreto unionis Armen., & ex Trid. sess. 7. Can. 11. de Sacramentis in genere, ubi anathematizatur qui dixerit, in Ministris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia. Porro intentio applicationis Missæ sufficit si habitualis fuerit; est enim veluti quedam donatio, quæ semper valet, etiam si multo ante intercesserit. Tempus autem applicationis nun sit

sit sufficiens post consecrationem, ambiguum est. Præstat, ut Sacerdos Missam applicet cum se ad eam præparat. De Sacrif. Missæ lib. 3. cap. 16. §. 9. Quoad intentionem hoc quoque notandum: Cum novi Sacerdotes cum Episcopo celebrant, non debent intentionem suam ita conformare, ut intelligant se consecraturus eodem momento, quo Episcopus extrema verba protulerit, sive ipsi ante, sive postea formam compleverint; sed debent esse ita animo comparati, ut omne studium ponant proferendi ultima verba cum Episcopo, atque ita una cum eo consecrent; ex quo fit, ut si non ita jungant sua verba cum Episcopo non consecrent, cum non habuerit intentionem non consecrandi. Ibidem §. 6. Et ut licite celebret, requiritur, quod Sacerdos sit in gratia, & se probe, juxta præceptum Apostoli 1. ad Corinth. 11. Probet autem je ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de Calice bibat, idest Confessionem Sacramentalem præmittat, ut vult Conc. Trid. sess. 13. cap. 7. de Eucharistia his verbis: Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali Confessione ad Sacram Eucharistiam accedere debeat, quod a Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incumbit celebrare, hæc Sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, modo non desit illis copia Confessoris, quod, si necessitate urgeat Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quam primum confiteatur, & Canone 11. ejusdem sess. nisi sit ita expresse necessario præmittendam esse Confessionem Sacramentalem sub pena excommunicationis eo ipso. Unde Concil. Trid. Confessionem in Sacerdote prærequirit, non solum ratione Communionis, sed etiam ratione ipsa celebrationis, adeo ut, non solum teneatur esse in gratia, quando in Missa Sacram Eucharistiam sumit, sed etiam in ipso actu Sacrificii, quando ipsum conficit, ut expresse innuit sess. 22. in decreto de Observandis, & vitandis in celebratione Missæ, dum dicit: omnem operam, & diligentiam in eo ponendam esse, ut quanta maxime potest interiori cordis munditia, puritate, atque exteriori devotionis ac pietatis specie peragatur.

Illam autem particula citati Tridentini quam primum confiteatur, si urgente necessitate ex defectu Confessoris incon- 5 fessus celebraverit, non est intelligenda in hoc sensu, scilicet cum Sacerdos suo tempore confitebitur; quia in hoc sensu fuit damnata ab Alex. VII. 18. Martii 1666. his præcisè verbis, uti jacet num. 39. in ordine. ILLA PARTICULA quam primum INTELLIGITUR CUM SACERDOS SUO TEMPORE CONFITEBITUR, sed ejus verus sensus est, ut quamprimum, & statim post peractum Sacram habuerit copiam Confessoris, vel illico ac Confessarius sibi occurrerit, teneatur confiteri, taliter quod, si unum, vel alterum, Confessarium culpabiliter prætermittat, peccet mortaliter ratione non adimpleti hujus præcepti. Nec potest dici, quod Concil. Trident. ibi consulat tantummodo, & non præcipiat Confessionem quam primum, quia Concilium ibi præceptum dat, non consilium, ut expresse patet ex sequenti propositione §. 8. in ordine damnata ab Alexandro VIII. die, & anno, quo supra: Mandatum Tridentini sacrum Sacerdoti quam primum, est consilium, non præceptum.

Sacerdos igitur valide consecratus, etsi letali crimine sit infectus, excommunicatus, hæreticus, degradatus. At ut celebret etiam licite, debet esse in statu gratiæ, & a letali peccato liber; alioqui duplicis culpæ reum se constituit, conficiendo scilicet, vel suscipiendo indigne Sacramentum, & infideliter sibi ipsi ministrando. Vetat quidem Tridentinum cit. sess. 13. cap. 7. de Eucharistia, ne Sacerdos peccati mortalis reus, quantumvis contritus, nisi prius Sacramentali Confessione expiatus, ad celebrandum accedat; permittit tamen Sacerdotibus celebrationem prævio tantum actu contritionis, dummodo gravis necessitas urgeat, nec sit copia Confessarii; simul vero in eo rerum eventu mandat, ut qui ita celebraverit, quamprimum confiteatur: atque ita explicat præceptum divinum ab Apostolo traditum, probet autem je ipsum homo. In casu vero urgentis necessitatis non satis est attritio, sed omnino contritio requiritur, vel saltem attritio, quam Sacerdos sine culpa contritionem exilium veniit.

Porro urgens necessitas, de qua hic sermo, ea censetur, si Sacerdos eo die non celebrans offensionem esset, & scandalum. Item si Parochia celebrandum est ad ministrandum Viaticum. Sunt qui addunt, sufficere ad celebrationem in eo Bibliot. Ferrar. Tom. V.

rerum statu si nuper decessit anima probabiliter Sacrificio indigens; quod tamen aliis, & merito, minus probatur, cum omnes animæ in Purgatorio Sacrificio indigeant.

Sed quid, si Sacerdos cæpta Missa recorderetur peccati letalis non expositi in Confessione, vel se oblitringi aliqua censura, vel jejuniu non servasse? Profecto si ante consecrationem peccati, seu jejunii non servati recordatur, Missam deferere tenentur, nisi aliud suadeat justus de gravi scandalo timor. Si vero post consecrationem, perficat, & firmat Sacramentum præmissa contritione, si succurrat grave peccatum, nondum poenitentia deletum, & elicitio proposito satisfaciendi postmodum præcepto confessionis, & absolutionis. Si vero nequeat conteri, satius est scandalum potius permittit, quam Sacramentum conficere, & indigne recipere.

Scandalum vero an causaret recedendo ab Altari ille, qui in loco privato celebrans cum unico ministro, peccati gravis, inchoata Missa, recorderetur, questio est anceps; sunt enim qui minimum esse scandalum censent si adit tantummodo minuter puer, vel celebrantis servus, aut amicus.

Si ea die, tempore Missam præcedente, grave peccatum commissum a Sacerdote fuerit, de quo tamen doluit, & confessus est, non decet Sacerdotem eadem die celebrare, quia tollitur quidem reatus culpæ, sed non continuo immundities corporis admittit. Idem dicas de eo, qui pollutionem proprii corporis sensit, nec tamen consensum apposuit. Quamvis nulla sit in eo culpa, indecens est tamen ad Sacrificium accedere, præsertim si menti tenacius inhæreant præ cogitationes. Ex Tract. Bened. XIV. de Sacrif. Missæ lib. 3. cap. 11. §. 1. ad 12.

Ut celebretur licite celebret, requiritur etiam, quod sit je- 7 junus jejuniu naturali, uti juxta morem universalis Ecclesiæ Apostolica traditione introductum decreverunt varia Concilia, & in primis Cartaginens. III. can. 29. statuit: ut Sacramenta Altaris nominis a juvenis hominibus celebrentur, & idem reperitur can. 47. Concil. Matriticonens. II. can. 6. renovat Canonem Concilii Cartaginens. I. & addit poenam depositionis; Concilium Braccaren. I. decrevit, ut etiam feria V. in Cæna Domini Missæ a juvenis celebrentur; Concil. Toletanum VII. canon. 2. vlt. in cap. Nihil 16. can. 7. q. 1. poenam excommunicationis statuit in eos, qui post sumptum cibum quemlibet exiguum, Missam celebrare audent, præcisè his verbis: Ne tamen, quod natura languoris causa constituitur, in presumptionis perniciem convertatur, nullus post cibum, potumque, quamlibet minimum, sumptum Missas facere præsumat. . . . Si quis hæc temere præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit. Concilium Constantiens. sess. 13. damnat errorem, sive abusum quorundam, qui Sacramentum Altaris post cibum sumptum celebrare audebant, & sic sentierunt committere Sancti Patres, pro quibus omnibus unus Augustinus adlocutus, qui in Epist. 54. alias 218. num. 7., & 8. habet præcisè hæc verba: Placeat spiritui Sancto, ut in honorem tanti Sacramenti prius in os Christiani Corpus Dominicum intraret, quam ceteri tibi; ideo per universum Orbem mos iste servatur, & refertur in c. Liquido 54. dist. 2. de consecr.

Dantur tamen aliquæ causæ, ob quas Sacerdos licite celebrare, ac communicare potest etiam si non sit jejunus jejuniu naturali. Et Prima est necessitas integrandi Sacrificium. Si enim Sacerdos celebrans post consecrationem unius, vel utriusque speciei, recorderetur se non esse jejunum, potest, immo debet adhuc complere Sacrificium; quia majus, & fortius est præceptum Divinum obligans ad integrandum Sacrificium, quam præceptum Ecclesiasticum obligans ad communicandum jejune. Communis. Si autem Sacerdos recorderetur se non esse jejunum ante consecrationem, ac celebret privatim in aliquo Oratorio, uno tantum Ministro, aut altero bene noto præsentem, sicque possit sine gravi scandalo ab Altari recedere, Missamque relinquere, ad id omnino tenebitur; Secus vero si publice coram magno populo celebret, ac nequeat Missam relinquere sine gravi scandalo; quia tunc poterit etiam non jejunus jejuniu naturali compleere Sacrificium; cum non posset sine magna sui erubescencia, aut nota infamitæ, & aliorum sinistra interpretatione, suspicione, ac temerario judicio, adeoque vero scandalo, sic ab Altari recedere, quod, teste Sporer tom. 3. part. 2. cap. 6. sess. 7. num. 476. concedunt Communiter Doctores etiam de Laico jam ante Altare communicatorio existente, ac ibi se non esse jejunum recordante, & non sine magno rubore, M 2 infa-

infamia; ac scandalo, non valent recedere; Leges enim positivæ nunquam tam severe, ac rigide obligant; Et totum id colligitur etiam ex S. Th. 3. part. Summ. quest. 83. art. 6. ad 2. ubi in similibus casibus reputat quidem tutius ab Altari, & Communione recedere, sed tamen, nisi quis recedere non possit sine ingenti scandalo, ibi: Nisi grave scandalum timeretur.

21 Item si Sacerdos celebrans, peracta jam consecratione, utriusque, vel unius tantum speciei, de repente moriatur, seu tali morbo corripitur, ut non possit Sacrificium comple- re, ac non reperitur Sacerdos jejunus, debet Sacrificium compleri ab alio Sacerdote, quamvis non jejunus; Communis Item si Sacerdos, loco vini, inadvertenter aqua solum con- fecraverit, & errorem suum solum post sumptionem totius aquæ cognoverit, debet quamvis non amplius jejunus jeju- no naturali, de novo vinum cum aqua consecrare, ac con- secratum sumere ad integrandum Sacrificium; Communis. Et ratio est, quia, ut dictum est supra, majus, & fortius est præceptum de Sacrificio non relinquendo imperfecto, quam præceptum de sacrificando, & communicando jejunus.

22 Secunda est necessitas servandi reverentiam debitam Sacra- mento. Si enim imminet periculum, ne Sacra Hostiæ, seu Particulæ ab Infidelibus, & Hæreticis profanentur, aut incendio, vel inundatione absumantur, non solum a Sacer- dote non jejunus, sed Sacerdote absente etiam a Laico non jejunus propriis manibus sumi, & absumi possunt, ut docent communiter Doctores; Immo & debent, ut voluit Layman lib. 1. tract. 4. cap. 6. num. 22. Gobat tom. 1. tr. 3. casu 13. num. 423. & alii.

23 Item si post jam sumptam absolutionem Sacerdos reperiat aliquas Particulas, ut reliquias ex Hostiæ, quæ aliter nequeant decenter asservari, debet eas, sive parvas, sive magnas sint, sumere, quia spectant ad idem Sacrificium; Rubric. Missalis tit. 7. de defectibus. Et hoc etiam integra hora, interim, etiam post Sacrum finitum, occupatus fuerit in communicando aliis; Immo etiam si eas repererit jam ad Sa- cramentum reverentius, & depositis vestibus, ac non modico tem- pore exfluxo, si nequeant asservari sine majori irreverentia, ac nullus alius adit Sacerdos sacrificaturus, qui illas in suo sacrificio ante ablutioem possit absumere; In tali enim casu non censetur novam Communionem inchoare, sed perficere præcedentem, cum dictæ Particulæ, seu Hostiæ videantur spectare ad idem suum Sacrificium. Si autem tales Particulæ, seu reliquias Hostiæ essent ex alio, non suo Sacro, si eas repererit ante sumptam ablutioem, debet eas ablu- mere: Secus vero si eas repererit post sumptam ablutioem, quia tunc si commode, & reverenter asservari possent, ef- fent asservandæ, donec ipse, vel alius Sacerdos intra Sacrum eas jejunus sumeret; quia non sunt pars sui præsentis Sacri- ficii; Quamvis Bonacina, Castropalaus, & alii permittant eam sumptionem, licet sint ex alio Sacro; Quod & ego ap- probo in casu, quo non possint commode, & reverenter as- servari; quia tunc urget reverentia Sacramenti; Et si Sacer- dos dubitet, an reperit Particulæ, seu reliquias Hostiæ sint consecratæ, nec ne, poterit eas sumere post utriusque spe- ciei sumptionem ante suæ ablutioem sumptionem, & etiam post ipsam, si solum post ipsam eas repererit; Sic in univer- sum Gobat loc. cit. a num. 420. ad 422. Sporer loc. cit. n. 477. cum pluribus aliis ab ipsis allegatis.

24 Item si particula Hostiæ mixta cum sanguine remaneat in fundo Calicis, poterit Sacerdos vinum infundere, ut sic cum vino deglutatur, & hoc bis, aut ter si non sufficiat semel; Quamvis enim ex Rubricis Missalis de defectibus tit. 10. n. 8. possit celebrans prohibito ipsam particulam, vel digito at- trahere ad labium Calicis, & ante purificationem sumere, vel vinum infundere, ut sic cum vino deglutatur; aptior ta- men, & decentior est hic secundus modus, nempe ut infun- datur vinum, & cum eo sumatur particula, quamvis prius deglutatur aliqua pars vini, sicque jejunium naturale frangatur, antequam deglutatur particula. Et ratio est, quia præ- ceptum jejunii naturalis urget solum pro integra Commu- nione, & sumptione Sacramenti absolute, & per se; Non autem pro sumenda aliqua remanente reliquia Communionis jam inchoatæ, ut patet de sanguine Christi, qui non totus a Sacerdote omnino jejunus hauriri contingit, cum in prima sumptione semper aliquid remaneat vini consecrati, quod una cum non consecrato bibitur, & eo magis in hoc casu, ubi traditur talis modus ad decentius perficiendam, & com- plendam ejusdem Sacramenti sumptionem, ut cum Suarez,

Silvestro, Victoria, Cajetano, Navarro, Averfa, Tamburi- no, & Cardinali de Lugo tradit Quarti, Commentar. in Ru- bric. Missal. part. 2. tit. 10. dub. 7. & cum aliis Gobat loc. cit. num. 423. addens, idem pariter faciendum esse a Laico quando Hostia, seu Particula palato adheret.

Tertia est necessitas sumendi Viaticum in articulo mortis; Si enim quis reperitur constitutus in articulo mortis, sive naturalis per infirmitatem, sive violentæ per justitiam, nec possit communicari jejunus, tunc potest etiam non jejunus Sa- cramentum Communionem recipere per modum Viatici; Commu- nis, & docet quotidiana praxis. Qui mane ante periculum 20 communicavit ex devotione, si superveniat periculum, an- 21 possit, & teneatur eadem die per modum Viatici communi- care, etiam non jejunus; Vide verb. Eucharistia num. 36. In eadem infirmitate, et si non teneatur, potest tamen ægrotus 21 post 7. vel 8. dies repetere Viaticum non jejunus, dummo- do nequeat jejunus sumere, & periculum mortis recurrat. Vide ibidem n. 37. Quando morbus, & periculum diu pro- trahitur post 7. vel 8. dies, potest iterum dari Commu- 22 nio non jejunus. Vide ibid. num. 38. Pro consecrando Viatico 23 dando moribundo, non est licitum Sacerdoti non jejunus ce- lebrare. Vide verb. infirmus num. 28.

Quarta est necessitas vitandi scandalum publicum, aut 24 aliud grave malum, seu damnum: Si enim Parochus v. g. aut alius Sacerdos obligatus ex officio celebrare diebus Do- minicis, & Festis, non possit Sacrum omittere sine gravi scandalo; & obmurmuratione, insurrectione, & sinistra sus- picione populi, aut etiam sine proprio gravi malo, seu damno, aliter non evitabili sine celebratione, tunc poterit celebrare etiam si casu, vel culpa non sit amplius jejunus; sic Suarez disp. 4. sect. 5. Tannerus disp. 5. quest. 8. n. 41. Layman loc. cit. num. 22. Sporer loc. cit. num. 479. Rosignol. de Eucharistia quest. 3. art. 7. num. 12. & alii passim: quia majus & fortius est præceptum naturale charitatis de vitando scandalo, quam præceptum positivum Ecclesiasticum de celebrando, & communicando jejunus. Quod etiam in Lai- 25 celebrando, & communicando jejunus, qui determinatis diebus communi- care debent, locum habere posse, tradunt citati Doctores (a); & Rosignolus loc. cit. num. 12. in fine, sic præcise habet: In universum ubicumque intervenire potest scandalum conjunctum cum aliqua infamia, quæ aliter vitari nequeat, sive in Sacerdote sacrificante, sive in Laico communicato, etiam fructo jejunio, potest ille sacrificare, hic communicare; quan- doquidem exceptio de vitando scandalo in omnibus præceptis locum habet, ubi contrarium non est intrinsece malum. Et obli- gatio Legis positivæ non obligat cum tanto onere, & di- stinguuntur.

Quamvis Neomytha, seu Neopresbyter (qui mane diei, quo Primitias solemniter celebraturus erat, se adhuc probans ut prioribus diebus Missam siccam privatim celebrando, in- cogitantes sumptis panem, & vinum, seu aliter jejunium naturale fregit) per se loquentem non possit Missam licite ce- lebrare, sed debeat in loquentem diem differre, possunt ta- men intervenire, & concurrere tales circumstantiæ, ob quas sic non jejunus possit licite suam primam Missam solemniter celebrare; Ut pote 1. Si Neomytha, seu Neopresbyter sit perhonestæ familiæ. 2. Si illuc advenerint aliunde cognati complures. 3. Si paratum jam fuerit lautum convivium. 4. Si de suggesta fuerat invitatus populus ad ipsum primum Sacrum pro tali die, & jam plebs, & multæ aliæ personæ nobiles ob id ad destinatum Ecclesiam se accinxerint. 5. Si error ille non jejunii Neomythæ fuerit occultus. In his cir- cumstantiis simul concurrentibus, potest talis Neomytha licite suum primum Sacrum solemniter celebrare. ob ratio- nabilissimam Epikyam, quod si Papa adiet, vel interroga- retur, an generalis Lex statuta in Sacris Conciliis, sacrisque Canonibus de non communicando, & celebrando, nisi je- june, vellet extendi ad hunc casum in dictis circumstantiis, responderet, nec se, nec suos antecessores id velle, aut voluisse, præsertim ad evitanda ingentia mala, incommoda, & scandala inde oritura, videlicet maximam mortificationem illius innocentis Neomythæ, ejus cognatorum tristitiam, alio-

(a) Nota. Si jejunus Laicus præsertim Religiosus non sit, dicere sine ulla infamia potest, non sum jejunus, atque ita sine scandalo potest a Communione abstinere, quam percipere juxta Ecclesiæ præceptum nequeat.

rum obmurmurationes, suspiciones, temeraria judicicia, adeo- que vera scandala ultra magnas expensas frustra factas, & contemptum ipsius Neopresbyteri tanquam hominis incauti- timum in re gravissima; Unde in tali casu locum haberet Legittimarum axioma: Singula, quæ non prosunt, multa collecta juvant. Sic expresse Gobat loc. cit. casu 13. a num. 410. ad 415. Sporer loc. cit. num. 481. La Croix lib. 6. part. 1. n. 533. & alii per text. in l. Spandones 15. §. 11. ff. de excusationibus, l. Instrumenta 5. & l. Ratione 6. Cod. de probationibus. cap. cum causam 13. de probation. ex quibus deductum est d. Axioma teste Barboza Axiom. 209. n. 1.

Item si Parochus v. g. invitaret alium vicinum Parochum, ut in Festo majoris solennitatis suæ Parochiæ, Missam pro eo caneret, hicque invitationis oblitus, domi celebraret, aut jentaret, sicque non amplius jejunus accederet ad Parochum invitatum, qui sub spe habendi ad canendam solle- nem Missam jejunum Parochum invitatum, & ipse jam celebravit, aut jentavit, postet Parochus invitatus ad evitan- dum grave scandalum, licite quamvis non jejunus Missam celebrare; si enim non celebraret, nec adesset alius jejunus Sacerdos celebraturus, sicque populus abique Missa dimitte- retur, non possit evitari grave scandalum, ideit gravis, & injusta indignatio, gravis oblocutio adversus ipsum, & alios Sacerdotes, ridiculi sarcasmi, & diceria lægentia eorum, famam, & honorem. Sporer loc. cit. n. 489. Gobat tom. 1. tract. 4. casu 19. n. 329. & seq. cum aliis ibi citatis.

Item si in Festo Nativitatis Christi non esset nisi unicus Sacerdos non amplius jejunus, neque alius haberi posset; qui Missam celebraret, nec aliter evitari posset scandalum, licite ageret, si celebraret: Sporer loc. cit. Gobat loc. cit. num. 331. cum Tannero; & Angles ibi citatis; & alii id col- ligentes etiam ex S. Thoma 3. part. Summ. quest. 83. art. 6. ad 2. dicente quod ubi difficultas occurrit; temper accipien- dum est illud, quo habet minus de periculo, & quod minus est illud, quod pertinet ad qualitatem iumentis, quam pu- blicum grave scandalum, adeoque &c. Vide supra n. 10. Et ratio est jam allata supra num. 24. quia majus & fortius est præceptum naturale caritatis de evitando scandalo, quam præceptum positivum Ecclesiæ de celebrando, ac commu- nicando jejunus.

Jejunium naturale ad celebrationem, & Communionem prærequiritur est carentia cibi, & potus suscepti in stomachum, vel in via ad stomachum. Sic Scotus in 4. d. 8. q. 3. & est in re communis. Unde ille jejunus est jejunio naturali, qui a media nocte nihil sumpsit per modum cibi, ac potus: Sumere autem aliquid per modum cibi, aut potus est aliquid ab extrinseco sumptum per se actione vitali in stomachum di- mittere, edendo, vel bibendo; ut ex communi tradit Tannerus disp. 5. q. 8. num. 78. & Sporer loc. cit. num. 466. Hinc salivæ, & quidquid per modum salivæ sumitur, vel in stoma- chum dimittitur, non frangit jejunium naturale; Illud autem dicitur sumi, vel trahi per modum salivæ, quod cum sit mini- mum quid, & a saliva inseparabile, (quamvis in illam non sit conversum) inadvertenter, & præter directam intentionem trahitur. Sic Suarez, Valquez, & alii apud Dianam part. 1. tract. 5. res. 12. Sporer loc. cit. num. 465. La Croix lib. 6. part. 1. num. 566. cum aliis ibi citatis. Unde si quis abluen- do os aqua, aliquam ejus stillam mixtam salivæ deglutat, potest adhuc celebrare, seu communicare; quod & tradunt, etiam Rubricæ Missalis tit. de defectibus dispositionis corporis ibi: Si abluendo os deglutatur stilla aquæ præter intentionem, non impedit Communionem. Secus vero si quis dedita opera parvam aquam, aut aliquid etiam minimum a saliva distin- guibile, per modum cibi, aut potus deglutat. S. Thomas 3. part. Summ. quest. 80. art. 8. Scotus loc. cit. & alii commu- niter. Per cibum autem, & potum intelligitur illud solum & omne quod a stomacho alterari, & saltem ex parte digerri potest, sicque in substantiam hominis aliquo modo converti Sanchez, Tamburin, Lugo, Dicaistill, Gobat & alii citati, & sequuti a La Croix loc. cit. num. 561. & a Sporer loc. cit. n. 467. contra Nugnum, Layman, Bernal, & alios, qui non requirunt, ut sit aliquid digestibile.

Unde qui deglutaret capillos, ungues abraços, ossicula fructuum, lignum, aurum, argentum, plumbum, vitrum, sila ex serico, vel lana, & quidquid nec cibi, nec potus rationem habet, non frangit jejunium naturale; Lugo, Dicaistill, Ledesma, Sanchez, Diana, Tamburin, Averfa citati, & sequuti a La Croix loc. cit. n. 562. Gobat tom. 1. tract. 4. num. 262. Sporer loc. cit. n. 467. Rosignol. loc. cit. num. 20.

11. Quarti Comment. in Rubric. Missal. part. 3. tit. 9. dub. 2. difficult. 3. cum aliis ibi citatis contra alios; Supradicta enim non habent rationem comestibilis, aut potabilis, nec ha- bent rationem comestibilis, aut potabilis, nec digeruntur, nec alterantur, sed integra egeruntur; excepto auro quando resolvitur, & redditur potabile. Tum quia Sacri Canones solum exigunt, ut nullus cibis, aut potus sumatur ante Communionem, ut patet in cap. Nihil 16. caus. 7. q. 1. ibi: Nullus post cibum, potumque, quamlibet minimum, sumptum Missam facere præsumat, & in cap. Liquido 14. de consecrat. dist. 1. ibi: Placuit Spiritui Sancto, ut in honorem tantæ Sacra- menti prius in os Christiani Corpus Dominicum intraret, quam ceteri cibi: & consimiliter in cap. Ex parte 5. de Celebrat. Missar. in Concil. Bracaren. I. canon. 16. & Bracaren. II. can. 10. Carthaginen. III. canon. 29. Constantiensis sess. 13. & in aliis; Quæ autem ex sua natura non sunt ab homine comestibilia, aut potabilia, ut supradicta, non sunt proprie ci- bus, aut potus humanus, adeoque non censentur prohibita ante Celebrationem, & Communionem, nec frangunt jeju- nium naturale.

An autem terra, seu creta, quam puellæ edunt ut albe- fiant, charta, seu papyrus, filum ex lino, fœnum, pulex, cera, pulveres medicinales, venenum, & hujusmodi fran- gere, quia dicitur ipsi, non sumuntur per modum cibi, au- potus, cum ex sua natura non sint comestibilia, aut potabi- lia. Alii autem probabilis tenent, quod ipsa jejunium natu- rale frangant, quia in terra, & creta continentur partes mixtæ quæ in terra, & creta continentur partes mixtæ, quæ a stomacho sunt alterabiles, & digestibiles, sicque aliquo modo in substantiam hominis converti possunt: Papyrus, seu charta, servit pro nutrimento muribus, & filum ex li- no fit ex herbis, sicuti etiam ipsa charta saltem mediata ex herbis fit, cum fiat ex lino; Fœnum, & pulex in substan- tia sua sunt herbæ nutritivæ. Cera retinet aliquid mixtum de melle; Pulveres medicinales etiam ex ossibus, & lapi- libus contritis confecti habent se tanquam cibi medicinales cor- porum; Venenum continet partes, quæ ex natura sua deter- vire possunt pro cibo humani, ut patet exemplo Mithridatis, adeoque cum supradicta, & alia similia possint a stomacho alterari, & digerri, sicque aliquo modo in substantiam ho- minis converti, probabilis jejunium naturale frangunt. La- Croix loc. cit. num. 562. Tamburin, de Communion. cap. 2. num. 19. & 20. Henno tom. 2. tract. de Eucharistia disp. 8. quest. 2. art. 1. conclus. 2. resolut. 1. Layman lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 18. cum aliis ibi citatis; Nugnum, Krepasius, Henriquez, Bonacina, Reginaldus, Villalobos, Fagundes, & alii contra alios.

Qui reliquias cibi diei præcedentis dentibus implicata inadvertenter, & casualiter deglutant, non frangunt jeju- nium naturale. S. Thomas 3. part. Summ. quest. 80. art. 8. ad 4. & alii passim, quia non censentur illæ comedi, sed per modum salivæ deglutari. Si autem advertantur, & sensibili- ter percipiuntur in lingua, debent expui, aliter frangerent jejunium: quia si scierent, & dedita opera deglutantur, non possent habere meram rationem salivæ, cum possent a saliva separari, & expui; quod optime videtur considerasse S. Thomas loc. cit. ubi dicit, reliquias illas non frangere jejunium: addita tamen conditione si casualiter transgluti- untur; & sic docet communior opinio, ut testatur Henno loc. cit. resolut. 5. Attamen Suarez, Castropal. Gobat, Lean- der, & alii, non dissentientibus Tannero, Diana, Ocha- gavia apud La Croix loc. cit. num. 567. Quarti loc. cit. diffi- cult. 1. & alii tenent non frangi jejunium, etiam si adverten- ter, & dedita opera ipse deglutantur, quia, dicitur ipsi, censentur adhuc deglutari per modum salivæ, & non veniunt ab extrinseco, ac censentur pertinere ad comestionem præce- dentis diei; & Rubricæ Missalis tit. 9. de defectibus dispositio- nis corporis simpliciter sic habent: Si reliquias cibi remanen- tes in ore transglutiantur, non impediunt Communionem, cum non transglutiantur per modo cibi, sed per modum salivæ.

Jejunium naturale non frangunt, qui ad probandum an sit vinum album, vel aqua, ad percipiendum saporem, seu condimentum, jusculum, aquam, vel aliquid aliud supra linguam ponunt, & prægustant, ac statim expunt, quam- vis parum ipsius jusculi, vini, aquæ, vel alterius liquoris salivæ admixtum casu deglutant. Sic expresse S. Antoninus 3. part. Summ. Theolog. tit. 3. cap. 6. §. 8. Silvius in 3. part. Summ. S. Thome quest. 80. art. 8. & teste Sporer loc. cit. num. 458. communis aliorum cum S. Thoma loc. cit. quia

cum illud partum sit a saliva inseparabile, censetur per modum salivæ trajectum; Secus autem, si vel in magna quantitate, vel in parva quidem, non casualiter, sed advertenter, & ex proposito; si videlicet illud parum potuisset a saliva distingui, & separare. Sporer loc. cit. Gobat cit. tract. 4. casu 17. num. 266. cum aliis ibi allegatis. Quid autem dicendum sit, si quis gargarizet, & aquam detineat in ore diutius? Jordanus tom. 1 lib. 4. tit. 1. num. 4. Gobat loc. cit. num. 167. Sporer loc. cit. num. 468. respondet vix possibile esse, tunc partem aliquam aquæ a faucibus non atrahi, ideoque ut periculosum saltem dissuadendum esse.

38 Qui aromata dentibus terunt, aut ore continent ad confortandum caput, vel vitandum noxium aërem, aut odorem, dummodo nihil ex intentione deglutiant, non violant jejunium naturale, quamvis aliquid succi inseparabiliter salivæ permixtum deglutiant, quia illa trajectio est per modum salivæ, & non est vera comestio, seu potatio; Immo ob eandem rationem etiam si parvum granulum aromatis casu, & sine intentione comedendi in stomachum descenderet. Sic Coninch, Mercerus, Bonacina, Tannerus, Lorichius, & alii, quos citant, & sequuntur Diana part. 5. tract. 13. resolut. 1. §. verum, Quarti loc. citat. dub. 2. vers. Colligitur tertio & alii.

39 Nec jejunium naturale frangunt, qui respirando attrahunt vapores ex cibo, & potu præsentem; Nec qui per modum respirationis attrahunt per os in stomachum, vel pulverem, vel pluviam, vel muscam, vel quid simile, quia ista deglutiantur per modum respirationis, & non per modum comestionis, aut potationis, ut requiritur ad fractionem jejunii; Sic Doctores citati, & alii passim. Secus autem esset dicendum, si quis alicui oscitanti, nec advertenti injiceret in os uvam, aut parvam nucem, ipsamque deglutiret, aut ei dormienti in os apertum, aut guttur globulum sacchari, aut aliquid cibi, vel potus immitteret, & ipse casu, vel violenter deglutiret, aut in flumen prolapsus in vitas aquam in stomachum trajiceret: quia vitaliter sumitur per potationem, vel cibationem; cum sic etiam infantes, & infirmi, ac bruta cibentur, licet invititingeratur cibus; Gobat cit. tract. 4. casu 17. num. 264. Sporer loc. cit. num. 470. La Croix loc. cit. num. 168. & alii apud ipsos.

41 Neque jejunium naturale frangunt, qui deglutiant sanguinem e gingiva, vel humorem ex capite, seu pulsula in ore rupta, defluentem: quia ista non sumuntur ab extrinseco, nec per modum cibi, aut potus, sed per modum salivæ; Sporer loc. cit. num. 470. La Croix loc. cit. num. 565. cum aliis ibi allegatis, Quarti loc. cit. dub. 2. in fine, ubi citans S. Thomam, Suarez, Cardinale, de Lugo, & alios addit salso ratiocinio, quod licet Sanguis in os defluens ex industria deglutiretur, etiam animo se nutriendi non violaretur jejunium, quia intentio illa non potest dare rationem cibi prædicto sanguini ab intrinseco defluentis, cum de ratione cibi sit, ut ore sumatur ab extrinseco, juxta Regulam traditam a S. Thoma in 4. dist. 8. quest. 1. art. 4. questumcul. 2. ad 3. & ab aliis communiter receptam.

42 Secus autem dicendum esset, si quis fingeret sanguinem ex vulnere manus, aut digiti, vel extractum ex propria vena, quia tunc vere haberetur cibus ore sumptus ab extrinseco; Quarti loc. cit. La Croix loc. cit. cum Lugo, & Tamburini. ibi allegatis, Henno loc. cit. resolut. 1. & alii. Et idem dicendum est de muliere lac sugente de propriis mammillis; Henno loc. cit. resolut. 2. La Croix loc. cit. ubi addit, frangi etiam jejunium, si id, quod ex oculis, vel naribus defluit, in os admittatur, & deglutatur, quia aliquid digestibile sumitur ab extrinseco instar cibi, aut potus, præsertim, si id potuit a saliva distingui, separari, & expui. Non frangit tamen fortasse jejunium, qui aquam, vel quidpiam aliud per nares sumit, licet aliquid dilabatur in stomachum, quia non sumit ore per modum cibi, vel potus, nec est comestio, vel potatio, cum hæc fiant ore, non naribus; Quarti loc. cit. vers. Colligitur quinto, allegans Suarez, Cœlestinum, Faustum, & alios, quos affert, & sequitur Diana part. 1. tract. 13. resolut. 1. Henno l. cit. resolut. 6. & alii.

44 Qui vesperi decumbens imponit ori saccharum, vel ali-

quid aliud contra raucedinem paulatim liquandum, & deglutendum, si post mediam noctem, etiam dormiens aliquam partem deglutiret, frangeret jejunium naturale, nec posset celebrare, aut communicare, quia moraliter tamdiu censetur durare comestio, quamdiu saccharum est in ore, cum fuerit sumptum, ut paulatim deglutiretur; Quarti loc. cit. difficult. 1. testans de communi, Henno l. cit. resolut. 5. Sporer l. cit. num. 469. & alii passim. Si vero dubius sit, an aliquid deglutiverit, vel an factum sit post mediam noctem, si adhibita diligentia adhuc perseveret dubius, probabile est, quod possit celebrare, aut communicare; & ratio est, quia in dubio melior est conditio possidentis; cap. Si causa 6. de præscriptionib. cap. Quod autem 5. de jure patron. cap. In pari 6. de Regul. juris in 6. l. Nemo 126. §. 2. ff. de Regul. jur. l. In pari causa 128. ff. eod. (a) Quilibet autem fidelis possidet jus communicandi, quando non constat de impedimento aliquo, adeoque hic, cui, facta diligentia, non constat de impedimento fracti jejunii, poterit celebrare, aut communicare; Sic Layman lib. 1. tract. 1. cap. 1. num. 36. & multi alii, quos affert, & sequitur Diana part. 6. tract. 12. resolut. 17. ubi citat Dicastrum, Bossium, Leandrum, Caramuelem, Trullenchi, Paqualigum, & alios citat part. 10. tract. 13. resolut. 14. §. Nota, & prius etiam docuerat part. 3. tract. 4. resolut. 29. ut refert Quarti loc. cit. dub. 5. vers. Secunda sententia: qui in fine dicti dubii dicit, contrariam opinionem esse, etiam probabilem, uti revera est, & talem censent graves Doctores ab ipso in dicto quinto dubio allegati, quia in tali dubio, seu incertitudine tutior pars eligenda videtur propter reverentiam Sacramenti. Tum quia possessio stat pro præcepto de non celebrando, seu communicando, nisi jejune.

An sumptio Tabacci frangat jejunium naturale, & impediat celebrationem, seu Communionem? Vide verb. Tabaccum n. 6. & 7.

47 Missa in Pontificio Sacello nocte Nativitatis Domini celebratur a Cardinali plerumque non jejuni a præcedenti media nocte. Bened. XIV. Constituit. incip. Quadam §. 9. & 10. Et id sit ex tacita, non autem expressa dispensatione Pontificis. Idem ibid.

48 Missam ut etiam non jejuni celebrare possent Sacerdotes per Indias Regi Lusitanæ subjectas, ex certis causis indulget Pius IV. ut refert Bened. XIV. cit. Constituit. Quadam, §. 9. Vide dicta verb. Eucharistia.

Novæ Additiones ex aliena manu.

DE Sacerdote, qui non jejunos celebrat, quæri solet, an sit suspectus de fide, ita ut possit contra eum procedere Tribunal S. Inquisitionis? Affirmant Alpho. de Leon. de offic. & Potest. Confessarii recollect. 22. vers. trigesimus sextus, Trasmiera de Polygam. lib. 3. quest. 2. num. 55. Alberghini in manual. cap. 23. num. 3. qui ultimus hanc reddit rationem, quod scilicet talis Sacerdos factio adherere videtur hæresi Lutheri, qui asseruit consultius esse sumere Eucharistiam, post sumptum cibum.

At re discussa in Tribunali supremæ Inquisitionis, existimatum fuit, minime Sacerdotem hunc esse suspectum de hæresi, adeoque puniri haud posse ab ipso Tribunali supremæ Inquisitionis, ut patet ex decreto lato die 10. Septembris 1613. quod allegat Albic. de Inconstant. in fide cap. 34. n. 65. Probe vero monet mox laudatus Auctor num. 66. decretum hoc haud habere locum, si Sacerdos esset ex illis Regionibus, in quibus viget hæresis Lutherana; nam hic vocari posset ad S. Officium, & interrogari super ejus credulitate, & intentione.

Minusque S. Officio subjicitur Sacerdos, qui in prima, vel secunda Missa diei Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi summat purificationem, deinde celebrat secundam, vel tertiam Missam, ut liquet ex altero decreto lato die 29. Martii 1628. allegato ab eodem Auctore ubi supra n. 67.

Agere hic non esset incongruum de casibus, in quibus Sacerdos non jejunos celebrare valet. Sed vide, qui de iis

(a) Nota. Qui ita dubius est, tenetur non celebrare, ac se exponat periculo transgrediendi Ecclesiæ præceptum. Vi-

de, quæ de Probabilissimo disputata sunt, art. de Conscientia.

agregie præ exteris tractat, Cardinalem de Lugo de Sacram. dispn. 15. sect. 2. 3. & 4.

ARTICULUS XII.

Missæ quoad ritus observandos in ipsa celebranda.

1 Missa quoad fieri potest, est semper legenda de die, seu concordans cum Officio, pro ut a Rubricis Missalis præscribitur, nisi pro aliqua causa & obligatione debeat legi votiva, & de Requiem. Hinc est, quod Missæ propriæ concessæ certis Regularibus, & certis locis, non possunt ab aliis dici alibi, & ne quidem in Ecclesiis eorumdem Regularium, ex decreto Sacr. Congregat. Rituum 19. Novemb. 1622. Unde Sacerdotes celebrantes in Ecclesiis Regularium diebus propriorum Sanctorum habentium Missam propriam, debent quidem Missam celebrare de illo Sancto, vel Beato, sed cum Missali Romano, & de communi, ut decrevit Sacra Congregat. Rit. 19. Novembr. 1622. & iterum 9. Junii 1668. his verbis: Qui celebrat Missam in aliqua Ecclesia Regularium, aut etiam Monialium, in qua sit de Festo duplici habente Missam propriam, quæ non sit concessa omnibus, Missam quidem dicat de Festo, sed cum Missali Romano. Et Capellani Monialium etiam non utentium Breviario Romano, possunt quotidie celebrare Missam correspondentem Officio a Monialibus recitata, sed cum Missali Romano, & de communi, ut declaravit Sacra Congregat. Rit. 20. Novembr. 1628. Si vero Moniales non habeant Missale a Romano diversum, Sacerdotes in earum Ecclesiis celebraturi possunt dicere proprias Missas ipsi Monialibus concessas; Sacra Congregat. Rit. 27. August. 1672. Sacerdotes omnes celebrantes in Ecclesiis Regularium, in quibus sit de Festo duplici, non debent dicere Missam de Requiem. Sacr. Congregat. Rit. 9. Junii 1668. Et ad hoc dantur novissima decreta emanata ad instantiam PP. Tertii Ordinis S. P. Francisci sit quarentium.

I. An diebus Dominicis, aliisque diebus, quibus in ipsorum Ecclesiis celebratur de Sanctis Ordinis sub ritu duplici, Sacerdotes ibi exteris ad eam confluentibus permitti debeat celebratio de Dominica, vel alio Festo, vel etiam de Requiem? & quatenus affirmative, An in Missa de Dominica, aliisque Festis debeant sacerdotes exteri uti paramentis competentibus diebus Dominicis, & Festis, vel possint se conformare paramentis, quibus eisdem diebus utuntur Fratres?

II. An Fratres diebus, quibus propria Officia celebrant sub ritu dup. celebrantes in alienis Ecclesiis, possint celebrare Missas cum dictis Officiis concordantes, vel possint celebrare de aliis conformando se ritui eorumdem Ecclesiarum, ac etiam de Requiem? & quatenus affirmative quo ad primam partem quid quoad colores paramentorum?

III. An Sacerdotes exteri confluentes ad ipsorum Ecclesias, ut supra, & celebrantes de Sanctis Ordinis ser. ser. possint in Missis se uniformare cum Fratribus quoad Credo, & quoad numerum Orationum more duplicium.

IV. An diebus Dominicis, quibus tam Fratres, quam exteri celebrant de Dominica, possint exteri uti coloribus paramentorum, quibus utuntur Fratres ratione alicujus Octavæ, & Fratres celebrantes in alienis Ecclesiis uti coloribus juxta ritum eorumdem, & an tam exteri in Ecclesiis Fratrum quam Fratres in alienis possint apponere commemorationem Octavæ, ut supra occurrentis, servata Rubrica de duplici Oratione habenda in Dominicis infra Octavam.

V. An in Officio ad Hym. Ille Confessor pro Ss. Confessoribus, quoties eisdem fixa dies est assignata, quæ non est dies obitus, recitari debeat? Meruit beatas scandere sedes, eo quod revera Officium sit de die obitus, & quatenus affirmative, an eadem regula servanda sit in Officiis de Confessoribus translatis, dummodo Officium sit de die obitus.

Sac. Congreg. Rituum die 11. Junii 1701. respondit, Ad primum quoad primam partem dubii negative, quando Festum celebratur cum solemnitate, & concursu populi, & quoad secundam partem jam provisum.

- Ad 2. ut ad primum.
- Ad 3. posse.
- Ad 4. posse.
- Ad 5. Negative.

Missæ potest celebrari de quolibet Canonizato, licet nondum relato in Martyrologio, quia per Canonizationem definitur, publicum, & universalem cultum deberi ab omnibus ipsi Canonizato. De Beatis autem potest celebrari in illis locis & Ecclesiis Regularium, & ab illis, quibus facta est specialis concessio, cum nondum sit eis concessus cultus universalis; Sacr. Rit. Congregat. 27. Septembr. 1610. Potest etiam celebrari de Dedicatione Ecclesiarum. Immo de ipsa Dedicatione, seu Consecratione propriæ Ecclesiæ tenentur Missam celebrare, & respective Officium recitare sub ritu duplici primæ Classis omnes Clerici illius Ecclesiæ, sive sint Sæculares, sive Regulares, cum Octava; Sacr. Congregat. Rit. 18. August. 1629. & 13. Junii 1682. Sicuti etiam sub eodem ritu cum Octava tenentur de Titulari propriæ Ecclesiæ, & Conventus; Eadem Sacr. Congregat. 13. Junii 1662. Et Regulares tenentur sub eodem ritu primæ Classis, sed sine Octava ad Missas, & Officia Patroni principalis loci, vel Diocesis, ac Protectoris Civitatis, & Regni nec non Titularis Ecclesiæ Cathedralis, ex decreto Sacræ Congregat. Rit. 20. Mart. 1683.

Et ad Missam, & Officium Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis sub ritu duplici secundæ Classis sine Octava ex Decreto ejusdem 8. Aprilis 1662. Potest etiam Missa celebrari sub ritu duplici in ea Ecclesia, in qua habetur insignis Reliquia, ex eadem Sacra Congregat. 23. Novembr. 1622. dummodo ipsa sit integra, & non parva, & prius ab Ordinario sit legitime approbata, ut requirit Decretum Sacræ Congregat. Jussu Urbani VIII. evulgatum anno 1630. & sit de Sanctis non baptizatis nominibus ad libitum, ex decreto ejusdem 19. Decembris 1643. sed solummodo de descriptis in Martyrologio Romano, & dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquiæ insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio descriptus, ex decreto 11. Augusti 1691. edito, & a. Sanctissimo Innocent. XII. die 19. Octobris ejusdem anni. 1691. approbato.

Missæ non est celebranda per totam Civitatem, vel Districtum, nec recitandum Officium de Sancto, eo quod in loco adit Ecclesia Parochialis, vel etiam Abbatialis, aut aliqua insignis Reliquia, sed tantum in propria Ecclesia, nisi habeatur specialis licentia, ex Decreto S. C. R. 8. Aprilis 1628.

Nec Festum, quod in aliqua Ecclesia celebratur ratione Corporis, vel insignis Reliquiæ habet Octavam, nisi specialiter concedatur a Sede Apostolica; 12. Augusti 1653. Et qui recitat Officium de Sancto, de quo habet insignem Reliquiam in propria Ecclesia, si celebret eo die in alia Ecclesia debet omittere Credo; Sac. Rit. Congr. 2. Decembris 1684.

Missæ S. Rochi in die ejus Festi potest solum celebrari in Ecclesiis in ejusdem honorem Deo dedicatis; nisi aliud specialiter concedatur, 29. Novembris 1629. Episcopi Regulares debent Missam celebrare, & Officium recitare juxta ritum suæ Diocesis, non vero Regulæ; & occurrente Festo Regulæ in Festo Diocesis, hoc erit præferendum, 11. Junii 1605.

Episcopi Regulares, qui ex insulto Sedis Apostolicæ gaudent privilegio suæ Religionis, de quibus sunt capaces pro eorum condicione, non possunt de Beatis suæ Religionis recitare Officium, & in propriis Cathedralibus Missam celebrare, & Altare prædictis Beatis erigere; 17. Apr. 1660.

In Missis de Beatis non est dicendum Symbolum, ubi est permittitur huiusmodi celebratio, nisi adit Reliquia; 22. Julii 1664. & nisi sit de iis concessum Officium; sub ritu saltem 2. Classis.

Nemo potest excedere limites verbales Indulgentiarum Sedis Apostolicæ super Beatificationibus, præsertim in celebratione Missarum, & Officii cum Octavis sine expressa licentia prædictæ Sedis Apostolicæ; 5. Octobr. 1652.

Sacerdos, qui celebrat Missam Conventualem, in qua Chorus tenetur canere Symbolum, non potest illam profectui eo tempore, quo a Choro cantatur Symbolum prædictum; 17. Decembr. 1695.

Neque, dum canitur Credo, debent pulsari Organa; 17. Decembr. 1695.

Sacerdoti Missam novam celebranti licet oblationes accipere, dummodo non discedat ab Altari; 1. Octobris 1601.

25 Vicario Episcopi Missam cantanti solemnem non ministrant Canonici, neque sit circulus ante ipsam; 8. Martii 1595.

- 26 Missas Conventuales, & Pontificales non potest celebrare Vicarius absente Episcopo; 16. *Maii* 1600.
- 27 Ad Missam Vicarii Generalis non debent accendi quatuor candelæ, nec assistere duo Capellani; 7. *Augusti* 1627. Nec etiam quatuor candelas adhibere possunt in Missis privatis Prælati, & Superiores quicumque, sive sæculares, sive Regulares Episcopo inferiores, uti expresse statuit *Sacra Rit. Congregatio coram Sanctissimo Domino Nostro Alexandro Papa VII. die 27. Septembr. 1659. in decreto Generali circa usum Pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorum* §. 21. ibi: In Missis privatis . . . duasque tantum candelas super Altari adhibeant: & confirmavit die 20. *Julii* 1660. in declaratione ad §. vigesimum primum, ibi: Ad §. vigesimum primum, quo in Missis privatis prohibentur Abbatibus quivis ritus, & prærogative ad Episcopos private spectantes, exponentibus Monachis Abbates Cassinenses habitus in Missis privatis adhibuisse quatuor candelas &c. *Sac. Congregatio consilii, servandum esse decretum, quod & Sanctissimus approbavit.*
Vide verb. Abbas *circum suam*, ubi dicta decreta cum aliis dantur per extensum.
- 28 Vicarius, ut Vicarius, non potest, absente Episcopo, Missas cantare solemniter, SS. Sacramentum, aut Sacras Reliquias paratus deferre, nec aliis se immiscere functionibus Ecclesiasticis, sed tantum præesse, ut omnia suo ordine fiant; 19. *Septembr.* 1627.
- 29 Assistens Presbyter debet Episcopum thurificare ad Sedem quicumque ille sit, non vero Diaconus Evangelii; 19. *Maii* 1607.
- 30 Absente Episcopo, thurificandus est celebrans triplici ductu; 30. *Januar.* 1616.
- 31 Finito Evangelio Missæ solemniter, cui assistit Episcopus cum cappa, thurificandus est celebrans, non vero Episcopus; 4. *Augusti* 1663.
- 32 Septimum candelabrum debet adhiberi in Missis tantum Episcopi solemnibus, sed non Defunctorum; 19. *Maii* 1607.
- 33 Archidiaconus sustinens Baculum Episcopi thurificandus est post Diaconos assistentes, ubi non adsit contraria consuetudo; 28. *Aprilis* 1607.
- 34 Canonici in Dominicis sigillatim aspergendi sunt aqua benedicta, non vero unico ictu in circulum; 20. *Decembris* 1601.
- 35 Celebrans, qui distribuit Cineres, Candelas, & Ramos, detecto capite debet distribuere; 18. *Julii* 1626.
- 36 Absente Episcopo, benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis debent fieri ab eo, qui cantatus est Missam; 12. *Junii* 1627.
- 37 Ille idem, qui benedicit Cineres prima die Quadragesimæ, vel Candelas in Festo Purificationis, aut Ramos in Dominica Palmarum, debet etiam cantare Missam sequentem; 12. *Aprilis* 1640.
- 38 Non est facienda Altaris thurificatio in Missa Conventuali dierum solemnium, si absque cantu, & Ministris celebratur; 22. *Januar.* 1701.
- 39 Diaconus, & Subdiaconus accipiunt pacem ab Episcopo celebrante statim post Diaconos assistentes; 15. *Martii* 1608.
- 40 Duorum Canonicorum Assistentia semper convenit Episcopo, sive celebret ipse, sive assistat Divinis; 10. *Maii* 1600.
- 41 Dignitates tenentur associare Episcopum cum Canonicis ex debito, licet Cæremionale Episcoporum nominet tantum Canonicos, ubi non adsit contraria consuetudo; 10. *Januarii* 1609.
- 42 Consuetudo, ut Dignitates, & Canonici Mitram, Gremiale, Baculum, Thuribulum, & similia ministrent Episcopo, est servanda; 5. *Julii* 1603.
- 43 Non tenentur omnes Canonici associare Episcopum ab eo Altari, in quo Missam planam celebravit usque ad Sedem Episcopalem, si assistere voluerit Missæ Conventuali; 5. *Julii* 1603.
- 44 Archidiaconus non potest assistere Episcopo in habitu Prælativo, non Choralis, licet sit Protonotarius; 6. *Martii* 1610.
- 45 Canonici assistentes Episcopo præcedunt Vicarium Generalem, & sunt ante ipsum thurificandi; 6. *Martii* 1610.
- 46 Canonici Missam celebrantes coram Episcopo, non debent sedere in Sede cum postergali, sed in scanno oblongo, ta-

peto, vel panno cooperto in latere Epistolæ; 19. *Maii* 1614.

Archidiaconus, si est prima Dignitas, debet facere Officium Presbyteri assistentis, si est Sacerdos, & reculans cogendus est poenis, & Cenuris; 30. *Maii* 1616.

Prima Dignitas debet assistere Episcopo celebranti, licet sit unica; 12. *Decembris* 1620.

Soli Canonici debent facere consueto circulos ante Episcopum, non autem Vicarius Generalis; 28. *Septembr.* 1630.

Licet Episcopus non celebret, sed tantum assistat Missæ solemniter, celebrans debet ad Confessionem respondere Episcopo usque ad *Indulgentiam* inclusive; non vero simul cum illo dicere: *In nomine Patris*; 4. *Augusti* 1663.

Coadjutor Episcopi non sedet celebrans, nisi in Faldistorio, neque habet Diaconos assistentes, neque Canonici parantur, neque ponitur septimum Candelabrum; 1. *Septembris* 1607.

Prædictus Episcopi Coadjutor non utitur Baculo, nisi in Ordinationibus; 1. *Septembr.* 1607.

Coadjutor Episcopi celebrans præter Diaconum, & Subdiaconum debet habere assistentem Canonicum pro libro; 7. *Augusti* 1627.

Candelæ, Cineres, & Palmæ distribuuntur stando cum Mitra in capite ab eo, qui privilegium habet eam gerendi; 18. *Februarii* 1650.

Inferiores Episcopo non debent sumere de Altari paramenta pro Missa; 7. *Julii* 1612.

Prima Dignitas dat Candelam Episcopo in Festo Purificationis, & Episcopus dat istam primæ dignitati ante Vicarium Generalem; 14. *Junii* 1608.

Clerici in minoribus non sunt assumendi ad cantandam Epistolam, vel Evangelium, etiam si sit penuria Diaconorum, & Subdiaconorum; *Sacra Rit. Congreg. in una Alexandrina* 15. *Martii* 1608.

Clericus, qui solemniter cantat Epistolam cum Tunicella & reliquis sacris vestibus, sed absque manipulo, debet petere dispensationem Irregularitatis ad cautelam: *Sac. Cong. Concil.* 23. *April.* 1604. apud Nicol. Lucubrat. *Canon. lib. 5. tit. 28. de Cleric. non ordinat. ministrant.* Vide tamen T. VIII. *Decret. S. R. C. n. 701.*

Si sub Altari, vel sub ejus gradibus humata sint Defunctorum Cadavera, non est ibi celebranda Missa, donec alio transferantur; 10. *Novembr.* 1599.

Intra Clausuram omnino prohiberi debet celebratio Missæ, etiam ad communicandas infirmas, non obitante antiquissima consuetudine; 1. *Decembris* 1602.

Missæ ad satisfaciendum elemosynis alicui Ecclesiæ traditis non sunt celebrandæ per exteros, ubi commode possunt satisfieri per Sacerdotes ejusdem Ecclesiæ; 28. *Januar.* 1606. Vide supra *art. 4. num. 16.*

Non debent Regulares in Canone nominare Superiores suos, ut Antistites; 12. *Novembr.* 1615.

Regulares in celebratione Missæ possunt annuntiare dies Festos, & jejunia in suis Ecclesiis; 2. *Julii* 1602.

In oratione *A cunctis* nomina Patronorum S. Michaelis Archangeli, & S. Joannis Baptiste præponenda sunt Apostolis; 22. *Augusti* 1620.

Celebrans in Parasceve debet mittere particulam in Calicem neque debet se signare cum Calice; 28. *Augusti* 1627.

Oratio imperata a Superiore, veluti *Deus refugium &c.* 66 omittenda est in duplicibus primæ Classis; 28. *Augusti* 1627. Romæ omittitur etiam in Fælis 2. Classis.

In fine Missæ ad quodcumque Altare celebratæ, fit reverentia Cruci infra gradus, capite semper aperto; 28. *Augusti* 1627.

Non permittitur ad Altare majus celebratio Missæ, dum dicuntur in Choro Matutinum, & Hora; 15. *Septembr.* 1564.

Qui præ timore, vel balbutie non pronuntiat Evangelium S. Joannis, quod legitur in fine Missæ, sed ejus loco aliud suo arbitratu recitat, suspendendus est a Missarum celebratione, quousque illud rite pronuntiare assuescat; 5. *Julii* 1631.

Evangelium pro solemnibus benedictione canendum est in cornu Epistolæ ab illo, qui celebrat absque Diacono, & Subdiacono; 27. *Apr.* 1697.

Paslio in hebdomada majori legen da est in Missis privatis in cornu Evangelii, licet in Missa solemniter legatur a Celebrante in cornu Epistolæ; 4. *Augusti* 1663.

In Processionibus Candelarum, Palmarum, & simillium, 73

47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73

quæ fiunt intra Ecclesias sine Sacramento, non est pulsanda campanula ad elevationem Ss. Corporis Christi in Missa privata: Quod si pulsetur, & advertatur elevatio, tunc est genuflectendum utroque genu a transeuntibus ante Altare, ubi Missa celebratur, & deposito Ss. Sacramento, progrediendum.

Similiter si aliqui transeant in elevatione Calicis, 1. *Martii* 1681.

Sacerdos in Sacrificio Missæ congruentius utitur cingulo lineo, quam serico; 22. *Jan.* 1700.

In Sacrificio Missæ non est adhibenda Palla drappo serico a parte superiori cooperta, 22. *Jan.* 1701.

Non est omittenda una ex aliquibus Orationibus in Missa, veluti *A cunctis*, ut ejusdem loco dicatur aliqua Oratio imperata ab Episcopo, veluti *Deus refugium*, neque ut recitetur penultimo loco Oratio pro Defunctis, 2. *Decembris* 1648.

Quando dicitur Oratio *A cunctis*, vel *Ecclesie* non est dicenda Oratio contra Paganos, vel alia hujusmodi, quia insufficienter una continet, quod & altera, 16. *Apr.* 1688.

Quando dicitur Collecta, vel Missa contra Paganos non potest mutari nomen *Paganorum* dicendo *Turcarum*, *Hæreticorum &c.* 29. *Julii* 1789.

Manus Sacerdotis ad *Hanc igitur Oblationem* debent ita extendi, ut palmæ sint apertæ, pollice dextro super sinistrum in modum Crucis supra manus, non vero infra manus, 4. *Aug.* 1663.

Crucis, quæ sunt a Sacerdote supra Oblata non sunt faciendæ manu transversa, sed manu recta in transversa parte Crucis; 4. *Aug.* 1663.

Pars inferior Hostiæ, non autem superior præcedenda est, quando dicitur *Pax Domini sit semper vobiscum*; 4. *Aug.* 1663.

In Missa Paschalis Resurrectionis, & infra ejus octavam dicenda est Sequentia *Vidua Paschalis*, cujus auctorem esse Abbatem Nogerum, seu Notherum Sancti Galli, aut Horgerum Ducis Sueviæ filium, & Abbatem S. Galli asserit Herrera scriptor recentior *lib. 2. de origine, & progressu Rit. Miss.* cap. 12. relatus a Cardinali Bona de rebus *Liturgicis lib. 2. cap. 6. num. 6.* Alii vero tribuunt talem Sequentiam Hermanno Contracto Germaniæ Monacho, qui fuit Atroubii inventor; Ita Bellotte in *his observationibus pag. 416.* & Possévinus in *Apparatu Sacro* 10. 2. & alii alium volunt auctorem; Unde verum est quod scribit Gavantus *part. 1. tit. 10. Rubric. 3. litt. R.* incertum esse talis Sequentiæ Auctorem.

In Missa Pentecostes, & infra ejus octavam dicenda est Sequentia *Veni Sancte Spiritus*; cujus Auctor esse perhibetur Robertus Franciæ Rex apud Trichemium, & Durandum *lib. 4. cap. 22.* circa annum 1003. Vel Hermannus Contractus Germaniæ Monachus ex *ligno vite lib. 5. c. 70.* Merati *tom. 1. part. 4. tit. 12. num. 18.* dicit probabiliter esse fuisse dictam Sequentiam compositam ab Innoc. III. & ab eodem Missali insertam, cum in ejus operibus reperitur.

In Missa Festi Corporis Christi, & totius ejus octavæ dicenda est Sequentia *Lauda Sion Salvatorem*, cujus auctorem esse S. Thomam Aquinatem dicit Gavantus *part. 1. tit. 10. Rubrica 3. litt. R.* & tenent etiam alii. At vero Kioche *lib. 4. compend. tempor. cap. 7. col. 3.* Petrus Antonius a Venetiis in *Vhidario Scraphico*, italice conscripto, *tom. 2. part. 5. in operibus editis a S. Bonaventura*, citans Pitatum in suo catalogo, & Oldoinum apud Ciaconium, tenent ab ipso Sancto Bonaventura fuisse compositam.

In Missa Ss. Nominis Jesu, & totius ejus octavæ, ubi celebratur, recitanda est a Fratribus Minoribus Sequentia *Lauda Sion Salvatoris*, cujus auctor videtur dicens vulgo Beatus Bernardinus de Buis, cum ipse, ut tradit Petrus Antonius de Venetiis *loc. cit. cap. 5.* multa addiderit ejus Officio composito a S. Bernardino Senensi post ingressum ejus victoriam Romæ obtentam; Ab aliis autem Sacerdotibus, sive secularibus, sive Regularibus etiam Capellanis, seu Confeſſariis non Franciscanis Montalium Ordinis Minorum, est omittenda, ut recte docet Sapienſissimus Merati *tom. 1. part. 4. tit. 4. num. 4.* referens quod in concessione facta præclarissimæ Societati Jesu, anno 1701. 1. *Octobris*, expresse dicitur, *Exclusa tamen sequentia*; Et de facto ab aliis omittentem esse dictam Sequentiam respondit novissime *Sac. Rit. Congregat. in Burgen.* 23. *Junii Ferrar. Biblioth. Tom. 1.*

1736. & in *Meclinen.* 16. *Februar.* 1737. Vide in Tom. VIII. *Decreta S. R. C. n. 1011.*

In Missa Festi Septem dolorum B. M. V. & totius ejus octavæ, ubi celebratur, recitanda est Sequentia *Strabat Mater dolorosa*, cujus auctorem esse vulgo Beatum Jacobum, seu Jacoponum a Tuderto Ordinis Minorum refert dictus Petrus Antonius a Venetiis *loc. cit. cap. 5.* ubi insuper dicit, fuisse ab ipso etiam compositum nobile Canticum de contemptu mundi, incipiens *Cum mundus militat sub vana gloria*: allatum sub verb. *Mundus*.

In Missa Feriæ V. in Cæna Domini non datur pacis osculum, ex *Ordine Romano* in detestationem osculi Judæ; Alcuin. *ibid.* Gavant. & Merati *tom. 1. part. 4. tit. 8. de Feria V. in Cæna Domini num. 4.* ubi Gavant. addit, quod in tertio *Agnus Dei* dicitur *dona nobis pacem* contra editionem Venetam in Officiis parvis hebdomadæ Majoris, in quibus antiquo Ritu notatur, quod habet Durand. *lib. 4. cap. 52.* tertio dicit *Miserere nobis*; Nam Missale vult dici de morte, quamvis pax non detur.

Item in Missa Feriæ VI. in Parasceve non datur Pax ex *Ordine Romano* in odium dicti osculi Judæ. Amalar. *lib. 1. cap. 13.* Gavant. & Merati *loc. cit. part. 4. tit. 9. Rubrica 18. litt. 2.* Tam quia nullum hac die fit Sacrificium, ex Albaspineo *lib. 1. de veterib. Rit. observat. 17.* Unde nec dicitur *Pax Domini*, nec *Agnus Dei*, quia ordinantur ad pacem dandam, ut patet in tertio *dona nobis pacem*.

In Missa autem Sabbati sancti non datur Pax ex *Ordine Romano*, quia nondum dixerat Christus Apostolis *Pax vobis*. Gavant. & Merati *loc. cit. tit. 10. Rubric. 38. litt. M.* Nec dicitur *Agnus Dei* ex *Ordine Romano, & Sacrament. Gregor.* ob silentium mulierum, quæ nondum credebant Christo Redemptori animarum ad tollenda peccata mundi. Durand. *lib. 6. cap. 8.* Gavant. & Merati *loc. cit. litt. N.* post Alcuinum ibi allegatum.

Additur ad rem sequens Epistola a *Sacra Rit. Congregatione* 22. *Augusti* 1734. transmissa Eminentissimæ Cardinali de Lambertinis tunc Archiepiscopo Bononiæ, deinde Summo Pontifici; & ab eodem relata. Volumine 2. Notificatione, 14. §. 4. numer. 16. ut sequitur.

Eminentissime, & Reverendissime Domine Observandis.

CUM Sacrorum Rituum Congregationi innotuerit, quemdam in ista Civitate Bononiæ irrepressibile abusum, quorum Parochi ejusdem, tum Superiores Ordinum Mendicantium nulla Dignitate Ecclesiastica insigniti, nulloque justo titulo subiti in celebratione Missæ, sive solemniter, sive private, instrumento argenteo, cum candela, quod Bugia nominatur, noviter uti præsumpsere; Eminentissimi, & Reverendissimi Patres eidem Sacre Congregationi Præpositi, Eminentissimæ Vestre scribendum esse duxerunt, ut ipsa abusus prædictum nullo, quo poller, Ecclesiasticæ Discipline a Civitate ista omnino tollerent, & amovere curet, Parochosque omnes, & Ordinum mendicantium Superiores, adhibitis iis Juris remediis, quæ prudentiæ suæ opportuna, vel etiam necessaria videbuntur, auctoritate ipsius Sacre Congregationis, moneat, & ad terminos suos reducere non omitat. Et E. V. manus humillimo exosculor.

Romæ 28. Augusti 1734.
E. V. Humillimus, & Addictiss. Servitor.
A. F. Card. Zondadari Pro-Præf. S. Rit.
N. M. Tedeschi Archiepisc. Apam.
Sac. Rit. Congreg. Secret.

Missæ, in quibus solus Sacerdos communicat, reprobari non possunt. Bened. XIV. tom. 1. *Const. 64. incip. Certiores* §. 1. Missam celebrantes non tenentur S. Eucharistiam omnibus petentibus infra ipsam actionem ministrare. Idem *ibid.* Ad Episcopos pertinet præscribere ea, quæ observanda, & evitanda sunt in celebratione Missæ; illique tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, omnes etiam exempti, hac in

92 *primus præstantium*. In Missarum celebratione Crucifixi imago super Altari retineri debet in memoriam Dominicæ Passionis, & Mortis. Idem *ibidem*. Alia ad rem vide *verb. Crux*.

93 Missa celebrari nequit a Sacerdote latino ritibus Græcis; nec viceversa, sub pena suspensionis. Idem *Confl. 57. incip. Essi Prætoralis §. 1.* Missarum celebratio permittitur Italo-Græcis in feriis Quadragesimæ cum conditionibus & limitationibus, nempe servato, nec prætermissio in Parochialibus Ecclesiis præsanctificationum ritu, & excepto postremo triduo majoris hebdomadæ. Idem *ibid.* Missa unica in die, super quolibet Altari a Græcis celebrari potest. Idem *ibid.* & *Confl. 87. incip. Demandatam §. 8.* Permittuntur tamen erigi plura Altaria in eadem Ecclesia, & plures Sacerdotes super eodem Altari simul celebrare. Idem *ibid.* §. 9. Missam applicare potest pro offerentibus elemosynam Sacerdos Græcus, qui cum alio rite concelebrat, concelebrare tamen non dicitur, nec Sacrificium applicare potest pro offerentibus elemosynam, qui particulas tantum adjicit in præparatione panis ante Missam. Idem *ibid.*

94 Missa præsanctificationum dumtaxat celebrari potest apud Græcos in Quadragesima exceptis diebus dominicis, & Sabbatis. Idem *ibid. cit. §. 9.* In missis Præsanctificationum non fit transubstantiatio vini per immersionem particulæ consecratæ, & confutatur hac de re error Schismaticorum. Idem *tom. 2. Confl. 3. incip. Declarasti.* Missa Præsanctificationum iterari non potest, etiam si in priori omisus fuerit hauritus vini non consecrati. Idem *ibid.*

95 Addendum est, quod antiphona *Communio* cantari debet immediate post *Agnus Dei* eodem tempore, quo celebrans Sacram Communionem sumit, nisi fiat communio populi, quia tunc ad eam cantatur. *Gavant. part. 1. tit. 13. num. 1. Baludry p. 3. cap. 7. tit. 13. Scaranton. p. 2. tit. 10. num. 11. & novissimum Cæremoniale Provinciæ Reformate Mediolani impressum anno 1744. cap. 21. n. 519.* ubi ad id citatur etiam Cæremoniale Episcoporum *lib. 2. cap. 9.* uti ipsi etiam citat Bauldry, licet id tangat Cæremoniale Episcoporum in *cap. 8.*

102 Attendendum est, differentiam inter Missam cantatam, & missam solemnem; Quando enim præscribitur Missa cantanda, sufficit illam cantari cum assistentia solius Acolythi; At quando mandatur cantari missa solemnis, cani debet cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi. Cum enim in una Neapolitana celebrationis Missarum præderetur Patres Carmelitas non adimplese onus sibi injunctum, canendi quotidie unam Missam, ex quo illam cantassent sine assistentia Diaconi, & Subdiaconi, & causa fuisset proposita in Sacra Congregatione Concilii sub die 28. Augusti 1633. nec ipsa die resoluta, & reposita sub die 29. Januarii 1634. sub hoc dubio; *An Missa quotidia cantanda debuerit, & debeat cantari cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi, vel solius Acolythi?* Eadem Sacra Congregatio reflectens quod onus erat unius missæ cantatæ, & non unius missæ solemnis, respondit: *Satisfacere fuisse, & satisfieri voluntati Testatoris, cantando Missas citam sine assistentia Diaconi, & Subdiaconi.* Sic refert & tenet Cardin. Lambertin. dein Summus Pontifex Benedictus XIV. *volum. 5. notif. 17. §. 7.* ubi insuper refert, fuisse decisum, quod electio Diaconi, & Subdiaconi pro Missa solemni canenda a Parocho, vel ab alio Sacerdote a se deputato in Ecclesia Confraternitatis, seu pro inibi danda Benedictione, pertinet ad ipsam Confraternitatem, & non ad se; Proposito enim in Sacra Congregatione Concilii hoc dubio. *An Parochus, vel interveniens ad canendam Missam, vel dandam Benedictionem, habeat jus sibi eligendi Diaconum, Subdiaconum, ceterosque ministros.* Eadem S. Congregatio in Bonon. die 15. Maii 1728. respondit: *Negative.*

104 Attento Decreto S.R.C. 2. Septemb. 1741. de quo infra *art. 14. num. 88.* & tom. 8. inter decreta S. R. C. *num. 1102.* patet. posse in Missa dici plures Orationes, quam tres. Et quidem etiam quinque aut septem ad libitum, ut expressè habetur in Missali *Rubrica IX. de Orationibus n. 12.* ibi: *In Fests simplicibus, & Feriis per annum, nisi aliter in propriis locis notetur, dicuntur tres, ut in semiduplicibus, prius locis notetur, dicuntur tres, ut in semiduplicibus,*

105 aut quinque: possunt etiam dici septem ad libitum. Tres autem Orationes præscribuntur in honore SS. Trinitatis, & in memoriam Christi, qui tertia die resurrexit, & ter oravit in horto; Quinque in commemoratione quinque plaza-

rum ejusdem Christi; & septem ob septem petiti ones Orationis dominicalis, vel ad obtinenda septem dona Spiritus Sancti. Sic Innocentius III. *l. 1. c. 27. Micrologus c. 4. Merati l. cit. num. 11. Cavalieri l. cit. c. 11. n. 7. & alii.* Nec septennarius Orationum numerus videtur posse excedi, cum loquendi modus, quem servat cit. *Rubrica Missalis, Possunt etiam dici septem ad libitum,* videatur satis indicare numerum, ultra quem progredi non possit, quamvis non utatur taxativa tantum, quæ tamen semper debet subintelligi, nisi oppositum exprimitur quando determinatur quantitas, ut recte notat Magaluis, *tom. 2. variorum resol. 153.* & Cavalieri *cit. c. 11. n. 6.* ne in infinitum detur processus, & ne indiscreti sacerdotes per ulteriorem additionem tadio afficiant adstantes, & ne fideles ob tedium avertantur ab auditione missarum. Tales autem orationes, ut vult allatum Sacra Congregationis decretum, *curandum est, ut sint numero impares.* Nec obstat aliud ejusdem Sac. Congregationis decretum editum 2. Decembris 1684. in una Canoniorum Regul. Lateranensium, his verbis: *Non est omittenda una ex assistentibus Orationibus in missa, veluti tertia a cunctis, si septem cuncta esset de Fests simplicibus, vel votiva, non sint necessario dicendæ Collectæ impares, puta tres, quinque, vel septem, & in hoc enim decreto nulla fit mentio de missis Defunctorum.* Unde cum expediat concordare jura juris, textu expresso *inc. Cum expediat, 29. de elect. in 6.* videtur dicendum, quod hoc Decretum velit non necessario esse dicendas Collectas impares in missa de semiduplici, vel simplici, vel votiva, cum in his missis numerum parem puta quatuor aut sex possint exigere commemorationes secundum ritum, vel imperate faciendæ, quod non potest recurrere in missis pro defunctis, & ideo Decretum *anni 1741. 2. Septembris* vult, in istis curandum esse, ut Orationes sint numero impares, quod de facili potest in his adimpleri, cum numerus impar pendat a libertate celebrantis, ubi in illis pendet quandoque numerus par a necessitate ritus, vel superioris imperio.

Missæ, & Officium sub ritu SS. Doctorum S. Leoni I. *Pa. 109* præ decernitur a Benedicto XIV. *Confl. incip. Militanti, §. 3.* ubi statuitur, ut in Officii Divini Breviario in Fests S. Leonis Papæ, & Confessoris, Antiphona ad *Magnificat* in utriusque Vespers ponatur ea, quæ incipit, *O doctor optime;* In missa autem dicatur Introitus in medio Ecclesiæ; & post Collectam subsequatur Lectio libri Sapientiæ *Iustus cor suum tradet,* cum Graduali, ut in communi Doctorum; Post Evangelium vero dicatur *Credo;* Reliqua, ut in consuetâ missa de Sancto Leone.

* Sacerdotibus latini ritus in Russia Polonica degentibus, *110* tam præsentibus, quam futuris conceditur, ut deficientibus tabulis lapideis consecratis, Missam celebrent super Antimensis Ruthenorum unitorum. Ritu tamen latino sacrum agere illis injunctum est. Sunt Antimensia linteæ quidam, Episcopali benedictione consecrati, in quorum angulis Sanctorum Reliquiæ reconditæ sunt. *Bened. XIV. Confl. 46. incip. Imposito nobis.*

Commentitia est distinctio inter Rubricas præceptivas, & *111* instructivas; sed omnes sunt præceptivæ, licet aliquæ ex materia parvitate sub veniali tantummodo obligent. *de sacrif. Miss. c. 11. §. 3.*

Nulla urgente causa leve est peccatum celebrare Missam *112* privatam non recitatis Matutino & Laudibus, (Vide verb. *Matutinum a n. 19. ad 23.*) At si de Missa Conventuali agatur, mortalis criminis reus videri posset ille, qui ante Matutinum, & Laudes eam celebraret, nempe ante eam partem Officii in Choro celebratam. Sicut & peccato gravi se obstringeret, qui perpetuo, & quasi ex animo statuisset nunquam Missam celebrare Matutino cum Laudibus recitato *ibid. §. 4.*

Si contigat, ut Sacerdos dum Missam celebrat, subito morbo corripatur, vel mortuus concidat, vel hoc accidit ante consecrationem, nec tunc opus est Missam ab alio continuari; si vero post consecrationem unius, vel utriusque speciei, tunc supplenda est Missa, & quidem ex præcepto a Sacerdote initio inde sumpto ubi alter Sacerdos adhuc vivat, & capax sit Sacramentali, nec & si prior ille Sacerdos adhuc vivat, & capax sit Sacramentali, nec alia præsto sit hostia consecrata, ex hostia Sacerdotis secundi pars infirmo ministranda est, ut ex Rubricis Miss. *ibid. §. 4. & 5.*

114 Sacerdos Missam suppleturus præstare id potest si alius non addit, etiam si non sit jejunus, qui etiam si in statu gratiæ non versetur; tunc enim querendus ab illo est Confessarius, & si non reperitur, eliciendus est actus contritionis, atque ita comparatus Missam perficiat. At si neque conteri possit, neque Missa ab altero perfici ante meridiem, tunc hostia & Calix reponendi sunt in tabernaculo, ut ad alteram diem reservetur. Hæc omnia ex Rubricis & DD. *ibid. §. 7. & 8.* Ex hoc conficitur, quod laico, si fuerit præsens hostia illa & Calix dari non potest. *Ibid. §. 6.*

115 Si Sacerdote Missam celebrante violetur, vel polluat subito Tempus, ante inceptum Canonem, Missa intermittenda est; eo vero incipit, perficienda, ut ex Rubricis; *ibid. §. 12.*

116 Si dum celebratur incipiat subita irruptio hostium, vel imminens alluvio, aut ruina templi, ante consecrationem, deferenda est Missa, post consecrationem, sumendum statim Sacramentum, ommissis aliis caremoniis. Si vero casus illi incidant, hostia quidem, sed nondum sanguine consecrato, potest Sacerdos hostiam statim sumere, & abire, nisi forte in casu, quo Christianæ Religionis hostes in contemptum ejusdem Religionis minitentur Sacerdoti mortem, nisi Sacrificium imperfectum relinquat. *Ibid. §. 14.*

117 Superveniente excommunicato non tolerato, missa, si nondum perventum est ad Canonem, velut quidam volunt ad consecrationem, nec ille possit abigi, deferenda est, post consecrationem perficienda. Sed sumpta communione reliqua perficienda sunt, vel in Sacrilia, vel in alio loco decenti. *Ibid. §. 14.*

118 Rite patitur interrumpitur Missa, etiam interruptione longa, vel ad baptizandum infantem moriturum, qui aliqui sine Baptismo moreretur, vel ad audiendam confessionem infirmi, qui aliqui non confessus obiret; vel etiam, ad Extremam Unionem administrandam. Curandum tamen tunc esset a Sacerdote, ut Sacramentum interim diligenter custodiat, & cum redierit resumenda Missa est ex eo loco, ubi fuerit intermissa. *Ibid. §. 15.*

119 Si recitato jam Evangelio, & Symbolo superveniat vir Princeps, sive laicus sive Ecclesiasticus qui missam die festo non audierit, negant plures Doctores posse ex integro missam resumere. *Ibid. §. 16.*

120 Eucharistiam fidelibus administrare infra actionem Missæ non sunt obligandi Sacerdotes, si Parochi, seu Episcopi censerint præstare, ut hæc administratio fiat in Altari ubi adservatur Ss. Eucharistia extra Missam. Encyclica ad Episcopos Italix incip. *Certiores effecti.*

121 Sacerdotes laicales in Ecclesiis Regularium illorum Missam legere vetantur, sed utendum est illis missali Romano, ita tamen, ut possint de Sancto, de quo Regulares illi agent officium, missam recitare, eam desumendo ex Communi missali Romani, ut pro Capellanis & Confessariis monialium decrevit S. Congregatio Clemente XI. Decretum approbante. *De sacrif. Missæ lib. 3. cap. 23. §. 1. & Instrum. Eccl. 34. §. 20.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 Missa, ut monet etiam *Auctor num. 1.* debet esse conformis Officio diei, nisi gravis causa excuset, tum quia *cap. Quidam, de celebr. Missar.* reprehenduntur Sacerdotes, qui Officio diei prætermisso frequentius celebrant Missas, quas votivas dicimus, tum quia non semel a Sacra Rituum Congregatione prohibitum est, quominus missæ votivæ in Fests solemnis, & duplicitibus celebrantur.

2 Dixi nisi gravis causa excuset, propterea, quod in exequiis ex gr. præsentem corpore debet missa de defunctis celebrari.

3 Cautè vero intelligendus est *Auctor*, dum eodem num. 1. ait: *nisi pro aliqua causa & obligatione debeat legi votiva.* Ex his enim verbis videtur sequi, quod Sacerdos, qui ratione beneficii, vel stipendii tenetur missam celebrare ex gr. de B. Virgine, vel de defunctis, eam indistinctè celebrare queat diebus etiam Dominicis, & Fests duplicitibus. At non concurrente expressa voluntate fundatoris, rectè monet *Haberet de Eucharistia. c. 16. q. 1. Sacerdotes, qui ratione Beneficii, vel stipendii tenentur Missam celebrare de B. Virgine, seu de defunctis, posse imò debere Dominicis, & Fests duplicitibus sacrum facere de die; quia præsumitur fundator Ecclesiæ filius juxta Matris præscriptum suum legatum instituisse.* Ferrar. Biblioth. Tom. V.

Quid vero, si expressa sit voluntas fundatoris, ut festis etiam duplicitibus celebraretur missa de B. Virgine, vel de defunctis; ita ut recurri nequeat ad dictam præsumptionem? Tolerari posse celebrationem missæ de B. Virgine, vel de defunctis, si festa illa simplicia non sint de præcepto relato decreto S. Congr. Rituum, tradit *Pasqualig. de Sacrif. Miss. tom. 1. q. 249. n. 2.*

Major difficultas est, an id ipsum tolerari queat in Feriis Privilegiatis, & in diebus infra octavam, quibus cedunt etiam officia duplicia; Negat mox laudatus *Auctor ubi supra, numer. 13.*

Articulus XIII.

De observandis in Missis votivis.

Missæ dicitur votiva, non simpliciter a voto, quo quis se obstringit ad talem Missam celebrandam, sed a voluntate, qua se determinat, vel ex propria devotione, vel ad implendum desiderium alterius, qui eam perit. Et licita est si adfit rationalis causa pro ipsa celebranda, aliquam missa debet concordare cum Officio, ut in *Rubricis Missalis* præscribitur. Missæ votivæ privatæ non possunt dici in Fests duplici, etiam si esset tale duplex Festum translatum. *Sac. Rit. Congr. 5. Aug. 1662.* Item nequeunt dici die Cinerum, Septimana sancta, in Vigilia Nativitatis Christi, & Pentecostes, 29. Augusti 1627. in Vigilia Epiphaniæ, 27. Aprilis 1697. & 10. Decemb. 1718. infra octavas Epiphaniæ, Paschæ, & Pentecostes, 28. Augusti 1627. infra Octavam Corporis Christi, 21. Jan. 1670. infra Octavam Nativitatis Christi, 25. Septemb. 1706. confirmat. 15. Septemb. 1714. nec non in omnibus anni Dominicis, ut constat ex ipsis Rubricis, in quibus dicitur posse solam celebrari missam votivam aliis diebus infra hebdomadam, hoc est a Dominica in Dominicam, quando non est duplex.

Votivæ autem solemnes, & pro re gravi, & causa publica celebrari possunt etiam in Fests duplicitibus de præcepto, & in Dominicis, exceptis Dominica prima Adventus, Feria 4. Cinerum, Dominica prima Quadragesimæ, Passionis, & Palmarum usque ad Feriam 3. Paschæ inclusive, Dominica in Albis, Dominica Pentecostes cum duobus Fests sequentibus; Nativitate Domini, Epiphania, Ascensione, Corpore Christi, & omnibus solemnitatibus primæ Classis. *Quarti p. 1. tit. 4. vers. Nota secundo:* alique communiter, ut patet ex Decretis relatis art. sequent. *num. 4.* Res gravis pro licita missæ votivæ solemnis decantatione cum Gloria & Credo ea est, pro qua convenit totus Clerus cum Episcopo: Vel apud Regulares in eorum Comitibus Generalibus, vel Provincialibus; Et cum cantatur Missa pro re, eorumdem Judicio, gravi, 19. Maji 1607. Item pro expositione 40. Horarum, juxta Decretum ejusdem Congr. 13. Februarii 1666. & instructionem de mandato Clementis XI. pro tali Expositione emanatam die 20. Januarii 1705. in qua disponitur, ut sequitur: *In Expositione, & repositione Ss. Sacramenti pro oratione 40. Horarum cantatur Missa votiva de Ss. Sacramento cum Gloria, & Credo, & unica Oratione, exceptis Dominicis, & Fests 1. & 2. Classis, ac Feria 4. Cinerum, & Feria 2., & 4. majoris hebdomadæ, quibus diebus cantatur Missa de Officio currenti cum commemoratione Ss. Sacramenti sub unica tantum conclusione. Et si cantanda est alia Missa, durante Expositione, licet sit Conventualis, debet cantari in alio Altari. Neque in Altari Expositionis debent celebrari Missæ privatæ cujuscumque ritus. Et Missæ privatæ, si Officium est duplex, debent celebrari de Officio currenti cum commemoratione Ss. Sacramenti; Vel si non est duplex, votivæ de Sanctissimo Sacramento sine Gloria, & sine Credo:* Sic præcipiente Sanctissimo D. Nostro. Vide tamen *infra num. 34. & verb. Oratio num. 31.* ubi excipiuntur etiam alii dies pro Missis votivis cantandis ex nova Instructione Clementis XII. emanata die 1. Septemb. 1730. & jam integre allata in Tomo tertio verb. *Eucharistia n. 64.* Sacerdos Missam privatam celebraturus, dum transit ante Ss. Sacramentum, facta adoratione utroque genu, & aperto capite, surgens se cooperit. *Sac. Rituum Congr. 7. Septemb. 1638.*

Missæ votivæ solemnes pro re gravi, & causa publica canendæ sunt cum Gloria, & Credo; nisi adhibeantur paramenta violacea, quia tunc debet omitti Gloria, & Credo, ex Decreto 19. Maii 1607. Missæ autem votivæ privatæ

numquam sunt celebranda cum Gloria, & Credo, nisi fuerint Missæ Angelorum, in quibus quotidie est recitandus Hymnus Angelicus, vel Missæ de B. V. Maria, in quibus quolibet Sabbato dici debet Gloria, sed sine Credo, 15. *Maii 1672.* In Votis dicitur semper Psalmus *Judica*, & ad *Introitum*, & *Litania*; semper Gloria Patri &c. etiam si elset Missa de Passione, etiam infra hebdomadam Passionis, licet hæc omnia omittantur in Missa de tempore, 10. *Februarii 1647.* Prefatio dicitur propria, si habeatur; alias dicitur de tempore, vel de Octava, vel de Communi, 28. *Augusti 1607.*, & 16. *Junii 1683.* Quod procedit etiam infra Octavam Nativitatis Christi, si Votiva habeat Praefationem propriam, 28. *Augusti 1627.*, & 16. *Junii 1683.* Communi-
cantes autem, & Hanc igitur dicantur de octava si Votiva dicatur infra octavam, quæ illa habet propria: & in fine dicitur semper Evangelium S. Joannis, 20. *Augusti 1627.*, & 16. *Junii 1683.* Infra octavam non celebratur votiva de eo, de quo est octava, sed dicitur Missa Festi conveniens Officio cum Gloria sine Credo. Quod si sit infra Octavam Beatæ Mariæ Virginis, & fiat Officium de aliquo Sancto, pro Votiva de B. M. Virgine, debet dici Missa de Octava, sed more votivo sine Gloria, & sine Credo, nisi fuerit Sabbathum, quia tunc dicitur Gloria sine Credo, 2. *Decembris 1684.* Qui in Sabbato recitat Officium B. M. Virginis, si celebret Votivam de aliquo Sancto, non debet dicere Gloria, neque Praefationem B. M. Virginis, 2. *Decembris 1684.*
Ob Missam Votivam non est omittenda Missa Conventualis, neque potest introduci consuetudo in contrarium, 16. *Januarii 1627.* Immo abrogatur consuetudo non canendi Missam de die ultra Votivam, 28. *Augusti 1623.* Et licet in illis Ecclesiis, in quibus adeo inveterata consuetudo cantandi Missam Votivam de B. M. Virgine singulis diebus Sabbathi, possit hic pius usus, seu populorum devotio continuari etiam in Sabbathis Festo duplici impeditis, non est tamen omittenda missa conventualis, 2. *Decembris 1684.* Tenentur enim Canonici omnino ad canendam Missam die, ut laudentur distributiones, 28. *Januarii 1612.*, & ex *Sacra Congregatione Concilii in Tusculano*, 10. *Novembris 1672.*, & in *Civitatis Castellana*, 4. *Martii 1690.*
Missæ votiva solemnis de B. M. V. potest cantari in die Dominicæ ratione concursus populi. *Sac. Rit. Congregat. in Aretina* 20. *Novemb. 1662.* dummodo tamen non sit Dominica privilegiata, vel ipsa non incidat in Festo 1., & 2. classis, vel in octavis privilegiatis. Vide *Resolutiones Sac. Congregationis.*
Missæ votiva solemnis de B. M. V. cum Gloria, & Credo potest cantari in die Dominicæ ratione voti, seu alia causa. *Sacra Rit. Congregat. in Aretina* 16. *Junii 1663.* Id tamen locum non habet in Dominicis, & octavis privilegiatis, & in duplicibus primæ, & secundæ classis; ut in numero antecedenti.
In Ecclesiis, ubi quotidie non cantatur Missa, si occurrat Festum Patroni, seu Titularis diebus, quibus non potest de eo fieri Officium, potest nihilominus (diebus non exceptis a Rubrica missalis tit. 6. de translatione) cantari Missa de Patrono, seu Titulari, licet non cantetur altera Missa non concordans cum Officio. *Sacra Rit. Congregat. in una Ordinis Eremitarum S. Augustini* 23. *Augusti 1704.*
In Ecclesiis, ubi titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi ad celebrandum Festum, quod transferri debet, diebus, in quibus juxta Rubricas Missalis tit. 6. de translatione Festorum, possunt cantari duæ Missæ, una de Die, alia de Festo, si non est obligatio cantandi Missam quotidie, cantari potest missa solemnis Votiva de Festo occorrente tantum. *Sacra Rit. Congregat. in Bergomen.* 17. *Augusti 1709.* apud Piton. tom. 2. *Constit.*, & *decis. pro Sacris Ritibus numer. margin.* 1675., & observat. hic immediate antecedentem sub 27. *Augusti 1704.* in una Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.
Missæ Votivæ, quas ex obligatione Capitulum tenetur per hebdomadam celebrare certis diebus præscriptis, in quibus multoties occurrit Festum de præcepto, debent transferri in alium diem non impeditam de præcepto. *Sacra Rit. Congregat. in Tarantina* 9. *Decembris 1634.*
Missæ solemnis in Dominica infra octavam alicujus Sancti, non debet celebrari de eodem Sancto, licet de consensu Ordinarum fiat processio ad ejus Ecclesiam. *Sac. Rit. Congregat. in Aretina* 24. *Julii 1660.*
Missæ solemnis de S. Josepho, quando ejus Festum incidit

in Feria II., III., & IV. Majoris hebdomadæ, non potest cantari, etiam ob concursum populi, sed debet omitti, nec potest illis diebus fieri processio in ejus honorem. *Sacra Rit. Congregat.* 4. *Augusti 1663.* in una *Orbis.*
Receptio ad habitum, & professionem Religiosam, sub 3 re gravi numerari non potest, ut ex consuetudine cantari possit Missa Votiva solemnis etiam de Spiritu Sancto, in Dominicis, vel duplicibus; & hic abusus est omnino tollendus *Sac. Rit. Congregat. in Ruremunden.* 24. *Julii 1683.*
Non potest Missa Votiva de Spiritu Sancto, vel alia celebrari etiam ab Episcopo pro eligenda Abbatisa in Festo duplici, vel Dominica: *Sac. Rit. Congregation.* 28. *April. 1708.*
Missæ solemnæ, & pro re gravi, & causa publica non 34 solum nequeunt cani in supradictis Dominicis, & duplicibus primæ, & secundæ classis, Feria 4. Cinerum, Feria 11. III., & IV. majoris hebdomadæ, juxta Instructionem pro expositione Sacramenti ratione Orationis 40. Horarum editam a Clemente XI. die 20. *Januarii 1705.* & a nobis allatam sub verb. *Eucharistia in fine*; sed neque in omnibus diebus octavarum Paschæ, & Pentecostes, in Vigilia Nativitatis Domini, & Pentecostes, & in die octava Epiphaniæ, ut colligitur ex eadem instructione confirmata, & adducta sub §. 10. a Clemente XII. die prima *Septembris 1730.*, & allata a Merati tom. 1. part. 2. tit. 14. in qua præscribitur quidem Missa de Sanctissimo Sacramento Votiva pro re gravi sed excipiunt expresse supradicti dies, qui non erant excepti in instructione prædicta Clementi XI. in quibus mandat cantari missam de Officio currenti cum commemoratione Sanctissimi Sacramenti sub unica tantum conclusione. Unde si in dictis diebus non potest cantari Votiva pro re gravi de Sanctissimo Sacramento, quod est majus, neque poterit cantari alia votiva, quod est minus, arg. *Auth. Multo magis, Cod. de Sac. Eccles.*
Potest tamen in supradictis diebus cani Missa solemnis in 35 propria Ecclesia de Sancto Patrono, seu Titulari, licet transferendo quia allata Clementina instructio respicit solum missam solemnem simpliciter votivam; missa autem de Patrono, seu Titulari in casu proposito, non est simpliciter votiva, sed semifestiva, ut ut notant Quarti, Gavantus, Arnaud. & alii apud Merati tom. 1. part. 1., tit. 4. §. 7., & habet aliquid juris, & acquisiti, & acquirendi in propria sua die. Tum quia Rubrica missalis tit. 6. de translatione Festorum, expresse sic habet: *In Ecclesiis autem, ubi Titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi ad celebrandum Festum, quod transferri debet, possunt cantari duæ Missæ, una de die, alia de Festo; excepta Dominica prima Adventus, Feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmorum cum tota hebdomada majori, Dominica Resurrectionis sequentibus, die Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, & Festo Corporis Christi, ubi, ut videtur, non excipiuntur supradicti, & similes dies: Exceptio autem firmat regulam in non exceptis, Leg. in his, quæ 15. ff. de Legibus, leg. Quæstionum 12. §. 43. ff. de Instru. vel Instru. legato, cap. Dominus 16. cap. 3. q. 1. §. 7. cap. Quoniam 2. de conjugio leproso, cum similibus; adeoque vigore dictæ Rubricæ cantari poterit in dictis diebus non exceptis missa de Titulari in propria Ecclesia; Et ad id faciunt supra allata Decreta Sacra Congregat. Rit. sub num. 27. in una Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, & sub num. 28. in Bergomen. Tunc autem erunt cantandæ duæ Missæ in Ecclesiis quibus incumbit onus eas cantandi. *Sacra Rit. Congregat.* 28. *Augusti 1623.* 4. *Maii 1686.*, & 5. *Julii 1698.* De his omnibus vide *Resolutiones, & Decreta Sac. Rit. Congregat.* quæ in hac Editione apponuntur in Tomo 8.
Missæ votivæ de Sanctissimo Sacramento, de B. M. V. in cantu fundatæ seu relicta, & ordinatæ a Benefactoribus, cantari non possunt in duplicibus, aliique diebus duplicibus excludentibus, sed cantari debent Missæ de Festo occurrente cum applicatione sacrificii; sique satisfieri, & Benefactorum mentem impleri, resolvit, non obstantem quacumque consuetudine in contrarium, quam ab usum esse declaravit *Sac. Rit. Congregat. in Ruremunden.* 24. *Julii 1683.* apud Henricum Pilsart. in *Exposit. Rubricar. Missal. Roman. prat.* 1. tit. 4. de *Missis Votivis sub num. 8.* & Merati loco citat. numer. 463.
An Missæ votivæ dici possint de Beatis nondum Canonizatis? variant Doctores; Affirmativam sententiam tenent *Caltropalao tract. 3. de Fide, disp. 1. punct. 5. §. 5. num. 7.* Quæ*

Quintandavenas in *Theolog. moral. tract. 7. singul. 5.* Megalium in *Promptuario verb. Canonizatio*, Tamburin. *Opuscul. de Sacrific. lib. 2. cap. 6. §. 8.* Pasqualig. tom. 1. de *Missæ Sacrific. quæst. 277. num. 3.*, & sequent., & alii ab ipsis citatis volentes posse dici Missas votivas de dictis Beatis a quibuscumque Sacerdotibus in quibuscumque Ecclesiis, & quibuscumque diebus in quibus sint permittæ Missæ votivæ, quia eo ipso quod Sedes Apostolica concessit posse recitari missam de aliquo Beato, quilibet recitans missam quacumque die & in quacumque Ecclesia in honorem dicti Beati, id facit auctoritate Sedis Apostolicæ, quæ abtulit impedimentum relatum in cap. 1. de *Reliquiis, & Veneratione Sanctorum*, ubi cavetur neminem esse venerandum in die auctoritate Apostolicæ Sedis.
Negativam autem defendunt Quarti in *Rubric. Missal. part. 1. tit. 4. dub. 6.* Biffus *lit. M. num. 231. §. 26.* Guyetus *lib. 4. cap. 21. quæst. 2.* Merati tom. 1. tit. 4. §. 3. numer. 16., & alii dicentes, non posse in honorem Beati nondum Canonizati dici missam extra diem assignatam, vel ab aliis personis, vel ab aliis Ecclesiis non expressis in Diplomate Beatificationis; asseruntque hanc sententiam communiorem esse, & veram, Immo Quarti *loc. cit.*, & alii volunt esse communem. Et ratio est quia ex cit. cap. 1. de *Reliquiis, & Veneratione Sanctorum* nemini licet aliquem venerari cultu publico absque licentia Sedis Apostolicæ; In nostro autem casu non est concessa licentia nisi determinatis personis, & pro diebus, & locis etiam determinatis, adeoque non licet prædictos limites excedere; Alias, si liceret, frustra & inutiliter apponeretur prædicta determinatio, & limitatio personarum, & locorum, quod non est dicendum; Tum quia vis privilegii, seu concessionis non pendet solum a causa, sed præcipue pendet a libera voluntate concedentis, qui non intendit concedere nisi id, quod exprimit, a leoque in casu nostro non potest dici missa, neque ab aliis personis, neque in aliis locis, neque in aliis diebus in Bulla non expressis, quia non licet excedere præsertim in missa limites verbales. Indultorum Sedis Apostolicæ, ex Decreto *Sac. Rit. Congregat.* 5. *Octobr. 1652.* relat. inter *Resolutiones Sac. Congregat.* Quæ sententia ut confirmior Decretis, & mentis Sedis Apostolicæ est tenenda. Et ad summum potest sequi prima sententia quoad hanc partem, nempe posse dici Missas votivas de Beatis non Canonizatis ab illis personis, quibus a Sede Apostolica est concessa de dictis Beatis Missarum celebratio, quia tales personæ, maxime in locis concessis, non viderentur exhibere illis concessis, non viderentur exhibere illis cultum diversum ab eo, quem concessit Sedes Apostolica; sique non viderentur contravenire Decretis, & menti dictæ Apostolicæ Sedis; Nisi forte talis concessio esset expresse restricta ad solum eorum diem Festivam.
Novæ additiones ex aliena manu.
Quæri hic potest, an Missæ assignatæ certis diebus aut festivitatis possint in aliis diebus tanquam votivæ celebrari? Missas de communi celebrari posse per annum in honorem eorum Sanctorum, de quibus licet missas celebrare, non est quod controversi queat, itaque quia quum sint ex applicabiles pluribus Sanctis, ita etiam pro quolibet tempore applicari possunt. Quinimo id ipsum locum habet quoad Sanctos, quorum missali est propria quoad aliquas preces, propterea quod ita ea est ordinata ad celebritatem illius Sancti, ut convenire, etiam possit quicumque commemorationi ipsius, qualis est quæ fit in missa votiva. Vide *Alcozer. tract. 1. Caremon. gloss. 24. Castal. lib. 2. caremon. sect. 6. cap. 4. n. 1.*
Difficultas itaque est de missis dierum mobilium, Festorum B. M. Virginis, & similibus. Hæc autem missas tanquam votivas celebrari haud posse communiter præter mox allegatos tenent Gavant. in *Rubric. Missal. pa. 1.4. tit. 17. numer. 8.* Quarti. in *Rubric. Missal. part. 1. tract. 4. dub. 5. Aves. quæst. 1.1. de Eucharistia sect. 12.* Pasqualig. de *Sacrificio Missæ tom. 1. quæst. 248. num. 2.*
Quo fit, ut pro Missis hebdomadæ majoris erit celebranda Missa de Passione, pro missa Pentecostes votiva de Spiritu Sancto, eo quia hæc Missæ instituta principaliter sunt pro illa celebritate, adeoque non congruunt extra occasionem ipsius; Pasqualig. de *Sacrific. Missæ tom. 1. quæst. 248. dist. numer. 2.*

ARTICULUS XIV.

De observandis pro Missis de Requiem.

Missæ privatae de Requiem non possunt celebrari omnibus illis diebus, quibus non possunt celebrari missæ votivæ, cum supra adducta decreta pro missis Votivis militent etiam pro missis de Requiem non celebrandis in illis diebus exceptis, Missæ privatae de Requiem non possunt dici in Festo duplici, etiam si elset tale duplex Festum translatum; *Sacra Rit. Congregat.* 5. *Augusti 1662.* Et neque privatae Missæ de Requiem possunt celebrari etiam præsentem die, & insepulto corpore in quocumque duplici, vel quacumque die, qua prohibetur fieri Officium duplex; *Sacra Rit. Cong. 10. Junii 1693.*, & expresse prohibuerat sub gravibus poenis Alexander VII. 5. *Augusti 1662.* cuius decretum confirmavit, & innovavit Clemens XI. 30. *Augusti 1706.* missa autem solemnis præsentem corpore potest cantari in omnibus Dominicis, & Festis de præcepto, præterquam in duplicibus 1. Classis. *Sacra Rit. Congregat.* 5. *Julii 1698.* 23. *Augusti 1704.* 29. *Septembris 1714.* 10. *Decembris 1718.*, & 11. *Augusti 1736.* Et triduo Majoris Hebdomadæ, ac die S. Patc. prohibentur etiam exequiæ, & quodcumque signum defuncti, sed officium, & preces recitantur privatim ex citat. *Decret.* Vide tamen infra in *Supplementis*, ubi varia alia adducuntur ad rem observanda.
Aniversaria de Requiem, aut de tertia, septima, & trigesima die non possunt in Festo de præcepto cani, nequidem solemniter; bene tamen pro implenda voluntate Testatorum in Festo duplici, quod non est de præcepto; *Sacra Rit. Cong. 7. Septembris 1607.*, & 20. *Junii 1626.* Immo Anniversaria, & Missæ de Requiem, quæ ex dispositione Testatorum cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari, etiam si ipsorum obitus dies incidit in Festum duplex majus. *Sacra Rituum Congregat.* 22. *Novembris 1664.* & Alexander VII. 22. *Januarii 1667.* *Decret. incipient. Creditæ.* Non tamen in Festo duplici secundæ Classis. *Sacra Rit. Congregat. in Col. 7. Jan. 5. Julii 1698.* Cum primum habita fuit noticia de obitu alicujus personæ, cantari poterit missa de Requiem etiam in Festo duplici, quod non sit de præcepto nam in hoc casu prædicta missa erit differenda; 4. *Maii 1686.*
Missæ in Festo duplici celebratæ in Altari pro animabus perpetuo privilegiata, & in quo proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandæ elsent missæ de Requiem ex obligatione, suffragantur ac si celebratæ fuissent pro defunctis etiam juxta formam privilegiorum; 22. *Januarii 1667.* Decretum extenditur etiam ad Altaria, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus privilegiata; ac proinde missæ de Festo duplici, quæ si ve ex obligatione, si ve ex sola Fidelium devotione celebrantur, suffragantur ac si celebratæ fuissent pro Defunctis; 23. *Septembris 1669.* Insuper missæ celebratæ de Festo currente in Altaribus privilegiatis in diebus, quibus non licet missas de Requiem celebrare, habent eandem vim, & Indulgentias perinde ac si fuissent celebratæ missæ defunctorum, ut expresse statuerunt tres summi Pontifices, scilicet Alexander VII. 22. *Januarii 1667.* in sua Constitutione incipient. *Creditæ*, Clemens IX. die 23. *Septembris 1669.* in sua Constitut. incipient. *Cum felicis*, & Innocentius XI. die 4. *Maii 1683.* in sua Constitut. incipient. *Alias*, quæ omnes, ut præ-

præ oculis a cunctis habeantur, ad tollendas omnes dubitates, per extensum hic adducuntur.

ALEXANDER PAPA VII.

C Rediæ Nobis cælitus dispensationis Officium salubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter satagentes, & quamplurima dubia in diversis mundi partibus orta, & in Congregat. Venerab. Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinal. Sacris Ritibus præpositum deducta, occasione Decreti ejusdem Congregationis die 5. Augusti 1665. editi, ac a Nobis probati de non celebrandis missis de Requiem in duplicibus tollere, atque dirimere cupientes, de memoratorum Cardin. consilio, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus in primis aliud decretum prædictæ Congregat. editum in una Novariensi die 22. Novembris 1664. quo declaratum fuit, Anniversaria, & missas cantatas de Requiem relictas ex dispositione Testatorum quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingenti, non comprehendi in dicto Decreto.

Uterius quoad Altaria perpetuo privilegiata, & in quibus proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandæ sint missæ de Requiem ex obligatione, auctoritate, & tenore prædictis declaramus per celebrationem missarum de festo currenti satisfieri dictis obligationibus, & suffragari cum eisdem Indulgentiis perinde ac si essent celebratæ missæ de Requiem ad formam privilegiorum; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congreg. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere. Non obstantibus &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Januarii, 1667. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Declarationem Alexandri extendit Clem. IX. ad Altaria temporaneo privilegio decorata quoad missas in eis etiam ex fidelium devotione celebrandas, ut sequitur.

Cum fel. record. Alexand. Papa VII. prædecessor noster dubia in diversis mundi partibus occasione Decreti Congregat. existentium S. R. E. Card. Sacris Ritibus Præpositorum die 5. Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati de non celebrandis missis defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta, dirimere cupiens, aliud ejusdem Congregat. Decretum in una Novariensi die 22. Novembris 1664. editum approbaverit, quo declaratum fuerat, Anniversaria, & missas defunctorum cantu ex dispositione Testatorum quotannis, recurrente ipsorum obitus die, celebrandas, tamen si dies obitus hujusmodi in Festo ritus duplicis majoris incidere, non comprehendi in primo dicto decreto: At ulterius quoad Altaria privilegio Apostolico pro animabus fidelium defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie, etiam in Festis ritus duplicis, celebrandæ essent missæ defunctorum ex obligatione, declaravit per celebrationem missarum de festo currenti satisfieri inunctis obligationibus, & Indulgentias per ejusmodi privilegia Apostolica concessas animabus fidelium defunctorum in Purgatorio existentibus, suffragari perinde ac si celebratæ fuissent missæ defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, & alias pro ut in ejusdem Alexandri Prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die 22. Januarii 1667. expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberius continetur. Cumque (sicut ad aures nostras pervenit) etiam dubitetur, utrum dictarum litterarum dispositio, quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrantur, locum habeat, Hinc est quod nos dubitationes hujusmodi ex inuncta Nobis cælitus pastoralis sollicitudinis munere dirimere pariter atque decidere cupientes, de Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum, qui rem mature perpenderunt, consilio, declarationem a memorato Alexandro prædecessore, sicut præmittitur, edigam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, nunc, & in futurum, quandocumque privilegiata, auctoritate Apostolica tenore

præsentium extendimus. Et proinde, ut missæ, quæ ibidem de Festo currenti, in quo missæ defunctorum celebrari non possunt, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrantur, ita ut animæ Christianissimum, pro quibus celebratæ fuerint, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas, consequantur in omnibus, & per omnia, perinde ac si missæ defunctorum ad formam eorundem privilegiorum celebratæ fuissent, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, non obstantibus &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Septembris 1669. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Deinde Innocentius XI. confirmavit Decretum Sac. Congregat. Rituum editum super Intelligentia Declarationum, Alexandri, & Clement. quo ad alios quoque dies, in quibus juxta Rubricas Missæ defunctorum celebrari non possunt, ut infra.

Alias postquam fel. record. Alexander. Papa VII. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 22. Januarii 1667. expeditas litteras, dubia in diversis mundi partibus, occasione Decreti Congregat. tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinal. Sacris Ritibus Præpositorum die 5. Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta, dirimere cupiens, inter cetera, quoad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie, etiam in Festis ritus duplicis, celebrantur per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri inunctis obligationibus, & Indulgentias per ejusmodi privilegia Apostolica concessas, Animabus fidelium defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde, ac si celebratæ fuissent missæ defunctorum ad formam dictorum privilegiorum: rec. mem. Clem. Papa IX. pariter Prædecessor noster, aliam subinde ortam dubitationem, utrum scilicet dictarum Alexandri Prædecessoris litterarum dispositio, quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrantur, locum haberet, similiter tollere desiderans, declarationem a memorato Alexand. Prædecessore, sicut præmittitur, editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, tunc, & in futurum quandocumque privilegiata, auctoritate Apostolica extendit, & proinde ut Missæ, quæ ibidem de festo currenti, in quo missæ defunctorum celebrari non possunt, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrandæ essent, suffragentur, ita ut animæ Christianissimum, pro quibus celebrantur, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas, consequerentur, in omnibus, & per omnia, perinde, ac si missæ defunctorum ad formam eorundem privilegiorum celebratæ fuissent, eadem auctoritate concessit, & indulgit, & alias, prout in ipsius Clement. Prædecessoris litteris, etiam in forma Brevis die 23. Septembris 1669. desuper expeditis, quarum, & præfatarum Alexand. Prædecessoris litterarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem postmodum, sicut accepimus, novum circa præmissa excitatum fuerit dubium, videlicet, an prædictæ Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes, sibi pariter locum vindicarent etiam, in diebus Dominicis, infra Octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, alitque diebus quibus, licet a Festo duplici non impediatur, adhuc tamen missæ defunctorum juxta ritum, & morem Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenus nimirum missæ, quas iisdem diebus celebrare licet servata ceteroquin dictorum privilegiorum forma; ad præfata Altaria privilegiata celebrarentur. Nosque dubium hujusmodi Congregat. Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinal. Sacris Ritibus Præpositorum, examinandum commiserimus, ac eadem Cardinal. Congregat. mature discussa, nuper per suum decretum die 3. Aprilis proximi præteriti, præfatas Alexandri, & Clem. Prædecessorum

Declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxta Rubricas missæ defunctorum celebrari non possunt, responderit; Hinc est, quod nos commissæ Nobis cælitus dispensationis munere fidelium defunctorum Animarum in Purgatorio existentium suffragiis per amplius contulere cupientes, Decretum hujusmodi a memorato Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique, inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus; Salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac obtinere.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Maii millesimo sexcentesimo octuagesimo octavo, Pontificatus nostri Anno duodecimo. I. F. Albanus.

14 Circa quæ adest resolutio Congregationis Rituum in Urbis, & Orbis 15. Septembris 1714. specialiter approbata a Clemente XI. die 29. dicitur mensis sequentis tenoris.

Urbis, & Orbis.

CUM occasione missalis, Typis Sacræ Congregationis de propaganda Fide summa cura, ac diligentia novissime impressi, & propediem publico utriusque exponendi, Sacræ Rituum Congregationi enixe fuerit supplicatum, ut nonnulla ejusdem Sacræ Congregationis decreta, jam alias edita, & approbata, in prædicto novo missali summam apponi, & imprimi posse benigne concedere dignaretur, videlicet.

Missæ pro Defunctis, sive de Requiem in Festis duplicibus contra præscriptum Rubricarum missalis Romani nullatenus celebrari debent. Quod si ex Benefactorum Institutione, missæ hujusmodi celebrantur incident in Festum duplex, tunc ne dilatio animabus suffragia expectantibus, derivatio sit, in aliam diem non impediatur minime transferantur: sed dicantur de Festo currenti, cum applicatione Sacrificii, juxta mentem eorundem Benefactorum; die 5. Augusti 1662. approbatum a fel. rec. Alex. VII. eadem die.

Prædictum Decretum ab eisdem fel. rec. Alexandro VII. speciali Brevi, quod incipit, *Credite Nobis*, denuo fuit confirmatum, ac insuper latitatum, idem servandum esse, quoad missas in Altaribus privilegiatis ex obligatione celebrandas, & Indulgentias, per ejusmodi privilegia concessas Animabus in Purgatorio existentibus, suffragari, perinde ac si celebratæ fuissent missæ defunctorum. Ac denique declaratum, Anniversaria, & missas cantatas de Requiem, relictæ ex dispositione Testatorum, quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingenti, in prædicto Decreto die 5. Augusti edito minime comprehendi, prout antea in una Novariensi. 22. Novembris 1664. eadem Sacra Congregatio declaraverat die 22. Januarii 1668. Pont. XII.

Deinde fel. rec. Clemens IX. eadem Sacræ Congregationis decreta, alio Brevi, cujus initium: *Cum fel. record. iterum confirmavit, prædictamque Alexandri VII. dispositionem ad Altaria, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, nunc, & in futurum quandocumque privilegiata extendit die 23. Septembris. 1669. Pont. III.*

Tandem proposito dubio an prædictæ Alexandri VII. & Clementis IX. Declarationes sibi locum vindicarent, etiam in diebus Dominicis, & infra octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, alitque anni diebus, quibus, licet a Festo duplici non impediatur, adhuc tamen missæ defunctorum juxta Ritum Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenus nimirum missæ, quas iisdem diebus celebrari licet, servata ceteroquin Privilegiatorum forma, ad Altaria privilegiata celebrarentur. Eadem Sacra Rituum Congregatio die 2. Aprilis 1668. prædictorum Pontificum Declarationes pro omnibus diebus, quibus juxta Rubricas missæ defunctorum celebrari non possunt, intelligendas esse respondit, ejusque Decretum libenter confirmatum fuit a fel. rec. Innocentio Papa XI. speciali Brevi, quod incipit *Alias postquam*, dato die 4. Maji 1688.

Decretum a Sacra Rituum Congregatione anno 1630. edi-

tum, quo permittitur posse in Ecclesiis recitari Officia, & Missas celebrari de illis Sanctis, quorum Corpora, vel Reliquiæ insignes in eisdem aservantur, intelligendum esse de Sanctis duntaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo conitet de identitate Corporis eorundem, vel in signis Reliquiæ. Secus vero de Sanctis in eodem Martyrologio non descriptis. Quorum tamen Corporibus, & Reliquiis ab Ordinariis locorum approbatis debita a fidelibus veneratio adhibenda est, sed absque Officio, & Missa subpœnis de non satisfaciendo præcepto recitandi Officium alitque in Constitutionibus S. Pii V. contentis die 11. Augusti 1691. approbatum a fel. rec. Innocentio XII. die 19. Octobris.

Ad augendam fidelium venerationem erga Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, ejusque cultum in toto Terrarum Orbe promovendum, prohibendum est celebrari Missas votivas, vel pro Defunctis infra Octavam Corporis Christi, die 21. Junii 1670. eadem die a fel. rec. Clemente X. approbatum.

Item prohibendum est easdem Missas celebrari infra Octavam Nativitatis Domini; in Missis vero solemnibus pro gravi infra eandem Octavam celebrandis, dicenda est Præfatio juxta Rubricam Generalem tit. 12. num. 4. die 25. Septembris 1706. jam a Sanctissimo approbatam.

Re vero in Sacra Rituum Congregatione ab relationem Eminentiss. & Reverendiss. Domini Cardinalis Barberini pluries discussa, & mature perpenâ, Sacra eadem Rituum Congregatio prædicta decreta, tum ut celebrantium instructioni, & uti sint, tum ut nonnulli abusus, qui in aliquibus locis irrepserunt, penitus evellantur, in Missali post Rubricas Generales apponi, & imprimi posse censuit, si Sanctissimo Domino Nothro vitum fuerit, die 14. Septembris 1714.

Factaque deinde per me Pro-Secretarium de prædictis Sanctissimo Domino Nothro relatione, Sanctitas sua sanctum Sacræ Congregationis approbavit, eademque Decreta in Missali apponi, & imprimi mandavit, die 29. Septembris ejusdem anni 1714.

F. Cardinalis de Abdua Præfectus.

N. M. Tadeschi Episcopus Liparitanus
Sac. Rit. Congreg. Pro-Sec. etarius.

Dies tertia, septima, & trigesima numerantur a die datæ sepulture; Sic Quarti Commentar. in Rubric. Missalis tit. 5. num. 3. vers. colligitur primo. La Croix lib. 6. part. 2. num. 514. Gavari in Rubric. part. 4. tit. 13. num. 9. quamvis ipse etiam teneat posse dictos dies numerari a die obitus, sumendo pro eodem obitus, & depositionis diem. Ante sepulturam, die tertia, septima, & trigesima celebratur Missa de die Obitus, sive Depositionis, Idem ibidem. Si dies tertia, septima, & trigesima, aut Anniversaria incidat in diem, prohibetur, potest transferri in diem sequentem, 27. Septembris 1707. Immo si dies prohibita non sit ex magis privilegiantis, & Festum de præcepto, ad implendam Testatorum voluntatem, potest cum Missa solemnitate de Requiem die tertia, septima, & trigesima, etiam si sit Festum duplex non de præcepto ex superius citat. decret. 23. Maii 1603. 1. Septembris 1657. & 20. Junii 1626. Et pro Anniversariis quotannis adimplendis potest etiam cani in duplici majori, ex cit. Decret. 22. Novembris 1664. & Alexandri VII. 22. Januarii 1667. Missæ in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum possunt applicari ad libitum, scilicet tam in genere pro omnibus, quam in specie pro aliquibus Defunctis, 4. Augusti 1663. Et iterum sic decrevit Ead. Sacr. Congregat. in una Ord. Capuccinarum 9. Decembris. 1709. apud Joan. Bapt. Pitt. in Brevi tract. de Commemoratione omnium Fidelium defunctorum num. 17. Et sic videtur voluisse etiam Innocent. XI. 30. Septembris. 1679. dum concessit in ditionibus Regi Catholico subiectis, omnibus Sacerdotibus tam secularibus, quam Regularibus cujuscumque Ordinis eodem die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, in quocumque Altari celebrantibus liberationem. *Quia pro quælibet Sacrificium offerrent*. quibus verbis supponit aperte Pontifex posse illa die applicari Missam pro particulari Defuncto ad libitum celebrantis, & sic expresse novissime. Eadem Sacra Congregat. Rit. 14. Decembris. 1709. Durante Expositione Ss. Sacramenti non potest celebrari Missa de Requiem, neque cantari pro adimplenda mente Testatoris, sive Anniversario satisfaciendo, licet currat Officium hujusmodi Missas admit-

22 tens, 2. Decembris 1684. Nullo modo licere in Missis Defunctorum præbere Eucharistiam fidelibus illam deponentibus, decrevit *Sacra Rituum Congregatio* 16. Aprilis 1701. Neque admittitur in paramentis nigris, 2. Augusti 1701. idest nec tempore celebrationis, nec post, ex declaratione *eiusdem Sacra Congregat. Rituum* 20. Martii 1711. & confirmat. 2. Augusti 1724. Novissime autem ad tollendas omnes insurgentes difficultates *Eadem Sacra Rituum Congregat. in una Aquis Provincie Francia* sub die 2. Septembris 1741. declaravit sic: In paramentis nigris non ministratur Eucharistia per modum Sacramenti, extrahendo Pyxidem a Custodia: Potest tamen ministrari per modum Sacrificii, prout est quando fidelibus præbetur Communio cum particulis infra eandem Missam consecratis.

24 Circa Missas triginta S. Gregorii sciendum est, quod istæ ortum habuerunt ex quo Divus Gregorius in *Dialog. 4. cap. 55.* præscripserit Abbati Pretioso, ut offerri curaret triginta Missas triginta diebus continuis pro Monacho Iusto, his verbis: *Vade, ab hodierna die diebus triginta continuis offerre pro eo Sacrificium stude, ut nullus omnino præmittatur dies, quo pro absolutione illius Hostia salutaris non offeratur.* Hinc ritus celebrandi has triginta Missas pro Defunctis cepit esse in maxima veneratione in Ecclesia Dei, & fideles solent similes Missas pro suis Defunctis curare, tum ob institutionem tam Sancti Pontificis, tum ob varias revelationes, quod illæ maxime profuerint animabus, pro quibus oblatæ fuerunt. Nec istæ Missæ sunt prohibitæ, ut falso putarunt aliqui, ex decreto edito a *Sacra Rit. Congregat. die 8. Aprilis 1628.* quia in illo decreto prohibuit solum quosdam alias pro vivis, & Defunctis falso Divo Gregorio imputatas. & ab ipsa *Sacra Congregat.* non approbatas. Istæ vero triginta Missæ a Divo Gregorio, uti supra, sic institutæ, & ordinatæ non sunt prohibitæ, ut expresse decrevit *Eadem Sacra Rituum Congregatio die 28. Octobris 1628.* apud Barbol. de *Officio Parochi part. 1. cap. 11. num. 30.* Hæc autem triginta Missæ non est necesse, quod omnes celebrentur ab uno & eodem solo Sacerdote, quia Divus Gregorius in citatis verbis non dicit offer per rem seipsum, sed offerre stude, quod æque fieri potest, vel per se ipsum, vel per alium. Nec necesse est, quod omnes illæ triginta Missæ sint de Requiem, aliter non possent esse continuæ, cum interea illas triginta dies continuas mediant Dominicæ, & regulariter etiam alii dies Officii duplicis, in quibus nequeunt celebrari Missæ de Requiem ex supradictis decretis, eo vel maxime quod Divus Gregorius dixit solum Abbati Pretioso *vade, offerre pro eo Sacrificium stude;* quod æque fieri potest sive in Missa de Requiem, sive in Missa de Officio corrente, cum solum exigatur applicatio Sacrificii, quod illi animæ æque prodest sive fiat in Missa de Requiem, sive in Missa de Officio corrente ex supra adductis declarationibus Alexandri VII. Clementis IX. & Innocentii XI. Requiritur autem quantum fieri potest, ut istæ triginta Missæ sint continuæ, & non interpolatæ, cum Divus Gregorius institutor illius ritus expresse dicat *diebus triginta continuis.* Et dato quod Sacerdos ad illas celebrandas obligatus ex decencia, & honestate pro aliqua die vellet Missam omittere, sic permittente Ecclesia, tunc posset illas continuare per celebrationem alterius Sacerdotis, quod, ut mox diximus, fieri potest. Non interpolantur tamen per omissionem celebrationis illis diebus, quibus per Ecclesiam vetitum est celebrare, ut in triduo majoris hebdomadæ, ex decreto *Sacra Rituum Congregat. & Clement. XI. 20. Aprilis 1707.* & *eiusdem vivæ vocis oraculo 8. Augusti 1713.* & in feriis sextis Quadragesimæ juxta ritum Ambrosianum, in quibus oblante tali ritu Missæ non celebrantur, per omissionem enim celebrationis illis vetitis diebus non inducitur discontinuatio contra institutionem Divi Gregorii, cum hæc intelligenda sit de continuatione servato ritu Ecclesiæ. Cavendum tamen est, ne hæc continuatio Missarum per triginta dies fiat aliquo modo superfluo, ponendo vim in tali numero præcise, aut in hac, vel illa conditione, ut advertit, & damnat Sanchez in *precepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 40. & 41.* Hieronym. Roderic. in *compen. quest. regular. resolut. 45. numer. 8.* Barbolæ loc. cit. de *Officio Parochi part. 1. cap. 11. n. 30.* & alii plures.

32 In Missis Defunctorum nequeunt pulsari Organa, & alia instrumenta Musica. Benedict. XIII. in *Concilio Romano tit. 15. cap. 6.*

33 In Missis de Requiem non datur Pax, quia indicium est lætitiæ, quod non convenit Missæ Defunctorum. Alein.

cap. de exequiis mortuorum, Amalar. lib. 3. cap. 44. Gavant. & Merati tom. 1. part. 2. tit. 10. Rubric. 4. litt. 1. Durand. lib. 4. cap. 13. addit quietere jam Defunctos in Domino neque amplius esse in turbatione hominum. Albalpineus vero de *veterb. Ritib. lib. 1. obs. var. 17.* probabiliorum, ut vult Gavant. loc. cit. assert. caulam, quia, inquit, mortuorum Sacra privata erant, non solemnia ex *Canone 4. Concil. Varsen. 16.* In solemnibus autem erat Communio populi, & ad eam per pacem preparatio, quæ cessabant in privatis.

Addenda sunt sequentia Decreta tradita cum eruditus suis Commentariis a Sapientissimo P. Cavalieri in *Agenda Defunctorum.*

Missæ Defunctorum non possunt celebrari, nisi cum colore nigro, vel saltem violaceo. S. R. C. 21. Junii 1670. in *Orizana.*

Sacerdos secularis, sive Capellanus, sive non, qui recitavit Officium semiduplex, vel simplex, vel feriale, illo die celebrans in alia Regularium, in qua recitatum est ab ipsis Regularibus eadem die Officium duplex de non præcepto, prout de aliquo Sancto sui Ordinis, non potest dicere Missam de Requiem. *Sacra R. Cong. 9. Junii 1663. in Conversana.*

Prohibitio facta 9. Junii 1663. Sacerdotibus secularibus, etiam Capellanis, qui licet recitaverint Officium semiduplex, vel simplex, vel feriale, ne celebrent Missam de Requiem, in Ecclesiis Regularium, in quibus recitatum sit Officium duplex de non præcepto, vel de aliquo Sancto eorumdem sui Ordinis, intelligi etiam debet pro Ecclesiis Monialium. *Sacra Rituum Congregat. 11. Februarii 1702. in Trivisina.*

Non possunt celebrari Missæ, etiam pro animabus purgatorii, una hora post meridiem. *Sacra R. C. 24. Novembris 1661. in Neapolitana.*

In die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Sacrificia possunt a Sacerdotibus celebrantibus applicari ad libitum, scilicet, vel pro omnibus Fidelibus Defunctis, vel pro aliquibus tantum. *Sacra Rit. Congr. 4. Augusti. 1663. in una Dalmatiarum.*

Missæ ut in die obitus præsentis corpore, ultra Missam de communi Defunctorum celebranda erit, quando aliquis obierit in die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. S. R. C. 14. April. 1696. in *Wissipon.*

Missæ exequiales Defunctorum in die depositionis Defuncti possunt solemniter celebrari diebus, in quibus cadit Festum duplex alicujus Sancti, dummodo non sit de præcepto juxta Rubricas Breviarii Romani. *Sacra Rit. Congregat. 19. Septembris. 1614. in Papien.*

Missæ privatæ de Requiem, corpore præsentis, & inseputo dici non possunt diebus, quibus fit de Officio duplici, vel aliis, a Rubrica vetitis, & quacumque consuetudinem tamquam abutim abolendam juxta dispositionem Rubricæ V. Missalis Romani de Missa Defunctorum num. 2. in fine, & Decreta Sacra Congregationis, & signanter generale 5. Augusti 1662. servanda eise mandavit S. R. C. 10. Januar. 1693. in *una Galliar.*

In die, quo celebratur festum duplex, etiam translatum, prohibetur Missa de Requiem, nisi sit præfens cadaver. Anniversarium potest transferri, immo debet, & in feriis majoribus debent omnino cantari duæ Missæ. S. R. C. 31. Jul. 1664. in *una nullius Provincia Treviren.*

Tolerari possunt Missæ votivæ cantatæ B. M. V. in Sabbato, vel pariter cantatæ Defunctorum in festo duplici, quod non est de præcepto, ut Testatorum voluntates adimpleantur, dummodo non omittatur Missa Conventualis; S. R. C. 1. Sept. 1607. & 20. Jul. 1626. in *Nucerina.*

Feria secunda post Dominicam Passionis, quando recitatum est Officium Defunctorum, non dicitur Missa Conventualis de defunctis, neque Oratio *Fidelium*; quæ etiam in aliis feriis secundis Quadragesimæ non dicitur juxta Rubricas, sed solum Oratio *Omnipotens sempiterne Deus*, quæ est pro vivis, & Defunctis, & omittitur tempore passionis. S. R. C. 11. Julii 1643. in *Lugdunen.*

Ob Missam votivam, seu pro defunctis non est omittenda Missa Conventualis, neque potest introduci consuetudo in contrarium usum. S. R. C. 16. Jan. 1627. in *Jansen.*

In die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum non potest celebrari Missa solemnis de Requiem post primam, sed servandæ sunt Rubricæ, quæ præscribunt post Nonam. S. R. C. 22. Jan. 1701. in *una Cam adducen. montis Corona.*

MIG

48 Missas duas in die commemorationis omnium fidelium defunctorum singuli Sacerdotes celebrabant in Regnis Aragoniæ, Valentiniæ, & Majoricæ, & in Principatu Cathalonici; Regulares vero tres. Bened. XIV. in *Constitut. 3. tom. 2. incip. declarasti*, & *Constitut. 61. incip. Quod expensis.* Idque antiquæ consuetudini & famæ privilegii Apostolici innitebatur. Idem *ibid.*

51 Rogante Hispaniarum Rege, ut mos iste ad omnes ditio- nes suas extenderetur, & Portugalliæ Rege simile privilegium pro suis ditioibus postulante, Pontifex tres Missas ab omnibus tam secularibus, quam regularibus Presbyteris in dictis regionibus ea die celebrari indulxit. Idem in cit. *Constitut. 61. incip. Quod expensis.* Sed applicationem Missarum de novo indultarum in suffragium omnium defunctorum fidelium in genere fieri jubet. Idem *ibid.* Item pro celebratione Missarum hujusmodi quancumque elemosynam sub quocumque prætextu percipi prohibet sub poena suspensionis Pape relevatæ ipso facto incurrendæ. Idem *ibid.* Quo ad illos autem, qui ante hoc tempus in Aragoniæ regno duas, vel tres respectivè Missas prædictæ die celebrantes, duas, vel tres elemosynas accipiebant, nihil innovandum censuit. Idem *ibid.*

55 Missæ privatæ de defunctis, quocumque die dici possunt præterquam in festis duplicibus, & Dominicis diebus, juxta præscriptum Rubricarum. S. R. C. 15. Febr. in *Aventina 28. Febr. 1660. in Jansen.*

56 In diebus, in quibus non potest fieri de festo duplici, prohibentur Missæ votivæ, & de Requiem. *Sacra Rituum Congregatio 28. Augusti 1627. in una Urbis.*

57 Infra Octavam SS. Corporis Christi prohibentur Missæ votivæ quæcumque, vel pro defunctis. S. R. C. approbante, *Clem. X. 21. Junii 1670.*

58 Ad augendam fidelium venerationem erga Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, ejusque cultum in toto terrarum Orbe promovendum, prohibuit celebrari Missas votivas, vel pro Defunctis infra Octavam Corporis Christi. S. R. C. 15. Septembris 1714. annuente *Clement. XI. 29. ejusdem.*

59 Infra Octavam Nativitatis Domini prohibentur Missæ votivæ, vel pro Defunctis. S. R. C. 25. Septembris 1706. & 14. Septembris 1714. annuente *Clement. XI. 29. ejusdem.*

60 In Vigilia Epiphaniæ dici non possunt Missæ privatæ Defunctorum. S. R. C. 27. Aprilis 1697. in *Panormitana.*

61 In Vigilia Epiphaniæ non licet celebrare Missas privatæ de defunctis. S. R. C. 26. Junii 1708. in *Parisien.*

62 In Vigilia Epiphaniæ Missæ votivæ, & defunctorum celebrari non possunt. S. R. C. 10. Decembris 1713. in *Asina.*

63 In Vigilia Epiphaniæ Domini non possunt celebrari Missæ privatæ de requiem, & votivæ. S. R. C. 16. Septembris 1730. in *una Ord. Hierosol.*

64 Omnibus, & singulis Sacerdotibus, tam secularibus, quam Regularibus cujusvis Ordinis, etiam necessario exprimendi, districtè præcipitur, ut Missas privatæ pro defunctis, seu de requiem, in duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel præsumant; quod si ex Benefactorum præscripto Missæ hujusmodi celebrandæ incidant in festum duplex, tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus suffragia expectantibus detrimento sit, sed dicantur de festo cum applicatione sacrificii, juxta mentem eorumdem Benefactorum; curentque Ecclesiarum Rectores, Sacrificæ, alique ad quos spectat, ut hujusmodi Decretum inviolate servetur, atque in Sacritia affixum retineatur, ubi commode ab omnibus celebrare volentibus conspici, & legi possit; in eos autem, qui contrafacere ausi fuerint, vel præmissa adimplere neglexerint, Locorum Ordinarii tam seculares, quam Regulares pro modo culpæ animadvertant. S. R. C. approbante *Alex. VII. 3. Augusti 1662.*

65 Missæ pro defunctis, sive de requiem in festis duplicibus contra præscriptum Rubricarum Missalis Romani nullatenus celebrari debent. Quod si ex Benefactorum institutione Missæ hujusmodi celebrandæ incidant in festum duplex, tunc ne dilatio animabus suffragia expectantibus detrimento sit, in aliam diem non impeditam minime transferantur, sed dicantur de festo currenti cum applicatione Sacrificii, juxta mentem eorumdem Benefactorum. S. R. C. 15. Septembris 1714. annuente *Clem. XI. ididem.*

66 Collectæ pro defunctis non admittuntur, nisi in Missis festorum simplicium, & ferialium. S. R. C. 31. Jul. 1665. in *una nullius Provincia Treviren.*

67 In Missa privata de festo Semiduplici, Simplici, seu voti-

Biblioth. Ferrari Tom. 13

va, vel de infra octavam, seu de feria non privilegiata, potest in penultimo loco dici collecta pro particulari Defuncto, puta *Inclina &c.* vel, *Deus qui nos Patrem &c.* & similia, sed ob id non est omittenda ulla ex collectis pro tempore assignatis, puta *Accumbis*, vel *Ecclesie*. S. R. C. 2. Decembris 1684. in *una Canon. Lateranen.*

Occurrente commemoratione Sancti simplicis in feria secunda Quadragesimæ, quando dictum est nocturnum Defunctorum, non debet in Missa quarto loco dici Oratio *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum &c.* pro commemoratione Defunctorum, sed sufficit tertia Oratio *Accumbis*. Quod si dicatur quarta *Omnipotens &c.* quinta erit ad libitum. S. R. C. 4. Maii 1709. in *Pistorien.*

Occurrente commemoratione Sancti simplicis in feria secunda post Dominicam Passionis, quando dictum est nocturnum Defunctorum, in Missa dicenda est secunda Oratio de simplici tantum. S. R. C. 4. Maii 1700. in *Pistorien.*

In Missis Defunctorum non pullentur Organa, nec aliud quodvis musicum instrumentum adhibeatur. Benedictus XIII. in *Concilio Romano tit. 15. cap. 6.* Carremonial. *Epistol. lib. 1. cap. 20. ibi: In Missis, & Officiis Defunctorum nec organo, nec Musica, quam figuratam vocant, utimur, sed cantu solum, quem etiam in tempore Adventus, & Quadragesimæ in ferialibus diebus adhiberi convenit.*

Hic juvat ad uberiores notitiam referre, quæ tradit de Missis Defunctorum eruditissimus P. Cavalieri in cit. *Agenda Defunctorum cap. 10. a num. 14. ad 17.* Quatuor in Missali pro defunctis assignantur Missæ, & quælibet cum sua propria Epistola, & proprio Evangelio, & quælibet ex his Missis cum sua Epistola, & suo Evangelio in assignatis quatuor diebus dicendam esse, titulus ipse aperte declarat, videlicet primam in commemoratione omnium fidelium Defunctorum, secundam in die obitus, seu depositionis, & in diebus 3. 7. & 30. tertiam in anniversario, & quartam in Missis quotidianis, seu in Missis omnibus aliis, quæ dicuntur extra præfatos dies, & circumstantias. Limita pro die depositionis, & anniversarii Summi Pontificis, & Episcoporum quo Rubrica orationibus præfixa, diferte mandat primam Missam, quæ consequenter dicenda etiam erit in eorumdem diebus 3. 7. & 30. pro quibus supplet Rubrica alia in secunda Missa inserta, quæ in præfatis diebus expresse præscribit *Missam ut supra*, scilicet ut in die obitus, unde pro quibus in die obitus dicitur prima Missa, hæc etiam dicenda erit in diebus 3. 7. 30. At qualis adhibenda erit infra annum in circumstantiis aliis? Ut in quotidianis; sic enim indiscriminatum indicitur, nec Rubrica ulla, vel indirecte, Summis Pontificibus, aut Episcopis aliquem favorem facit.

Eandem primam Missam Cardinali Defuncto, ut supra, attribuit Gavantus *part. 4. tit. 18. num. 6.* Meratus *ibid. n. 2.* Tonellius *tit. 13. num. 5.* Quarti *part. 1. tit. 6. dub. 1. num. 12.* Guyetus *loc. cit. quest. 27. & 29.* alique plures, quorum nonnulli eandem extendunt etiam ad Prælatos Regulares, Reges, Principes, & Magnates. Verum Auctores hos omnes diferte carpit Rubrica quædam in Missale Defunctorum Romæ anno 1725. typis Vaticanæ typographiæ in tertiam Missam sub his verbis injecta: In anniversario S. R. E. Cardinalium. Oremus, Deus indulgentiarum &c. hæc enim Rubrica Missam anniversarii, sub qua est posita in anniversario Cardinalium usurpandam eise indicat, & consequenter etiam in die depositionis, aliisque Missas illas, quæ in talibus diebus, & circumstantiis communitè præscribuntur. Idem est Judicium de Regibus, Magnatibus, Sacerdotibus atque Prælati, hi quippe, est Ordinarii, & quasi Episcopalem jurisdictionem habeant, carent adhuc Episcopali dignitate, in cuius gratiam favor ille latus fuit. Suffragatur admodum Ecclesiæ praxis, quæ distincto communi in divinis Officiis, Pontifices quidem honorat, cæteros vero, licet Cardinales, Reges &c. communi confessorum non Pontificum indiscriminatum aggregat.

Qui tamen secus faciunt contra Rubricas non omnino peccant; post quartam enim Missam hæc particularis Rubrica habetur: *Epistola, & Evangelia superius posita in una missa pro defunctis, dici possunt etiam in alia similiter pro Defunctis*: Una Missa ab alia non differt, nisi in orationibus, Epistola, & Evangelio, ergo demptis Orationibus, de quibus suo loco, liberum est quancumque Missam pro quocumque, & in qualibet circumstantia dicere, si Epistolæ, & Evangelia unius Missæ in alia dici possunt, Quid unquam, nisi ipsam, præterdunt Missalia antiqua, dum quatuor Epistolæ & Evan-

Q

74 & Evangelia prædicta continenti serie sub una, eademque Missa referunt? pro eadem libertate pronunciant itidem citati Quarti, Tonellius, & Gavantus, num. 4. & cum indubie eadem faciant Rubricæ verba in suo veriori sensu, nos dissentiri non possumus, quidquid scribat Guyetus, qui *quest. 27. dictam Rubricam nimis violenter explicat*, dum eandem restringit ad id, quod, in sequentibus Missale declarat, aut alias ex pari ratione opportunitate iudicabitur. Et quidem Missale infra solum disponit pro die obitus, & anniversario Summi Pontificis, & Episcopi, & adhuc determinate assignat primam missam, & consequenter etiam determinate Epistolam, & Evangelium ejusdem Missæ, unde nunquam integrum foret Epistolam, & Evangelium unius Missæ in alia usurpare contra expressam Rubricæ indulgentiam.

75 Captum sit itaque, quod quidem decet Epistolas, & Evangelia dici in diebus, & circumstantiis, prout in Missali sunt distributa, non dempta tamen celebranti libertate assignandi, utram Epistolam, & utrum velit Evangelium; & quidem etiam in die depositionis, & anniversario Summi Pontificis, aut Episcopi: dum enim in casu hujusmodi per particularem Rubricam determinate assignatur prima Missa, id accipiendum est cum subordinatione ad Rubricam alteram, quæ ut supra libertatem facit. Qua libertate bene utum iri credimus, seu magis fieri, quod magis decet, si in die commemorationis omnium Defunctorum alicujus Religionis, quæ se habet inlar commemorationis omnium fidelium Defunctorum universalis Ecclesiæ, prima Missa cum sua Epistola, & Evangelio assumatur, & secunda in die quasi obitus, quando scilicet primum habetur notitia obitus alicujus in loco disposito. licet in priori casu communior praxis usurpet anniversarii Missam; Id enim profecto evincit paritas pro utroque casu, & pro secundo diserte favet Decretum 6. cap. 3. nempe: *Cum primum accipitur nuntium de obitu in loco disposito alicujus, potest cantari Missa de requiem ut in die obitus pro ejus anima in festo duplici majori, vel minori non tamen de præcepto, ut citius suffragetur animæ defuncti, non relicta tamen missa in casu de festo duplici, quatenus adit obligatio, S. R. C. 4. Maii 1686. in una Canon. Regul. Lateran. concordantique Gavantus num. 15. & Guyetus quest. 28. Hæc ille.*

76 Sapientissimi autem Patres Gavantus *part. 4. tit. 18. num. 7.* & Meratus *ibid. num. 2.* Tonellius, Quarti, & Guyetus, alique plures *loc. cit.* a Cavalieri, volunt eandem Missam primam dicendam esse tam in die obitus, quam in anniversario pro defunctis Cardinalibus, mutatis orationibus, ut in Missali, nempe pro defuncto Cardinali Episcopo, *Deus qui inter Apostolicos &c.* dicendo *Episcopum Cardinalem*, & si sit solum Diaconus, *Inclina Domine &c.* dicendo *Diaconi Cardinalis*, quia ut advertit Gavantus *loc. cit. num. 7.* licet Rubrica Missalis id non præscribat, usus tamen ita declaravit, nam Cardinales Episcopi sunt majores. Et *ibid. numer. 8.* subiungit. Quid pro Sacerdote Defuncto? Licet de eo Rubrica Missalis meminerit inter defunctum Episcopum, & Cardinalem; non tamen isdem æqualem facit, & rationabilis consuetudo est in plerisque Ecclesiis majoribus Urbis, ut dicatur Missa secunda mutata Oratione, rationis cuius videtur in Rubrica prius de Sacerdote quam de Cardinali mentionem factam fuisse; Si tamen dicatur Missa prima, favet Rubrica in fine Missarum pro Defunctis, quæ concedit Epistolas, & Evangelia unius Missæ dici posse in alia quacumque Missa pro defunctis. Hæc ille. Et Meratus in *Additionibus ad tit. 5. part. 1. sub num. 11.* expressè sic habet: Pro defuncto Sacerdote, quamvis Rubrica nihil disponat, tamen in die obitus, seu depositionis dicenda videtur eadem Missa prima cum Oratione, ut in Missali pro Sacerdote assignata. Ita Billus *lit. M. num. 243. §. 3. & sequent.* Pro aliis vero Defunctis, sive Clericis, sive Laicis in die obitus, dicitur Missa, quæ secundo loco habetur intra Missas defunctorum, cum unica Oratione congruenti personæ Defunctæ.

77 Hinc collige servandam quidem esse Rubricam in omnibus Missalibus positam statuentem celebrandam esse primam Missam pro Summo Pontifice, & Episcopo, & Rubricam in Missale defunctorum Romæ anno 1725. typis Vaticanæ Typographiæ in tertiam Missam sub his verbis investam. *In anniversario Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Oremus, Deus Indulgentiarum &c.* a P. Cavalieri assertam. At liberum esse Sacerdotibus servare etiam Rubricam post quartam Missam, seu in fine Missarum pro Defunctis impressam, quæ ut notant etiam Gavantus *loc. cit. num. 8.* Cavalieri *loc. cit. n. 16.* & alii, concedit Epistolas, & Evangelia unius Missæ dici

posse in alia quacumque Missa pro Defunctis, ibi: *Epistola & Evangelia superius posita in una Missa pro Defunctis, dici possunt etiam in alia similiter pro Defunctis.*

Ubi vero adit usus, seu consuetudo, quam adesse tradit 77 Gavantus *loc. cit. num. 7.* dicenti eandem primam Missam mutatis Orationibus, etiam pro Cardinalibus Defunctis, quamvis Rubrica id explicite non præscribat, cum tamen usus ita declaraverit Rubricam, ut dicit ipse, eadem consuetudo est servanda sicut etiam servanda est alia rationabilis consuetudo, quæ teste eodem *loc. cit. num. 8.* est in plerisque Ecclesiis majoribus Urbis, ut pro Sacerdote Defuncto dicatur Missa secunda mutata oratione; Consuetudo enim est optima Legum interpretis, textu expresso in *L. Si de interpretatione 37. ff. de Legib. & in cap. cum dilectus 8. de consuetudine.*

Notandum est, quod in Missis defunctorum Prosa, seu sequentia *Dies in die illa* dicitur in die commemorationis omnium defunctorum, & depositionis Defuncti, & quandocumque dicitur una tantum Oratione; In aliis autem Missis pro defunctis dicitur ad arbitrium Sacerdotis. Sic expressè Rubrica Missalis *part. 1. tit. 5. de Missis defunctorum num. 4.* Unde dicitur 79 debet in diebus 3. 7. 30. anniversario, & in Missis quibuslibet, quæ pro defunctis solemniter celebrantur, cum hiis in Missis una tantum dici debeat Oratione ex præscripto ejusdem Rubricæ *num. 3.* & quod canenda sit in Anniversariis, expressè decrevit etiam *Sacr. Congr. Conc. in Montis Mariani 30. Januarii 1723. ad 2. dub.* Eius auctor diversis a diversis assignatur. Leander Albertus apud eruditissimum P. Merati in *cit. Rubrica 4. n. 13.* dicit ejus auctorem fuisse Latinum Cardinalem Ursinum, Frangipanium etiam dictum, Ordinis Prædicatorum, cui eam etiam tribuit Marcellus Cavalieri in *Stater a Sacra tit. 2. n. 192.* sequutus a Doctissimo P. Joanne Michaeli Cavalieri in *Agenda Defunctorum cap. 10. num. 8.* Poisevinus in *Apparatu Sacra* adscribi ait Augustin. Bagellensis Pedemontano Ordinis S. Augustini, subdens ibidem verum auctorem esse Humbertum quintum Generalem Ord. Prædicatorum; Arnaldus Wion *lib. 5. ligni vitæ cap. 70.* aserit a quibusdam adjudicari S. Gregorio Magno; & alii eam adscribit S. Bernardo: Verum P. Petrus Antonius de Venetiis in *Viridario Seraphico tom. 5. part. 3.* italice conscripto, dicit fuisse compositam a P. Thoma de Celano Ordinis Minorum Provincia Marchiæ, quod & aserit Lucas Wadingus apud Merati *loc. cit.* quamvis alii apud eundem Wadingum adscribant S. Bonaventuræ, vel Matthæo Aquaporto Ex-Generilibus, & Cardinalibus dicti Ordinis Minorum.

In Missis quotidianis pro defunctis tres regulariter dicuntur 82 Orationes, quæ in Missali assignantur. In his enim Missis quotidianis quoad numerum Orationum servatur eadem regula, ac de feria, & simplicibus, seu semiduplicibus; Cum hac advertentia, quod si Missa applicetur generaliter pro defunctis, dicuntur regulariter Orationes in Missali pro Missis quotidianis assignatæ. At si Missa celebratur pro aliqua, vel pro aliquibus determinatis personis primo loco dicitur Oratione pro iis, quibus Missa celebratur, secunda, & tertia, quæ secundo, & tertio loco ponuntur in Missa quotidiana Defunctorum; Lohner *part. 4. tit. 3. §. 21. n. 4.* Verati *part. 1. tit. 5. n. 12.* Sacerdos autem celebrans, potest secundo loco aliam Orationem ad libitum dicere v. g. pro suis parentibus, vel pro suo Patre, & sua Matre, & hujusmodi, Quarti *part. 1. tit. 5. dub. 1. vers. Respondeo num. 7.* Merati *loc. cit. num. 33.* & S. R. Congregatio in decreto mox adducendo. Et si plures dicuntur Orationes ultimo loco semper est dicenda Oratione Fidelium, 86 quæ est generalis pro defunctis. Sic expressè *Sac. R. Congr. 2. Septemb. 1741.* his verbis: *In missis quotidianis, quæ pro defunctis celebrantur, possunt quidem dici plures Orationes, quam tres: sed curandum, ut sint numero impares. Sicut pro illa Deus venia largitor, potest subrogari alia, nempe pro Patre, pro Matre, &c. dummodo ultimo loco dicatur Oratione Fidelium.*

Juxta Decreta allata supra *n. 4.* Missa solemnis de Requiem præsentem Corpore potest cantari in omnibus Dominicis, & Festis de præcepto, præterquam in duplicibus I. Classis; sed quia adhuc remanebat indecisa controversia, an in eodem Decreto comprehensa manerent cunctæ primæ classis, ut vult Quarti ad Rubricas Missalis *part. 1. tit. 5. dub. 1. n. 7.* an vero duntaxat majora, seu solemniora, ut tradit Pasq. de sacrificio *novæ Legis, tom. 1. q. 285.* ad ipsam dirimendam videtur sufficere sequens Decretum novissime editum a S. R. C. die 2. Septembris 1741. his verbis: *Cum juxta Rubricas Ritualis Romani absque Missa, quantum fieri potest, defuncto-*

rum corpora non sint sepelienda, poterit presente in Ecclesia cadavere unica missa solemnis de Requiem celebrari feria secunda Paschæ; aut Pentecostes. Hæc tamen Missa non decanabitur in duplici primæ classis, etiam non festivo de præcepto, si corpus præfens in Ecclesia non fuerit, aut si fuerit pridie sepultum, per quod Decretum, dum permittit celebrari Missam solemnem præsentem corpore in feriis secundis Paschæ, & Pentecostes quæ sunt festiva de præcepto, & duplices primæ classis, respuendos quacumque alia duplicia primæ classis, occurrentia, non obicere indicatur, quod ex Festis primæ classis solum majora, seu solemniora juxta sententiam. Pasqualigi non admittant Missam solemnem de Requie præsentem corpore, & quod etiam aliqua festa inferioris conditionis, & ritus, si cum majori solemnitate, & concursu populi celebrantur, eodem privilegio, ac honore gaudeant, cum decreto imitatur Rubricis Ritualis Romani, ibi: *Cum juxta Rubricas Ritualis Romani, & ipsæ Rubricæ rit. de exequiis solum obitare velint, magnam diu celebritatem seu solemnitatem; quæ magna frequentia Populi, ut experientia patet. Hinc recte inferit eruditissimus P. Cavalieri loc. cit. cap. 3. decret. 4. num. 5.* quod ex Festis universalibus primæ classis Missam solemnem de Requiem etiam præsentem corpore non admittant Nativitas Christi, Epiphania, dies prima Paschæ & Pentecostes, & Festum Corporis Christi in tota Catholica Ecclesia, ut Festa præcipua solemniore admodum celebrata, ipsis ad eundem Ascensionem Domini, & Deparæ Assumptionem, ac ultimum Triduum majoris Hebdomadæ, in quo juxta decreta supra allegata *num. 4.* & signanter illud 11. Augusti 1736. celebrari non possunt Defunctorum exequiæ, & Officium, ac preces manilatur recitari privim.

87 Quibus adderem in tota universali Ecclesia Festum Ss. Apostolorum Petri, & Pauli, & in tota Seraphica Religione Festum Concept. B. V. M. ex Festis etiam particularibus dictam Missam de Requiem etiam præsentem corpore respuunt duntaxat Festum Titularis, aut Festum alterius Sancti cum maxima solemnitate, & concursu populi celebratum, & apud Regulares Festum eorum respectivi S. Fundatoris, aut Festum alterius Sancti cum magna solemnitate, & frequentia populi celebratum, ne minuat, perturbetur, aut interruptur magna occurrens celebritas aut solemnitas juxta dispositionem Rubricæ Ritualis Romani.

Novæ additæ ex aliena manu.

DE Missis, quas vocant D. Gregorii, vide, si inbet, qui de iis plenius differit, tum plures pro more expendit quaestiones, Pasqual. de sacrific. Miss. tom. 1. a quest. 292. ad 296.

ARTICULUS XV.

In quo pro uberiori notitia adnotantur varia Decreta, & Edicta pertinentia ad celebrationem Missarum, earumque adimplementum, uti reperiuntur impressa in novissimo Bullario Clementis XI.

DECRETA varia ad Missarum celebrationem pertinentia summam collecta, quæ in Missali typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide novissime impresso edita sunt.

Orbis, & Orbis.

Cum occasione &c. Vide in articulo antecedenti sub n. 14. in quo habentur omnia, per extensum.

Decreta varia, & instructio pro accurato perpetuorum onerum Missarum adimplemento.

Affinchè gli obblighi delle Messe perpetue, o a tempo, o Manuali, che dalla provvidenza de' Fedeli Defonti, prima di passare da questa all' altra vita, o dalla Carità de' loro Congiunti, ed Amici, ovvero dalla divozione Biblioth. Ferrar. Tom. V.

di pii Benefattori sono stabiliti con assegnamenti di certi Capitali, o con limosine quotidiane per la Celebrazione di esse, vengano pontualmente adempiti da quelli, che, avendo ricevuti gli emolumenti, sono a ciò tenuti, e le povere Anime purganti ricevano ne' debiti tempi i dovuti suffragi; La Santità di N. S. Papa Clemente XI. inerendo a i Decreti sopra la celebrazione delle Messe emanati in tempo delle SS. MM. di Urbano VIII. ed Innocenzo XII. suoi Predecessori, e rinnovandone la puntuale osservanza sotto l' istesse pene in dette Costituzioni contenute, e per comandamento espresso datoci a bocca ordina, e comanda a tutti i Superiori, Sopraintendenti, Deputati, Sagraffani, Capellani, ed a qualunque altra persona, che con qualsiasi titolo, ed ufficio preside al governo, regolamento, ed amministrazione delle Chiese Patriarcali, Basiliche, Collegiate, Parocchiali, Monasteri, e Conventi de' Regolari, dell' uno, e l' altro sesso, Conservatori, Congregazioni, Ospedali, Confraternite Laicali, e d' ogni altra Chiesa, Capella, ed Oratorio di Roma, che tanto nel ricevere le limosine delle Messe, quanto nel soddisfare agli obblighi nella celebrazione delle medesime, sia inviolabilmente, ed interamente osservata, e praticata la seguente Istruzione sotto pena a quelli, che o in tutto, o in parte la trasgrediranno, della sospensione della voce attiva, e passiva, e delle Cariche, ed Uffizi, se faranno Regolari, ed anche d' altre pene pecuniarie, e repressive Corporali ad arbitrio della Santità sua.

Istruzione per la Messe perpetue.

Si formerà un Catalogo, nel quale si descriveranno distintamente tutti gli obblighi di Messe Cantate, e piane, si perpetui, come ad tempus, da che provengono, le per Testamento, o per donazione, o in altra forma, e non li fondi, che sono stati lasciati per Dote di ciascuna obbligazione, e gli Altari, in cui si devono soddisfare. Il detto Catalogo doveranno esibirlo poi al Signor Angelo Stantelli Computista deputato da sua Santità, che gli farà fatto l' esibito, e gli farà reso. Doveranno inoltre tenere la Tabella distinta di tutti i detti obblighi con la espressione del nome del Benefattore, e indicazione del Testamento, o altro Instrumento, che vi sia, cioè per quali atti, e di che tempo, e ripartitamente con li suoi Colonelli distinti delle Messe cantate, Messe quotidiane, Messe d' ogni mese, Messe d' ogni settimana, o altri obblighi temporanei, che si sono lasciati, che si celebrino con l' espressione dell' Altare, in cui si dovranno celebrare &c. Qual Tabella doverà esser riconosciuta, e sottoscritta da Monsignore Segretario della Sagra Visita Apostolica pro tempore, e Computista Deputato, e debba tener affissa nella Sagrestia in luogo patente, come dispongono le Costituzioni Apostoliche, e che da essa non si possa levare, nè aggiungere partita alcuna, senza ritornare a riconoscersi, e sottoscriversi da medesimo, e succedendo infra Annum qualche lancia, si debba portare tanto il Catalogo: quanto detta Tabella per potersi notare. Inoltre doveranno tener due Libri, uno per gli obblighi perpetui, e l' altro per le Messe avventizie, come dispongono le medesime Costituzioni Apostoliche, e questi doveranno regolarsi nel modo, come si dirà appresso. Il Libro delle Messe perpetue si dovrà intavolare Anno per Anno, e doverà esser finito di intavolare dentro il mese d' Ottobre di ciaschedun Anno per l' Anno avvenire, e nell' mesi di Novembre, e Dicembre esibirli al Computista Deputato da Nostro Signore, acciò riconosca, se non ben intavolati, e li contrassegni, e faccia sottoscrivere a Monsignor Segretario della Sagra Visita Apostolica pro tempore, e li Libri vecchi, in cui appariranno le celebrazioni dell' Anno antecedente, si doveranno parimente esibire al medesimo dentro il mese di Gennaio susseguente all' Anno finito, acciò si riconosca, se si sia adempito a tutti gli obblighi, e non essendo adempito in qualche cosa, si deduca la Causa, acciò si possano pigliare quegli espedienti, che pareanno più propri.

Il modo d'Intitolare detti Libri sarà il seguente; cioè

Si debba tenere un Libro bislongo per le Messe perpetue, nel quale in prima carta si devono descrivere partita per partita gli obblighi delle Messe perpetue, che vi sono, cioè

Table with 3 columns: Description of the Mass, 'Messe cantate', and 'Messe basse'. It lists various masses for the souls of Pietro, Paolo, and Francesco, with corresponding numbers for each type.

... e così di altre, che potessero esservi, andar notando sotto detto rigo ultimo, e chiudere poi la somma dell'intero delle Messe, che si doveranno celebrare in tutto l'Anno, e il medesimo se vi sono altri Anniversari con la medesima dichiarazione, e succedendo poi infra annum qualche altra laudata aggiungerla, come sopra.

Adi primo Gennaio 1705. Giovedì.

Table with 2 columns: 'Num.' and 'Per l'Anima di...'. It lists specific masses for the souls of Pietro, Paolo, and Francesco, including dates like 'detto Venerdì' and 'detto Sabato'.

... In oltre debba ogni Sacerdote, tanto Capellano fisso della Messa quotidiana, quanto ogni altro, che avrà cura di celebrare per gli obblighi infra settimana; celebrato che avrà la sua Messa, notarsi dirimpetto alla sua partita dell'obbligo, per il quale ha celebrato N. N. celebravi;

... Per ovviare a qualche disordine, che potesse succedere, in quelle Chiese, dove vi è maggior numero di Messe per obblighi fissi da celebrarsi, dove si può dar il caso, ch'esigano più Sacerdoti a celebrare nel medesimo tempo, e uno ritornando prima metta il Celebravi in quella partita, che avesse adempito un altro; Si ordina, che il Sacerdote, quando va in Sagrestia per prepararsi, ricorra al Libro, e riconosca la sua partita vacante, dove deve mettere il Celebravi per chi la deve dire, e metta subito il suo Nome, e Cognome. E celebrato, che avrà aggiunto al detto nome Celebravi, che in questa forma segnerà, come sopra, saprà quella, che doverà celebrare, e non ne succederà confusione.

... In caso poi, che in quel giorno che si deve celebrare per

... adempimento dell'obbligo, fosse qualche Sacerdote accidentalmente impedito, onde in detto giorno non restasse celebrata la Messa, dovendosi rimettere dopo, noterà quello che celebrerà N. N. Celebravi sub die tali &c. perché senza detta dichiarazione non verrebbe a corrispondere alla giornata, che vi sarà il Celebravi, come l'altre.

Per le Messe avventizie.

... Si riterrà il solito Libro, nel quale si notano l'Elemosine, che vengono portate da Benefattori, e queste si doveranno descrivere distintamente, se siano Votive, o pro Defunctis, e il numero esprimerlo dentro la partita in lettera con tirarlo fuori per abaco, come per esempio.

Table with 2 columns: 'Messe due per Defonti', 'Messe tre per S. Antonio', 'Messe quattro per S. Francesco' and 'num. 2.', 'num. 3.', 'num. 4.'.

... Le Messe notate in detto Libro si doveranno poi riportare in un altro Libro da tenersi in Sagrestia, nel quale si dovrà notare Messa per Messa ad effetto, che il Sacerdote possa all'incontro mettere il Celebravi nel modo, come si è detto nelle Messe perpetue, e se ne dà la norma come appresso,

Table with 2 columns: 'Messe una per Defonti', 'Messe una per S. Antonio', 'Messe una per S. Francesco', 'Messe una per S. Francesco', 'Messe una per S. Francesco' and 'num. 1.', 'num. 1.', 'num. 1.', 'num. 1.', 'num. 1.'.

... Quelle Messe, che non si faranno finite di celebrare in quell'anno, che si sono avute l'Elemosine, si doveranno riportare nell'anno susseguente, e notarle in prima partita con l'istesso ordine di sopra.

... Procuri pertanto ciascuno di dare pronta esecuzione a quanto si ordina per espresso comandamento di Sua Santità, altrimenti si procederà contro li trasgressori rigorosamente alle pene di sopra comminate. E perchè niuno possa in qualsivoglia tempo all'egare ignoranza di quanto nella sopra espressa Istruzione si prescrive, si doverà in ciascuna Sagrestia delle sopra nominate Chiese, ed Oratori tenere continuamente affisso in luogo visibile un Esemplare del presente Editto, sotto pena, in caso di contravvenzione, di Scudi dieci d'oro da pagarsi irremissibilmente dal Sagrestiano, se sarà Prete secolare, e della privazione della Carica, ed inhabilità a qualsivoglia Ufficio per cinque anni, se sarà Regolare.

Dato il 1. Ottobre 1704. Giuseppe Domenico de Totis Segretario della Sacra Visita Apostolica. Niccolò Pignatelli Commiss. e Fiscale della Sacra Visita Apostolica. Paolo Fatii Not. delle Sac. Cong.

E D I C T U M.

Pro notitiis Missarum onera respicientibus, quæ Secretariæ Sacræ Congregationis a Notariis, & aliis infra statutum tempus exhibendæ sunt.

UNA delle cure principali, che fin dal principio del suo Apostolico Ministero ha cagionata particolar sollecitudine nella Santa mente di Nostro Signore Papa Clemente XI, è sempre stata la premura, che restino adempiti gli obblighi delle Messe, che con pia provvidenza i Fedeli hanno procurato, o in vita, o in morte, di assicurarsi con l'impiego delle proprie facultà per suffragio delle loro anime, o de' loro Congiunti, Benefattori, ed Amici; e potendosi temere, che l'omissione, e le negligenze talvolta praticate nella soddisfazione di detti obblighi, abbiano potuto provocare la divina Giustizia, che non solo faccia provare a' Popoli le gravi percosse del suo flagello, ma anche

... anche maggiori sempre più ne minacci; Pertanto la Santità sua per fottorre il suo Gregge vivente dalle calamità, che gli sovrastano in questa vita, e l'anime de' Fedeli defonti dall'atrocissime pene, che soffrono nell'altra per mancanza dei dovuti suffragi, comandò con ordine datoci a bocca, che si pubblicasse un' Istruzione, in cui era prescritto a tutte le Chiese, e Luoghi Pii di Roma un modo, e metodo universale di formare, e descrivere le Tabelle, ed i Cataloghi degli obblighi delle Messe, ed intitolare i Libri; dove si deve notare l'effettiva celebrazione di ciascuna Messa di mano dell'istesso Celebrante.

... Ed avendo noi fin sotto il 1. Ottobre 1704, per obbedire all' comandamento di Sua Santità, fatta personalmente presentare la detta Istruzione ai Ministri di tutte le Chiese, Luoghi Pii di Roma, dalla pronta esecuzione che ha avuto, e dalla comune osservanza della medesima per due anni già terminati, si è riconosciuto di quanto profitto sia stata per assicurare la piena soddisfazione degli Obblighi delle Messe con indubitabile contentazione, e quiete dell'animo di sua Beatitudine.

... Ma perchè nel confronto, che di ordine parimenti della Santità sua si va presentemente facendo di detti obblighi descritti nelle Tabelle con i Testamenti, ed altri documenti, donde derivano, si è provato in alcuni qualche difetto, o mancanza nei nomi dei Notari nel tempo, e nella quantità con pregiudizio de' suddetti suffragi; ed affinché in avvenire le Tabelle, che di nuovo si formeranno, o le addizioni, che si faranno nelle già formate, de' nuovi obblighi, che giornalmente sopravvengono, sempre appariscano fatte con maggior legalità, e sicurezza, e di loro in ogni tempo si possa avere una piena verificazione;

... La Santità di nostro Signore con ordine datoci a bocca vuole, ed espressamente comanda, che tutti li Capo-Notari, loro Sostituti, e Giovani di qualsivoglia Tribunale Ecclesiastico, e Secolare di Roma, ed anche quelli, che senza avere Ufficio pubblico, si romano nelle loro Case private in detta Città, dopo quindici giorni, che avranno stipolato qualsivoglia contratto tra vivi, in cui vi sia ingiunto obbligo di Messe, o perpetue, o a tempo lungo che passi il decennio, o Anniversari, ne debbano portare, e lasciare nota distinta nella nostra Segreteria, o de' nostri successori dell'Ufficio di Deputato a riconoscere gli obblighi delle Messe, e riportarne la fede dell'esibizione da darli segli gratis, e parimente dopo quindici giorni, che avranno aperto, e pubblicato qualsivoglia Testamento, Codicecillo, o donazione causa mortis di qualsiasi persona anche privilegiata, o privilegiatissima, della quale se ne dovesse fare speciale menzione, benchè fosse Cardinale della S.R.C. dove siano ingiunti pesti di Messe, come sopra, debbano portare, e lasciare l'istessa nota alla medesima Segreteria, e riportarne la fede dell'esibizione sotto pena all' trasgressori di venticinque scudi d'oro da pagarsi per ciascuna Messa, che non averanno adempito quanto di sopra si contiene, da applicarsi una metà all' Accusatore, il quale sarà tenuto segreto, e l'altra metà a' poveri Luoghi Pii, ed anche della Sospensione, e privazione dell'Ufficio, ed altre pene ad arbitrio della Santità sua, alle quali pene faranno ancora tenuti li Notari Padroni per i loro Sostituti, e Giovani.

... E di più vuole, e comanda, che tutti li Parrochi, o altri, che con qualsivoglia titolo esercitano cure d'anime, tanto amovibili, quanto perpetui, Secolari, e Regolari, Confessori, Sacerdoti, e Religiosi di qualsivoglia Ordine, ed Istituto, di qualunque Monastero, Convento, o Ospizio di questa Città, dopo quindici giorni della morte di qualsivoglia persona, come sopra, che gli avrà confidenzialmente lasciato qualche obbligo di Messe perpetue, o a lungo tempo, o anniversari, o che in loro presenza secondo la disposizione della ragione Canonica, avrà disposto Legati di Messe, come sopra, ne debbano portare, e lasciare la nota alla sopradetta Segreteria, e riportarne la fede dell'esibizione, come sopra, sotto pena a' Secolari per ciascuna Messa, che mancheranno, di venticinque scudi d'oro, da applicarsi, come sopra, ed a' Regolari della privazione, di voce attiva, e passiva, ed ambedue della sospensione del loro Ufficio, ed anche pene ad arbitrio della Santità sua.

... In oltre comanda, che tutti li Camerlinghi, ed Uffiziali dei Capitoli di Patriarcali, Basiliche, e Collegiate di

... Roma, e tutti li Superiori, e Sopraintendenti, Rettori, Sagrestiani, e Capellani di qualsivoglia Chiesa, tanto de' Regolari, quanto de' Secolari, e Monasteri di Monache, e Conventuali, e tutti li Prefetti, Guardiani, Proveditori, ed altri Superiori di Confraternite, Oratori, Adunanze, Congregazioni, ed altri Luoghi Pii Secolari in qualsivoglia modo nominati, benchè erette in Chiese, e Case Regolari, che in caso, che da qualsivoglia persona, come sopra, confidenzialmente brevi manu, o per scrittura privata gli fosse consegnata, o in vita, o in morte, qualche somma di danaro contante, o qualche stabile, luogo di monte, credito, o qualsivoglia altro Capitale, con peso di celebrazione di Messe perpetue, o a lungo tempo, che passi il decennio, debbano dopo quindici giorni, che ne sarà seguita l'assegnazione, portarne, e lasciarne la nota alla medesima Segreteria, e riportarne la fede dell'esibizione, come sopra, sotto pena a' trasgressori Secolari di venticinque Scudi d'oro per ciascuna volta, da applicarsi nel modo sopradetto, ed all' Regolari della privazione di voce attiva, e passiva, e ad entrambi della sospensione, e privazione del loro Ufficio, ed altre pene ad arbitrio della Santità sua.

... Intendendo la medesima Santità sua, che nel presente Editto, s'intendano compresi li Parrochi, Vicari perpetui, o Manuali, o altre, che sotto qualsivoglia titolo abbiano l'esercizio di cura d'anime, Confessori, Sacerdoti Secolari, e Regolari, Superiori, Prefetti, Guardiani, Sopraintendenti, Notari, e Segretari di qualsivoglia Chiesa, Confraternita, o altro Luogo Pio, benchè fosse Nazionale, e che godesse qualunque privilegio, elezione, o Indulto Apostolico, benchè fosse per titolo di dotazione, o fondazione, o per qualsivoglia altra causa, alle quali tutte la Santità sua per la piena osservanza di quanto di sopra si contiene con la pienezza della sua autorità specialmente deroga.

... Procuri pertanto ciascuno di prontamente adempire, quanto nel presente Editto si contiene, per non incorrere nelle pene nel medesimo comminate, che contro i Trasgressori saranno puntualmente eseguite. Dichiarando, che il medesimo Editto pubblicato, ed affisso nei soliti luoghi di Roma, obbligherà tutti, come se a tutti fosse perlo, nalmente intimato: quello di primo Febbraio 1707.

Giuseppe Domenico de Totis Deputato dalla Santità di N. Signore.

Paolo Fatii Notaro A. C. e delle Sac. Congreg.

Die, Mensis, & Anno quibus supra, Supradictum Editum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curie Innocentianæ, & in Aede Campi Floræ, ac in aliis locis consuevis per me Angelum de Camillis Apostolicum Cursorem. Pro Mag. Cms. Sebastianus Vasellus Cms.

E D I C T U M.

Quo plura statuuntur, atque mandantur pro sedulo Missarum onerum adimplemento, eorumque in destinatis Libris descriptione.

AVENDO la Santità di Nostro Signore Papa Clemente XI. con Editto emanato sotto il primo di Ottobre 1704, già prescritto il metodo, che universalmente deve osservarsi nell'adempimento degli obblighi di Messe, tanto perpetue, quanto manuali, ed avendo con altro simil Editto sotto il primo di Febbraio 1707, providamente ordinato, che si diano nella nostra Segreteria le notizie de' nuovi pesti di celebrare negli Altari, o Chiese destinate da' Testatori, o pii Benefattori; quindi è, che inerendo agli accennati Editti con rinovare la puntuale osservanza sotto le medesime pene in essi contenute, e volendo con il suo Santo Zelo sempre più provvedere al totale adempimento de' i sopra nominati obblighi di Messe, per ordine espressamente datoci a bocca precipitamente vuole, e comanda; Che tutti li Capellani, e Sacerdoti, Canonici, Abbati, Rettori, Beneficiati, ed altri di qualsivoglia stato, grado, e condizione, anche privilegiati, e privilegiatissimi, degli

delli quali se ne dovesse fare speciale menzione, tanto Secolari, quanto Regulari di qualsivoglia Ordine, ed Iniziativo, compresi anche le undici Congregazioni, e li Padri Gesuiti, di qualunque Monastero, Convento, Ospizio, Oratorio, Chiesa, ed altro luogo Pio di quest'Alma Città di Roma, che hanno il peso di celebrare le Messe in un Altare certo, e determinato, debbano per l'avvenire celebrarle nel medesimo, e non in altro Altare, benchè ugualmente, o più privilegiato. Ed acciò apparisca tale adempimento, dovranno li suddetti, che avranno celebrato, notare di proprio carattere la celebrazione nel libro, che nelle Sagrestie si ritiene a tal effetto, con l'espressione dell'istesso Altare, come per esempio, se si hanno da celebrare le Messe nell'Altare di San Francesco, debbano scrivere di proprio carattere la celebrazione in questa forma, cioè *Ego N. celebravi ad Altare S. Francisci*; ovvero essendo notato l'Altare nel foglio contrapposto, possono scrivere in questo modo *Ego N. celebravi ad conscriptum Altare*, e così dovranno fare di altro Altare, se l'obbligo sarà in altro Altare, altrimenti incorreranno ipso facto nella pena di 10. scudi d'oro per ogni volta, che contraveranno, da applicarsi la metà all'Accusatore, e l'altra metà a'luoghi Pii ad arbitrio della Santità sua, e saranno tenuti a celebrare di nuovo le Messe celebrate, o fatte celebrare in altro Altare, ovvero non notate nella forma già detta, come se non fossero in modo veruno adempite. E se saranno Regulari, quelli, che in qualunque modo contraveranno a quanto nel presente Editto si contiene incorreranno ipso facto nella pena della sospensione dall'Uffizio, e della privazione della voce attiva, e passiva, ed anche tanto contro i suddetti Secolari, quanto Regulari si procederà ad altre pene ancora maggiori ad arbitrio di sua Santità. E contro i Sagrestiani, ed altri Soprintendenti alle Sagrestie, che non invigileranno alla puntuale osservanza di tale adempimento si procederà rigorosamente con simili, ed altre pene ad arbitrio di sua Beatitudine.

Similmente ordina, e comanda, che le Messe perpetue dalla pia disposizione de' Fedeli lasciate da celebrarsi in una certa, e determinata Chiesa, non possano in conto alcuno celebrarsi o farsi celebrare in altra Chiesa, e molto meno fuori di Roma; ancorchè l'altra Chiesa tanto dentro la Città, quanto fuori, fosse dipendente dalla Chiesa, dove sono state destinate le Messe, o fosse della stessa Religione, e dell'istesso Istituto. E quelli, che in qualunque maniera contraveranno, incorreranno nel medesimo modo nelle pene già sopra espresse.

Finalmente essendosi ordinato sopra il primo di Ottobre 1704. nel soprannominato Editto, o Istruzione da osservarsi per l'adempimento degli obblighi delle Messe, che il Libro delle Messe perpetue debba intavolarsi anno per anno, ed esser finito d'intavolarsi dentro il Mese di Ottobre di ciaschedun anno per l'anno avvenire, e nell' Mese di Novembre, Dicembre esibirsi al Computista deputato della medesima Santità sua, ed essendosi per l'esperienza riconosciuto, che l'istesso in detto tempo genera qualche confusione, ed incomodo, perchè molti portandolo nel fine del mese di Dicembre, non possono poi subito per l'angustia del tempo, dentro il quale non può il Computista riconoscere tanti libri, nel principio del nuovo anno riaverlo, ed in conseguenza notare in esso la celebrazione delle Messe, ma sono forzati a notare la celebrazione in foglio volante: perciò la Santità sua non cessando di sempre più procurare il miglior, e più facile modo di adempire li obblighi delle Messe, confermando in tutto, e per tutto il nominato Editto, o Istruzione, e solo in questa parte moderandolo, espressamente ordina, e comanda, che li Libri delle Messe perpetue per gli anni avvenire, debbano intavolarsi dentro il Mese di Settembre, ed esibirsi al detto Computista dentro il Mese di Ottobre sotto le medesime pene ai Tragressori già nell' accennato Editto contenute.

Avverta dunque ciascuno di potualmente adempire quanto nel presente Editto si prescrive, altrimenti incorrerà irremissibilmente nelle pene in esso comminate, ad anche in altre maggiori ad arbitrio di sua Beatitudine. Ed acciò niuno possa in qualsivoglia tempo allegare ignoranza di quello si contiene in questo Editto, si doverà in ciascuna Sagrestia di tutte, e singole Chiese, e Luoghi Pii di Ro-

ma tenere continuamente affisso in luogo visibile un esemplare del medesimo Editto, sotto pena in caso di contravvenzione di Scudi dieci d'oro da pagarsi irremissibilmente dalli Sagrestiani, o Soprintendenti alle Sagrestie, se saranno Preti Secolari, e della privazione dell'Uffizio, della voce attiva, e passiva, e dell'Inabilità a qualsivoglia Uffizio se saranno Regulari, dichiarando però, che questo Editto pubblicato, ed affisso ne' soliti luoghi di Roma, obbligherà tutti, e singoli, come se a tutti e singoli fosse personalmente intimato.

Quello di 25. Gennaio 1708.

Leonardo Antonio Ghezzi Seg. della Sagra Visita Apostolica.

Niccolò Pignatelli Commisario, e Fiscale della Sagra Visita Apostolica.

Paolo Fatii Nor. delle Sagre Congreg.

Die, Mense, & Anno, quibus supra, supradictum Editum affixum, & publicatum fuit ad valvas Magnæ Curie Innocentianæ Montis Citatorii, in acie Campi Floræ, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Antonium Placentinum SS. D. N. Papæ Curior.

Pro D. Mag. Curs. Sebastianus Vafellus.

E D I C T U M,

Quo precedentes Ordinationes instaurantur, ac plura 5
insuper alia pro accuratiori onerum Missarum
adimplemento statuuntur.

LA Pastorale sollecitudine di Nostro Signore già mai si stanca di pensare a stabilire un perfetto regolamento, perchè totalmente si adempiano i Legati, e pesi delle Messe, e ne ricevano il dovuto, e pronto Suffragio le Anime de' Defonti, ed ajuto, e grazie li Fedeli, che non li trascurano; Perciò avendo nell'anni scorsi fatto pubblicare alcuni Editti, per mezzo de' quali si è ottenuto nella maggior parte il bramato fine, ne rinnova ora con tutto il fervore, autorità, e comando quanto in essi viene prescritto, e sentendo tuttavia inorgere alcuni abusi nell'adempimento di molti Legati, a cui possa darli più opportuno rimedio, con comando espresso datoci a viva voce, vuole, che si pubblicino li ordini seguenti.

Primieramente per li Legati di Messe, che restano in arbitrio di poterli soddisfare in quella Chiesa, o Chiesa dove parerà, e piacerà a gli Eredi, o altri; che abino per qualunque titolo l'obbligo ingiunto di adempirli, siano tenuti li detti Eredi, o altri, come sopra tanto Ecclesiastici, quanto Laici di qualsivoglia stato, grado, e condizione in fine d'ogni anno portare le giustificazioni del loro adempimento nella Computataria della Sagra Visita, nella quale se ne riterrà registro in libro a parte, e verranno riconosciute da uno de' Computisti a tal fine deputato, e sottoscritto da Monsignor Segretario della Sagra Visita Apostolica pro tempore, sotto pena a' Contraventori di Scudi 25. d'oro da applicarsi la metà al denunziante, che sarà tenuto segreto, e l'altra metà in beneficio de' poveri Luoghi Pii, e se saranno Regulari incorreranno nella pena della sospensione dall'Uffizio, e della privazione della voce attiva, e passiva, oltre ad altre pene anche maggiori ad arbitrio di sua Santità e della Sagra Congregazione della Sagra Visita.

Ordinando e dichiarando, che le giustificazioni da esibirsi, come sopra, debbano contenere la celebrazione delle Messe notata giorno per giorno dal Celebrante in un foglio e libretto particolare con la sottoscrizione in fine del Rettore, o Sagrestiano di quella Chiesa, o Chiesa, nelle quali si saranno celebrate; E per la celebrazione delle Messe, che per disposizioni de' Benefattori, o per speciale Indulto si faceste fuori di Roma, le dette giustificazioni debbano essere legalizzate dalli Ordinarij de' Luoghi, se li Celebranti saranno Sacerdoti Secolari, e se Regulari, da Superiori Maggiori della loro Religione.

E quando il Benefattore ha ingiunto il peso agli Eredi, o altri di dichiarare la Chiesa, dove abino a celebrarsi le Messe, siano quelli tenuti sotto le pene suddette dentro sei Mesi determinare la Chiesa, nella quale abbia a farsi l'adem-

si l'adempimento, e registrarli nella Tabella di detta Chiesa.

Ordina parimente la Santità, sua, che tutti li pesi di Messe perpetui, o a lungo tempo, che passì li dieci anni, li quali sino al presente non si trovarono espressi nelle Tabelle di quelle Chiese, in cui devono soddisfarsi, o perchè Pubblico di soddisfarli spettava ad altri; Secolari, o Regulari, o Luoghi Pii, o pure perchè sin ora si sono fatte, soddisfarsene, come se fossero Messe avventizie, per l'avvenire si aggiungano alle dette Tabelle, con l'espressione, che il peso di farsi soddisfare spetta a tali Eredi, Legatarj, o altri. E per la più pronta, e facile esecuzione, si ordina alli Eredi, Legatarj, o altri, come sopra, che non trovandosi espressi gli accennati pesi nelle Tabelle di quelle Chiese, dove gli devono far soddisfare, nel termine di sei mesi, ne portino la notizia in detta Computataria sotto le pene di sopra espresse.

In oltre la Santità sua vuole, e comanda, che l'erezione delle Capellanie, o assegnamento de' fondi per peso di Messe ingiunto da Benefattori, si faccia sollecitamente, e perciò nel termine di sei Mesi, dovranno gli Eredi, o altri come sopra, far constare in detta Computataria l'erezione, o assegnamento de' fondi. E quando per qualche giusta e ragionevol causa si richiedesse maggior tempo, dentro il medesimo termine di sei Mesi, dovrà impetrarsi una propria competente.

Essendo per tanto tutti questi ordini diretti a togliere gli abusi, e mantenere con facilità, ed esattezza l'adempimento de' Legati Pii, procuri ciascuno prontamente eseguire quanto nel presente Editto si contiene, e per secondare con la dovuta ubbidienza, la retissima intenzione di sua Beatitudine, e per non incorrere nelle pene in esso comminate, le quali irremissibilmente si eseguiranno contro gli Tragressori; Dichiarando, che il medesimo Editto pubblicato, ed affisso ne' soliti luoghi di Roma obbligherà tutti, come se a tutti, e a ciaschedun di loro fosse personalmente intimato. Ed acciòchè in qualsivoglia tempo avvenire nessuno possa allegare causa d'ignoranza di quanto nel presente Editto si contiene, si dovrà, in ciascheduna Sagrestia di qualsivoglia Chiesa, e Luogo Pio di Roma tenere continuamente affisso in luogo visibile un esemplare del medesimo Editto sotto le pene sopra espresse in caso di contravvenzione.

Dato li 18. Settembre 1710.

A. M. Pallavicini Segr. della Sag. Visita Apostolica. Gaetano Ivones Commisario, e Fiscale della Sagra Visita Apostolica.

Paolo Fatii Nor. A. G. e delle Sac. Cong.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradictum Editum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Magnæ Curie Innocentianæ, ac in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis, ut moris est, per me Hieronymum Erbano SS. D. N. Papæ Curior.

Missarum celebratio, & applicatio probatur juramento celebrantis; ipsi enim id asserenti cum Juramento credendum est, licet in libro ad hoc parato, per incuriam, oblivionem, vel alia de causa non reperiat descriptus; quia ea, que pendet ab animo & conscientia, legitime probantur juramento; ex punctuali & notabili Glossa cap. Significasti 16. verb. Si est ita, de homicid. Sic expresse Monacell. in Formula:io legali practico tom. 2. tit. 13. formul. 2. n. 46. afferens ad id Decretum Sac. Congregat. Concilii in una Civitat. Plebis sub die 17. Martii 1704. & testans de communi DD. Dictum autem Celebrans, qui Missas celebratas in libro ad hoc parato non notavit potest ab Ordinario multari. Monacell. loc. cit. ex Gavanti in Manu illi Episcop. verb. Missa num. 60. & Concil. Mediolan. Provincial. VII. part. 1. tit. de Missis, ubi Rectores Ecclesiarum carentes dicto libro multantur aureo nummo, & Sacerdotes non scribentes duodecim solidis.

Si Ecclesia, & loca pia careant redditibus, adeo ut non possint licite illos erogare in expensas pro Missarum celebratione, fas ejus administratoribus est aliquid subtrahere de consueta elemosyna, quantum necesse est pro celebratione illius Missæ, ut ex Decreto Urbani VIII. certum est. Sed ex pluribus decretis Sacræ Congregationis eruitur, detrahi in eo casu aliquid posse ex elemosyna in Missis perpetuis;

tunc autem videndum est, num adsit aliquis, qui sit obligatus supplere, & num potius supplendum sit recurrendo pro diminutione numeri Missarum.

Sive autem Ecclesia sit pauperula, sive non, non potest aliquid exigi ab iis Sacerdotibus, qui sponte religione ducti veniunt in aliqua Ecclesia celebraturi, sicut etiam ab iis, qui ab administratoribus Ecclesiæ elemosynam nullam recipiunt.

Jure tamen exigitur hæc detractio ab iis, qui omnino ibi celebrare volunt, nec Ecclesia habet de suo quomodo utentibus provideat, nec de suo providet ille, qui elemosynam suppeditavit. Hæc omnia ex Tract. Benedicti XIV. De sacrif. Missæ lib. 2. cap. 24. §. 13.

De elemosynis receptis pro Missis Sacristæ Regulares tenentur illas ponere in arca duabus clavibus obsecrata, quarum alteram tenere debet Superior localis, alteram unus ex Regularibus a Capitulo deputatus; ac deinde satisfactio- ne eandem Missarum tenentur reddere rationem coram Patribus discretis, ut ex Decreto Urbani VIII. ab Innocentio XII. confirmato constat. Infit. Eccl. 72. §. 29.

Benedictus XIII. in Romano Concilio Præfectos Regularium, monuit, ne in taxanda pecuniæ summa pro Missis perpetuis sexaginta scuta Romana desinerent non excedendo, nec minuendo. De sacrif. Missæ lib. 3. cap. 22. §. 9.

Episcopus potest quidem visitare Parochiales Ecclesias Regularium; sed num possit etiam recognoscere de oneribus Missarum, an sit impleta, requisita fuit Sac. Congregatio, & nondum prodit responsum. Potest tamen Episcopus inquirere, num Parochus Regularis singulis diebus festis pro populo celebraverat, cum id concernat curam animarum, de qua jus est inquirendi Episcopo in Visitatione. De Syn. Diac. lib. 13. cap. ult. nov. edit. Fas est tamen Episcopo visitare Confraternitates laicorum in Ecclesiis Regularium erectas, & Altare, si illis incumbit onus manutendi; & onera Missarum, ad quæ Confraternitates illæ tenentur. Ibid. §. 6.

Si Testator Missas reliquerit quotannis celebrandas in Ecclesiis Regularium; & hæredi suo permiserit, ut designet Sacerdotem, per quem celebrari debeant, non possunt Regulares exigere, ut unus ex suis designetur, quin præstare debent patientiam, ut ab eo, quem hæres designavit, in suis Ecclesiis celebrentur, dummodo tamen dentur fructuariorum, ut ex responso Sac. Congr. Ibid. §. 7.

A mandatis, & monitoriis &c. per que retardetur executio provisionum & statutorum pro divino cultu conservando, & augendo; præsertim circa Missæ celebrationem, ad executionem Decretorum Tridentini sess. 21. de Ref. cap. 8. & sess. 22. in Decret. de observ. & evitand. in celeb. Missæ, ne recipiatur in Tribunali actus judiciales, per quos eorum executio impediatur, sancitum est a Pontifice in Bulla Ad Militantis Bullar. Tom. 1. num. 48. §. 6.

ARTICULUS XVI.

Missæ, a quibus, & quibus in locis audiri possit, & debeat?

Omnes Fideles usus rationis capaces non legitime impediti, cujuscumque sint status, & conditionis, tenentur integram Missam audire singulis diebus Dominicis, & Festivis sub peccato mortali, cap. Missa 64. de consecration. dist. 1. cap. Omnes Fideles; cap. 2. de Parochis, cap. Ut Dominicis, cap. Si quis, & cap. Qui die, de consecrat. dist. 1. Concil. Agatheni. cap. 47. Concil. Matiscon. II. cap. 4. Dixit integram Missam, quia juxta Canonem Missæ 64. de consecrat. dist. 1. non debet populus ante benedictionem Sacerdotis egredi, & ab Innocentio XI. die 2. Martii 1670. damnata fuit hæc propositio, quæ est 53. in ordine; Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, immo quatuor simul a diversis celebrantibus audit. Unde probabilis (a) non satisfaciunt præcepto de audiendo Sacro, etiam qui

(a) Non solum probabilis, ut dicit Auctor, sed prononcusso est tenendum, præcepto de auditione sacri non satisfieri, nisi idem sacrum audiat ab uno eodemque Sacerdote.

qui successive a diversis celebrantibus absque justa causa audiunt duas medietates, v. g. a consecratione usque ad finem ab uno, & postea a principio usque ad consecrationem ab alio Sacerdote; ut solide probat Lugo de Sac. Eucharistia disp. 22. sect. 1. num. 8. citans pro se Azorium, Toletum, Fagundez, Suarez, Cominch., Reginald., & alios; opinio enim contraria videtur virtualiter comprehendi in damnatione mox recensitæ propositionis 53. propter eandem rationem. Partem notabilem Missæ omittere est peccatum mortale: parvam autem omittere est solum veniale, si nulla justa causa interfit. Et parva pars censetur communiter a Doctoribus omisso usque ad Epistolam exclusive, & a Communionem usque ad finem; & sic excusantur a mortali, qui Missam audiunt a principio Epistolæ, seu etiam Evangelii secundum multos usque ad finem, vel etiam ab initio usque ad Communionem, cum sic non omittant partem notabilem, uti esset media, vel tertia pars, ex qua sic notabiliter desiceret contra præceptum de audienda tota Missa inditum a Concilio Agathensi, cap. 47. his verbis; *Missas de die Dominico secularibus totas audire speciali ordine precipimus, & in cap. Omnes fideles, de consecrat. dist. 1. his præcisus verbis. Omnes fideles, qui conveniunt in solemnitatibus sacris ad Ecclesiam, & Scripturas Apostolorum, & Evangelium audiant: qui autem non perseverant in oratione, dum Missa peragitur, conventi communione privari.*

Dixi non legitime impediti, quia impediti aliqua potentia, sive physica, sive morali, aut aliquo officio, seu rationabili motivo excusantur a præcepto audiendi Sacram, uti sunt infirmi, carcerati, domi sequestrati, navigantes, excommunicati, interdicti, milites custodientes castra, & Urbes si suo muneri desse non possunt, Pastores ovium, & similes, qui non habeant alios, quos ad eorum custodiam relinquunt, nec possint diversis horis, & alternis vicibus omnes Sacro interesse; Matres, & Custodes infirmorum, si non habeant, quos relinquunt ad custodiam infantulorum, & infirmorum, qui possent pati periculum; Timentes prudenter grave damnum sibi, aut aliis, si exirent de domo; Habentes gravia negotia expedienda, quæ sine magno incommodo differri non possunt; Itinerantes, qui nequeunt Sacram audire: nisi amittant socios, sine quibus, vel viam ignorant, vel prudenter timent latronum periculum aut aliud grave malum; Habentes graves difficultates adeundi Ecclesiam ob distantiam loci, ob difficile iter, ob pluviam, & similia: Mulieres gravidae si graviditates sint periculosæ; Non habentes vestes suo statui convenientes: mulieres ex consuetudine patriæ non egredientes tempore luctus, & post partum, dummodo non exeant ob alias causas; Uxores ob Zelotypiam a Maritis impeditæ (a); femine ex occulta fornicatione prægnantes, si metuunt exire, ne reæ se cognoscantur; ignorantibus invincibiliter, & inculpabiliter inadvertentes tali die currere Festum de præcepto. In omnibus enim recensitis casibus, & consimilibus, excusantur fideles ab obligatione audiendi Missam ex communi Doctorum; Cum hæc sit mens Ecclesiæ præcipientis instar discretæ, & benignæ Matris nolentis obligare cum tanto rigore. Non excusantur autem Domini, nec famuli, qui ob parvum lucrum per occupationes impediuntur ab audienda Missa juxta Canonem *Non putatis dist. 89. vide verb. Vidua n. 9.*

Fideles audiendo Missas in Ecclesiis Regularium satisfaciunt præcepto de audiendo Missam, ex Declaratione Leonis X. data 13. Novembris 1517. in Constitut. incip. *Intelleximus* qua est tenoris, qui sequitur: „Intelleximus, quosdam in dubiis revocare, & perinde timoratis conscientis scrupulum injicere, si Christiani fideles, qui Dominicis, & Festis diebus extra Ecclesias suas Parochiales Missas audiunt in Ecclesiis Fratrum Ordinum Mendicantium, Ecclesiæ præcepto de Missa audienda satisfaciunt. Nos enim ambiguitatem hujusmodi penitus tollere volentes, ut cum sinceriori conscientia Fideles quique Deo Creatori suo serviant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium notum facimus, omnes Christiani fideles utriusque sexus, qui (non contempto proprio Sacerdote Parochiali) in Ecclesiis Fratrum Or-

„dinum Mendicantium, Dominicis, & Festis diebus. Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missa audienda, nec in aliquam labem mortalitatis peccati, penamve incur- rere. In contrarium facientibus non obstantibus quibus- cumque, &c., ex Paulo III in sua Extravaganti emanata Kalendis Novembris 1549. incip. *Licet debitum* qua omnibus Christianis conditionis, qui verbi Dei predicationibus in templis ejusdem Societatis (Jesu) interfuerint, concedit, ut ibidem Missas audire & Sacramenta recipere libere & licite valeant, neque ad id Parochiales Ecclesias accedere teneantur; ex S. Pio V. in sua Constitut. edita 16. Maii 1567. incip. *Etsi mendicantium*, in qua Summus ille Pontifex refert vexationem, de qua religiosi Mendicantes querebantur apud Episcopos, & Sacerdotes: *Aliqui vero*, inquit, in suis Parochianos ad sonum Campanæ excommunicationem promulgant, ut non possint interesse Missis, Concionibus, & Divinis Officiis, nisi in propria Parochia. En causa expostulationis, circa quam S. ille Papa decidit, Concilii Tridentini Decretum, explicans his verbis: *Et insuper* sessio 22. Decretum quod populum sæpe ad suas Ecclesias, saltem Dominicis, & Majoribus Festis diebus convenire debere movet, insequendo, volumus, quod Fratres mendicantes hujusmodi, non solum prohiberi non possint, ne Missas, & alia Divina Officia faciant in eorum Ecclesiis &c. Quicumque utriusque sexus Christiani, les totius anni tempore illas, & illa (Missas, & Divina Officia) in Ecclesiis Fratrum hujusmodi audire possint, ipsi Christiani desuper molestari, aut impedi per Locorum Ordinarios, seu Rectores Parochialium Ecclesiarum non valeant, seu debeant. Sed presertim Christiani audiendo Missas, & alia Divina Officia in Ecclesiis Fratrum hujusmodi, diebus Dominicis aut Festis præcepto Ecclesiæ de illis audiendis satisfecisse censentur. Et ex Clemente VIII qui anno 1592. 22. Decembris contrariam opinionem circa hanc controversiam Duaci excitatam expresse dirimit his verbis: *Proferenti nostro decreto sancimus licere secularibus Christianis universis Missas diebus Dominicis, & Festis aliis majoribus audire in Ecclesiis Fratrum Prædicantium quam aliorum Mendicantium, nec non etiam Collegii Societatis Jesu, juxta eorum Privilegia, & antiquas consuetudines, dummodo id in contemptum Parochialium Ecclesiarum non faciant: & tam dictis Parochialibus Prædicantibus, ac Presbyteris dictæ Societatis, quam aliis privilegiatis, quibus id a Sede Apostolica indultum est, idoneis & ab Ordinario approbatis, peccata sua, etiam Quadragesimali, & Paschali, & quovis alio tempore confiteri licite possent.*

Ex quibus patet, non posse fideles constringi ad Missam audiendam in Ecclesia Parochiali. Sac. Congregat. 10. Octobris 1581. In Tridentino enim sess. 22. Decret. de observandis, & evitandis in celebrat. Missæ solum dicitur: *Moneant Episcopi populum, ut frequenter ad suas Parochias saltem diebus Dominicis, ac Majoribus Festivitatibus accedant.* Et Sac. Congregat. Concilii Tridentini declaravit: *Non posse Ordinarium multatis, & panis cogere populum ad audiendam Missam, aut Concionem in propria Parochia, etiam in casu negligentie, aut contumacie, ut refert Azorius tom. 1. lib. 7. cap. 8. quest. 6. Lugo de Eucharist. dist. 22. sect. 1. num. 2. & alii.* Nec ullam censuram meretur, qui docet in foro conscientie nullum teneri in diebus Festis Parochiæ suæ interesse ad Missam audiendam, ut declaravit Alexander VII. in speciali decreto anno 1659. die 30. Januarii emanato.

Fideles satisfaciunt præcepto, audiendo Missam etiam in Oratoriis, & Cappellis Domesticis Regularium, cum in ipsis ex privilegiis possint quotidie celebrari plures Missæ etiam a Sacerdotibus secularibus, cum sit privilegium locale, quo gaudere possunt omnes. Sacra Congregat. Episcop. & Regular. in Bononiens. 31. Maii 1602. in Tarant. 25. Maii 1618. & Congreg. Concil. in Neapolit. & Brundisim. 8. Augusti 1615. Immo etiam in Cappellis Regularium rusticis (b), seu Oratoriis sitis in eorum Grangiis, seu prædiis ruralibus Gregor. XV. 24. Septembris 1622. & Congregat. Concilii 6. Martii 1621. & sic plurimi Doctores sustinent etiam privi-

privilegio concessio ab Alexandro VI. Cisterciensibus relato a Rodriguez tom. 2. quest. 75. art. 2. & Pellizar. in manual. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. num. 134. Satisfaciunt audiendo Missam in Oratoriis & Cappellis Cardinalium. Sac. Congregat. Conc. 1. Februarii 1623. & Episcoporum ex Sac. Congregat. Conc. 22. Septembris 1640. Etiam in Oratoriis de licentia Episcopi erectis in quibusdam domibus dummodo ad ipsas domibus ita sint separata, ut per eas ad illam minime iri possit, & a via publica pateat cunctis accessus. Sac. Congregat. Episcop. & Regular. in Conimbricens. 1. Julii 1616. In Oratoriis vero privatis, quæ a Sede Apostolica aliquibus in propriis domibus solent concedi, satisfaciunt audiendo Missam solummodo in Indulto privilegiati. Ut autem sciatur quinam sint privilegiati, nec ne adducuntur clausulæ, quæ in similibus Indultis solent impresentiarum regulariter apponi. *Volumus autem, quod familiares servitii tuis tempore dictæ Missæ actu non necessariis ibidem Missæ hujusmodi interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus Festis de præcepto minime liberi censentur.* Pro infirmo autem etiam solet apponi sic: *Tibi, ut etiam diebus, ut præfertur, exceptis, si in illis ob infirmitatem Domogredi non poteris, in dicto Oratorio prædictam unicam Missam celebrari facere, ac illam cum una persona servitii tuis necessariis dumtaxat audire libere, & licite valeas.* Vel sic: *In tua adivna persona servitii tuis necessariis dumtaxat presentia celebrari facere libere, & licite possis, & valeas.* Volumus autem quod alii præter prædictam personam Missæ ejusmodi ibidem interessentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus Festis de præcepto minime liberi censentur. Et pro Oratorio rurali solet poni sic: *In tua, ac familia, & Hospitium Nobilium tuorum presentia celebrari facere libere, & licite possis.* Volumus autem, quod familiares servitii tuis tempore dictæ Missæ actu non necessariis ibidem Missæ hujusmodi interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus Festis de præcepto minime liberi censentur.

Ex istis igitur, & similibus clausulis manifeste patet, quod familiares, seu famuli Indultarii in ejus domo inservientes, & ejus expensis viventes, nisi in actu celebrationis Missæ servitio Domini necessarii sint, Indulto gaudere non possunt: sed ut præcepto Ecclesiæ de audienda Missa diebus Festis satisfaciunt, ad Ecclesiam accedere tenentur, non obstante, quod penes quosdam contrarius usus oppositum admittat, quia iste usus est corruptela, & perniciosus abusus contra expressam intentionem Pontificis, ut clare patet in prima clausula, *volumus autem quod familiares servitii tuis tempore dictæ Missæ non necessariis &c.* Nec valet dici, quod prædicta clausula apponatur in Indulto de stylo potius Officialium, Secretariæ Brevium, quam de intentione vera Papæ, quia talis conditio (quæ est quinta tenoris sequentis: *quinto, ut qui ibidem Missam audiunt, non liberentur ab obligatione accedendi diebus præceptis ad Ecclesiam pro Missis audiendis præter eos famulos, & famulas tantum, qui servitio Domini, cui facultas conceditur, fuerint necessariis*) fuit de voto Sacræ Congr. Concilii, Papa approbante, & mandante in hujusmodi Indultis appolita in una Minervin. 4. Maii 1604. prout refert Fagnan. in cap. *Auctoritate* post num. 22. de censibus, & Nicol. Lucubrat. Canon. lib. 5. tit. 33. de privileg. & excess. post num. 7. Ampl. 7. Unde cum talis conditio ponatur in Indultis, de intentione expressa Pontificis, & declaratione Sacræ Congr. Concilii est omnino servanda non obstante aliquorum contraria observantia, & abusu; qualibet enim magis lata interpretatio, nec in mente, nec in verbis comprehenditur Pontificis, cum ipse in Indulto personas digito designet, & famulis actu non necessariis Indultum non suffragari expresse declarat. Immo addo, quod cum die 31. Julii 1706. in Auximana transcripta fuisset in folio Sac. Congr. Concilii dicta clausula Brevis, & propositum fuisset dubium; *An in vim dicti Brevis satisfaciunt præcepto Missæ in diebus Festis omnes famuli Commensales vel quinquam in casu? Rescriptum fuit? Dilata juxta mentem;* & mens fuit, quod Orator peteret declarationem a Papa; Ideoque si Sacra Congreg. Concilii noluit apponere manum propter satis claram mentem Papæ in dicta clausula expressam, nemo poterit illam latius, quam sonet, interpretari, & declarare. Indultarii autem, qui in suis Indultis majora habent privilegia, & ampliores clausulas, possunt iis libere, & licite uti sine ulla restrictione, cum hic sit sermo solummodo de Indultis, quæ communiter, & regulariter juxta communes clausulas solent concedi; Adeoque attendenda sunt pro observantia Ferrer. Bib. lib. Tom. 7.

Indultariorum Indulta. In Oratorio rurali ultra dimidium 24 milliare ab Ecclesia diuitate satisfaciunt omnes familiares, cum propter talem distantiam, & longam moram accessus, & recessus, ne servitium Domini patiantur, omnes dicantur actu necessarii: sicuti etiam tempore hyemis, & magnæ pluvie ex Monacell. tom. 4. num. 489. Concessio privilegio Domino, & famulis eidem inservientibus, absente Domino, famuli audientes Sacram non satisfaciunt præcepto, ex decreto Clementis XI. 15. Decembris 1703. Si autem Dominus, auditio Sacro in Ecclesia, ex devotione iterum audiat solum Sacram in suo privato Oratorio, tunc familia, & famuli actu domino inservientes satisfaciunt præcepto audiendi Sacram, cum facultas concessa Domino audiendi Sacram in proprio Sacello non sit solum ad audiendum illud pro satisfactione præcepti, sed etiam ad audiendum ex devotione, sicuti non est concessum familiaribus, & famulis solum satisfacere præcepto, quando interfert cum Domino, vel inserviunt ei audienti ad satisfaciendum præcepto, sed quoties cum eo interfert, & ei inserviunt, sive audiat ex præcepto, sive ex devotione. Celebrato in ipso privato Sacello uno Sacro, non potest illa die aliud celebrari, neque per Regulares, ex cit. decret. Clementis XI. 15. Decembris 1703. Familiares autem sunt solum illi, qui expensis ejus, cujus dicuntur familiares, continuo vivunt, & morantur cum eo, indeque continui commensales dicuntur, cap. *Sicut nobis, de verborum significatione* in 6. Barbosa appellat. 96. num. 1. ubi cum aliis dicit, quod duo debent concurrere copulative, quod scilicet inserviant actu, & vivant expensis Domini. Et appellatione familiaribus, quæ in privatis Oratoriis potest audire Missam, veniunt omnes illi, qui habitant in domo privilegiati cum quadam habitudine ad illum, uti sunt Pater, Mater, Nurus, Gener, Uxor, Filii, Filia, Nepotes, Pronepotes, & alii quicumque de parentela habitantes, & conviventes cum illo. Filii vero, ac Filia privilegiati, eorumdem Uxores, ac Viri non gaudent hoc privilegio, si habitent in eadem domo, sed vivant separatim propriis expensis, quia istæ personæ constituunt familiam omnino distinctam a privilegiato, cum vivant propriis expensis, habeant omnia servitia, & suos famulos seorsim a familia privilegiati expensis, prout requiritur, ex cap. *Sicut nobis, de verborum significatione* in 6. (a) Alia vide verb. *Oratorium*, ubi late de omnibus clausulis.

ARTICULUS XVII.

Missæ quomodo debeat audiri, & quanam requirantur ad satisfaciendum præcepto eam audiendi?

Missæ debet audiri cum omni devotione mentis, & cordis affectu, cap. *Decret. de immunit. Eccles. in 6.* cum omni compositione Corporis, & modestia sine ulla confabulatione, & tumultu Concil. Tronon. III. capit. 28. Concil. Later. IV. cap. 17. Concil. Trid. sess. 22. in decret. de observand. & evitand. in celebrat. Missæ, in quo decreto circa medium mandat non permitti interesse Sacrificio Missæ, *Nisi prius, qui interfuerint, decenter composita corporis habitu declaraverint se mente etiam, ac devoto cordis affectu non solum corpore, adesse.* Missa est audienda aperto capite, & vultu ad Altare converso, nec sedendum est a principio Canonis. Conc. Moguntin. IV. cap. 59. Concil. Mediolan. I. part. 2. tit. Quæ pertinent. ad celebrat. Missar. Missa non est audienda cum armis; & transgressores puniendi sunt a Jndice Ecclesiastico. Concil. Aurel. III. cap. 28. Fideles debent Missæ interesse eodem decenti vestitu; quo in publicum prodire solent, & ita se componere, ut corporis habitu animi Religionem præ-

(a) Nota. Non habentes vestes convenientes possunt summo mane audire Sacram. Nec videntur excusari mulieres posse ex consuetudine loci tempore luctus, cum abusus hic sit intolerabilis, nec rationi consentaneus.

(b) Nota. In Cappellis ruralibus, & privatis domibus Regularium sacrificare non licet, nisi Oratoria erecta sint auctoritate Ordinarii; Ita ex decreto Congr. Concil. 1. Martii 1687 relato a Cardinali Petra Com. ad Conit. Apost. tom. 2. sect. unic. num. 53.

deservant; *Concil. Mediolan. loco mox citato.* Missæ attendere debent aulcantes, & voto agere id, quod Sacerdos agit Ministerio, *Conc. Maguntin. IV. cap. 58.*

Ad satisfaciendum præcepto requiritur intentio, quæ sufficit, etiam si sit solum interpretativa, & virtualis, consistens in actuali voluntaria assentientia, quantumvis non sit expressus animus satisfaciendi eidem præcepto. Hinc præcepto satisficit, qui solet interessæ Missæ tamquam rei Sacre: qui adit Ecclesiam volens partes Christiani facere; qui adit; ut præsentia sua honoret Sacrificium; qui Ecclesiam adit ex nulla alia causa; si enim non adit ex alia, interpretatur audire ex ista; & quicumque Missam audit, si non constet eum habere intentionem contrariam, præsumitur habere sufficientem, ut tradunt communiter Doctores. Immo satisficit præcepto, etiam si quis adeat Ecclesiam cum intentione libidinosa videndi feminam, & simul audiendi Sacrum, licet iste graviter peccaret, quia sic audiens efficit quiddam requiritur ad satisfactionem præcepti, habet enim assentientiam corporalem, & sufficientem attentionem cum implicita saltem voluntate satisfaciendi eidem præcepto. Nec obstat illa libidinosa intentio, quia hæc non tollit substantiam actus, quamvis illum inficiat; quotiescumque autem salvatur substantia actus, præceptum intelligitur per illam adimpletum. Audiens Sacrum ob devotionem ignorans esse diem Festum, si postea advertat, non tenetur ad aliud Sacrum, quia jam satisficit ob interpretativam, & virtuales intentionem satisfaciendi. Audiens Sacrum, cum intentione ipsum audiendi ob devotionem, licet non habeat intentionem satisfaciendi per illud Sacrum præcepto, verelapsificat, etiam si aliud Sacrum non audiat; quia ad hoc non requiritur expresse velle satisficere, sed ponere solum id, quod præcipitur, ut notant communiter Theologi. Si autem audiatur Sacrum cum positiva, & actuali intentione per illud non satisfaciendi præcepto, Azorius *part. 1. lib. 7. cap. 2. quest. 6.* Navarr. Medina, & multi alii cum Rosignol. *quest. 8. de usu Eucharist. & audit. Sacra. art. 20.* dicunt ipsum non satisficere præcepto, quia actus agentium non operantur ultra intentionem eorum. *L. Non omnis 19. ff. de rebus creditis lib. 22. tit. 1.* Unde a fortiori: & maxime hic in moralibus non operantur contra positivam intentionem eorum, adeoque audiens tale Sacrum cum positiva, & actuali intentione non satisfaciendi, non satisficit, qui, aut dicunt ipsi, non potest esse actus obedientie cum voluntate expressa, & absoluta non obediendi; sed auditio Sacri, prout præcipitur ab Ecclesia; debet esse actus obedientie; ergo si sit cum voluntate expressa non obediendi, seu non satisfaciendi præcepto, non poterit talis auditio Sacri esse satisfactoria præcepti; Sunt enim actus omnino repugnantes dicere; *Nolo satisficere, & satisficere, nolo obedire, & obedire,* adeoque &c. Secundum autem multos alios satisficit; uti est Pasqualigus *qu. 1311, cum 28.* Auctoribus, qui sufficientem eum adhuc satisficere præcepto. Vide verb. *Lex, art. 4. num. 6. & 7.* ubi adducuntur Auctores, & solvitur instantia.

Ad satisfaciendum requiritur etiam præsentia corporalis, & assistentia moralis, id est, ut quis sit ita præsens physice, vel moraliter loco, in quo fit Missa, ut possit dici unus e numero eorum, qui humano modo libere assunt, & cum Sacerdote offerunt Sacrificium. Unde non est necesse quod actu quis videat, aut audiat Sacerdotem, nam Surdus, Cæcus, aut ob multitudinem populi distans, ut actu, nec audiat, nec videat, satisficit, si Sacrificio sit præsens in ipsa Ecclesia, vel in loco, qui communicat cum ipsa Ecclesia, ut in Choro post Altare, in Sacrilia habente ostium patens directe ad Ecclesiam, & etiam in atrio, seu platea extra Ecclesiam, in quam ingredi non possit propter multitudinem, dummodo sciat Missam inchoari, seu fieri, & sit illi multitudini ita conjunctus, ut faciat unum corpus morale fidelium.

Sacro præsens, & assitens. Sic pariter quis censetur moraliter præsens corpore, quamvis pergat ad Sacrificium aliquid pro ministerio Missæ allaturus, aut ad Campanie campanas tracturus, cum hæc ordinentur ad illum Dei cultum, qui per Sacrificium ei exhibetur. Satisficiunt præcepto, qui de nave audiunt Missam, quæ celebratur in littore, sicuti & milites eius Tentoriis audientes Missam, quæ celebratur in campo publico ad distantiam 20. & 30. passuum, quia isti ratione, sicut conditionis, ut censentur moraliter corpore præsentem, sufficit, quod possint aliqua ratione cognoscere, quid agatur a Celebrante. Missam audiens e fenestra lux domus, si domus sit omnino conjuncta cum ipsa Ecclesia, satisficit præcepto, quia cum sit interjectus solus paries, in quo est fenestra,

cenetur ipse moraliter præsens, cum sic facillime videat, & audiat Sacerdotem ejusque ministerium & actiones attendat. Si autem domus sit omnino sejuncta ab Ecclesia, ita ut inter fenestram, & Ecclesiam mediæ via, seu platea, licet videat Altare, in quo Missa celebratur, non satisficit præcepto, quia nec physice, nec moraliter est præsens Ecclesie, & Sacerdoti Celebranti; non physice, quia corporaliter non est in Ecclesia; nec moraliter, quia domus sejuncta & platea seu via interjacens ponunt quancunque interruptionem, nec secundum communem hominum existimationem haberetur ut existens in Ecclesia. Qui interest Missæ coactus, v. g. ligatus, & reluctans, non satisficit, sicuti nec ebrius, aut dormiens, quia non adest modo humano, cum, ut supponitur, nequeat per notabilem partem Missæ attendere; quamvis ebrietas, & dormitio esset involuntaria. Qui tempore Missæ in altam contemplationem, seu extasim sensibus abripitur, censetur adhuc satisficere præcepto maxime si pergat contemplari Mysteria, quæ peraguntur in ipsa Missa, quia manet moralis assistentia per præcedentem voluntatem nondum revocatum, immo ex speciali gratia Dei censetur excellentiorem præ aliis moralem assistentiam habere tali Sacrificio, ad cuius Mysteria contemplanda sic mirabiliter elevatur.

Ad satisfaciendum requiritur etiam attentio, tam interna, quam externa. Interna est advertentia, seu applicatio animi ad aliquid, v. g. ad Ministerium, & actiones, quæ in Altari geruntur. Externa est ommissio actionum exteriorum impossibilium, cum attentione interna, uti pingere, scribere, confabulari &c. Ratio est, quia Ecclesia præcipiendo auditionem Sacri, præcipit actionem humanam religiosam, qualis non est auditio Sacri sine ulla profusa attentione interna, sed cum omnimoda voluntaria distractione interna, & sine attentione externa, se occupando tempore Missæ in actionibus externis moraliter impossibilibus cum tali auditione. Unde non satisficiunt præcepto, qui tempore notabili Missæ scribunt, vel pingunt, vel negotia pertractant, quia hæc actiones ita occupant, ut cum illis attentio interna videatur esse impossibilis. Neque satisficiunt, qui per notabile tempus de re seria confabulantur, vel res alias fixe aspiciunt, & considerant, ita ut moraliter loquendo nequeant attendere ad ea, quæ a Sacerdote geruntur. Nec satisficiunt, qui per notabilem partem Missæ legunt attentente librum profanum, v. gr. Philosophum, Rhetoricum, Poetam, & similia, ut Litteras Historias &c. quia lectiones istæ profanæ ex natura sua averunt animum ab attentione debita ad Missæ Sacrificium, ut tradunt Doctores. Nec satisficiunt, qui per notabilem partem Missæ constituentur sua peccata, quia enarratio peccatorum ita distrahit, ut cum illa non videatur stare postea attentio requisita ad Missam; Consistens enim non habet se per modum alicujus, qui cum Sacerdote offert Sacrificium, sed per modum rei, qui se accusat; accusatio autem, aut persona rei non spectat ad Sacrificium; & sic sentiunt communius Doctores. Suarez, Azorius, Tanner, Bonacina, Tamburin, Dicastril, Stephan., Basil., March. Pasqualig. Rosignol. & alii plurimi cum de *Eucharist. disput. 22. sect. 2. num. 22.* dicit, esse sic omnino tenendum, quia, quod actio, quæ fit, ordinatur ad obsequium Dei, non facit illam compatibilem cum auditione Sacri, ut prætendebant aliqui, alioquin posset quis, dum audit Missam, consulere Patrem spirituales, vel Theologum circa casus suæ conscientie, posset inservire agrotis, sternere ei lectum, & his similia, quod non est dicendum, cum quilibet actio pietatis, quæ excludit attentionem requisitam ad Missam, non sit compatibilis cum auditione Sacri de præcepto.

Satisficiunt tamen præcepto, qui tempore Missæ conscientiam suam examinant, eliciunt actus doloris, vel aliis piis actionibus se præparant ad Confessionem; quia istæ actiones, ut habet *Communis*, non excludunt attentionem, requisitam ad Missam. Satisficiunt etiam, qui tempore Missæ recitant Officium Canonicum, vel Penitentiam a Confessario impositam, & præceptam; Nam æque cum illis, & aliis Orationibus stare potest attentio ad Missam audiendam requisita, cum etiam istæ ordinentur ad Deum colendum, atque nihil prohibet duobus præceptis, uno eodemque actu satisficere; Non enim prohibet idem tempus, nam sicuti per idem jejunium habitum in die Quadragesimæ, in qua concurrat dies quatuor Temporum, vel pervigilium alicujus

alicujus Festi, satisficit & oneri jejunii Sacrorum Temporum, & pervigilii, ita per auditionem Missæ, & recitationem Officii, Canonici, & Penitentie præcepte a Confessario factam eodem tempore, satisficit & oneri audiendi Missam, & recitandi Officium, & adimplendi Penitentiam. Nec prohibet defectus debite attentionis, nam cum etiam recitatio Officii, & Penitentia ordinetur ad Deum colendum, est compatibilis cum attentione requisita ad Missam; Nec prohibet aliquod præceptum positivum, cum de hoc nullibi constet.

Satisficiunt etiam Musici, Organædi, Tympanistæ, Chelista, Tubicines, dummodo simul attendant, quod a Sacerdote in Altari geritur: nam cantus, vel lusus ipsorum refertur ad hunc Dei cultum, nec necessario impedit requisitam attentionem ad illa, quæ in Altari a Sacerdote geruntur.

Sic pariter satisficiunt Collectores elemosynarum, si simul attendant ad Missam, sicuti ministrantes Missæ sufficienter attendunt exhibendo suum ministerium, cum hoc sit actualis cooperatio ad Sacrificium, immo & exhibitio partis ipsius Sacrificii; Omnes autem isti, ut satisficiant præcepto, debent integram Missam audire, ex *Concil. Agatheni. cap. 47.* ubi expresse habetur: *Missas dic Dominico secularibus totas audire speciali ordine præcipimus, & ex capit. Omnes fideles, qui conveniunt in solemnitatibus Sacris ad Ecclesiam, & Scripturas Apostolorum, & Evangelium audiant; qui autem non perseverant in Oratione, dum Missa peragitur, convenit communicare privari. Vid. art. 16. num. 1. & 2.*

Additio ex Auctore.

- 1 Missæ, in quibus solus Sacerdos communicat, reprobari non possunt; Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 64. incip. *Certiores* §. 1. Missam celebrantes non tenentur S. Eucharistiam omnibus petentibus infra ipsam actionem ministrare, Idem *ibid.*
- 2 Missæ in ea Ecclesia, & loco celebrari debent, in quibus voluerunt illi, qui elemosynas erogarunt, Idem *Constit. 22.* incip. *Quanta cura* §. 2. ubi dicit, quod in illa potius Ecclesia Missas esse celebrandas quicque vult, ad quam Religionis, & pietatis stimulis ductus, elemosynas confert, aut in qua quilibet fortasse tumulatus est, quam in alia Ecclesia sibi profusignota. Missarum celebratio ab omni aviditatis specie remota servari debet; Idem *ibid.*
- 3 Missarum celebratio una hora ante auroram, & post meridiem indulgetur Militibus S. Januarii: Idem *Constitut. 24.* incip. *Romana Ecclesia* §. 4. Idem conceditur Equitibus S. Joannis Hierosolymitani; Idem *Constitut. 86.* incip. *Quoniam* §. 1.
- 4 Missa extra Ecclesias celebrari nequit extra casum summe necessitatis; Idem *Constitut. 39.* incip. *Inter omniages* §. 22. Missa celebrari permittitur cum opportunitis cautelis super triremibus Militiæ S. Joannis Hierosolymitani; Idem *Constitut. 41.* incip. *Exponi*. Vide *supra ad verb. Hierosolymitani Militiæ*. Item super triremibus Pontificiis; Idem *Constitut. 25.* incip. *Exponi*.
- 5 Missam celebrantes, qui reperti fuerint ad Presbyteratum non promoti, Curia seculari traduntur, etiam pro prima vice, prævia degradatione, si alium Ordinem habeant; Idem *Constitut. 97.* incip. *Sacerdos*.
- 6 Etiam si unius tantum Missæ partem celebraverint, dummodo elevationem peregerint; Idem *ibid.* §. 6. Etiam si Consecrationis formam non protulerint; Idem *ibid.* Si elevationem non peregerint, mitiori poena damnari possunt; Idem *ibid.*
- 7 Missa celebrari nequit a Sacerdote Latino ritibus Græcis, nec viceversa, sub poena suspensionis: Idem *Constitut. 57.* incip. *Et si Pastoralis* §. 6.
- 8 Missarum celebratio permittitur Italo-Græcis in feriis Quadragesimæ cum conditionibus, & limitationibus, nempe servato, nec prætermisso in Parochialibus Ecclesiis Præficatorum ritu, & excepto postremo majoris hebdomadæ triduo: Idem *ibid.*
- 9 Missa unica in die super quolibet Altari a Græcis celebrari potest, Idem *ibid.* & *Constitut. 87.* incip. *Demandatam* §. 8.
- 10 Permittuntur tamen erigi plura Altaria in eadem Ecclesia, & plures Sacerdotes super eodem Altari simul celebrare, Idem *ibid.* §. 9.
- 11 Missam applicare potest pro offerentibus elemosynam...

Ferrar. Biblioth. Tom. 7.

Sacerdos Græcus, qui cum alio rite concelebrat, concelebrare tamen non dicitur, nec Sacrificium applicare potest pro offerentibus elemosynam, qui particulas tantum adjicit in preparatione panis ante Missam, Idem *ibid.*

Missæ Conventualis quotidie cani debet in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, & pro Benefactoribus in genere applicari, Idem *Constitut. 103.* incip. *Eum semper* §. 11. Non obstante qualibet contraria consuetudine, Idem *ibid.* §. 16.

Nec suffragatur applicatio pro certo aliquo Benefactore, sicuti nec suffragantur preces alterius generis, vel statuta anniversaria Sacrificia, Idem *ibid.* §. 12. & 13. Si celebrans alio peculiari onere teneatur, id supplendum est per alium Idem *ibid.* §. 17.

Elemosyna, ubi opus sit, desumenda est ex massa distributionum, Idem *ibid.* §. 18.

Pro Ecclesiis pauperibus dispensatio reservatur judicio Congregationis Concilii, Idem *ibid.* §. 19.

Secunda, & Tertia Missæ Conventualis non debet applicari pro Benefactoribus in genere, nisi legitima consuetudo id præscribat, Idem *ibid.* §. 22.

Missæ Parochialis applicari debet pro populo, Idem *ibid.* §. 2. Non solum a Parochis, sed etiam a Vicariis deputatis ad tempus, aut alias amovibilibus, Idem *ibid.* §. 4. Non obstante defectu congruæ, aut qualibet contraria consuetudine, Idem *ibid.* §. 5.

Quod intellige de diebus Festis, quibus Populus Missam audire tenetur, Idem *ibid.* §. 6. & 7.

Dispensari tamen potest ab Ordinario cum Parochis pauperibus, ut aliis diebus infra hebdomadam applicent Missam pro populo: Idem *ibid.* §. 8. Vide *supra ad verb. Missæ art. 3. num. 11.* ubi affertur integra dicta Constitutio.

Ad Episcopos pertinet præscribere ea, quæ observanda, & evitanda sunt in celebratione Missæ, usque tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, omnes etiam exempti, hac in re obedire tenentur, Idem tom. 2. Constit. 17. incip. *Accipimus præstantium*.

In Missarum celebratione Crucifixi imago super Altari retineri debet in memoriam Dominicæ Passionis, & Mortis, Idem *ibid.* Alia ad rem, Vide *supra ad verb. Crux*.

Præceptum audiendi Missam non implevisse censetur, qui ante benedictionem ab Ecclesia discedit, ex sententia Concilii Agathensis, Idem *Constitut. 48.* incip. *Exemplis*.

Sufficit Sacerdoti unam Missam in die solummodo celebrare, Idem *Constitut. 3.* incip. *Declarasti*. Decretum in hujusmodi antiquo tempore latum, hoc solum prohibere intelligebatur, ne sine gravi & justa causa, Missæ celebratio per unum, eundemque Sacerdotem iteraretur, Idem *ibid.* Sed a temporibus Innocentii III. & infra, ita intelligendum est, ut præceptum contineat de unica Missa in die, Idem *ibid.*

Missarum trium celebratio die Natali Salvatoris nostri prima a S. Thelephoro instituta fuit, Idem *ibid.* & *Constitut. 61.* incip. *Quod expensis*.

Quæ consuetudo asseritur, & commendatur, Idem *ibid.*

Antiquis temporibus alii per annum dies erant Polylyurgici, quibus Missarum Sacrificia iterare licebat, nempe præter Natalem Domini, prima dies Januarii, Feria V. in Cæna Domini, Vigilia Ascensionis, tres dies jejunii infra octavam Petecostes, alique dies Festi nonnullorum Sanctorum memoriam dicati, ut Nativitatis S. Joannis Baptiste, & Natalitium Sanctorum Petri, & Pauli, Idem in cit. *Constitut. Quod expensis*.

Sæpe etiam iterabantur Sacrificia, si defuncti cadaver die Dominico, vel alio Festo ad Ecclesiam deferretur, Idem *ibid.*

Ea consuetudo iustis de causis abolita est, & præsertim ob inductos abusus circa elemosynarum fordidas exactiones. Idem *ibid.* Nec præsentis tempore, præter dictam diem, permittitur Missæ iteratio, etiam ex causa utilitatis, aut paupertatis Ecclesiæ, aut Presbyteri; Idem *Constitut. 3.* incip. *Declarasti*.

Id solum permittitur Parochæ duarum Ecclesiarum adeo inter se distantium, ut populus utriusque subiectus in unam earum totus convenire nequeat, Idem *ibid.*

Quod intelligendum est de diebus Festis tantummodo, in quibus adest præceptum audiendi Missam, Idem *ibid.* Et dummodo necessaria ad id Ordinarii Superioris licentia accedat, Idem *ibid.*

- 45 Et sufficit contrarium Synodalis Constitutionis præceptum ut Parocho id minime liceat, Idem *ibid.*
- 46 Præterea, si alius adfit Sacerdos, qui in una ex illis Ecclesiis celebrare possit, Parochus debet ab iteratione Missæ se abstinere, Idem *ibid.*
- 47 Etiam si necesse sit Catechismum populo explanare, quum id, vel per alium Sacerdotem, vel ab ipso Parocho extra Missarum solemniam fieri possit, Idem *ibid.*
- 48 Missas duas die Commemorationis omnium fidelium defunctorum singuli Sacerdotes celebrabant in Regnis Aragoniæ, Valentia, & Majoricæ, & in Principatu Cathalonæ, Regulares vero tres, Idem in d. Const. 3. incip. *Declarasti*, & dict. Const. 61. incip. *Quod expensis*.
- 49 Idque antiquæ consuetudini, & famæ Privilegii Apostolici innitebatur, Idem *ibid.*
- 50 Rogante Hispaniarum Rege, ut mos iste ad omnes Ditiones suas extenderetur, & Portugalliæ Rege similem Privilegium pro suis Ditionibus postulante, Pontifex tres Missas ab omnibus tam Sæcularibus, quam Regularibus Presbyteris in dictis Regionibus ea die celebrari indulget, Idem in cit. Const. 61. incip. *Quod expensis*.
- 51 Sed applicationem Missarum de novo indultarum in suffragium omnium Defunctorum fidelium in genere fieri jubet, Idem *ibid.* Item pro celebratione missarum hujusmodi quamcumque elemosynam sub quocumque prætextu percipi prohibet sub pœna suspensionis Papæ reservatæ ipso facto incurrendæ, Idem *ibid.*
- 52 Quo ad illos autem, qui ante hoc tempus in Aragoniæ Regno, duas, vel tres respectivè missas prædictæ die celebrantes, duas, vel tres elemosynas accipiebant, nihil innovandum censet, Idem *ibid.*
- 53 Presbyter abutens Sacrificio missæ ad sortilegia incurrit perpetuam inhabilitatem ad celebrationem missæ, Idem t. 2. in *Appendic. n. 3. pag. 46.*
- 54 Missa Præfantiatorum dumtaxat celebrari potest apud Græcos in Quadragesima, exceptis diebus Dominicis, & Sabbatis: Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 87. incip. *Demandatum* §. 9.
- 55 In missis Præfantiatorum non fit transubstantiatio vini per immersionem particulæ consecratæ, & confutatur hæc de re erræ Schismaticorum, Idem tom. 2. Constitut. 3. incip. *Declarasti*. Missa Præfantiatorum iterari non potest, etiam si in priori omisso, fuerit haustus vini non consecrati, Idem *ibid.*
- 56 Advertendum est, quod elemosyna pro missis perpetuis taxanda est ad rationem sexaginta Scutorum Romanorum, pro qualibet perpetua quotidiana, prout ad eam rationem reducendas esse, jam concesserat Superioribus Regularibus pro suis respectivè Regionibus Innocentius XIII. cum expresso mandato, ut in futurum onera Missarum perpetua, nisi a supra dictam rationem non permitterent acceptari, & demum concessit Monachis Cassinensibus Bened. XIII. die 15. Julii 1724. ac etiam omnibus Episcopis, qui adfuerunt suo Concilio Romano celebrato anno 1725. ut patet in ipso tit. 15. cap. 8. Et refert etiam Cardin. Lambert. deinde Summus Pontifex volum. 3. notif. 15. ubi insuper refert, quod proposito in Sacra Congregatione Concilii dubio: *An, & in qua quantitate elemosyna manualis augenda esset in Urbe? Eadem Sac. Congregat. die 13. April. 1726.* respondit: *Nil esse innovandum, & ad mentem, ac mens est, ut agatur cum Eminentissimo Vicario Super observantia Decretorum pertinentium ad utilitatem, & ad non transmissionem missarum extra Urbem.* Et elemosynam pro unaquaque missa manuali non posse tradi minorem uno Julio, jam fuit expressè statutum de mandato Clementis XI. & id posse itari ab Episcopis sapius resolvit S. Cong. Conc. ut videre est sub verb. *Elemosyna* n. 65. ubi asferuntur Decreta.
- 61 Addendum est quod antiphona *Communio* cantari debet immediate post *Agnus Dei* eodem tempore, quo celebrans Sacram Communionem sumit, nisi fiat communio populi, quia tunc ad eam cantatur; Gavant. p. 1. tit. 13. n. 1. Bauldry p. 1. c. 7. tit. 13. Scarfanton. p. 2. lib. 3. tit. 10. n. 11. & novissimum Cæremionale Provinciæ Reformatæ Mediolani impressum anno 1744. c. 21. n. 519. ubi ad id citatur etiam Cæremionale Episcoporum lib. 2. cap. 6. uti ipsum etiam citat Bauldry, licet id tangat Cæremionale Episcoporum in cap. 8.
- 62 Attendendum est, differentiam intercedere inter Missam, cantatam, & missam solemnem; Quando enim præscribitur

missa cantanda, sufficit illam cantari cum assistentia folius Acolyti; At quando mandatur cantari Missa solemnem, cani debet cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi cum enim in una Neapolitana celebrationis Missarum prætenderetur, Patres Carmelitas non adimplet. onus sibi injunctum, canendi quotidie unam Missam, ex quo illam cantassent sine assistentia Diaconi, & Subdiaconi, & causa fuisset proposita in Sacra Congregatione Concilii sub die 28. Augusti 1683. nec ipsa die resoluta, & reposita sub die 29. Januarii 1684. sub hoc dubio: *An Missa quotidie cantanda debuerit, & debeat cantari cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi, vel solius Acolyti?* Eadem Sacra Congregatio reflectens, quod onus erat unius Missæ cantatæ, non unius Missæ solemnem, respondit: *Satisfactum fuisse, & satisfieri voluntati Testatoris, cantando Missas etiam sine assistentia Diaconi, & Subdiaconi; Sic refert, & tenet Card. Lambertin. deinde Summus Pontifex Benedictus XIV. volum. 5. notif. 17. §. 7.* ubi insuper refert fuisse decretum, quod electio Diaconi, & Subdiaconi pro missa solemnem canenda a Parocho, vel ab alio sacerdote a se deputato in Ecclesia Confraternitatis, seu pro inibi danda Benedictione, pertinet ad ipsam Confraternitatem, & non ad se; Proposito enim in sacra Congregatione Concilii hoc dubio: *An Parochus, vel interveniens ad canendam, Missam, vel dandam Benedictionem, habeat jus sibi eligendi Diaconum, Subdiaconum, ceterosque ministros?* Ead. Sac. Congreg. in Bonon. die 15. Maji 1728. respondit: *Negative.*

Notandum est, quod in missis defunctorum Prosa, seu sequentia *Dies ira dies illa* dicitur in die commemorationis omnium Defunctorum, & depositionis Defuncti, & quandoque dicitur una tantum Oratio; In aliis autem Missis pro defunctis dicitur ad arbitrium sacerdotis; Sic expresse Rubrica missalis p. 1. tit. 5. de missis defunctorum n. 4. Unde dici debet in diebus 3. 7. 30. anniversario, & in missis quibuslibet, quæ pro defunctis solemniter celebrantur, cum his in missis una tantum dici debeat Oratio ex præscripto ejusdem Rubricæ num. 3. & quod canenda sit in Anniversario, expresse decrevit etiam Sac. Congr. Conc. in Montis Marani 30. Januarii 1723. ad 2. dub. Eius author diversis a diversis assignatur. 66 Leander Albertus apud eruditissimum P. Merati in cit. Rubrica 4. num. 13. dicit ejus auctorem fuisse Latinum Cardinalem Ursinum, Frangipanium etiam dictum, Ordinis Prædicatorum, cui eam etiam tribuit Marcellus Cavalieri in *Statuta Sacra* tit. 2. n. 191. sequutus a P. Joanne Michele Cavalieri in *Agenda Defunctorum* cap. 10. n. 8. Paiserinus in *Apparatu sacro* adscribi ait Augustino Bugellensi Pedemontano Ordinis S. Augustini, subiens ibidem, verum auctorem esse Humbertum quintum Generalem Ord. Prædicatorum; Arnaldus Wion lib. 5. ligni vita cap. 70. asserit, a quibusdam adjudicari S. Gregorio Magno; & alii eam adscribunt S. Bernardo; Verum P. Petrus Antonius de Venetis in *Viridario Seraphico* tom. 5. p. 3. italice conscripto, dicit fuisse compositam a P. Thoma de Cæzano Ord. Minorum Provinciæ Marchiæ, quod & asserit Lucas Wadingus apud Merati loc. cit. quamvis alii apud eundem Wadingum adscribant S. Bonaventuræ, vel Mattheo Aquaparto ex Generalibus, & Cardinalibus dicti Ordinis Minorum.

In Missis quotidianis pro defunctis tres regulariter dicuntur Orationes, quæ in Missali assignantur. In his enim missis quotidianis quoad numerum Orationum servatur eadem regula, ac de feria, & simplicibus, seu semiduplicibus; Cum hac advertentia, quod si missa applicetur generaliter pro defunctis, dicuntur regulariter Orationes in Missali pro missis quotidianis assignatæ. At si missa celebratur pro aliqua, vel pro aliquibus determinatis personis, primo loco dicitur Oratio pro iis, pro quibus missa celebratur, secunda, & Tertia, quæ secundo, & tertio loco pronuntur in Missa quotidiana Defunctorum; Lohner. p. 4. tit. 3. §. 21. n. 4. Merati part. 1. tit. 5. n. 12. Sacerdos, aut celebrans, potest secundo loco aliam Orationem ad libitum dicere, V. G. pro suis parentibus, vel pro suo Patre, & sua matre, & hujusmodi; Quarti p. 1. tit. 5. dub. 1. vers. *Respondeo* n. 7. Merati loc. cit. n. 23. & S. R. Congregatio in decreto mox adducendo. Et si plures dicuntur Orationes ultimo loco semper est dicenda Oratio *Fidelium*, quæ est generalis pro defunctis; Sic expresse S. R. Congr. 2. Septem. 1741. his verbis; *In missis quotidianis, quæ pro defunctis celebrantur, possunt quidem dici plures Orationes, quarum tres, sed curandum, ut sint numero impares. Sicut pro illa Deus veniæ largitor, potest subrogari alia, nempe,* pro

- pro Patre, pro Matre, &c. dummodo ultimo loco dicatur Oratio *Fidelium*.
- 73 Ex hoc decreto, ut vides, possunt dici plures Orationes, quam tres. Et quidem etiam quinque, aut septem ad libitum, ut expresse habetur in missali Rubrica 12. de Orationibus, ibi:
- 74 In Festis simplicibus, & Feriis per annum, nisi aliter in propriis locis notetur, dicantur tres, ut in semiduplicibus, aut quinque, possunt etiam septem ad libitum. Tres autem Orationes præscribuntur in honorem S. Trinitatis, & in memoriam Christi, qui tertia die resurrexit, & ter oravit in horto; Quinque in commemorationem quinque plagarum ejusdem Christi; Et septem ob septem petitiones Orationis dominicalis, vel ad obtinenda septem dona Spiritus Sancti; Sic Innocentius III. lib. 1. cap. 27. Micrologus c. 4. Merati loc. cit. num. 11. Cavalieri loc. cit. c. 11. n. 7. & alii.
- 76 Nec leptonarius Orationum numerus videtur posse excedi, cum loquendi modus, quem servat cit. Rub. missalis, *Post sunt etiam dici septem ad libitum*, videatur satis indicare numerum, ultra quem progredi non possit, quamvis non utatur taxativa tantum, quæ tamen semper debet subintelligi, nisi oppositum exprimat, quando determinatur quantitas, ut recte notant Magalius tom. 2. *variaram resolut. resob. 158.* & Cavalieri cit. c. 11. n. 6. ne in infinitum detur processus, & ne indiscreti sacerdotes pro ulteriore additione tædio afficiant adfidentes, & ne fideles ob tædium avertantur ab auditione Missarum. Tales autem orationes, ut vult altatum Sacra Congregationis decretum, *curandum est, ut sint numero impares.* Nec obstat aliud ejusdem S. Congregationis decretum editum 2. Decembris 1684. in una Canonico Reg. Lateranensium, his verbis: *Non est omittenda una ex assignatis Orationibus in Missa, veluti tertia a cunctis, si secunda esset de Festo simplici, ut ejus loco dicitur Oratio imperata, velut Deus refugium, sed post tertiam Orationem a cunctis, potest, & imperata dici, cum in missa de semiduplici, vel simplici, vel votiva, non sint necessario dicende Collectæ impares, puta tres, quinque, vel septem.* In hoc enim decreto nulla fit mentio de Missis Defunctorum; Unde cum expediat concordare jura juris, texto expresso in cap. *Cum expediat* 29. de elect. in 6. videtur dicendum, quod hoc Decretum velit non necessario esse dicendas Collectas impares in Missa de semiduplici, vel simplici, vel votiva, cum in his Missis numerum parem, puta quatuor, aut sex possint exigere commemorationes secundum ritum, vel imperate faciendæ, quod non potest recurrere in Missis pro defunctis, & ideo Decretum anni 1741. 2. Septemb. vult, in istis curandum esse, ut Orationes sint numero impares, quod de facili potest in his adimpleri, cum numerus impar pendeat a libertate celebrantis, ubi in illis pendet quandoque numerus par a necessitate ritus, vel superioris imperio.
- 78 Juxta Decreta allata superius art. 14. num. 4. Missa solemnem de Requiem præsentem Corpore potest cantari in omnibus Dominicis, & Festis de præcepto, præterquam in duplicibus I. Classis; sed quia adhuc remanebat indecisa controversia, an in eodem Decreto comprehensa manerent cuncta primæ classis, ut vult Quarti ad Rubricas Missalis p. 1. tit. 5. dub. 1. num. 7. an vero dumtaxat majora, seu solemniora, ut tradit Pasquali. de Sacrificio novæ Legist. t. 1. q. 285. ad ipsam dirimendam videtur sufficere sequens Decretum novissime editum a S. R. C. die 2. Septembris 1741. his verbis: *Cum, juxta Rubricas Ritualis Romani absque missa, quantum fieri potest, defunctorum corpora non sint sepelienda, potest præsentem in Ecclesia cadavere unica Missa solemnem, de Requiem celebrari feria secunda Paschæ, aut Pentecostes. Hæc tamen Missa non decantabitur in duplici primæ classis, etiam non festivo de præcepto, si corpus præsentem in Ecclesia non fuerit, aut si fuerit pridie sepultum, per quod Decretum, dum permittit celebrari Missam solemnem præsentem corpore in festis secundis Paschæ, & Pentecostes, quæ sunt festivæ de præcepto, & duplices primæ classis, respuendo quæcumque alia duplicia primæ classis occurrentia, non obscure judicatur, quod ex Festis primæ classis solum majora seu solemniora juxta sententiam Pasquali non admittant Missam solemnem de Requie præsentem corpore, & quod etiam aliqua festa inferioris conditionis, & ritus, si cum majori solemnitate, & concursu populæ celebrantur, eodem privilegio, ac honore gaudeant, cum decretum innitatur Rubricis Ritualis Romani, ibi: *Cum juxta Rubricas Ritualis Romani, & ipsæ Rubricæ tit. de exequiis solum obstat**

velint, *magnam diei celebritatem, seu solemnitatem*; quæ magna celebritas, seu solemnitas certo non congruit cuicumque Festo duplici primæ classis, & aliunde verificari potest de aliquo Festo inferioris conditionis, & ritus alicubi celebrato cum maxima frequentia Populi, ut experientia patet. Hinc recte infert eruditissimus P. Cavalieri loc. cit. c. 3. decr. 4. n. 5. quod ex Festis universalibus primæ classis Missam solemnem de Requiem etiam præsentem corpore non admittant Nativitas Christi, Epiphania, dies prima Paschæ, & Pentecostes, & Festum Corporis Christi in tota Catholica Ecclesia, ut Festa præcipua solemniter admodum celebrata, ipsi addendo Ascensionem Domini, & Deiparæ Assumptionem, ac ultimum Triduum majoris Hebdomadæ, in quo juxta decreta allegata in d. verbo Missa, art. 14. n. 4. & signanter juxta illud 11. Augusti 1736. celebrari non possunt Defunctorum exequiæ, & Officium, ac preces mandantur recitari privatim. Quibus adderem in tota universali Ecclesia festum Ss. Apostolorum Petri, & Pauli, & in tota Seraphica Religione festum Conceptionis I. V. M. Ex festis etiam particulatibus dictam Missam de Requiem etiam præsentem corpore respuunt dumtaxat Festum Titularis, aut festum alterius Sancti cum maxima solemnitate, & concursu populæ celebratum, & apud Regulares festum eorum respectivè S. Fundatoris, aut festum alterius Sancti cum magna solemnitate, & frequentia populæ celebratum, ne minuatur, perturbetur, aut interrumpatur magna occurrentes celebritas, aut solemnitas, juxta dispositionem d. Rubricæ Ritualis Romani.

Ad dicta in verb. *Missæ* art. 14. addenda sunt sequent. Decreta tradita cum eruditis suis Commentariis a P. Cavalieri in *Agenda Defunctorum*.

Missæ Defunctorum non possunt celebrari, nisi cum colore nigro, vel saltem violaceo; S. R. C. 21. Junii 1670. in *Oritana*.

Sacerdos secularis, sive Capellanus, sive non, qui recitavit Officium semiduplex, vel simplex, vel feriale, illo die celebrans in aliqua Ecclesia Regularium, in qua recitatum est ab ipsis Regularibus eadem die officium duplex de non præcepto, prout de aliquo Sancto sui Ordinis, non potest dicere Missam de Requiem; S. R. C. 9. Junii 1661. in *Conversana*.

Prohibitio facta 9. Junii 1663. Sacerdotibus secularibus, etiam Capellanis, qui recitaverint Officium semiduplex, vel simplex, vel feriale, ne celebrent Missam de Requiem in Ecclesiis Regularium, in quibus recitatum sit Officium duplex de non præcepto, vel de aliquo sancto eorumdem sui Ordinis, intelligi etiam debet pro Ecclesiis Monialium; Sac. Rituum. Congregation. 11. Februarii 1702. in *Parovisina*.

Non possunt celebrari Missæ, etiam pro animabus Purgatori, una hora post meridiem; S. R. C. 24. Novemb. 1661. in *Neapolitana*.

In die commemorationis omnium fidelium Defunctorum Sacrificia possunt a Sacerdotibus celebrantibus applicari ad libitum, scilicet, vel pro omnibus fidelibus Defunctis, vel pro aliquibus tantum; S. R. C. 4. Augusti 1663. in una *Dalmatiarum*.

Missæ ut in die obitus præsentem corpore, ultra Missam de communi Defunctorum celebranda erit, quando aliquis obierit in die commemorationis omnium fidelium Defunctorum; S. R. C. 14. April. 1696. in *Dyffipon*.

Missæ exequiales Defunctorum in die depositionis Defuncti possunt solemniter celebrari diebus, in quibus cadit festum duplex alicujus sancti dummodo non sit de præcepto, juxta Rubricas Breviarii Romani; S. R. C. 19. Septemb. 1614. in *Papien*.

Missæ privata de Requiem, corpore præsentem, & in sepulchro, dici non possunt diebus, quibus fit de Officio duplici, vel alia a Rubrica vetitis, & quæcumque consuetudinem, tamquam abulium abolendam juxta dispositionem Rubricæ V. Missalis Romani de missa Defunctorum num. 2. in fine, & Decreta Sacra Congregationis, & signanter generale 5. Augusti 1662. servanda esse, mandavit S. R. C. 10. Jan. 1693. in una *Galliar*.

In die, quo celebratur festum duplex, etiam translatum, prohibetur missa de Requiem, nisi sit præsentem cadaver. Anniversarium potest transferri, imò debet, & in festis majoribus debent omnino cantari duæ missæ; S. R. C. 31. Jul. 1665. in una *Naldus Provinciæ Treviren*.

- 92 Tolerari possunt missæ votivæ cantatæ B.M.V. in Sab-
bato vel pariter cantatæ Defunctorum in festo duplici, quod
non est de præcepto, ut Testatorum voluntates adimpleantur,
dummodo non omitatur Missa Conventualis; *Sacr. Rituum
Congr. 1. Septemb. 1607. & 20. Junii 1626. in Nucerna.*
- 93 Feria secunda post Dominicam Passionis, quando recita-
tum est Officium defunctorum, non dicitur missa Conventu-
alis de defunctis, neque Oratio *Fidelium*, quæ etiam in
aliis feriis secundis Quadragesimæ non dicitur juxta Rubri-
cas, sed solum Oratio *Omnipotens sempiterne Deus*, quæ est
pro vivis, & Defunctis, & omittitur tempore Passionis;
S.R.C. II. Jul. 1643. in Lugdun.
- 94 Ob missam votivam, seu pro defunctis non est omittenda
missa Conventualis, neque potest introduci consuetudo in
contrarium usum; *Sacr. Rituum Congr. 16. Jan. 1627. in
Januesi.*
- 95 In die commemorationis omnium fidelium defunctorum
non potest celebrari missa solemnis de Requiem post Pri-
mam, sed servandæ sunt Rubricæ, quæ præscribunt post
Nonam; *S. R. C. 22. Jan. 1701. in una Camalæ, Len. Mousis
Corona.*
- 96 Patriarchales, metropolitanæ, Cathedrales, & Collegia-
tæ Ecclesiæ tenentur quotidiè celebrare, & applicare missam
Conventualem pro Benefactoribus suis in genere, non ob-
stante quavis, licet immemorabili, consuetudine in contra-
rium; Benedictus Papa XIV. Constit. *Cum semper* 19. *Aug-
usti* 1744.
- 97 Per Missam cantatam in suffragium alicujus Benefactoris,
vel Benefactorum in genere, quæ foret imposita, non satisfit
oneri Missæ Conventualis; *Bened. XIV. Constit. Cum semper*
19. Augusti 1744.
- 98 Ubi a Beneficiatis, vel Mansionariis celebratur missa Con-
ventualis, isdem suppeditetur elemosyna ex distributionum
malsa, quæ si atenta earum tenuitate adeo minuantur, ut ne-
gligantur, recurfus haberi poterit ad Congregationem Con-
cili, quæ ad solos dies festivos prædictæ missæ applicationem
restringere poterit; Benedictus XIV. Constit. *Cum semper* 19.
Augusti 1744.
- 99 Rubricarum mandatis super duabus, & quandoque tribus
Missis Conventualibus Cathedrales, & Collegiatæ Ecclesiæ
distribute parere tenentur, easque omnes, ubi id consuetudo
obtinuit, applicare pro Benefactoribus; & consuetudine
minime stante, applicatio primæ erit Benefactorum suffra-
gio reservata, reliquarum libera, dummodo eorundem
Benefactorum non obliviscantur in commemoratione defun-
ctorum omnium; Benedictus XIV. Constit. *Cum semper* 19.
Augusti 1744.
- 100 Si Canonicus Parochus, aut onere Missarum alias gravatus
Missam Conventualem celebret, hanc applicare tenetur pro
Benefactoribus in genere, & per alium supplere Missas qui-
bus particulariter manet adscriptis; Benedictus XIV. Constit.
Cum semper 19. *Augusti* 1744.
- 101 Parochi, Vicarii, alique omnes, quicumque sint, sive
seculares; sive Regulares, etiam speciales, & individuali
mentionem digni, sive congruis habeant redditus, sive non,
& non obstante quacumque consuetudine in contrarium, li-
cet immemorabili, pro tempore, quo curam animarum
exercent, tenentur applicare Missam pro populo ipsorum
curæ commisso omnibus diebus festis, licet solum de præ-
cepto, quoad onus audiendi Sacrum; Benedict. XIV. Con-
stitut. *Cum semper* 19. *Aug.* 1744.
- 102 Parochi, quorum fructus adeo sunt tenues, ut quasi ex
Missarum elemosynis vivant, nihilominus tenentur ad ap-
plicandum pro populo diebus festis; ab Episcopis tamen
dispensari poterunt, ut recepto stipendio isdem diebus ce-
lebrent, dummodo in Ecclesia Parochiali ad populi com-
moditatem factum peragant, & infra hebdomadam pro po-
pulo tot Missas celebrent, quot diebus festis pro particula-
ribus celebraverint; *Bened. XIV. Constit. Cum semper* 19. *Aug-
usti* 1744.
- 103 Missæ privatæ de defunctis quocumque die dici possunt,
præterquam in festis duplicibus, & Dominicis diebus, juxta
præscriptum Rubricarum *S. R. C. 15. Febr. in Faventina, &
28. Febr. 1660. in Januæ.*
- 104 In diebus, in quibus non potest fieri de festo duplici, pro-
hibentur Missæ votivæ, & de Requiem; *S.R.C. 28. Augusti*
1627. in una Dybis.
- 105 Infra Octavam SS. Corporis Christi prohibentur Missæ vo-

tivæ quæcumque, vel pro defunctis *S. R. C. approbatione Cle-
mente X. 21. Jun. 1670.*

Ad augendam fidelium venerationem erga Augustissimum 106
Eucharistiæ Sacramentum, ejusque cultum in toto terrarum
Orbe promovendum, prohibuit celebrari Missas votivas,
vel pro defunctis infra Octavam Corporis Christi *Sacr. Ri-
tuum Congr. 15. Septembris 1714. annuente Clemente XI. 29.
ejusdem.*

Infra Octavam Nativitatis Domini prohibentur Missæ vo-107
tivæ, vel pro Defunctis; *Sacr. Rituum Congregation. 25.
Septemb. 1709. & 14. Septemb. 1714. annuente Clem. XI.
29. ejusdem.*

In Vigilia Epiphaniæ dici non possunt Missæ privatæ De-108
functorum *S. Rit. Congr. 27. April. 1627. in Penormitana.*

In Vigilia Epiphaniæ non licet celebrare missas privatas 109
de Defunctis; *Sacr. Rituum Congregat. 26. Junii 1708. in
Parisiæ.*

In Vigilia Epiphaniæ Missæ votivæ, & Defunctorum ce-110
lebrari non possunt; *Sacr. Rituum Cong. 10. Decemb. 1718.
in Aesina.*

In Vigilia Epiphaniæ Domini non possunt celebrari mis-111
sæ privatæ de requiem, & votivæ; *S. R. C. 16. Sept. 1730. in
una Ord. Hierosol.*

Omnibus, & singulis Sacerdotibus, tam secularibus, 112
quam Regularibus cujusvis ordinis, etiam necessario expri-
mendi, districte præcipitur, ut Missas privatas pro defun-
ctis, seu de requiem, in duplicibus nullatenus celebrare au-
deant, vel præsumant; quod si ex Benefactorum præscripto
missæ hujusmodi celebrandæ incidant in festum duplex, tunc
minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilato
animabus suffragia expectantibus detrimento sit, sed dici-
cantur de festo cum applicatione sacrificii, juxta mentem
eorundem Benefactorum; curentque Ecclesiarum Rectores,
Sacrificæ, alique, ad quos spectat, ut hujusmodi Decre-
tum inviolate servetur, atque in Sacrificia affixum retinea-
tur, ubi commode ab omnibus celebrare volentibus, conspici,
& legi possit; in eos autem, qui contra facere ausi
fuerint, vel præmissa adimplere neglexerint, Locorum or-
dinarii tam Seculares, quam Regulares pro modo culpæ ani-
madvertant; *Sacr. Rituum Congr. approbante Alexan. VII.
3. Augusti. 1662.*

Approbatur, & conceditur pro Ecclesia universali Missa 113
nova ad postulandam gratiam bene moriendi, ponenda in
missali post missam *Pro remissione peccatorum*, & in Rubricis
generalibus in *tit. de coloribus paramentorum* sub colore
violaceo, ac præterea in Gradualibus ad cantum chori in eo-
dem cantu, & tono, qui in antiquis habetur feria IV. Do-
minicæ primæ, & Sabbato Dominicæ tertiæ in Quadrage-
sima, & in Dominicis IV. VI. XVI. XX. & XXI. post
Pentecostem; *S. R. C. 20. Mart. 1706. approbante Cleme-
nte XI. die 27. ejusdem mensis, & anni.*

Missæ pro defunctis, sive de requiem in festis duplicibus 114
contra præscriptum Rubricarum missalis Romani nullatenus
celebrari debent. Quod si ex Benefactorum institutione
missæ hujusmodi celebrandæ incidant in festum duplex, tunc
ne dilatio animabus suffragia expectantibus detrimento sit,
in aliam diem non impeditam minime transferantur, sed di-
cantur de festo currenti cum applicatione sacrificii, juxta
mentem eorundem Benefactorum; *S. R. C. 15. Sept. 1714.
annuente Clem. XI. 29. ejusdem.*

An missa quotidie cantanda, debuerit, & debeat cantari 115
cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi, vel solum Acolythi?
Satisfieri voluntati Testatorum, cantando missas etiam sine
assistentia Diaconi, & Subdiaconi, respondit *Sac. Cong. Conc.
29. Januæ. 1684.*

Collectæ pro defunctis non admittuntur, nisi in Missis fe-116
storum simplicibus, & ferialibus; *S. R. C. 31. Jul. 1665. in una
nullius Provinciæ Treviren.*

In missa privatata de festo Semiduplici, Simplicis, seu 117
votiva, vel de infra octavam, seu de feria non privilegiata,
potest in penultimo loco dici collecta pro particulari Defun-
cto, puta Inclina &c. vel Deus, qui nos Patrem &c. & si-
miles, sed ob id non est omittenda ulla ex collectis pro tem-
poribus assignatis, puta A cunctis, vel Ecclesiæ, *S. R. C. 2.
Decemb. 1684. in una Canon. Lateranen.*

Occurrere commemoratione Sancti simplicis in feria se-118
cunda Quadragesimæ, quando dictum est nocturnum De-
functorum, non debet in missa quartæ loco dici Oratio Om-
nipotens sempiterne Deus, qui vivorum &c. pro commemo-
ratione Defunctorum, sed sufficit tertia Oratio A cun-
ctis. Quod si dicitur quarta Omnipotens &c. quinta erit ad
libitum; *S. R. C. 4. Maii 1709. in Pistorien.*

- 119 Occurrere commemoratione Sancti simplicis in feria se-
cunda post Dominicam Passionis, quando dictum est no-
cturnum Defunctorum, in missa dicenda est secunda Oratio
de simplicis tantum; *4. Maii 1700. in Pistorien.*
- 120 In missis Defunctorum non pullentur Organa, nec aliud
quodvis musicum instrumentum adhibeatur; Benedict. XIII.
in Concilio Romano *tit. 15. cap. 6. Cæremonial. Episcop.
lib. 1. cap. 20. ibi; In Missis, & Officiis Defunctorum nec
organo, nec Musica, quam figuratam vocant, utimur, sed
cantu firmo, quem etiam in tempore Adventus, & Quadra-
gesimæ in ferialibus diebus adhiberi convenit.*
- 121 Hic jurat ad uberiorem notitiam referre, quæ tradit de
missis Defunctorum eruditissimus P. Cavalieri in *cit. Agen-
da Defunctorum cap. 10. a n. 14. ad 17.* Quatuor in missali
pro defunctis assignantur missæ, & quælibet cum sua pro-
pria Epistola, proprio Evangelio, & quamlibet ex his mis-
sæ cum sua Epistola, & suo Evangelio in assignatis quatuor
diebus dicendam esse titulus ipse aperte declarat, videlicet
primam in commemoratione omnium fidelium Defunctorum,
secundam in die obitus, seu depositionis, & in diebus
3. 7. & 30. tertiam in anniversario, & quartam in missis quo-
tidianis, seu in missis omnibus aliis, quæ dicuntur extra
præfatos dies, & circum tantias. Limita pro die depositionis
& anniversarii Summi Pontificis, & Episcopi, in quo Ru-
brica orationibus præfixa, dilerte mandat primam missam,
quæ consequenter dicenda etiam erit in eorundem diebus 3.
7. & 30. pro quibus supplet Rubrica alia in secunda missa
inserta, quæ in præfatis diebus expresse præscribit *Missam
ut supra*, scilicet ut in die obitus, unde pro quibus in die
obitus dicitur prima missa, hæc etiam dicenda erit in diebus
3. 7. & 30. At qualis adhibenda erit infra annum in circum-
stantiis aliis? Ut in quotidianis; sic enim indiscriminatim in-
dicitur, nec Rubrica ulla, vel indirecte, Summi Pontificis-
que, aut Episcopis alicujus favore facit.
- 122 Eandem primam missam Cardinali Defuncto, ut supra,
attribuunt Gavantus *part. 4. tit. 18. num. 6.* Meratus *ib. n. 2.*
Tonellius *tit. 13. num. 5.* Quarti *part. 1. tit. 6. dub. 1. num. 12.*
Guyetus *loc. cit. quæst. 27. & 29.* alique plures, quorum
nonnulli eandem extendunt etiam ad Prælatos Regulares,
Reges, Principes, & magnates. Verum Auctores hos om-
nes disterte carpit Rubrica quædam in missale Defunctorum
Romæ anno 1725. typis Vaticanæ typographiæ in tertiam
missam sub his verbis investita; In anniversario S. R. E. Car-
dinalium. Oremus. Deus indulgentiarum &c. hæc enim m.
Rubrica missam anniversarii, sub qua est posita, in anniver-
sario Cardinalium usurpandam esse indicat, & consequen-
ter etiam in die depositionis, alique missas illas, quæ in
ralibus diebus, & circumstantiis communiter præscribuntur.
Idem esto iudicium de Regibus, Magnatibus, Sacerdotibus,
atque Prælati, hi quippe, etiam Ordinarii, & quasi Episcopi
copalem jurisdictionem habeant, carent adhuc Episcopali
dignitate, in cuius gratiam favor ille latus fuit. Suffragatur
admodum Ecclesiæ praxis, quæ distincto Communi in di-
vinis Officiis Pontificis quidem honorat, ceteros vero, licet
Cardinales Reges &c. Communi Confessorum non Pon-
tificum indiscriminatim aggregat.
- 123 Qui tamen secus faciunt, contra Rubricas non omnino
peccant; post quartam enim Missam hæc particularis Rubri-
ca habetur; *Epistola, & Evangelia superius posita in una
Missæ pro defunctis. dici possunt etiam in alia similiter pro
Defunctis*: Una Missa ab alia non differt, nisi in Oratio-
nibus, Epistola, & Evangelio; ergo demptis Orationibus,
de quibus suo loco, liberum est quæcumque Missam pro
quocumque, & in qualibet circumstantia dicere, si Epi-
stolæ, & Evangelium unius Missæ in alia dici possunt. Quid
unquam, nisi idiplum, prætentunt Missalia antiqua, dum
quatuor Epistolæ, & Evangelia prædicta continent ferie
sub una, eademque Missa referunt? Pro eadem libertate
pronunciat itidem citati Quarti, Tonellius, & Gavantus
num. 4. & cum indubia eadem faciunt Rubricæ verba in suo
veriori sensu, nos dissentiri non possumus, quidquid scribat
Guyetus, qui *quæst. 27.* dicitur Rubricam nimis violenter
explicat, dum eandem restringit ad id, quod in *sequentibus
Missale declarat, aut alias ex pari ratione opportunum judi-
cabitur.* Et quidem Missale infra solum disponit pro die obi-

tus, & *ammissario Summi Pontificis, & Episcopi, & ad-
huc determinate assignat primam Missam, & consequenter
etiam determinate Epistolam, & Evangelium ejusdem Mis-
sæ, unde nunquam integrum foret Epistolam, & Evan-
gelium unius Missæ in alia usurpare, contra expressam Rubri-
cæ indulgentiam.*

Capitulum sit itaque, quod quidem decet, Epistolas, & 124
Evangelia dici in diebus, & circumstantiis, prout in Mis-
sali sunt distributa, non dempra tamen celebranti libertate
assumendi utram Epistolam, & utrum velit Evangelium.
Et quidem etiam in die depositionis, & anniversario Sum-
mi Pontificis, aut Episcopi; dum enim in casu hujusmodi
per particularem Rubricam determinate assignatur prima
Missæ, id accipiendum est cum subordinatione ad Rubri-
cam alteram, quæ ut supra libertatem facit. Qua libertate
bene usum iri credimus, seu magis fieri, quod magis de-
cet, si in die commemorationis omnium Defunctorum ali-
cujus Religionis, quæ se habet instar commemorationis om-
nium fidelium Defunctorum universalis Ecclesiæ, prima
Missæ cum sua Epistola, & Evangelio assumatur, & secunda
in die quasi obitus, quando scilicet primum habetur notitia
obitus alicujus in loco disito, licet in priori casu commu-
nior praxis usurpet anniversarii Missam; Id enim profecto
evincit paritas pro utroque casu, & pro secundo dilerte fa-
vet Decretum *G. cap. 3. nempe; Cum primum accipitur
nuntium de obitu in loco disito alicujus, potest cantari Missa
de Requiem, ut in die obitus, pro ejus anima in festo duplici
majori, vel minori, non tamen de præcepto, ut citius suffra-
getur anima defuncti, non relicta tamen Missa in casu de festo
duplici, quatenus adit obligatio*; *S. R. C. 4. Maii 1686. in
una Canon. Regul. Lateran. concordantque Gavantus num. 15.
& Guyetus quæst. 28. Hæc ille.*

At Gavantus *part. 4. tit. 18. num. 7.* & Meratus *ibid. n. 2. 125*
Tonellius, Quarti, & Guyetus, alique plures *loc. cit.* a
Cavalieri, volunt eandem Missam primam dicendam esse,
tam in die obitus, quam in anniversario pro defunctis Car-
dinalibus, mutatis Orationibus, ut in Missali, nempe
pro defuncto Cardinali Episcopo, *Deus, qui inter Apostolicos*
&c. dicendo *Episcopum Cardinalem, & si sit solus Diaconus
inclina Domine* &c. dicendo *Diaconi Cardinalis*, quia,
ut advertit Gavantus *loc. cit. num. 7.* licet Rubrica Missalis
id non præscribit, usus tamen ita declaravit; nam Cardi-
nales Episcopis sunt majores. Et *ibid. num. 8.* subjungit:
Quid pro Sacerdote Defuncto? Licet de eo Rubrica Missa-
lis meminerit inter defunctum Episcopum, & Cardinalem,
non tamen isdem æqualem facit, & rationabilis consuetudo
est in plerisque Ecclesiis majoribus, Urbis, ut dicatur Missa
secunda, mutata Oratione, ratione cuius videtur in Ru-
brica prius de Sacerdote, quam de Cardinali mentionem
factam fuisse; Si tamen dicatur Missa prima, faver Rubri-
ca in fine Missarum pro Defunctis, quæ concedit, Episto-
las, & Evangelia unius Missæ dici posse in alia quacumque
Missæ pro defunctis. Hæc ille. Et Meratus in *Additionibus
ad tit. 5. part. 1. sub num. 11.* expresse sic habet: Pro defun-
cto Sacerdote, quamvis Rubrica nihil disponat, tamen in
die obitus, seu depositionis dicenda videtur eadem Missa
prima cum Oratione, ut in Missali, pro Sacerdote assigna-
ta; Ita Bissus *litt. M. num. 243. §. 3. & sequenti.* Pro aliis ve-
ro Defunctis, sive Clericis, sive Laicis, in die obitus di-
citur Missa, quæ secundo loco habetur intra Missas defun-
ctorum, cum unica Oratione congruenti personæ Defun-
ctæ.

Hinc colliges, servandam quidem esse Rubricam in om-
nibus Missalibus positam statuentem celebrandam esse pri-
mam Missam pro Summo Pontifice, & Episcopo, & Ru-
bricam in Missale defunctorum Romæ anno 1725. typis
Vaticanæ Typographiæ in tertiam Missam sub his verbis in-
vestitam: *In anniversario S. R. E. Cardinalium, Oremus.
Deus Indulgentiarum &c.* a P. Cavalieri insertam. At libe-
rum esse Sacerdotibus servare etiam Rubricam post quar-
tam Missam, seu in fine missarum pro Defunctis impres-
sam, quæ, ut notat etiam Gavant. *loc. cit. num. 8.* Cava-
lieri *loc. cit. num. 16.* & alii, concedit Epistolas, & Evan-
gelia unius missæ dici posse in alia quacumque missa pro
Defunctis, ibi: *Epistola & Evangelia superius posita in una
Missæ pro Defunctis, dici possunt etiam in alia similiter pro
Defunctis.*

Ubi vero adit usus, seu consuetudo, quam adesse tradit 126
Gavant. *loc. cit. num. 7.* dicendi eandem primam missam
mutat.

mutatis Orationibus; etiam pro Cardinalibus Defunctis, quamvis Rubrica id explicite non præscribat, cum tamen usus ita declaraverit Rubricam, ut dicit ipse, eadem consuetudo est servanda; sicut etiam servanda est alia rationabilis consuetudo, quæ, teste eodem loc. cit. num. 8. est in plebibus Ecclesiis majoribus Urbis, pro Sacerdote Defuncto dicatur missa secunda, mutata oratione; Consuetudo enim est optima Legum interpres, textu expresso in L. si de interpretatione 37. ff. de Legib. & in cap. Cum Dilectus 8. de consuetudine.

Missarum celebratio, & applicatio probatur juramento celebrantis; ipsi enim id asserenti cum juramento credendum est, sicut in libro ad hoc parato per incuriam, obligationem, vel alia de causa non reperitur descriptus: quia ea, quæ pendunt ab animo, & conscientia, legitime probantur juramento, ex punctuali, & notabili Gloisa in cap. Significasti 16. verb. si est ita, de homicid. Sic expresse Monacell. in Formulario Legali practico tom. 2. tit. 14. formul. 2. num. 46. asserens ad id Decretum Sacræ Congreg. Concilii in una Civitatis Plebis sub die 17. Maii 1704. & testans de eodem DD. Dicitur autem Celebrans, qui missas celebratas in libro ad hoc parato non notavit, potest ab Ordinario mulctari; Monacell. loc. cit. ex Gavant. in Manual. Episc. verb. Missa num. 60. & Concil. Mediolan. Provinc. VII. p. 1. tit. de Missis, ubi Rectores Ecclesiarum carentes dicto libro mulctantur auro nummo, & Sacerdotes non scribente duodecim solidis; Vid. superius verb. Missa art. 4. num. 39.

MISSIONES, MISSIONARIUM.

Additio ex auctore.

- 1 Missiones conceduntur pro Regnis Batgao, & Bittia in Magno Thibet; Benedic. XIV. tom. 1. Constitut. 53. incip. Dilectio, & Constit. 54. incip. Litteræ. Missionarii Latini Episcoporum Græcorum-Melchitarum jurisdictionem non debent perturbare; Idem Constitut. 37. incip. Mandatam §. 13. Transitum a Ritu Græco ad Latinum Græcis non suadeant, nec admittant, inconsulta S. Sede; Idem ibid. §. 15. Rituum Græcorum conservationem curent; Idem ibid. §. 19. Nec adversus illos dispensationes concedant, aut quidquam innovent; Idem ibidem.
- 2 Missionarii Regnorum Madurensis, Mayfurensis, & Carnatanensis jurare debent observantiam Constitutionum Apostolicarum antequam Missionis exercitio se immisceant; Idem Constitut. 107. incip. Omnium sollicitudinum §. 17. Eorum juramenta subscripta exhibentur Summo Pontifici; Idem ibid. §. 21.
- 3 Ipsi interdicitur translatio rituum Gentilium in ritus Ecclesiæ Catholicæ absque licentia S. Sedis; Idem ibid. §. 14. Item dispensationes concedere super observantia Rituum Ecclesiæ; Idem ibid. §. 14. Eisdem prohibentur lavacra, & ablutiones ritu, & more paganorum, præter necessariam corporis munditiam; Idem ibid. §. 3. & 14. Juramenta præscripta præstare, & observare jubentur; Idem ibid. §. 28.
- 4 Pollentur se Paveis, id est abjectissimis viris omnia spiritalia præstituros, id quod iisdem injungitur sub pœna privationis facultatum post quinquennium ipso facto incurrenda, Idem ibid. §. 35. & 37. Alia ad rem, vide verb. Baptismus.
- 5 Missionarii Apostolicis in Sinis, si mandatis non obtemperaverint, in Europam revocari jubentur sub pœnis contra eorum Superiores. Idem Constit. 59. incip. Ex quo. Missionariis in Regno Cocinchinæ prohibetur exercitium jurisdictionis, aut facultatum, extra districtus sibi assignatos; Idem Constit. 3. incip. Tantopere.
- 6 Missionum Sacrarum ad excitandam in populis pietatem, utilitas commendatur ab experimento, & auctoritate. Idem Constit. 140. incip. Gravissimum §. 4. Earum usus laudatur, vel injungitur a Congregatione Concilii. Idem ibid. §. 7.
- 7 Instructio fidelium in rebus ad salutem necessariis est præcipuus Missionum scopus. Idem ibid. §. 11.
- 8 Missionarii ab Episcopis missi, tanquam visitationis Pastoralis prænuntii recipi debent a Parochis, etiam Regularibus in propriis Ecclesiis, & domibus. Idem Constitut. 109. incip. Firmantis §. 5.
- 9 Missionis Congregatio approbatur ab Alexandro VII.

Idem Constit. 69. incip. Quo magis. Vota simplicia in eadem emissa a nemine dissolvi possunt, præterquam a Summo Pontifice, aut a Superiore Generali in actu dimissionis tantum. Idem ibid. §. 3. & 4. Nequidem vigore facultatum, quæ Confessariis tribuuntur in jubilæis, aliisque Indultis. Idem ibid. §. 3. Neque ratione infirmitatis, vel ascensionis Beneficii Curati, aut residentialis. Idem ib. §. 4. Missionis Presbyteri, aut Clerici ad Beneficia Curata, aut residentialia, extra Congregationem promoveri nequeunt. Idem ib. §. 4.

Missionariis a Sede Apostolica conceditur privilegium celebrandi missam bis uno die, in casu tamen necessitatis. Idem tom. 2. Constit. 3. incip. Declarasti.

Missionarii Sacramenta secularibus ministrare non possunt nisi Episcopi, Vicarii Apostolici, vel cujusvis Ordinarii loci impetrata licentia. Bened. XIV. Constit. incip. Apostolicum, §. 10. Missionarii Regulares in Anglia, in iis, quæ curam Animarum respiciunt, & administrationem Sacramentorum, subijciuntur Vicariis Apostolicis, Et contraria quæcumque Regularium privilegia sicutaliter Idem Concilium, Idem ibid. §. 12. & 13.

Tali Decreto non solum afficiuntur Regulares Parochi, sed & ceteri, qui unum, vel plura Sacramenta, renuente, vel irrequisito Ordinario, secularibus ministrant. Idem ib. §. 14. In iis tamen, quæ Regularem observantiam respiciunt, sui Superioribus, & non autem Vicar. Apost. subijciuntur. Idem ibid. §. 15. & 16. Perinde enim habendi sunt Missionarii Regulares in Anglia commorantes, ac si intra Monasterium degerent. Idem ib. §. 15. & 18. Immo vero in iis, quæ curam animarum, & administrationem Sacramentorum spectant, etiam a Superioribus Regularibus corrigi, ac puniri possunt. Idem ibid. §. 16. & 17. Vicar. tamen Apost. iudicium, sententia Superioris Regularis, ex jure cumulativo concurrentis, præpollent. Idem ibid. §. 17. Cæterum Vicarius Apostolicus potest Missionarium Regularem ab Officio suspendere, vel remove, quin Superiori Regulari causam pendere teneatur. Idem ib. §. 17. Eadem facultas competit quoque Superiori Regulari. Idem ibid. §. 17. & 21. A Decreto suspensionis, vel remotionis non conceditur Missionario Regulari suspensivæ appellatio. Idem ibid. §. 17.

Missionariorum per Orientem munus est, ut Schismaticos ad unitatem Ecclesiæ adducant. Benedic. XIV. Constitut. incip. Allata sunt. §. 19. Missionarii ritus omnes Orientales intervertere non debent, nec conversi ad unitatem Ecclesiæ suadere transitum ad Ritu Latini. Idem ib. §. 19. & 21. Missionarii non possunt dispensare cum Catholicis Orientalibus super observatione jejun., aliorumque, quæ in ipsorum Ritu præscribuntur. Idem ib. §. 13.

Missionarios mutua caritatis, & concordia officium, maxime decet. Bened. XIV. Constit. inc. Apostolicum ministerium in premio. Missionibus Anglicanis quatuor Vicar. Apostolici præficiuntur. Idem ib. §. 1. Mission. Regulares ad Anglos, cum primum illo advenerint, debent se sistere Vicar. Apost. eisque testimoniales litteras suorum Superiorum exhibere. Idem ib. §. 6. Deberent insuper, jure communi inspecto, examinari, & approbari a Vicar. Apostolicis ad audiendas secularium Confessiones. Idem ibid. §. 7. & 8.

Ex speciali indulto iisdem datur, ut examen, vel coram Ordinario loci, ubi situm est Monasterium, vel Bruxellis coram Nuncio Sedis Apostolicæ, subire possint. Idem ibid. §. 8.

Facultas tamen audiendi Confessiones a Vicar. Apost. est impetranda; Et ista ad sexennium concedi debet, & subinde ad aliud sexennium prorogari sine examine; Et ab hoc onere Regulares quantumvis privilegiati non sunt immunes; Idem ib. §. 10. Et a Vicar. Apost. idem expectere, & accipere facultates Formulæ secunde. Idem ib. §. 12.

MOLENDINUM, MOLITOR.

Molendinum mensæ Episcopalis non comprehenditur, nisi sub prohibitione facta a Communitate populo de non adeundo, nisi ad Molendina Communitatis. S. C. Immunit. in Firm. 2. Julii 1620. lib. 2. decr. Paul. pag. 48.

Molendina, & alia ædificia sub directo dominio Ecclesiæ sunt

- 1 sunt exempta. Ead. S. C. Imm. in una Montis Regalis 15. Jan. 1647. lib. 4. decr. Paul. pag. 2.
- 2 Molendina Ecclesiasticorum non comprehenduntur sub Bannis Gubernatoris, qui debet facere declarationem de non comprehensione eorum. Ead. S. C. Imm. in Assina 8. Apr. 1631. lib. 2. decr. Paul. pag. 84. in Pleinen. 20. Septemb. 1639. l. 3. decr. Paul. pag. 10.
- 3 Molendina Ecclesiasticorum, ac molentes in ipsis molendinis non comprehenduntur sub prohibitione Laicali solvendi gabellam, ut dicitur della Pesa. Eadem Sacra Congregatione. Immunitat. in Maceraten. 19. Jan. 1638. lib. 3. decr. Paul. pag. 57.
- 4 Repugnat Immunitati, & Libertati Eccles. exactio oneris molituræ in molendinis Ecclesiasticorum, & Equitum Sancti Mauricii, nec non publicatio ordinis prohibitivi eundi ad dd. Molendina. Ead. S. C. Imm. in Taurin. 11. Septemb. 1634. lib. 2. decr. Paul. pag. 202.
- 5 Episcopus procedat prout de Jure contra ministros Laicos impediētes moniales in Fabricatione molendini olearii, non obstante monitorio A. C. Eadem Sacra Congregatione. Immunitat. in Aviminen. 9. Februar. 1700. lib. 2. decr. Vall. pag. 272.
- 6 Impediētes molere Olivas in molendinis Ecclesiasticorum, & prætendentes decimas sunt ab Ordinario excommunicandi. Ead. S. C. Imm. in Cathacen. 11. Augusti 1631. lib. 2. decr. Paul. pag. 85. in Vigenina 29. Octob. 1629. lib. 1. decr. Vall. pag. 226.
- 7 Prohibitio Communitatis eundi ad alia molendina, quam ad molendina ipsius Communitatis non comprehendit molendina Episcopi, Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, tam intra, quam extra Communitatis Territorium existentia, & Communitas est cogenda ad declarationem non comprehensionis. Ead. Sac. Congreg. in Firmiana 19. Nov. 1630. lib. 2. decr. Paul. p. 65.
- 8 Ecclesiastici non possunt cogi ire ad molendinum Domini temporalis, seu Communitatis, sed possunt ire ad alia sibi beneficia. Ead. Sac. Cong. Imm. in Neriton. 1. Sept. 1643. lib. 3. decr. Paul. pag. 208.
- 9 Molendina vulgo dicta Centimoli ab Ecclesiasticis regneri possunt in propriis domibus pro eorum usu, & familia. Ead. Sac. Congreg. Immunit. in Lycien. 20. Septemb. 1650. lib. 4. decr. Paul. pag. 120.
- 10 Ecclesiastici iuxta exempti ab impositione Molituræ. Ead. Sac. Cong. Imm. in Isernien. 10. Martii 1631. lib. 2. decr. Paul. pag. 99.
- 11 Non licet Gubernatori, seu Curia Seculari visitare, seu perquisitionem facere in molendinis monialium, & aliorum piorum locorum, quamvis sint conducta a Molitoribus affectuariis. Ead. Sac. Cong. Immunit. in Verul. 2. Oct. 1691. lib. decr. Grim. pag. 18.
- 12 Nec vexare dictos Molitores affectuarios sub prætextu mensurarum injustarum, vulgo le Scudelle, sed illas restituere debent, ibid.
- 13 Molitores, seu Conductores molendini Præposituræ, & Collegiatae patentati respondententes pro Affictu molendini in tot frumentis recollectis in ipso molendino, gaudet Privilegio Fori. Ead. Sac. Cong. Imm. in Nullius Atini 4. Junii 1997. l. 2. decr. Vall. pag. 95.
- 14 Molitor, qui sine Collectis moluit frumentum, mensæ Episcopalis, nequit molestari a Curia Laica, alioquin Episcopus procedat contra eamdem prout de Jure. Ead. Sac. Cong. Imm. in Bononien. 22. Apr. 1698. lib. 2. decr. Vall. pag. 143. item 19. Augusti; & 16. Septembr. d. A. & lib. pag. 175.
- 15 Operarii molendini Olivarum Conventus Regularium, vendentes oleum mensuris non justis nequeunt puniri a Justitiariis secularibus. Ead. Sac. Cong. Imm. in Arianen. 8. Apr. 1687. lib. decr. Mant. pag. 76.
- 16 Ecclesiastici, cum mittunt triticum ad molendina, non tenentur accipere, nec deferre Cartulam, vulgo la Bolletta subscriptam a Gabellariis. Ead. Sac. Cong. Immunit. in Nullius Altamura 7. Novembr. 1692. lib. 1. decr. Vall. pag. 85.
- 17 Mensuræ vulgo dictæ le Scudelle ablatæ a molendinis Ecclesiasticorum de Ordine Gubernatoris sunt restituendæ Curia Episcopali, ad quam etiam debet recurri pro cognitione fraudum commissarum in dd. Molendinis. Eadem Sac. C. Immunit. in Veltirna 12. Januarii 1649. lib. 4. decr. Alt. pag. 1049.

Ferrar. Biblioth. Tom. V.

Quatenus Ecclesiastici non molestentur in exactione impositionis molituræ, & aliorum onerum vigore Edictorum, quæ ipsos nullatenus comprehendere possunt, supercedendum est a fulminatione Censurarum: alias procedendum ad ulteriora. Ead. Sac. Cong. Immunit. in Aviminen. 15. Januar. 1647. lib. 4. dec. Paul. pag. 2.

MOLLITIES.

Vide verb. Luxuria an. 35. ad 45.

MONACHUS.

Vide verb. Regularis.

MONASTERIUM.

Vide verb. Conventus.

MONETA, MONETARIUS.

Moneta est sic dicta, eo, quod Signi impressione, vel Auctoris, vel pretii moneat; Magnum Lexicon Juridicum Calvini, verb. Moneta. Suidas autem scribit, Junonem Monetam cultam fuisse Romæ, quia Romanos in bello adversus Pyrrhum, & Tarentinos de pecunia laborantes benigno responso, ope consilioque juvisset, in cujus templum nummum eundi institutum est; Veteres etiam Monetam Deam esse dicebant, quæ pecuniæ curam haberet, graviter animadvertentem in eos, qui dolum malum in pecunia committerent; Qua etiam ratione doctissimi Grammaticorum censuerunt, Monetam dici, quod moneat, ne quid fraudis in are, pondereve fiat; Corasius lib. 3. Miscell. cap. 13. Sic Calv. in cit. Magno Lexico verb. Moneta.

Moneta confunditur cum Denario, Nummo, & Pecunia; Denarius, venit a Dena decem significante; leg. 126. ff. de verb. obligat. & inde nomen traxit, quia primo decem asses valebat; Calvin. in cit. Magno Lexico v. Dena, & Denarius. Nummus appellatus est a Numa Rege, qui nummos primum apud Latinos imaginibus notavit, & titulo nominis sui præscripsit; S. Isidorus lib. 16. Origin. cap. 17. Calvin. loc. cit. verb. Nummus, ubi infra subiungit: Quid tamen, si vocem latinam a verbo & ipso latino derivet, nempe a numero; nam nummi functio non minus opinor, numero constat, quam pondere.

Pecunia a Pecude dicta est, quasi peculium Patrisfamilias ex pecude estimatum; Veterum enim tota substantia, ac totum eorum patrimonium in pecudibus repositum erat, omniaque necessaria, fundos, pomos, esculenta, poculenta, pecudibus sibi comparabant, iisdem pecudes redimebant; Columella in præfat. lib. 6. Alciat. in leg. Pecunia 4. ff. de verb. significat. Calvin. loc. cit. verb. Pecunia; Unde S. Augustinus relatus in cap. Totum 6. caus. 1. quæst. 3. sic expressè dicit; Ideo autem Pecunia vocata est, quia antiqui, quod habebant, in pecoribus habebant; Et concordat leg. Origo 1. ff. de contrahend. emptio. ibi; Origo emendi, vendique a permutacionibus cepit; olim enim non ita erat nummus, neque aliud merx, aliud pretium vocabatur, sed unusquisque secundum necessitatem temporum, asserum, utilibus inutilia permutabat: quando plerumque evenit, ut quod alteri superest alteri desit; sed quia non semper, nec facile concurrebat, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, vicissim haberem, quod tu accipere velles, electa materia est (pecunia nempe, seu nummus) cujus publica, & perpetua estimatio difficultatibus permutacionum æqualitate quantitatis subveniret; Eaque materia forma publica percussa usum, dominiumque non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate; Nec ultra merx utrumque, sed alterum pretium vocatur.

Monetæ valor, seu estimatio est duplex, scilicet valor intrinsicus, seu naturalis, & valor extrinsecus, seu Legalis; Valor intrinsicus, seu naturalis est ille, qui provenit ex bonitate metalli, vel materiæ, ex antiquitate, ex utilitate majori ad commercia humana, ex majori facilitate, quæ apud exteros acceptatur, & ex aliis capitibus, propter quæ solet

solet supra extrinsecum, seu Legalem valorem plus dari pro tali moneta; Valor extrinsecus, seu Legalis est ille, qui a Legge publica, seu Decreto Principis, vel magistratus habentis ad id potestatem cum sigillo, seu signo imponitur, vel taxatur.

6 Ad iustitiam causae monetæ, seu pecuniæ tria omnino requiruntur; Glossa communiter recepta in cap. Quanto 18. verb. Patris, de iurjurand. per textum in leg. 1. ff. de contrahend. emprion. Primum est legitima eudendi auctoritas, quam etiam Signum impressum indicat; Secundum est materiæ bonitas, seu integritas, idest quod moneta sit tota de ea materia, ex qua esse debet, ut moneta aurea nihil admixtum habeat metalli inferioris, & sic de moneta argentea, & aliis; Tertium est iustum pondus materiæ, sicuti signum monetæ indicat.

7 Jus monetam eudendi est de Regalibus; Unde soli Principes supra auctoritate gaudentes possunt de iure monetam eudere; lib. 2. Feudorum cap. 16. Quæ sint Regalia, & leg. 2. Cod. de falsa moneta, cum similibus; Alii autem inferiores non nisi ex speciali Privilegio id facere possunt; Communis.

9 Princeps mutationem valoris, siue intrinseci, siue extrinseci monetarum facere non potest absque consensu Communitatis, vel saltem potioris eius partis, excepto casu publicæ, ac manifestæ necessitatis; Colligitur clare ex cap. Quanto 18. de iurjurando, & tenet Communis Doctorum, sicut Layman lib. 3. tractat. 3. part. 1. cap. 5. num. 7. Et ratio est quia per mutationem valoris, siue intrinseci, siue extrinseci monetarum inferitur maximum detrimentum populo, unde id est iniustum, nisi ipse populus sponte consentiat: Tum quia monetæ plus, & commoditas debet esse publica, & communis, ex cap. Quod omnes tangit, de regul. iuris in 6. habetur expresse: Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

10 Dicitur autem notanter vel saltem potioris eius partis, quia in similibus rebus consensus maioris, seu potioris partis alicuius Communitatis, v. g. in hoc casu consensus maioris partis Magnatum Regni dicitur consensus omnium; arg. l. Quod maior, ff. ad Municipalem, cum possibile non sit omnium omnino consensus postulari.

11 Item notanter dicitur Excepto casu publicæ, ac manifestæ necessitatis, quia ob evidentem causam, seu necessitatem Princeps Monetæ mutationem facere potest, etiam non requisito populi consensu; Oresinius tract. de mutatione Monetarum cap. 22. Covarr. in Collat. Numismat. cap. 7. num. 6. Joannes Faber Institut. Quibus modis tollitur obligatio Principis Layman loc. cit. num. 7. ubi sic præcisè subiungit: Sed admodum quod Princeps, cessante necessitate, populo compensare debet damnum, quod ob pecunie mutationem passi sunt. Exempli gratia si ingruentibus hostibus, ad bellum necessarium gerendum pecunie deficiat, duobus modis Princeps succurrere poterit, ut publico Edicto Monetarum omnium valor extrinsecus augetur, vel ut nummi aerei pro argenteis, aut etiam aureis, impresso eodem valoris signo eudantur cum implicito pacto crediti, ita videlicet, ut quicumque, finito bello, tale signum attulerit, ipsi bonus Nummus argenteus, vel aureus ex eadem Principis officina dandus sit, unde aereus prodierat; Quare tale signum, non tam nummi, quam aereus, aut tessera rationem habeat; Et de facto sic fuit practicum Militæ obsidionis tempore, & aderant in Monetis verba hæc: Non es, sed Fides, attento, quod deinde fuerunt permutate, & restitute aliæ bonæ materiæ, & iusti ponderis; Refert Ursula Instit. Crimin. lib. 2. tit. 6. n. 185.

12 Ceterum gravissime peccat Princeps, seu Magistratus, si ob commodum suum, absque publica necessitate Monetarum mutationem introducat, v. g. si bonum Monetæ genus reprobet, aut banniat, atque congregatum conflet, ac postea minus valentem Monetam eudi faciat sola lucri sua causa, & huiusmodi; Abbas in cap. Quanto 18. de iurjurando n. 11. Gabriel in 4. d. 15. part. 9. art. 3. dub. 1. Majoran. in 4. d. 19. quest. 28. corollar. 6. & communis aliorum: Gravissima enim damna, & incommoda provenire solent ex Monetarum mutatione, ut experientia docet, & videri possunt apud Layman loc. cit. n. 3. & alios passim.

13 Si Monetæ valor mutetur intrinsece, solutio fieri debet ex moneta antiqua, quæ currebat tempore debiti contracti, si vero non inveniat antiqua, debet fieri ad illius æstimationem; textu expresso in cap. Cum Canonici 26. de censibus, & tenet communis Doctorum cum Fagnano lib. 3. decretal.

in cap. Olim 20. de censibus num. 4. & seq. et Rota part. 2. recent. decis. 149. num. 11. part. 3. decis. 108. num. 1. part. 15. decis. 164. num. 8. et sepe alibi; Et hoc siue Monetæ valor intrinsecus fuerit auctus, siue imminutus. Communis cum Fagnan. loc. cit. num. 6. per textum in cit. cap. Cum olim 20. & cit. cap. Cum Canonici 26. de censibus. Nisi tamen fuerit alterius Monetæ solutio legitime præscriptum, ut patet a contrario sensu in cit. cap. Olim 20. de censibus, ibi: Non nisi triginta sex annorum ad plus tempus effluxerit; Per hoc enim innuit, ut si effluxisset tempus annorum quadraginta, bene præscriptum esset in solutione alterius Monetæ. Et sic tenet Glossa ibidem verb. Non nisi triginta sex. Innocent. circa finem verb. Papien. Abbas antiq. num. 1. Joann. Andreas num. 10. Fagnan. num. 14. & 15. cum Ancharan. Butr. Cardin. Anania, Castellin., Bald. ibi ab ipso citatis; Unde si Creditor recipiat unam speciem pecuniæ loco alterius longissimo tempore, non cogitur Debitor in futurum solvere de pecunia primæ speciei.

16 Si Monetæ valor mutetur extrinsece, solutio fieri debet secundum eisdem valorem de tempore solutionis, Communis cum Fagnan. loc. cit. num. 22. & 24. & Rota part. 2. recent. decis. 149. num. 11. part. 3. decis. 49. num. 1. part. 11. decis. 24. num. 10. & sepe alibi; Et ratio est, quia hoc casu bonitas Monetæ intrinseca non mutatur, sed tantum bonitas extrinseca, idest valor. In æstimationem autem valoris inspicitur tempus solutionis; l. Cum quid, & l. Vinum, ff. Si certum petatur, & l. Paulus, ff. de solutionibus.

17 Si tamen Monetæ sit ab initio taxata ad rationem tot librorum, tunc in solutione attendendus est valor taxatus, quia æstimatio facit venditionem; l. Plerumque §. Si ante, ff. de iure dot. l. Si æstimatis, & l. Quoties, Cod. eodem, & ideo reddi, & solvi debet illa æstimatio, & non major, vel minor, Balb. consil. 339. Punctus questionis talis est vol. 2. Boer. decis. 327. num. 10. Fagnan. loc. cit. num. 24. & 25. Rota part. 3. recent. decis. 49. num. 3. part. 9. tom. 2. decis. 398. n. 10. & seq. & sepe alibi.

18 Quando monetæ species certo numero solvendæ sunt in pactum deductæ, tunc tot numero species tempore constituto solvi debent, quot fuerunt pacto conventæ, siue earum valor extrinsecus sit auctus, siue diminutus, quia illarum superveniens extrinseca mutatio credit commodo, vel incommodo creditoris; Unde, si Caius dedit mutuo Titio centum duplas eodem numero, & specie restituendas, seu emerit agrum pro centum duplis in specie, & numero solvendæ, non obstante, quod earum valor extrinsecus sit auctus, vel diminutus. Communis cum Covarr. de mutatione Monetæ. §. Unic. conclus. 7. Layman loc. cit. n. 13. Rota part. 14. recent. decis. 504. part. 15. dec. 564. n. 23. & sepe alibi.

19 Quando conventa est certa species Monetæ, solutio facienda est in eadem specie, nec Debitor liberatur solvendo in alia specie eisdem valoris, etiam si adfit consuetudo, ut una species Monetæ solvatur pro alia; Unde si conventum sit, ut solutio fiat in auro, non tenetur Creditor recipere Monetam argenteam, quamvis probam, & eisdem, seu æquivalentis valoris. Rota part. 2. recent. decis. 149. numer. 4. part. 4. tom. 2. decis. 165. num. 1. part. 5. tom. 2. decis. 141. num. 56. part. 19. tom. 1. decis. 329. num. 1. & 2. & sepe alibi. Et ratio est, quia Contractus ex conventionem legem accipiunt l. 1. §. Si convenerit, ff. Depositi, & Reg. l. 23. ff. eod. & cap. Contractus 85. de Regul. Juris in 6. ibi: Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur. Et aliud pro alio, invito Creditore, solvi non potest, juxta l. 2. §. 1. ff. Si certum petatur.

20 Intellige tamen quando facile, vel cum modica difficultate species Monetæ inveniri possit, secus autem, si qualitas promissa, seu conventa Monetæ non reperitur, vel totaliter abesse fuerit, seu publice fuerit prohibita, quo casu solutio fieri potest & debet per aliam æquivalentem; argum. cap. Olim 20. & cap. Cum Canonici 26. de censibus, Rota part. 2. recent. decis. 149. num. 5. part. 4. tom. 2. decis. 165. num. 2. Annotat. ad decis. 67. num. 52. & seq. part. 9. tom. 1. dec. 351. num. 2. part. 14. & decis. 329. num. 3. part. 19. tom. 1. Vide verb. Penso a n. 113. ad 118.

21 Quando quantitas pecuniaria in obligationem deducitur, nulla facta designatione speciei, aut facta quidem, sed numero incerto, vel nulli illius facta æstimatione, tunc, si fiat mutatio extrinseca Monetarum, solutio fieri debet secundum valorem currentem tempore solutionis. Si enim v. gr. Titius

Titius det centum scuta Cajo cum pacto, ut tantumdem in bona Moneta restituat, vel cum pacto, ut ea restituat in auro, vel argento, non expresso numero specierum, tunc, cum talis species Monetæ solvendæ adjecta sit causa demonstratio nis tantum, & non æstimationis. Monetæ valor extrinsecus siue auctus, siue diminutus currit commodo, vel incommodo Debitoris. Rota part. 16. recent. decis. 230. num. 5. Fagnan. loc. cit. num. 11. Bald. consil. 407. Super sacro Domini num. 1. vers. In contrarium lib. 5. Castellin. consil. 35. num. 9. Joann. Faber Institut. Quibus modis tollitur obligatio, Tholosan. lib. 36. Syntag. cap. 2. num. 27. Fridric. Martini de iure Cen. cap. 5. num. 60. & cap. 8. num. 59. Mynsinger. Centur. 4. observat. 1. Covarr. de mutatione Monetæ. §. unic. numer. 3. in fine, & conclus. 4. Carol. Molin. de iurjur. contract. quest. 92. num. 708. Sotus lib. 6. de iustitia quest. 1. art. 1. & quest. 12. art. 3. Silveiter verb. Solutio quest. 2. Petr. Navarr. lib. 3. de restitut. cap. 1. num. 259. Toletus lib. 2. cap. 34. numer. 2. Rebell. part. 2. lib. 11. quest. 15. conclus. ultim. Filiucius in moral. qq. tract. 35. num. 409. verb. Quanto, Ludov. Molin. tom. 2. disp. 312. conclus. 1. Layman loc. cit. num. 15. Joann. Medina de restitut. quest. ultim. vers. Ideo facitur, Abbas in cap. Quanto 18. de iurjurando num. 2. Holtien. ibidem, Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 33. num. 35. Engel ibidem num. 14. & alii plures contra alios.

22 Quando valor Monetarum extrinsecus crescit in manu Depositariorum, Administratores, aut cuiuscumque similis possessoris, seu alterius pecuniæ Cultoris, ordinarie tale augmentum, non ad ipsum, sed ad Dominum Monetarum pertinet, sicuti ad ipsum pertinet detrimentum valoris, si contingat. Communis; Et ratio est clara, quia augmentum, & decrementum extrinsecum est quoddam accidens Monetæ, adeoque eisdem debet esse, cuius est Moneta.

23 Potest licite Moneta purioris materiæ, quamvis eisdem valoris Legalis commutari cum alia imperfectioris materiæ cum moderato lucro, attentis circumstantiis maioris, vel minoris valoris naturalis utriusque, & idem dicendum est proportionate de permutatione Monetæ Cameralis cum non Camerali. Molina tract. 2. disp. 401. vers. Dicendum deinde est, Salas de Cambiis dub. 33. num. 3. & 4. & 9. Rebellus, 2. part. de obligat. iust. l. e. lib. 11. de cambiis quest. 5. Pontas verb. Campfor cas. 1. Lugo de Cambiis disp. 27. sect. 2. n. 8. vers. Quintus titulus est, ubi dicit sic sentire alios communiter, & num. 11. ubi dicit: Ego puto non recedendum a communis sententia, sed cum ipsa dicendum, communiter licitum esse plus aliquid accipere hoc etiam titulo maioris commoditatis, & facilioris expendibilitatis unius Monetæ, quam alterius. Rosignolus de Cambiis 1. prenot. 4. num. 2. & ipse teste, alii magis communiter contra Medinam, Valentiam, & quosdam alios. Vide ipsum Rosignolum, & Lugonem ad longum nostram conclusionem propugnantes.

24 Qui scientia privata scit valorem Monetæ esse brevi minuendum, seu Monetam esse prohibendam, potest ipsam expendere secundum valorem præsentem, quia valor iustus est valor publicæ currentis secundum communem æstimationem, vel secundum taxationem Legis, & non secundum privatam cognitionem, seu æstimationem. Communis. Dicitur autem notanter scientia privata, quia Communis Doctorum cum Cardinali de Lugo tom. disput. 25. num. 140. tenet non excusari Magistratus ipsos, qui ex industria Legis promulgationem differunt, ut interim suas Monetas majore valore expendant: Vide verb. Emptio art. 2. n. 18.

25 Monetam falsam, v. g. stamneam, aut plumbeam pro argentea scienter expendens, non obstante, quod ab aliis acciperet, & deceptus fuerit, peccat graviter, tenetur ad restitutionem ei, qui læsus fuit, & ut reus falsi criminis circa Monetas potest puniri. Colligitur ex l. 1. §. final. ff. Ad Leg. Cornelianam, de falsis, & ex l. Cornelia 9. ff. eod. & docent Jul. Clarus lib. 5. sentent. §. Falsum numer. 38. Covarr. de collat. veterum Numismat. cap. 8. numer. 4. Molina tract. 2. disput. 702. num. 9. Silveiter verb. Falsarius quest. 6. Navarr. cap. 16. num. 167. Tholosan. lib. 36. Syntag. cap. 3. Layman lib. 3. tract. 3. part. 1. cap. 5. n. 5. & alii passim.

27 Qui bona fide Monetam falsam ab alio accipit, & bona etiam fide, seu ignoranter eam expendit, postea comperta veritate tenetur ad restitutionem ei, qui læsus fuit. Molina cit. disput. 702. ad finem, Petrus Navarr. lib. 3. de restitut. cap. 1. num. 312. Navarr. in Manual. cap. 17. num. 167. Layman loc. cit. num. 5. & alii. Et consentit Lugo tom. 2. disp. 28. sect. 2. num. 6. ubi recte cum distinctione respondens dicit, Ferrar. Biblioth. Tom. V.

eum, qui bona fide Monetam falsam expendit, non factus ea de causa locupletior, tunc solum teneri ad restituendum, quando is, cui ipse pecuniam illam solvit, passus est ea de causa detrimentum aliquod. Si autem nullum detrimentum passus est, quia ipse etiam bona fide eam expendit, & solvit personis ignotis, quibus restituere non tenetur, quia nescit, an ipse etiam detrimentum passus sit; liber etiam ille primus erit ab onere restituendi; Vide verb. Emptio art. 2. a n. 1. ad n. 9.

28 Monetam falsam fabricantes, veram tendentes, radentes, vel minuents falsi crimen committunt, & sunt Rei læsæ Maiestatis sub pena ultimi supplicii, confiscationis bonorum, & Feudorum, infamix, & privationis omnium Dignitatum, l. 2. Cod. de fals. Monet. ibi: Cuius obnoxii crimen læsæ Maiestatis committunt, & concordant l. 1. & 3. Cod. & l. Quicumque ff. Ad Leg. Cornelianam, de falsar. cum similibus, et tenent Doctores communiter.

29 Monetas aureas, et argenteas tendentes, tam in Urbe, quam in toto statu Ecclesiastico incurrunt penam ultimi supplicii. S. Pius V. Constituit. 3. incip. Cum nihil magis. Quam constitutionem approbat, confirmat, & innovat Urbanus VIII. & ad omnes, & singulas personas Ecclesiasticas etiam quomodolibet exemptas, cuiusvis Ordinis, Societatis, Instituti, nec non Militiarum quarumcumque etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Regulares, in omnibus, & singulis Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, & locis in Italia dumtaxat existentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tendere, fabricare, colorare, vel alias adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut exponere præsumserint, extendit, & ampliat, ac vult ut culpabiles in præmissis reperti, prævia degradatione, Curia Seculari puniendi tradantur. Urbanus VIII. Constituit. 75. incipient. in suprema.

30 Pecunias autem adulteratas scienter detinentes, seu de loco ad locum transportantes, aut materiam, instrumenta, siue opem ad præmissa præstantes incurrunt penam Tirerium per decennium. Urban. VIII. in d. Constitutione incipient. in suprema.

31 Cognitio huiusmodi causarum in Provinciis Sedi Apostolicæ subiectis spectat ad S. R. E. Cardinales ibidem Legatos. In aliis vero Provinciis Italiæ spectat ad locorum Ordinarios, etiam quoad Regulares private quoad omnes, etiam Superiores ipsorum Religiosorum, ipsis Superioribus penitus exclusis. Urban. VIII. in dicta Constitutione incipient. in suprema §. 6.

32 Monetarii gaudent Immunitate Ecclesiastica; sed contra Ecclesiasticos complices in hoc delicto procedendum est juxta formam dictæ Constitutionis a Sanctissimo editæ anno 1627. Sacra Congregat. Immunitat. in Oppiden. 16. Januarii 1635. lib. 2. decretal. Paul. pag. 214.

33 Attendenda tamen est novissima dispositio Benedicti XIII. in Constitut. incip. Ex quo edita 1725. sexto Idus Junii, ubi sic expresse habet: Excludimus pariter repellimus, atque privamus ejusdem Immunitatis Privilegio... constantes, adulterantes, vel tendentes quascumque monetas aureas, vel argenteas, etiam Principum exterarum, quoviscumque in loco, aut Provincia, ubi crimen admittitur, liberum habeant usum, & commercium, vel ipsas Monetas constatas, adulteratas, aut detentas scienter ita expendere, & erogare præsumentes, ut fraudis conscii, atque participes censeri possint.

34 Cognitio causæ Sacerdotis Monetarii spectat ad Eminentißimum Legatum private quoad Ordinarium juxta dispositionem dictæ Bullæ F. R. Urbani VIII. Sacra Congreg. Immunit. in Bononien. 6. Septembr. 1672. lib. 1. decret. Alrov. pag. 729.

35 Vigore ejusdem Bullæ cognitio causæ fabricationis falsæ Monetæ contra Clericum spectat ad Curiam Episcopalem, Eadem Sac. Congreg. Immunit. in Eugubina. 16. Febr. 1631. lib. 2. decret. Paul. pag. 96.

36 Verum aliquando contra Ecclesiasticos fabricatores falsæ Monetæ datur facultas Gubernatori procedendi etiam per alium, modo sit Clericus. Ead. Sac. Congr. Immunit. in Beneventana 26. April. 1677. lib. 2. decret. Alrov. pag. 1373.

37 Conceditur, mandante Sanctissimo, facultas Eminentißimo Legato extrahendi & retinendi prætenios Monetarios, ac conficiendi Processum, quem ad Sacram Congregationem transmittat. Ead. Sac. Congr. Immunit. in Bononien. 30. April. 1672. lib. 1. decret. Alr. pag. 683.

38 Monetarius, in cuius domo repertum fuit Breve Sanctissimi, & Sigillum, utrumque ex probabilibus indicis falsum, man.

- mandante Sanctissimo, extrahitur a quocumque loco immuni per D. Nuncium. *Ead. Sac. Congr. Imm. in Neapolitana 29. Decemb. 1668. lib. 1. decret. Alt. pag. 303.*
- 40 Monetarius ad preces M. Ducis ex gratia speciali Sanctissimi extrahitur ad formam Bullae, & retinetur in carceribus Ecclesiasticis usque ad novum ordinem, quamvis casus non sit de exceptis. *Eadem Sac. Congregat. Immunit. in P. Jana 7. Aprilis 1668. lib. 1. decret. Altov. pagin. 214. in Florentina 9. Februar. 1669. d. lib. pagin. 314. Attendenda tamen nunc dicta Bulla Benedicti XIII.*
- 41 Ad instantiam Regionum datur facultas Episcopis Status Mediolanen. inquirendi in locis immunibus, & extrahendi Monetas adulteratas, & tonsas, ac etiam instrumenta ad hunc usum; Quo vero ad Monetarios, Tonsores conceditur Eminentissimo Archiepiscopo Mediol. facultas ad triennium illos extrahendi, & retinendi in carceribus Eccles. vel ad tutam custodiam in Laicalibus nomine Sac. Congregat. & conficiendi processum ad effectum transmittendi, ac etiam communicandi aliis Episcopis facultatem tantum extrahendi, & custodiendi ipsos Reos. *Eadem Sac. Congregat. Immunitat. in Mediolanen. 6. Julii 1677. lib. 2. decret. Altov. pag. 1411.*
- 42 Datur facultas Episcopo procedendi contra Monetarios extractos ab Ecclesia ad rigorosum examen, attentis enormitate, & frequentia horum delictorum. *Eadem Sac. Congregat. Immunitat. in Lycien. 26. Julii 1667. lib. 1. decret. Alt. pag. 138.*
- 43 Conceditur facultas / annuente Sanctissimo, Vicario Generali consignandi instrumenta extracta ab Ecclesia, quibus Monetarius utebatur ad cudendos nummos, & etiam nummos ipsos, si adsint, facta protestatione, ut dicta Curia procedat in causa citra poenam sanguinis. *Ead. Sac. Congreg. Immunitat. in Mediolanen. 16. Februarii 1679. lib. 2. decret. Altov. pag. 1712.*
- 44 Annuente Sanctissimo datur D. Nuncio Apostolico facultas restituendi, seu consignandi iudicibus Laicis Monetas falsas repertas apud Fratrem N. Mendicantem tantum in carceribus Nunciaturae, postquam eisdem usus fuerit pro omni eo, quod attinet ad suum Tribunal cum solita preservatione. *Eadem Sacra Congregat. Immunitat. in Neapolitana 10. Aprilis 1664. lib. 1. Decret. Vall. pag. 115. Quo ad omnia supradicta attendenda est nunc dicta Bulla Benedicti XIII. incipient. Ex quo.*
- 45 Conceditur facultas in forma Commissaria, annuente Sanctissimo, Inquisitori, & Episcopo Meleвитano, ut pro extinctione Monetae ex aere fabricatae contribuant Ecclesiastici tam Saeculares, quam Regulares una cum Laicis in summa scutorum 135. mille pro rata quorumcumque honorum, rerum, & effectuum per eosdem Commissarios declaranda ita tamen, ut creditum etiam Relig. Hierosolymitanæ ad dictam summam ascendens remaneat extinctum, & residuum ejusdem monetae ex aere fabricatae infra biennium amota omni dilatione etiam extinguatur. *Eadem Sacra Congregat. Immunitat. in Meleвитana 10. Novembris 1649. lib. 4. decret. Paul. pag. 64.*
- 46 Taxa Edicto Regio imposta ex causa Monetae novae non comprehendunt Ecclesiasticos, & injungitur D. Nuncio, ut tueatur Immunitatem Ecclesiasticam. *Eadem Sacra Congregat. Immunitat. in Aprutina 1. Aprilis 1695. lib. 1. decret. Vall. pag. 180.*
- 47 Ad instantiam Regis Catholici Sac. Congregat. Immunitat. ex placito Sanctissimi concedit approbationem donativi extraordinarii Ecclesiasticorum in Regno Siciliae, dummodo erogetur in causa monetae novae. *In una Regni Siciliae, seu Panorm. 16. Sept. 1698. lib. 2. decret. Vall. pag. 176.*
- 48 Monetas aureas tondentes ultimi supplicii poena plectuntur. *Benedict. XIV. Constitut. incip. Ad curam, §. 2. Poenam hanc ad tondentes monetas argenteas ampliavit S. Pius V. Pontifex in Constitut. incip. Cum nil magis. Idem ibidem §. 2. Urbanus autem VIII. in Constitut. incip. In Suprema, hujusmodi poenali sanctioni obnoxios fecit Ecclesiasticos quocumque tam Saeculares quam Regulares infra Italiam, & Insulas adjacentes. Idem ibid. §. 3.*
- Novae Additiones ex aliena manu.*
- 1 DE mutatione Monetae inter diem contracti debiti, ac solutionis, gravis praesertim in mutuo controversia est, cui nocere ea debeat, creditori ne, an debitori? Plures sa-

ne hac de quaestione scribere, sed qui eos legit, vix assenti potest quid sibi velint.

Primum vero propius ad rem veniamus, nonnulla praemittenda sunt. Notandum primo est, mutari internam numerorum bonitatem, quoties ipsa proba numerorum materia in nummis recentioribus minori invenitur pondere, seu quantitate, quam in veterioribus, dum posteriores eandem puritatem, bonitatemque habent, sed leviores ponderis; vel idem cum prioribus pondus habent, sed plus inferioris metalli singulis mixtum est.

Notandum secundo est, externam numerorum bonitatem consistere in valore, qui imponitur publica auctoritate materiae publice signatae ea mente, ut perpetuus stabilisque sit. Quo fit, ut usum, dominiumque pecunia non tam ex substantia, quam quantitate praebere intelligatur, imo non amplius corpus, & aestimatio illa publica deinceps spectanda sit, per quam pecuniae corpora semel aestimata omnem in posterum aliam respuant privatam aestimationem, omniaque aestimant.

Notandum tertio, mutari aliquando externum valorem ipsius materiae, scilicet auri argentique, per usum, atque commercia hominum aucto rudis auri, aut argenti pretio, & ita quidem ut pari proportioni non surgat aestimatio utriusque metalli, ex quo nummus constat, sed magis auri, quam argenti, aut vice versa. Ex quo necessario augenda deinde quoque est publica aestimatio numerorum jam culatorum, & cudendorum, etsi materia eorum neque melior, neque major sit.

Notandum ultimo, ita plerumque in Rebus publicis aut Regnis bene constitutis externum valorem nummis auctoritate publica solvere, atque etiam oportere imponi, ut cum intrinseca materiae bonitate conveniat, eique respondeat.

Hic notatis, sentio bonitatem internam, & externam numerorum mutatam, ipsamque etiam mutationem valoris metalli seu materiae, quae mutationibus superioribus praebere solet occasum, cedere lucro, & damno debitoris maxime mutuatarii obligati ad pecuniam reddendam; Confer *Neostad. Cur. Holland. decis. 37. per tot., & Christin. Belgicar. decis. vol. 1. decis. 1. num. 1.*

Et ratio est, quia, ut notatum est, pecunia qua talis usum dominiumque non tam ex substantia, quam quantitate praebet, quae quantitas ita auctoritate publica definitur, ut illa sola, & nulla alia spectari debeat in expendendo, & in commercio inter homines.

Pateat hinc, errare eos qui asserunt mutata intrinseca materiae bonitate, tempus contractus: mutata vero extrinseca bonitate, id est valore imposito, tempus solutionis attendendum esse in solutione facienda.

Declaro tamen, ita procedere quae diximus, si nulla ex parte debitoris, vel creditoris mora interceiserit; *Neostad. decis. Cur. Holland. 37. Gorem. observat. 16. per tot.*

Tum declaro procedere, nisi pactum sit de solvenda certa moneta in specie; *Grot. Manduct. ad Jurisprud. Holland. lib. 3. cap. 10. numer. 18., & seq. Wassenaar Pract. Judicial. cap. 11. num. 103.*

MONIALES.

ARTICULUS I.

Moniales quoad ea, quae concernunt Puellarum Educationem, Novitiatum, & Professionem.

Puella educationis gratia recipi possunt in Monasteriis Monialium, ut pluries decrevit, *Sac. Congregat. Episcop. & Regul., & signanter in Hieracensi 31. Augusti 1575.* ubi illius Episcopo rescriptum expressit quod: *Nullo Concilii Decreto prohibetur, quominus puella in Monasteriis Monialium educetur; & patet ex quotidiana praxi ejusdem Sacrae Congregationis concedentis in dies facultates pro puellis inibi educandis.*

Plures tamen requiruntur condiciones, ut puellae inibi educandae recipiantur: Prima conditio igitur est, quod Monasterium ad educationem puellas recipere consueverit, ac plu-

- ut pluries decrevit *Sac. Congregat. Episcop., & Regul., & signanter in Parmen. 37. Octobris 1603., & in Derton. 27. Maii 1607.* Monasterium autem dicitur solitum puellas ad educationem recipere, quando alias in educationem tenuit, licet forte modo nullam educandam habeat. *Sac. Congreg. Episcop., & Regular. in Eugubina 18. Martii 1607.* Monasterium autem dicitur solitum puellas ad educationem recipere, quando alias in educationem tenuit, licet forte modo nullam educandam habeat. *Sac. Cong. Episcop., & Regular. in Eugubina 18. Martii 1603.* Non possunt tamen recipi educandae in Monasteriis Convertitarum, ut expresse prohibuit *Sac. Congreg. Episcop. & Regular. 12. Maii 1619.* Neque in illis Monasteriis, in quibus viget prohibitio admittendi puellas ad habitum, quia inibi censetur etiam prohibitum eas admittere ad educationem, ut respondit *Sac. Congregat. Episcop., & Regular. in Camerinen. 23. Martii 1588., & in Neapolitana 30. Sept. 1695.*
- Secunda conditio est, quod puellae intra Monasterium habitent in loco separato, tam a Dormitorio Monialium, & Novitiarum, quam a loco, in quo ipsae Moniales solent vacare operibus manualibus, & hoc est adeo necessarium, ut Monasteria non habentia loca propria destinata ad usum puellarum ibi educandarum, non possint hujusmodi puellas recipere in educationem, ut pluries decrevit *Sac. Congregat. Episcop., & Regul., & signanter in Novarien. 2. Junii 1595. in Dertonen. 27. Maii 107. in S. Severina. 15. Januarii 1615. in Campan. 7. Junii 1619. in Neapolitana 11. Decemb. 1648.* Unde ad hoc jubetur Monasterium visitari. *Ead. Sac. Congreg. Episcop. in Lavetana 16. Augusti 1602.*
- Tertia conditio est, quod puellae educandae non recipiantur in Monasteriis, nisi de expressa licentia Sacrae Congreg. ut pluries decrevit *Eadem Sac. Congregat. Episcop., & signanter in Hieracen. 31. Augusti 1575. in Viterb. 17. Aprilis 1602. in Volaterrana 1. Septembris 1603.* Et hoc sub poena violatae clausurae. *Eadem Sac. Congreg. Episcop., & Regul. in Neapolitana 7. Febr. 1647., & 1. Julii 1650.* Unde si reperiretur alicubi introducta aliqua puella educationis gratia, abique licentia Sacrae Congregationis, Superior, aut Episcopus, qui id permiserit, esset incurfus excommunicationem, pro ut Archiepiscopus Pragensem monuit *Sac. Congregat. Episc., & Regul. 9. Augusti 1594.* apud Monacell. in *formul. Leg. part. 1. tit. 11. formul. 11. num. 17.* Licentia recipiendi in educationem non conceditur Monialibus particularibus, sed solum Monasterio in communi. *Eadem Sac. Congregat. Episcop., & Regul. in Castlen. 18. Novembris 1611., & in Placentina 28. Febr. 1614.* Ordinarius non potest hujusmodi licentiam concedere. *Eadem Sac. Congregat. in Arximana 13. Novembris 1589., & in Athoni 18. Decemb. ejusdem anni.* Non obstantia contraria consuetudine. *Eadem Sac. Congregatione Episcop. in Lunden. 20. Novembris 1626.* Obtenita licentia Sacrae Congregat. Episcop., & Regul. praesentanda est ei, cui directa fuerit, nec non in propriae Cancellariae Registris reconcorda, alias invalida redderetur, ut declaravit *Eadem Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in Dertonen. 27. Maii 1607.* In Monasteriis Regularibus subiectis, obtenta licentia Sacrae Congreg. recipi, & admitti possunt educandae absque consensu Episcopi, & sola licentia Superioris Regularis. *Sac. Congr. Episcop., & Regul. in Cremon. Terrae Soncini 1. Septemb. 1690.* licet aliquando Sacra Congregatio etiam in Monasteriis Regularibus subiectis executionem licentiae Episcopo solet committere: Sic expresse habetur apud Monacell. *part. 1. tit. 11. form. 11. num. 16.* quae licentiae executio, si expresse sit commissa Episcopo, est ei pro executione praesentanda, juxta decretum *num. antecedenti* relatum.
- Atque hic occurrit attendenda sequentia. Cum Archiepiscopus Taurinensis contendere sine sui particulari, & expressa facultate non licere Monialibus exemptis Savillani, & curae Regular. Observant. subiectis, coeere Capitulum pro admittenda ad Habitum, vel Professionem aliqua adolescentula, acta fuit causa coram Congregat. Episcoporum, & Regular. a qua emanavit sequens.

DECRETUM.

Sacra Congregat. Eminentiss., & Reverendiss. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regular. praeposita, mature perensis omnibus rationibus allatis, referente Eminentiss. Card. Gotti Ponente, censuit

rescribendum, prout praesentis decreti tenore benigne rescripti, Pro convocacione Capituli ad effectum acceptandi educandas in Monasteriis exemptis, non requiri licentiam Archiepiscopi, sed Abbatissam teneri eidem transmittere copiam authenticam resolutionis dicti Capituli ad effectum judicandi de ejusdem validitate.

Datum Romae 1. Decembris 1741.

I. Cardinal Firrao.

C. Archiepiscopus Damiatinae Secret.

Quarta conditio est, quod puellae recipiantur de consensu Superioris, & Monialium per secreta suffragia. *Sac. Congreg. Episcop., & Regul. in Derton. 27. Maii 1607., & in Anagnin. 4. Januar. 1608.* Qui consensus Monialium debet esse majoris partis, non obstante contrario abusu. *Eadem Sac. Congregat. Episcop. in Assisen. 29. April. 1603. in Camerinen. 4. Januar. 1608. in Arrebaten. 30. Septembris 1616.* Dum Superior Regularis recipit Monialium suffragia pro admittenda educanda in Monasteriis sibi subiectis, cum eo non assistit Vicarius Generalis, nec alius ab eodem, seu ab Episcopo deputatus, prout Sac. Congregat. Episcop. rescript. Episcopo Cremonen. ut infra.

Riferito in Sacra Congregatione dal Cardinal Caraffa quanto V. S. ha rappresentato con sua lettera in ordine al dubbio proposto dal Prior del Convento dell'Ordine de' Predicatori di Soncino di cotesa Diocesi, se nell' accettazione dell'educandae nel Monastero delle Monache di S. Paolo di detto Luogo soggette al suo Ordine possa intervenire alla ballottazione, che si fa dalle Monache, il suo Vicario Generale, o altra persona da deputarsi da lei. Questi Eminentissimi miei Signori hanno risoluto, che non abbia potuto, ne possa intervenire. Glielo significo, ed il Signor Iddio la prosperi.

Roma 15. Settembre 1690.

Ex Registro autographo Sac. Congregat.

Et jam in una Comensi Dominicanorum 14. Martii 1650. *Eadem Sac. Congregat. Episcoporum, & Regul.,* decreverat, quod *scrutinium, & consensus Capitularis dependat a Monialium arbitrio, nec ad hoc eget licentia Ordinarii,* apud Nicol. in *stojulis verb. Educatio num. 10.*

Quinta conditio est, quod puellae non sint supra numerum Monasterio praefixum *Eadem Sac. Congregat. Episcop., & Regul. in Derton. 27. Maii 1607.* Non est tamen prohibitum, quod in eodem Monasterio recipiantur educandae plures Sorores, quam duae. *Sac. Congregat. Episc., & Regul. in Iserniteni 11. Januarii 1622., & in Panormitana 6. Maii 1622.* Numerus educandarum ita praefigi debet, ut quilibet suum Lectum separatam habeat. *Eadem Sac. Congreg. Episc. in Comen. 16. Martii 1593.*

Sexta conditio est, quod puella educanda recipiatur sola sine ancilla. *Sac. Congregat. Episc., & Regul. in Neapolitana 12. Martii 1619.* apud Barbosam *Juris Ecclies. univers. cap. 44. num. 55.* ubi refert, quod Chrylostoma Caraciola in Monasterio Dominae Reginae Educationis causa degens ancillam ad ejus servitium introducendam petiit a Sacra Congregatione sibi concedi. Et Sacra Congregatio respondit, quod *non datur ancilla pro educandis, & sic jam decreverat in Hieracensi 31. Augusti 1575.*

Septima conditio est, quod puellae educandae utantur vestitu, qui virginali modellae, & pudicitiae convenit, ut saepius decrevit. *Eadem Sac. Congregat. Episcop., & Regul., & signanter in d. Hieracensi 31. Augusti 1575., & in Dertonensi 27. Maii 1607.* Unde S. Carolus Borromaeus in *sua Constitutionibus Synodalibus lib. 6. §. De puellis saecularibus num. 4.* expresse statuit, quod *dictae puellae nigri tantummodo, aut fisci, aut albi coloris vestes non sericas adhibeant, & nullo praetextu exquisito utantur ornatu, nec concipnatæ incendant, neque inanes, neque monilia, aut ejus generis inanes delicias ferant.*

Octava conditio est, quod puella educanda septimum expleverit annum, nec sit major vigintiquinque annis. *Sac. Congreg. Episc., & Regul. in d. Dertonensi 27. Maii 1607.* Puellae enim, quae compleverunt 25. annum debent a Clausura dimitti. *Sac. Congreg. in Dertonensi, & in Panormitana 19. Octobris 1582.* Nisi prorogacionem obtineant a Sacra Congregatione. *Eadem Sac. Congregat. in Ariminen. 14. Jan. 1608.*

mar. 1650. Si autem aliqua completis annis 25. sine obtenta prorogatione non statim egrediantur, non afficitur Excommunicatione, sicuti nec Abbatissa, vel Priorissa Monialium illam retinentes, quia non est illicite ingressa, nec Sacra Congregatio talem Excommunicationem imposuit; Debet tamen in illico casu Ordinarius prefigere ei terminum ad eligendum egressum de Monasterio, vel ad habitum Regularem suscipiendum, ut declarasse Sacram Congregationem testatur Franciscus Leo in *Theaur. For. Ecclesiast. part. 12. cap. 16. num. 54.* Barbosa de *Offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 102. num. 65.* Campanil. in *divers. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 16. num. 26.* Tamburin. de *Jur. Abbatissar. disp. 1. quest. 2. num. 11.*, & alii plures.

27 Nona conditio, est, quod puellæ sic introductæ e Monasterio non egrediantur, sed ad clausuram adintra Monialium teneantur, & semel egressæ, ad illud Monasterium redire non permittantur absque Sacra Congregat. licentia cum egressus hujusmodi expressione, nisi habitum Regularem suscipiendi animo essent reverentur, ut expressè decrevit *Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in d. Dertonensi 27. Maii 1607.* Ipsæ tamen puellæ egrediendo absque Superioris licentia non incurunt Excommunicationem violatæ clausuræ. Ita Lugo, & Giballinus relati, & secuti a D. Cajetano de Alexandris in *Confessario Monialium cap. 7. §. 8. quest. 5.* Pellizarius de *Monialibus cap. 5. sect. 4. quest. 9. num. 287.*, & alii, qui tamen debent intelligi de excommunicatione Papali; Secus de imposta ab Episcopo, in quam profecto incidunt, si exeant absque licentia; in hoc sensu, ut advertit Clericus de *Sacrament. Euch. dist. 18. num. 25.*, & D. Cajetanus de *Alexandris loc. cit. intelligendi sunt Pollaccus, & Tamburin. loc. cit. num. 14.* dicentes, præfatas puellas egredientes sine licentia e Monasterio incurere Excommunicationem, etiam si exeant animo non amplius revertendi: Et ratio nostræ conclusionis est, quia Jura indigentia Clausuram sub Excommunicatione loquuntur solum de Monialibus tacite; aut expressè Professis, adeo ut Navarr. Azorius, Zerola, Sanchez, & alii, quos citat, & sequitur Tambur. ipse *disp. 18. q. 6. num. 1.* dicunt, quod talem Excommunicationem non incurunt Novitiæ egredientes e Monasterio sine licentia Superioris, ergo a fortiori eam non incurunt puellæ educandæ; ubi enim agitur de obligatione imponenda stricta debet fieri interpretatio, *cap. 1. de jurejur. in 6. cap. Odia 15.*, & *cap. in penis 49. de Reg. Juris in 6.*

29 Decima conditio est, quod quolibet semestri pro dictis puellis alimenta in pecunia anticipatè solvantur: Immo pro tali solutione debet idoneus Fidejussor constitui: Nec permittendum est, quod parentes earum ipsi transmittant victum dietim. *Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in d. Dertonensi 27. Maii 1607.*

30 Educandæ matrimonium contrahere volentes desponsari debent extra Clausuram, in eam amplius non redituræ sine licentia Sanctæ Sedis. *Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in Catanens. 15. Febr. 1595.* Immo Ordinarius habitus, & notitia, quod educandæ contraxerint Sponsalia, debet eas a Clausura dimittere. *Eadem Sac. Congregat. Episcop. in Platentina 13. Jan. 1634.*, & *in Consentina 9. Novemb. 1635.*

32 Si Sponsam de licentia Sacra Congregationis in clausura degentem Sponsus visitet absque ejusdem Sacra Congregationis facultate, quæ raro conceditur, & multo magis si præfatus Sponsus circa Monasterium cantet, vel sonet, ipsa Sponsa debet a Clausura dimitti. *Eadem Sac. Congregat. Episcop. in Neapolitana 25. Febr. 1596.*, & *25. April. 1627. in Papien. 15. Decemb. 1604. in Platentina 27. Martii 1650.* Abbatissa, quæ Sponsalium instrumentum cum educandæ fieri permittit ad Crates, deponitur ab Officio, voceque activa, & passiva privatur. *Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Assisen. 20. Sept. 1599.*

34 Educandis nubere volentibus liber exitus permitti debet, *Eadem Sac. Congregat. Episcop. in Bononien. 29. Novemb. 1600.* Ordinarius non debet absque causâ relevanti præcipere educandæ, ne contrahat Matrimonium sine sua licentia. *Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Neapolitana 15. April. 1633.*

36 Matrimonium contractum a puella educandâ ad Crates Monasterii coram testibus, & Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus limites situm est Monasterium, validum est, etiam si Parocho fuerit alio pretextu vocatus, nisi aliud obstat. *Sac. Congregat. Concilii in Turritana 19. Decembris 1648. lib. 18. decret. pag. 563.*

37 Educandæ dimitti debent, si sine facultate speciali rece-

pta sint ante septimum annum completum, vel si compleverunt annum 25. ut lapsus decrevit *Sac. Congregat. Episcop. & Regul.*, & signanter in *Dertonen. 27. Maii 1607.*, & *in Campanien. 11. Decemb. 1648.* Neque in hoc dispensari possunt Ordinarii, quia inferior (uti est Ordinarius respectu Sacra Congreg.) nullam habet potestatem in Legem Superioris, *Cap. Inferior 4. distinct. 21. Cap. Cum inferior 16. de majorit. & obedient. & Clementin. Ne Romani, de election. Item dimitti debent educandæ, quæ non solvunt alimenta. Eadem Sacra Congregat. Episcop. in Campanen. 11. Decemb. 1648.* Item dimitti debent, si detegantur ener, gumenæ. *Eadem Sac. Congregat. Episcop. in Ferrarien. 12. Januarii 1624.* Item dimitti debent, si detegantur gravidæ, & multo magis si pariant. *Eadem Sac. Congregat. Episcop. in Mediolan. 10. Februarii 1651.*

Puellæ, quæ compleverunt annum 25. nequeunt recipi educandæ in Monasteriis Monialium, ut sæpius decrevit *Sac. Congregat. Episcop. & Regul.*, & signanter in *Ferrarien. 3. Julii 1595. in Forosempron. 20. Septemb. 1604. in Derton. 27. Maii 1607.* Nisi raro ad annum propter causas urgentes, & de licentia Sacra Congregationis. *Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Ariminen. 14. Octobris 1598.* Modo ultra alimenta donent aliquis Monasterio. *Eadem Sac. Congreg. in Parmen. 17. Aprilis 1602.* Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. *Eadem Sac. Congregat. in Rixien. 4. Martii 1603.*

Mulieres nuptæ nequeunt recipi in Monasteriis Monialium de licentia Ordinarii: Immo Sacra Congregatio rejecit petitionem cujusdam Comitissæ, quæ propter quamdam infirmitatem a suo marito separari cupiebat, & cum tribus filiabus ingredi quoddam Monasterium Monialium: Sic referunt Barbosa de *Offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 102. numer. 66.* Miranda de *Sacris Monialibus quest. 2. art. 6. conclus. unic.* Tambur. de *Jure Abbatissar. disp. 24. quest. 14. numer. 1.* & alii. Ille autem, quæ sunt in discordia cum Maritis, & eorum sævitiam timeant, si extra culpam sint, debent, si sint in Monasteriis, tolerari; In posterum vero hujusmodi mulieres non possunt recipi etiam cum licentia Episcopi: Ita referunt decilium Campanil. in *divers. Juris Canon. rubr. 12. cap. 16. num. 30.* Zerola in *praxi Episcop. part. 1. verb. Monialis §. 12.* Tamburin. *loc. cit. num. 1.* Bonacina de *Clausura quest. 4. p. 1. §. 3. num. 17.* Barbosa *alleg. 102. numer. 66.*, & alii.

Mulier, quæ in suspensionem venit Marito, & timet ob id, ne ab eo ipsi vis aliqua inferatur, permitti debet, ut possit ingredi Monasterium Monialium, dummodo Constitutiones Monasterii non repugnent, & accedat consensus Superiorum, Abbatissæ, & Monialium, & cessante causâ ingressus, debet inde exire, & si semel exierit, nunquam postea poterit in idem Monasterium ingredi; dum autem non exit, & moratur intra clausuram, tenetur, sicuti, & alia Moniales, & stare sine ancillis, & servare alias condiciones supra adductas pro educandis. Sic decilium fuisse referunt Campanil. *loc. cit. numer. 31.* Zerola *loc. cit. §. 12.* Tambur. *loc. cit. num. 2.* Barbosa *loc. cit. numer. 66.* Joann. de la Cruz de *stat. lib. 1. cap. 5. dub. 2. concl. 3.*, & alii.

Vidua, quæ honestatis causâ se in Monasteria Monialium contulerunt, dummodo sine bonæ exilimationis, & famæ, tolerari debent, quatenus Legibus Monialium pareant, De cetero tamen non sunt recipiendæ, nisi Moniales fieri velint. Sic decilium fuisse a Sacra Congregatione referunt Miranda *loc. cit. art. 6. conclus. unic.* Homobonus de *bons in exam. Ecclesiast. tract. 9. quest. 32.* Campanil. *loc. citat. numer. 31.*, & *30.* Lezana in *summa qq. Regul. cap. 25. num. 28.*, & *30.* Tambur. *loc. cit. num. 3.* Nav. in *Lucerna Regul. verb. Educatio num. 13.* Barbosa *cit. allegat. 102. num. 67.* resolventes nec posse Episcopum dare licentiam Viduæ ingredi volenti, atque in habitu Laicali permanere, etiam si toto tempore vitæ suæ illic degere, nec amplius inde exire vellet, quia in istis nulla adeit necessitas.

Famulæ, seu ancillæ seculares de licentia Superiorum possunt introduci in Monasteriis Monialium causa inserviendi domesticis servitiis, & infirmis Monialibus, si deficient conversæ, aut sint infirmæ, dummodo sint morigeratæ, & sint in obsequium totius Monasterii, seu omnium Monialium, & a Monasterio non egrediantur, quamvis adesset conventus ex eundi pro libito suo. Sic decrevisse Sacram Congregationem Cardinalium in *una Abulensi* referunt Barbosa *citat. allegat.*

allegat. 102. numer. 60. Tamburin. *disp. 24. quest. 16. num. 3.* Qui insuper referunt sic concessisse Paulum III. de anno 1536. & S. Pium V. 27. Septemb. 1569. ad petitionem Commissarii Fratrum Minorum de Observantia in Curia Romana tunc existentis, Extra tamen casum dictæ, & similis necessitatis non possunt introduci sola licentia Ordinarii; Sicuti non possunt introduci pro servitio alicujus Monialis particularis, aut alicujus puellæ educandæ cum sola licentia Ordinarii. Immo etiam Sedes Apostolica regulariter hanc licentiam denegat, ut in *Neapolitana 12. Augusti 1588.*, & *12. Martii 1619. in Parmen. 22. Januarii 1601. in Pavormit. 27. Julii 1604. in Compostellanâ 5. Septemb. 1605.*, & sæpe alibi, ut videre est in decretis allatis a Nicolio in *Floresculis verbor. Ancilla.*

Puella, vel Vidua, quæ temere ingreditur ad suscipiendum habitum, & Abbatissa recipiens incidunt in Censuras, hæcque debet graviter puniri, illa expelli, nec amplius admitti sine licentia speciali Sacra Congreg. Episcop. neque pro educandâ, neque ad probandum Institutum; *S. C. Episc. 8. Octob. 1649.*, & *8. Novemb. 1652.* Si tamen ingreſsa fuit non ad malum finem, postquam exivit, absolvitur cum poenitentia salutari absque ulla poena pecuniaria; *Eadem S. C. Episc. 20. Novemb. 1654.*

Cogere puellas ad ingressum monasterii causa solius educationis, si coactio est illata puellis a non habentibus in illas potestatem dominativam, est peccatum mortale, quia est eis graviter injuriola; Suarez *1.3. de Relig. lib. 5. cap. 9. n. 4.* & alii passim; Si coactio sit illata a parentibus, vel Tutoribus, & puellæ sint impuberes, nullum est peccatum, quia utuntur Jure, quod habent in filias in illa ætate; Si autem sint puberes, talis coactio censetur peccaminosa; Diana *p. 2. tract. 15. resol. 56.* cum aliis ibi citatis; Cum enim puellæ majoris ætatis, ut observat Suarez *loc. cit. sint sui Juris* in omnibus his, quæ pertinent ad statum animæ suæ, non possunt licite, & sine peccato a parentibus cogi ad tam arctam, & rigidam custodiam, uti est monasterii clausura; dummodo tamen ad aliquod tempus ratione circumstantiarum, locorum, temporum, & personarum talis ingressus non censetur moraliter necessarius ad decentiam, & custodiam ipsarum.

Cogentes coactione peccaminosa puellas puberes ad ingrediendum monasterium probabilis incurunt Excommunicationem latam a Tridentino *sess. 25. de Regul. & Monial. c. 18.* etiam si non intendant illas ingredi ad habitum Religionis sumendum, aut profitendum; sed solum, ut ibi maneant cum habitu Sæculari solius educationis gratia, donec occurrat occasio nubendi; Barbosa de *Offic. & potest. Episcop. allegat. 104. n. 5.* cum pluribus aliis ibi citatis, Zerola *part. 2. prax. Episcop. verb. Moniales num. 13.* Filiucc. *tract. 14. cap. 6. numer. 39.* Diana *p. 2. tract. 15. §. 1. Miscellan. resol. 56.* cum pluribus ibi citatis, Navarr. *confil. 56. sub tit. de senten. Excomm. in 1. editio. & confil. 6. sub tit. de Regul. in 2. editio. Suarez de Censur. disp. 23. sect. 5. n. 9.* Gavant. in *Manual. Episcop. verb. Monialium educatio activa n. 1.* Tambur. *loc. cit. disp. 1. q. 4. n. 4. & seq. & alii apud ipsam ibid. n. 1.* & ratio est, quia Concilium Trid. excommunicando cogentes feminas invitæ ad Monasterium, tres prohibet coactiones, unam videlicet ad ingressum, alteram ad susceptionem habitus, & tertiam ad emissionem Professionis, ibi: *Ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum, vel ad emitendam Professionem, quæ coactiones, ut vides, sunt inter se distinctæ, pro ut declarat dictio illa Vel, quæ stat alternative, & disjungit sententiam, & verba; Bartol. in l. Si iis, quæ ducent a n. 2. ff. de reb. dub. Nat. confil. 625. vol. 4. Paris confil. 91. n. 29. lib. 2.* adeoque ad contrahendam predictam Excommunicationem, sufficit sola coactio ad ingressum, quia in alternativis sufficit alterum adimpleri; *cap. in alternativis 70. de Regul. Juris in 6. Rota part. 1. recent. decis. 569. num. 2.* Unde Diana *p. 2. tr. 15. §. 1. Miscellan. resol. 856.* dicit, quod optime, sancteque Tridentinum loquutum est absolute, quia per ingressum datur quoddammodo occasio, ut postea puella Monasterium ingressa ob verecundiam foeminarum, & Monialium suasionem suscipiat habitum involuntate, ut de facto non semel accidit.

Id autem limitat Sanchez in *Decal. l. 4. c. 4. n. 2.* Portell. in *addition. ad dub. Regularia verb. Moniales n. 14.* Fr. Emmanuel in *Summa tom. 2. cap. 8. n. 10.* Hieronymi, Roderic. in *Compend. q. Regul. resol. 10. n. 79.* & alii, quando talis coactio est in ordine ad suscipiendum postea Religionis habitum,

& ibi Professionem emitendam, sive suasionibus Monialium, sive alia ratione; nam cum tali tantum qualitate derogat libertati, quam Concilium intendit conservare in puellis ad religionem admittendis; Secus vero, si ordinatur ad educationem in habitu Sæculari, donec occurrat occasio nubendi; quam opinionem Diana *loc. cit.* Tamburin. *l. c.* & alii vocant fati probabilem, & tutam in praxi, quamvis ipsi primam, ut probabiliorē sequantur.

Ordinationes, & declarationes Ordinario directæ pro Monasteriis servari debent, etiam in Monasteriis subjectis Regularibus; *S. C. Episc. & Regul. in Perujina 8. Aprilis 1577.* Secus si Ordinationes tam pro Monachandis, quam pro educandis factæ fuerint ab iplo ordinario, quia ex non ligant Monasteria Regularibus subjecta, vel aliter exempta; *Ead. Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in Vercel. 8. Martii 1625.* Nisi ex, quæ respiciunt clausuram, & ad illam accessum, vel ingressum; *Ead. S. C. Episc. & Regul. in Vicentina 11. Aprilis 1625.* apud Nicolium in *Floresculis verb. Monasterium n. 8.* Unde recte censet Cespedes cum aliis ab iplo relatis de *dubis regul. cap. 33. dub. 337.* Pellizar. cum aliis valde doctis a se consultis de *monial. c. 5. sect. 5. q. 13. n. 191.* & alii, puellas inanes in monasteriis exemptis non subjacere Episcopo, nisi in casibus, in quibus ipsi subduntur moniales exemptæ: quia locus exemptus, & extra Dioecesim æquiparatur; Gloſa in *Clementina 1. de Foro competent. & juxta hanc doctrinam insistent prædicti Doctores, & alii, non subjacere casibus reservatis Ordinario; quod delimitur etiam ex *capitulo 1. de privileg. in 6.* ubi delictum in loco exempto commissum supponitur extra Jurisdictionem ordinarii.*

Si aliqua educandâ agrotet cum periculo vitæ, & testari velit, debet concedi licentia Notario cum testibus ingrediendi clausuram, prout declarasse Sacram Congregationem Card. de anno 1595. referunt Naldus in *Summa verb. moniales numer. 14.* Tamburin. de *Jure Abbatissarum disputation. 1. quest. 2. numer. 16.* Pellizar. de *monial. cap. 5. q. 5. num. 193.* & alii.

Ubi autem esset sepelienda educandâ, si moreretur in monasterio exempto, nulla electa sepultura, variant Doctores: Bordonus enim in *Miscell. decis. 128.* Pellizarius de *monialibus cap. 10. sect. 3. sub sect. 1. n. 233. §. Immo puto,* Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 23. an. 9.* Samuel de *sepulchris disp. 3. tract. 1. contro. 16. num. 16. & 30.* & alii, quibus adhererem ante infra positam Sac. Congreg. Concil. resolutionem, insistent, esse sepeliendam in monialium Ecclesia: Et ratio est, quia educandæ sunt partes ejusdem corporis Monasterii, adeoque de eodem Jure censendæ sunt: Tum quia id colligitur ex Conc. Trid. *sess. 24. cap. 11.* ubi personæ commentiales actu Regularium, apud quos domicilium, & habitacionem habent, gaudent eorum Juribus, & privilegiis, penitusque eximuntur a Jurisdictione ordinariorum, ibi: *Excceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis actu interviunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt; & cap. 11. sess. 25. de Regularibus, & monialibus,* ubi personæ continue commentiales, & de Familia in Monasteriis Regularium excipit omnino a Jurisdictione Episcoporum ibi: *Præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum Familia; personæ tam Regulares, quam Sæculares; & favet Constitutio Clementis X. incip. Superna, & Decretum Sacra Congregationis Concil. adduct. sub verb. Approbatio art. 1. n. 65.* Vide *ibique ad n. 68.* Tum etiam quia Jus sepulturæ ex administratione Sacramentorum acquiritur eidem Ecclesiæ: unde supradicti Doctores volunt, in tali casu deberi Confessario quartam Funeralem, quæ datur propter onus, quod sustinetur in administratione Sacramentorum ex officio: *cap. Nos instituta 1. & cap. De his 4. de sepulchris* cum similibus: Confessarius enim monialium, licet non vocetur Parochus, in re tamen est Parochus, cum ex officio curam habeat animarum eorum, quod ac si esset Parochus respectu sæcularium; Immo Bordonus *loc. cit.* ubi mordicus hanc tenet opinionem, addit, quod si dictæ puellæ eligerent in aliena Ecclesia sepulturam, Funus esset ducendum a Confessario, & non a Parocho, quia ad illum spectat Funus pericere, ad quem pertinet ejusdem Funeris inchoatio: Ad solum autem Confessarium spectat initium funeris, & cadaveris levatio ex monasterio, quia nemo præter ipsum ibi Jus habet, cum locus sit omnino exemptus a Jure Parochialis.

Pignatellus autem *tom. 7. consil. 67. per tot.* acriter tenet, & edu-

educandas decedentes in monasterio exempto tumulandas esse in Ecclesia illius Parochiae, in qua ipse habent domicilium: Quam opinionem sequitur Mattheucci *Offic. Cur. cap. 32. Officialis quoad Moniales num. 8. & seq.* & probabiliter censent Sanchez l. c. Pellizarius l. c. & alii; Et ratio est, quia puellae, quae ad tempus causa educationis sunt hospites in monasterio, dicuntur peregrinantes, ut desinitur ex l. 1. §. de his, qui decesserunt, ibi: *Tantum autem interest inter habitatorem, & hospitem, quantum interest inter domicilium habentem, & peregrinantem*: adeoque si tales puellae sunt peregrinantes, non amittunt Parochiam domicilii, neque acquirunt Parochiam ratione educationis in monasterio, & consequenter si contingat eas mori in monasterio, non electa, nec a se ipsis, nec a parentibus, si adhuc sint impuberes, sepultura, debent in propria Ecclesia Parochiali, sepeliri, quatenus tamen non habeant proprium sepulcrum majorum, quia tunc deberent inibi sepeliri soluta quarta Funeralium suae Ecclesiae Parochiali, Et si in nulla Parochia haberent domicilium, neque sepulcrum Majorum haberent, nec alibi sepulcrum elegerint, dicunt, quod tunc essent sepelienda in Ecclesia illius Parochiae, in qua situm est monasterium, & non in Ecclesia monialium: Ad quod factum novissima resolutio S. C. Conc. in Ferreriana 11. April. 1742. ubi respondit, quod Educandae decedentes non sibi electa sepultura sepelienda sint in Parochia, sub qua est Monasterium, si non habeant sepulcrum Majorum: Et si elegerint sepulcrum in Monasterio, possint ibi sepeliri, sed debent Quartam funeralem Parocho: Vide verb. *Matrimonium, art. 2. a. n. 115. ad 121.* & infra in hoc ce art. a. n. 126. ad 129. Quod dicitur de educandis, id ipsum dicendum est servata proportione, de tumulatione Mulierum saecularium in Monasteriis Monialium legitima facultate commorantium, & inibi decedentium. Vide etiam verb. *Sepultura a num. 31. ad 32.*

64 Puella, ut legitime recipiatur ad Habitum Religionis, requiritur consensus Superioris, & Monialium per secreta suffragia, ut pluries decrevit S. C. Episc. & Regul. & signanter in *Amelien. 4. Januarii 1607. in Placentina 6. Febr. & in Hieracen. 8. Maji 1615.* Qui consensus Monialium debet esse majoris partis. *Ead. Sac. C. in Assisen. 19. April. 1603. in Camerinen. 4. Januarii 1608. in Atrebaten. 30. Septembris 1616.* Puella ad habitum Religionis recipienda, est ab Episcopo, vel eius Deputato exploranda an coacta, an seducta sit; au sciat quid agat, & huiusmodi: Concil. Trid. *sess. 25. de Regul. & Monialib. c. 17.* Et hoc etiam in Monasteriis Regularibus subiectis, ut saepius declaravit S. C. Concil. & signanter die 13. Novemb. 1627. & in *Dertonen. 16. Decemb. 1645.* Nec potest in dictis exemptis Monasteriis ad habitum admitti sine praevia licentia Episcopi in scriptis, ut declaravit Sacra Congregat. super Episcopis, & Regul. per haec verba: „Al Vescovo di Bressia. Altre volte dalla S. Congregazione è stato risoluto, che ne Monasterj di Monache anche essenti, e soggetti al governo de' Regolari non possono introdursi Zitelle Monacande tenza che vi preceda l'acettazione delle Suore capitolarmente, e per voti segreti per un luogo vacante dentro il numero prefisso, e la licenza in scriptis dell'Ordinario; Ora sentendosi dalla Lettera di V. S. che ne Monasterj soggetti agli Abbati Casinensi si pretenda da Superiori di essi di potere fare altramente, e di non aver bisogno del suo consenso, questi Eminentissimi miei Signori inerendo alle Risoluzioni suddette, mi hanno comandato di scrivervle, che ella non solo non lo permetta, ma in caso di contravvenzione proceda contro i trasgressori alle pene Canoniche, ed alla Censura di violata Claustra. Glielo significo, ed Idio la prosperi. Di Roma al primo di Luglio del 1650. Sic refert, & tenet Pignatell. *tom. 4. consult. 171. n. 5.* Cajetanus de Alexandris in *Confessario Monialium cap. 2. §. 1. q. 13.* & tradit Monacell. *tom. 2. tit. 13. in formula 5. vers. Prohibiamo,* ibi: „Ed alle Superiori, e Superiori, e Monache de' Monasteri soggetti ai Regolari, o in altra maniera essenti, di ammetterle, ed accettarle come sopra, se prima non sarà stata da Noi esplorata la loro volontà, ed ottenuta la nostra licenza in scritto, sotto pena &c. „ Et ratio est, quia id pertinet ad claustrum Monialium, cuius conservatio Episcopis demandatur per S. Concilium *Trid. sess. 25. de Regul. cap. 5.* & per Constitutionem Gregorii XV. incipienti *Inferuabili.* Unde potest Episcopus sub Censuris precipere Monialibus etiam exemptis, & earum Superioribus, ne recipient puellas ad habitum, nec ad Professionem, nisi prius

sit ipse certioratus. S. C. Concil. in *Limana 19. Novembris 1625. in Burgen. 4. Decemb. 1627. & in d. Dertonen. 16. Decemb. 1645.* Vide ad rem resolutionem Sacrae Cong. Concil. in Papiensi allatam in *8. Appendice ad Decr. sub n. 257. ad 1. dub.* Hanc tamen voluntatis puellae explorationem, non debet Episcopus, postquam fuit certioratus, differre ultra 15. dies, alias Superiores exempti, ipsi 15. diebus elapsis, possunt eo inconsulto ad receptionem, & admissionem procedere juxta S. Pii V. Constitutionem 41. incip. *Et si mendicantium §. 6. ubi sic habet: „ Volumus etiam, quod puellarum Deo dicandarum, an scilicet coactae, vel seductae fuerint? examinem faciendum, non nisi infra 15. dies, postquam juxta Concilium Tridentinum Episcopi, vel eorum Vicarii requisiti fuerint, fieri possit, quibus elapsis, amplius in hoc se illis intrinsece non liceat, cuius occasione, nec Episcopus, nec ejus Vicarius intra septa Monasterii ingredientur, sed stent ante Cratem ferream, & interrogaciones alias, quam eas, quae praefatum Concilium Tridentinum jubet eis fieri, omnino prohibemus. Ac si milititer volumus, quod puellae, seu Novitiae ipsae ad alias, interrogaciones respondere minime teneantur. „ Et sic tenet, & refert etiam Barbosa ad *Conc. Trid. sess. 25. de Regularibus, & Monialibus cap. 17. Monacell. p. 2. tit. 13. form. 5. num. 12.* & alii passim. Defectus explorationis voluntatis non irritat receptionem, & admissionem; S. C. Conc. teste Fagnan. & Palucc. citand. infra n. 95.*

Puella ad habitum recipienda debet prius per decem dies 71 continuos spiritalibus exercitiis operam dare, prout iussit Innocentius XI. literis *Encyclicis Sacrae Congregationis. 9. Octobr. 1680.*

Puellae, quamvis ad habitum recipi possent olim post annum 12. ex *cap. 1. & 2. caus. 21. qu. 2. c. Ad nostram 8. & cap. Significatum 11. de Regul. Clement. Eos, ead. tit. & ex Tridentino sess. 25. de Regularibus cap. 17.* Tamen hodie non possunt admitti ad Habitum Religionis, nisi habeant 15. annos completos, ut expresse decrevit S. C. Episc. & Regul. 23. Maji 1659. quod decretum referunt per extensum Nicol. Lucubrat. *Canon. l. 3. tit. 31. de Reg. n. 34. vers. Unde, & Passerin. de stat. hom. t. 3. q. 189. num. 17.* & vide videlicet originaliter in libris Secretariae testatur Monacell. *p. 1. tit. 11. form. 7. n. 3. ubi num. 5.* subdit, quod post publicationem dicti decreti praxis universalis obtinuit recurrendi ad Sedem Apostolicam, quoties aliqua puella ferventi devotionis spiritu ducta caput Religiosum habitum suscipere ante dictam aetatem completam 15. annorum; & Papa, cui preces diriguntur, vel ipse dispensat, vel remittit ad arbitrium ipsius S. Congr. quae juxta meritum postulanti, & praesentem Nobilium gratiam concedit pro octo, vel decem mensibus; Vel si immediate preces sint directae Sacrae Congregationi, solet rescribere: *Pro gratia, si Sanctissimo placuerit, prout ita rescriptis pro Nobili Puella Mantica Ameyna sub die 18. Novemb. 1695.* ac in reformatione *Constitutionum Monialium Cotignola Faventin. Diocesis 8. Octobris 1669. servari mandavit;* Unde concludit, caute legendos esse Doctores, qui dispositionem Juris sequentes scripserunt, posse puellas habitum Religionis suscipere ante aetatem quindecim annorum.

Antequam puella habitu Religioso induatur, debet esse 73 Confirmationis Sacramento munita: *Conc. Mediol. Provinc. III. Gavant. in manual. Episc. verb. monialium receptio numer. 36.* Tambur. *de Jure Abbatiss. disp. 4. q. 4. n. 1.* testans sic decessisse Sacram Congregationem. Debet ei imponi nomen Sanctae, non Gentilis foeminae: *Gavant. l. c. num. 3. ex Conc. mediolan. 1. Tambur. loc. cit. n. 3.* Debet ei imponi, ut vocetur titulo Sororis, & non Domnae, seu vulgo *Suora*, & non *Domna*; *Sacr. C. Episc. & Regul. in Toletana 9. Januarii 1595.* apud Barbof. in *Summa Apostol. decis. verbo monialis n. 10. & lib. 1. Jur. Eccles. univ. vers. c. 44. n. 65.* & apud Tambur. *l. c. n. 3.*

Novitiae omnes debent degere sub cura, & regimine Magistrae in habitatione particulari, in qua prater Magistram cum socia nulla Professa degat; S. C. Episc. & Regul. in *Comen. 10. Martii 1593.* Unde Episcopus precipere potest Monialibus licentia exemptis, etiam Regularibus subiectis, ut habeant locum separatam, & commodum pro Novitiis, & puellis educandis, & potest prohibere, ne illas extra dictum locum teneant ex quovis praetextu, etiam licentia Superiorum. Insuper decernere, & declarare potest, quod Abbatissae, & Priorissae, quae tempore sui Officii in hoc defecerunt, ad illud Officium in futurum amplius eligi non possint,

possint. Et etiam quod Moniales particulares cujuscumque Monasterii, quae recipiunt Novitias, vel puellas educandas in tuis Cellis, sint ipso jure voce activa, & passiva privatae; S. C. Episc. & Regul. in *Paravina 21. Jun. 1605.* Hinc prohibetur puellas ad Habitum suscipi in illis Monasteriis, quae non habent locum distinctum, & separatam pro Novitiatu: *Sacr. Congregat. Episc. & Regular. in Florentina 12. Januarii 1619.*

79 In Habitu Saeculari fieri non potest Novitiatus; *Sac. Congregat. Episc. & Regular. in Senogallien. 17. April. 1602.* Tempus, live annus probationis debet esse continuus, & incipit a die assumptionis Habitum non acceptationis Monialium; 81 *Sacra Congregat. Episc. in Parmen. 23. Maii 1608.* Alimenta pro anno Novitiatus debentur etiam a Numerariis; *Eadem Sacra Congr. Episc. in Laudan. 1. Februar. 1585.* Nisi Sacra Congregat. det licentiam investendi dotem pro Novitiis, quae illa solvere nequit; *Ead. Sac. Cong. in Laudan. 9. Novemb. 1645.*

82 Ordinarius nullo pacto compellere potest Moniales ad acceptandas puellas, neque ad Habitum, neque ad Professionem, licet haberent licentiam Sedis Apostolicae; *Sacr. Congregat. Episc. in Assisen. 20. Maii 1601. in Capuana 7. Novemb. c. j. solum anni, in Maricana 26. Martii 1602. in Firmiana 17. April. & in Muniten. 4. Septembris ejusdem anni.* Acceptatio enim puellarum ad Habitum Religionis pertinet libere ad Moniales, & Episcopus praeter voluntatis explorationem, nihil aliud facere potest, ut respondit *Sac. Congr. Episc. in Placentina 6. Febr. & in Hieracen. 8. Maii 1615.*

83 Novitia in aetate morbo contumacia remittitur curanda dolum; *Sacr. Congr. Episc. in Neapolitana 14. Decemb. 1593. & 4. Augusti 1597.* Et pacto, ut reverti incipiat Novitiatum a capite; *Ead. Sac. Congr. in una Venetiarum 14. Decemb. 1605. in Tramen. 15. Septembris 1634. 15. Febr. 1645. & 21. Aprilis 1745.* Sed si Novitiatus annus expleverat, posteaque ex causa supradicta de consensu Monialium, & Superioris exiit, potest, cum redit, admitti sine novo Novitiatu; *Sacr. Congr. Episc. in Neapolitana 8. Novemb. 1619.*

86 Novitia, quae exiit ab uno Monasterio ad profectendum in alio, debet reincipere Novitiatum a capite; *Sacr. Congreg. Episc. in Revenatena. 10. Junii 1603. & in Messanen. 27. Octobr. ejusdem anni.*

87 Novitia debet per annum cum Habitu Regulari in probatione permanere, ex decreto Concilii Trident. *sess. 25. de Regularibus, & Monial. cap. 15.* Alias Professio erit irrita, ut ex eodem Concilio *loc. cit.* docent communiter Doctores cum Barbosa ad *idem Concilium Trident. d. sess. 25. cap. 15. num. 15.* Tambur. *de Jure Abbatiss. disp. 4. quest. 4. n. 8.*

88 Et annus probationis debet esse completus de momento in momentum, alias Professio esset nulla, ut colligitur clare ex Tridentino *sess. 25. de Regularibus, & Monial. cap. 15.* nullam declarant Professionem illius, qui minori tempore quam per annum post susceptionem Habitum in probatione steterit, quod indicat, annum probationis debere esse integrum, & completum de momento in momentum, ut expresse declaravit *Sacr. Congr. Concil. 1. Februar. 1631.* & jam sub die 21. Januarii 1617. declaraverat, Professionem emissam a Regulari non completo anni circulo etiam per duas horas tantum non valere. Vide verb. *Annus probationis a n. 25.*

89 Novitia non potest Professionem emittere ante annum 16. completum, alias antea facta est nulla; Sic expresse Concil. Tridentin. *sess. 25. de Regularibus, & Monial. cap. 15.* ibi: *In quacunque Religione tam virorum, quam mulierum, Professio non fiat ante decimum sextum annum expletum. . . . Professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus Regule, vel Religionis, vel Ordinis observationem, aut alios quocumque effectus.* Anni sexdecim ad Professionem requisiti debent esse completi de momento ad momentum; Unde si Professio fiat per aliquot tantum horas ante completum annum decimum sextum aetatis, est nulla, sicuti supra sub num. 88. dictum est esse nullam, si fiat per aliquot horas ante completum Novitiatus annum, ex Concil. Tridentin. *cit. sess. 25. cap. 15.* & ex declaratione Sacrae Congregationis ejusdem Concilii, & tenent communiter Doctores cum Panimol. *decis. 29. num. 7.* Mattheucci *Offic. Cur. cap. 32. num. 2.* Fagnan. *lib. 3. decretal. in cap. Ad nostram 9. d. Regularibus num. 9. 23. 24. & seq. usque in finem.* Aetas autem incipit a die Nativitatis, & non a die Baptismi. *Sacr. Congr. Concilii in Croton. 4. Decemb. 1627.*

92 Novitia ante Professionem debet explorari quo ad ejus vota; *Biblioth. Ferrar. Tom. V.*

luntatem ab Episcopo, seu ejus Deputato. Concil. Trident. *sess. 25. de Regularibus, & Monial. cap. 17.* Et hoc etiam in Monasteriis Regularibus subiectis, ut saepius declaravit *Sacr. Congr. Concilii, & signanter die 13. Novemb. 1627. & in 94 Decr. 16. Decemb. 1645.* Episcopus postquam fuit monitus, non debet differre explorationem voluntatis Novitiae ultra quindecim dies, alias Superiores exempti, ipsi 15. diebus elapsis, possunt procedere ad admissionem Professionis, ut ex cit. Constitut. S. Pii V. incip. *Et si mendicantium adducta supra num. 69. tenet Monacell. part. 3. tit. 13. formul. 5. nu. 12.* & alii passim. Defectus hujus explorationis non annullat Professionem, Barbosa *de Offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 100. numer. 9.* Tambur. *de Jure Abbatiss. disp. 4. quest. 2. numer. 11.* Donat. *de Regul. tom. 4. tract. 9. quest. 8. num. 8.* Nicol. Lucubrat. *Canon. lib. 3. tit. 1. de vita, & honest. Clericor. num. 22. vers. Si vero, Monacell. loc. cit. n. 12. in fine, Fagnan. lib. 1. decret. in cap. Cum accessissent 8. de Constitutionibus num. 31. & lib. 5. cap. Qui Presbyterum 2. de Penit. & remiss. num. 84.* testans sic declarasse Sacram Congregationem Concilii, Pignatell. *tom. 6. consul. 85. n. 211.* testans sic declaratum fuisse in una *Venetiarum 21. Septemb. 1593. & 22. Novembris 1593.*

Novitiae in articulo mortis constitutae, etiam anno Novitiatus non completo, possunt Professionem emittere, dummodo sint in legitima aetate; Sic expresse concessit S. Pius V. Novitiis Monialibus S. P. Dominici Constitut. incip. *Summi Sacerdotis cura*, qua concessione gaudent per communicationem Novitiae, & Novitiae aliarum Religionum. Si tamen huiusmodi Novitiae convalescerint, debent iterum profiteri. Sic censuit *Sacr. Congr. Concilii in una Ordinis S. P. Francisci Minor. Observ. die 20. Martii 1649. ad cap. 15. sess. 25. de Regular. apud Pignatell. tom. 1. consul. 356.*

Talis autem Professio emissis a Novitiis in articulo mortis anno Novitiatus nondum completo, non suffragatur, nisi quoad acquisitionem Indulgentiarum favore profitentis, non autem quoad acquisitionem dotis favore Monasterii, cum ipsa debeat restitui ejus consanguineis hereditibus, ut declaravit *Sacr. Congr. Concilii in una Montis Regalis 13. Novembris 1627. in Carpentoraten. 14. Junii 1641. & in una Neapolitana 14. Martii 1705.* & tenent Donat. *prax. rerum Regular. tom. 4. tract. 10. quest. 21. per tot. Pignatell. tom. 1. consul. 356. Monacell. part. 1. tit. 11. formul. 7. num. 13. & part. 2. tit. 13. formul. 5. num. 13. & Fagnan. lib. 3. decret. in cap. Sicut nobis 17. de Regularibus num. 30. & alii.* Si autem talis Professio in articulo mortis sit emissis in manibus Abbatissae anno probationis jam integre completo, tunc dos acquiritur Monasterio, licet Professio emissis fuerit, infacio Ordinario, quia tunc nihil deficit ad substantiam vere Professionis. Donat. *d. tom. 4. tract. 10. quest. 23.* Pellizar. *de Monialib. cap. 9. num. 18.* Monacell. *locis citatis,* & alii. Riccius vero *prax. rerum quotid. for. Ecclesiast. part. 2. resol. 493. secundum Venet. impressionem 1674. num. 6.* citatus, & secutus a Monacell. *part. 2. tit. 13. formul. 5. num. 14.* tenet, quod Professio emissis etiam post annum probationis a puella phitica, seu haetica non profit Monasterio quoad acquisitionem bonorum, & ad longum probat, ut videri potest apud ipsum, & Monacell. *locis citatis.*

Quamvis Professio Monialium in manu Ordinarii principaliter, non autem Abbatissae fieri debeat ex decreto *Sacrae Congregat. Episc. in Lingonien. 22. Februar. 1625.* Tamen si fiat in manu Superioris de concessu majoris partis Capituli est valida: Cum Superioritas de per se sola cum dicto consensu majoris partis Monialium illam possit recipere, nisi obstant peculiare Constitutiones Religionis. De Jure enim Monialium receptio non spectat ad Ordinarium, sed ad Abbatissam, & Monasterium, ut cap. *Si ad solum 6. de Regularibus in 6.* & ibi notant Joann. Monachus & Archidiaconus, & tenet Lupus *allegat. 33. incip. Prima conclusio, Fagnan. in cap. Porrectum 13. de Regularibus num. 30.* cum aliis ibi citatis, Navarr. *consil. 9. num. 12.* de constitut. Monacell. *part. 1. tit. 11. formul. 7. num. 14.* Sanchez *lib. 5. moral. cap. 4. num. 76.* Pellizar. *de Monialib. cap. 3. num. 7.* & alii plures cum Tambur. *loc. cit. disp. 6. quest. 5. n. 1. argum. cap. Consuluit 4. Qui Clerici, vel voventes, ubi dicitur, foeminae quandam, quae, dimisso Habitu Regulari, nuplerat, valide nuplisse, eo quod professio non fuerat in manu alicujus Episcopi, vel Abbatissae, vel Abbatissae, quod clare supponit Abbatissam posse valide ad Professionem Moniales admittere, ut notant ibi Doctores; Unde, cum Abatissae*

batiffa Monasterii, & Prelatus illius quoad acceptandam Professionem Monialis Novitiæ se habeant cumulative, adeoque inter illos dari possit veluti præventio, servanda est in hoc consuetudo uniuscujusque Ordinis, Provinciarum, aut loci, quæ varia est.

103 Nec valet dicere cum Miranda in *Manual. Prælator. tom. 2. quest. 28. art. 1.* & aliis, Abbatissas non posse Professionem Novitiam recipere sine suorum Prælatorum licentia, quia ut recte notat Fagnan. in *cit. cap. Porreptum num. 31.* id non probatur Jure, & in Monasteriis subjectis Ordini Fratrum Minorum S. Francisci id specialiter cautum est a Nicolao V. ut refertur in *Compend. Privileg. in verb. Abbatissa §. 8.* & ideo notanter fuit dictum in conclusione: *Nisi obstant peculiare Constitutiones Religionis.*

104 Episcopo, vel alio Præfato, seu Superiore jubente recipi Novitiam ad Professionem, contradicente majori parte monialium, non debet admitti; Non enim Superior potest ad id moniales compellere, ut pluries decrevit *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. ut patet ex decretis citatis supra num. 8.* Et si Ordinarius ad id eas compelleret, possent ad Superiorum appellare; Fagnan. in *cit. cap. Porreptum n. 30.* Tanburin. *de Jure Abbatiss. disp. 6. quest. 5. num. 3.* Archidiacon., Belharm., Turcrem. ibi citat. & alii passim per *text. in capit. 1.*

105 De his, quæ sunt a majori parte, Cap. Et si Superior de se cum minori parte, reclamante majori parte monialium, Novitiam ad Professionem admitteret, Professio esset nulla; *Sac. Congreg. Episcop. in Colomen. 26. Septembris 1653.* Lapus alleg. 33. *incip. Prima conclusio;* Fagnan. in *cit. cap. Porreptum num. 30.* Matheuc. *Official. Cir. cap. 41. num. 19. & 20.* & alii passim per *text. in cap. Novit. 4. cap. Quanto 5. cap. Ea novitiam 6. De his, quæ sunt a Prælati sine consensu, Capit. d.*

107 Moniales nullo modo per juramentum, vel Censuras cogendæ sunt ab Ordinario ad exprimendam causam, cur aliquam Novitiam a Professione rejiciant; sed si secreto interrogatæ idoneam repulsionis causam non afferant, & in contumacia perseverent, Ordinarius debet facere certiorum Sacram Congreg. ut de opportuno remedio confestim provideri possit; *Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Pampilonen. 5. Novembris 1605.* Quæ solet jubere iterum convocari Capitulum, dummodo tunc Monialibus pro extorquendis votis vis non inferatur; *Ead. Sac. Congreg. Episcop. in Assisen. 19. Jan. 1601. & in Januen. 6. Martii 1603.* Et si necesse sit, solet jubere, ut Ordinarius secreto, & ex improvviso se conferat ad Monasterium, ubi procurat suffragia per moniales libere dari; *Eadem Sacra Congreg. Episcop. in Pistorien. 30. Junii 1620.* Rejicere autem a Professione Novitiam non possunt moniales sine iusta causa; *Eadem Sac. Congreg. Episcop. 2. Octobris 1648.* alias graviter peccant, ut tradunt Communitate Doctores.

108 Abbatiffa, seu Superioriffa in Monasteriis non exemptis tenetur ante mensuram certiorum facere Episcopum Professionis a Novitia emittendæ, alias potest suspendi arbitrio ipsius Episcopi; *Concil. Trid. sess. 25. de Regul. & Monial. cap. 17.* ibi: *Ne professionis tempus Episcopus ignoret, tenetur Præfatus Monasterii eum ante mensuram certiorum facere, alias quomodo in Episcopo videbitur, ea ab Officio suspensa sit.* In Monasteriis verò exemptis tenetur ipsum certiorum facere solum ante dies 15, dies, quibus elapsis, nequit Episcopus amplius se ingerere. & Superiores exempti possunt sine alio ad admissionem Professionis procedere; S. Pius V. *Constit. incip. Esi Mendicantium.* Vide *supra num. 69. & 94.*

112 Secunda Soror in loco numerario admitti potest sine licentia Sacre Congregationis, præterquam in Civitate Florentiæ, ubi prohibetur per Breve Clementis VIII. *Sacra Congreg. Episcop. in Foroviven. 26. Novembris 1603. in Imolen. 10. Novembris 1620.*

113 Tertia tamen Soror recipi non potest in eodem Monasterio, licet Regularibus subjecto, sine licentia Sacre Congreg. *Eadem Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Arcepin. 4. Novembris 1596. in Mutinen. 11. Aprilis 1600.* Tertia Soror vocem activam, & passivam non habet, nisi post mortem alterius ex primis; *Eadem Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Neapolitana 22. Junii 1646.* & sæpe alibi. Potest tamen tertia Soror habere alia officia, quæ dantur extra Capitulum sine suffragiis monialium; *Ead. Sac. Congreg. in Mutinen. 11. Aprilis 1600.* Tertia & quarta Soror habent præcedentiam a die Professionis, sicuti

117 alie; *Ead. Sac. Congreg. in Mutin. 11. Aprilis 1600.* Sæpe fapius tertiis Sororibus solent voces concedi ex gratia, maxime ubi magnus est numerus monialium; *Ead. Sac. Congreg. in Januen. 8. Martii 1606. in Cremonen. 10. Junii 1650.* & sæpe alibi.

118 Moniali supernumeraria non potest admitti sine licentia

Sacre Congreg. *Sacra Congreg. Episcop. die 6. Februar. 1615.* Greg. XIII. *Constitut. incip. Deo Sacris.* Monialis supernumeraria remanet semper supernumeraria, itaut non impediatur, quin moriente aliqua de numero, possit alia ad Habitum admitti; ipsa tamen in certis Juribus remanet æqualis omnibus aliis; *Sacra Congreg. Episcop. 6. Septembris 1604.*

Excommunicantur omnes, qui quomodocumque Virginem, vel Viduam, vel aliam mulierem coegerint invitam ad ingrediendum Monasterium, vel Habitum suscipiendum Religionis, vel ad Professionem emittendam; *Concil. Tridentin. sess. 25. de Regularib. & Monialib. cap. 18.* Item ii, qui consentium, auxilium, favorem dederint, quique scientes eam non sponte facere, quoquo modo eidem actui, vel presentiam, vel consentium, vel auctoritatem interposuerint; Tridentinum *ibidem.* Non excommunicantur ii, qui per vim, inductivam, non coactivam, coegerint Virginem Monasterium ingredi; Sic decium refert Barbosa *de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 104. num. 3. & supra Concil. cit. sess. 25. cap. 18. num. 5.* Armendariz apud ipsum *ibidem.* Excommunicantur & ii, qui Sacras Virgines, vel alias mulieres a velo accipiendo, vel voto emittendo quoquo modo sine iusta causa impediunt; Tridentinum *ibidem.*

Alia ad rem, vide *art. seq. & verb. Novitius, Novitia, 124 & verb. Professio.*

Quoad Decisionem S. Cong. Conc. in *Feretrana 21. Apr. 1742.* relatum supra *num. 52.* advertendum est, quod fuerunt tunc proposita tria hæc dubia: I. An Ven. Monasterium monialium S. Clare Terræ Maceratæ Feltria liceat sepelire in ejus Ecclesia cadaveræ puellarum educationis causa *ibidem* commorantium, & in eodem Monasterio decedentium, & quatenus negative. II. An sit restituendum Parocho ejusdem Terræ Cadaver Annæ Bartoli educationis causa in dicto Monasterio degentis, ibique defunctæ, & sepultæ; sive saltem faciendæ sit declaratio de retinenda nomine Parochiæ. III. An eidem Parocho restituenda sint cum cera integra emolumenta funeris ejusdem Annæ Bartoli in casu &c., Et dicta *Sac. Congreg. Concil. 21. April. 1742.* respondit, Ad I. *Affirmative, constituto de electione sepultura.* Ad II. *Negative.* Ad III. *deberi quartam funeralem tantum.* Et jam de de simili controversia actum fuerat in *Pinen. sepultura 6. Julii 1736.* (ubi tamen ea concurrebat peculiaris circumstantia, quod puella sepulturam elegerat in Ecclesia Monasterii) & propositis hisce dubiis: I. *An licuit tumulare cadaver Mariæ Nollis in Ecclesia Monialium S. Clare Civitatis Pinnæ? Et quatenus negative.* II. *An sit locus exhumationi, & respectivo restitutioni Cadaveris una cum funeris emolumentis favore Ecclesiæ Collegiatae S. Joannis Evangelistæ ejusdem Civitatis in casu &c.* Et *Sac. Congreg. Concil. reiecit.* Ad I. *Affirmative.* Ad II. *Provisum in primo, & amplius.* Quæ d' cisto allegata fuit in dicta *Feretrana*; Quæ a Parocho adductis novis juribus reposita *die 1. Septemb. 1742.* sub dubio: An. & in quibus sit standum, vel recedendum a decisio in casu &c. *Eadem Sac. Congreg. Concil. in Feretrana 7. Julii sepelendi die qua supra respondit.* Ad I. *previo recessu a Dec. Affirmative, attentis circumstantiis.* Ad II. & III. *in decisio in omnibus, & amplius.* Ubi notanda est illa particula, *& amplius,* quæ ut tradit practicus Cardinal. Lambertin. deinde Summus Pontifex Benedictus XIV. *volum. 2. notif. 14. pag. 136.* significat, quod omnes Eminentissimi Cardinales fuerunt concordēs, & quod cum sit clara materia, seu cautia, non est amplius de ea agendum.

* Monialium professio religiosa (ut supra traditum) ante decimum sextum ætatis annum expectum, & exactum annum Novitatus emissæ, irrita est ex Trident. *sup. cit.* Attamen excipiuntur mulieres, quæ Penitentes, aut convertitæ appellantur, cum quibus constitutiones earum circa probationem servandæ sunt non obstante Conciliari Decreto de Monialium Professione, ut ex Decreto S. Congreg. Concilii; *De Synod. Dioc. lib. 13. cap. 12. §. 1. nov. edit.*

Hæc Conciliaris sanctio de anno probationis valet etiam pro illa, quæ usâ privilegio bimestris post conjugium, Religionem ingrediatur, quamquam id cedat in incommodum illius, qui in sæculo remanet, ut non possit transire ad alias nuptias, nisi postquam conjux Religiosa anno probationis fere exacto Religionem mutaverit, & in ea novam probationem instituerit.

Spontè per verba de futuro alteri oppignorata, addito utrinque juramento de contra hendo & consummando Matrimonio, potest ante initum conjugium Religionem ingredi, juxta illud:

illud: *Promissum non infringitur ab eo, qui in melius illud commutat; cap. Pervenit, de jurejur.* Et definitur in *c. Communionum de sponsal.* Quamvis ibi dicatur tutius esse si ineat Matrimonium, tum Religionem ingrediatur; quod tamen vel est de consilio tantummodo, vel sponsalia tunc non inferebant aliam promissionem, nisi de conjugio celebrando, non vero de celebrando & consummando, uti nunc ferunt, *ibid. §. 3.*

Matrimonio rato, non consummato, integrum est mulieri Religionem approbatam ingredi, & per professionem in ea Religione vinculum dissolvitur. Hæc tamen valent pro veris & approbatis Religionibus, in quibus tria vota substantialia emittuntur, ut est etiam Ordo Equestris Hierosolymitanus, non vero ceteri equestris Ordines, ut ex Tridentino *sess. 24. Le Matrim. cap. 6.* & traditis a DD. *ibid. §. 9.*

Consummato jam conjugio, si liber utriusque conjugis consensus intercesserit; potest utique mulier Religionem ingredi, (idem de voto dixerit) & in ea profiteri, si tamen & alter conjux consentiat in Religionem ingredi si junior est, vel si senex extiterit, emittat votum simplex castitatis. Si vero ab alteratro, vel revocet consensus libere præstitus ante alterius professionem, vel etiam post professionem valide emissam; si non adimpletæ fuerint conditiones superius expressæ, conjux Religiosus eo petente egredi & Religionem tenetur, ut definitur in *cap. Præterea, de convers. conjug. Can. Qui Agatho 27. q. 2. cap. Cum sis, de convers. conjug. ibidem §. 10. 11.*

Non vero sufficit, si muliere Religionem ingressa, alter conjux non senex sacros Ordines suscipiat, ex Constitutione Joan. XII. *Antiquæ tit. de voti redempt.*

Si vero legitime probatum fuerit adulterium uxoris, quæ dein transit ad Religionem, tunc integrum viro est in sæculo manere, dummodo tamen castitatis votum emittat. Ita ex decisio a S. Congreg. *ibid. §. 15.*

Quin & in eo casu, si ex Episcopi testimonio constat, virum in sæculo manentem vitæ esse probatæ, conceditur illi per indultum, ut post uxoris mortem possit ad alias nuptias transire. Ita ex resolutis a S. Congreg. *ibid. §. 16.*

Concessum est etiam aliquando indultum viro sexagenario majori, ut sacerdotio initiari posset, dummodo uxor fere sexagenaria perpetuam castitatem voveret. *Ibid.* Concessum est etiam, ut vir septuagenarius de consensu uxoris acciperet Sacros Ordines, & uxor parvis ætatis Tertiarie habitum indueret, dummodo diversas omnino aedes incolerent. *Ibid. **

Novæ additiones ex aliena manu.

Inter requisita allata ab *Auctore* pro legitima receptione Puellarum ad educationem, recentiori & hoc debet, quod ex fidei Matrimonii haud præstiterint; nam & receptas ab Ordinario dimittendas esse, si consiterint fidem Matrimonii præstitisse, decium refert a S. Congreg. Episcoporum, & Regularium negotiis præposita *Benedictus XIV. insit. Eccl. 33. num. 13.* & quidem etiam agatur de Monasteriis exemptis.

An autem Puellæ jam receptæ, & manentes in Monasterio exempto, subjectæ sint Ordinario? Negat *Pellizzarius de Monial. cap. 5. sect. 4. num. 199.* ex ratione illa, quod locus exemptus, & locus extra dioccesim æquiparantur. At rectius affirmat *Suarez de censur. d. 1. sect. 4. num. 6.* nam verum indistincte haud est, quod locus exemptus, & locus extra dioccesim æquiparantur, sed ad certos tantummodo effectus. Vide *Clement. concord. pastoral. part. 1. c. 1. num. 55. & seq. Quocirca non est quod statuatur, esse dictas Puellas exemptas ab Ordinarii jurisdictione.*

Patet hinc, Puellas per id temporis, quo in educatione manent, subjecti reservationi calium ab Ordinario Loci factæ, ut non videtur negare ipse *Pellizzarius, de Monial. cap. 5. sect. 4. num. 191.* tamen in superiori questione contrarius.

Sed an dictæ Puellæ tempore interdicti, sive generalis, sive particularis, possint audire Missam, & alia divina officia, recipere Sacramenta, & donari Ecclesiastica sepultura, sine pompa tamen? Affirmant plures apud *Pellizzarium de Monial. cap. 4. sect. 4. num. 192.* ea de ratione quod veniunt nomine familiarium monialium, quibus permittit hæc sunt. Sed quum ex propriis sumptibus vivant, non immerito dubitari potest, an venire possint nomine familiarium monialium.

Non gaudere privilegio Fori hæc puellas communis sententia est. Sed non convenit inter Doctores, an dictæ Puellæ gaudeant immunitate Ecclesiastica concessa Ecclesiis, &

Monasteriis omnium Religiosorum utriusque sexus. Improbabilis vero haud videtur distinctio a *Bordonio resol. 1. num. 8.* tradita quoad Religiosos, & a *Pellizzario* amplexa quoad Puellas has, ut scilicet gaudeant, si delinquant in Ecclesia non gaudeant autem, si delinquant in Monasterio.

Reliquum est, ut differamus de Parocho, qui possit assistere Matrimonii Puellarum in Monasteriis propter educationem manentium. Cavendum autem est ab *Auctore hic num. 26.* absolute pronunciantem, Parochum, in cujus Parochia est Monasterium, assistere posse Matrimonii harum Puellarum. Uti enim recte monuit *San. mem. Benedictus XIV. d. insit. Ecclesiast. 23. num. 16.* Si Puella quæ Matrimonii fidem præstitit in alia Parochia domicilium non habeat, tunc Parocho, quem primo loco nominavimus, scilicet in cujus Parochia est Monasterium, Puellam in Matrimonio conjungat. *Sia autem paternum, maternum, vel fratrum domicilium habeat, tunc Parocho cui domicilium idem subijciatur pro consuetudine Matrimonii presens assistet.*

Cavendum etiam ab *Auctore*, qui *num. 84.* sentire videtur. Novitiam ex causa infirmitatis egressam e Monasterio, reversam debere inchoare annum Novitatus; nam *decisum fuisse ait Pellizzarius de Monial. cap. 2. sect. 2. a num. 47. a Sacra Congregatione, Novitiam Monialem durante probationis anno curandæ valeudinis causa a Monasterio egressam, & postea reversam professionem emittere potuisse, ac si nunquam egressa fuisset, quod est dicere, per hujusmodi egressum non censeri annum probationis moraliter interruptum.*

Cavendum demum ab *Auctore*, qui *num. 100.* videtur ad hæc Doctoribus tenentibus, quod professio emissâ post annum probationis a Puella hetica non profit Monasterio quoad acquisitionem annorum. Vide tamen quæ diximus in additione ad verbum *Annus probationis num. 10.*

ARTICULUS II.

Moniales quoad ea, quæ concernunt earum numerum, dotem, peculium, & livellum.

In unoquoque Monasterio ille præfigendus est monialium numerus, qui ex redditibus, vel consuetis elemosynis commode sustentari valeat; textu expresso in *Concil. Trident. sess. 25. de Regularib. & Monialib. cap. 3.* S. Pius V. *Constit. incip. Circa pastoralis Officii;* Gregor. XIII. *Constit. incip. Deo Sacris;* Clemens VIII. *Constitut. incip. Nullus omnino;* Paulus V. *Constitut. incip. Sanctissimus;* Sacra Congregat. Concilii in decretis de celebratione Missarum iussu & auctoritate Urbani VIII, editis incipit: *Cum sæpe coningat;* Innocentius XII. *Constitut. incip. Nuper,* ubi confirmat, innovat, & ampliat dicta decreta Sacre Congregationis Concilii iussu, & auctoritate Urbani VIII. edita, & de suo mandato ab Eadem Sac. Congreg. denuo mature, & accurate discussa, recognita, & examinata.

Numerus Monialium præfigendus est etiam in Monasteriis bona immobilia non possidentibus, textu expresso in *Concil. Trident. loc. cit. ibi:* „In prædictis Monasteriis, & domibus, tam virorum, quam Mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constituitur, ac in posterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis Monasteriorum, vel ex consuetis elemosynis commode possit sustentari;“ *Cit. decr. Sacr. Congreg. Concil. & Constitut. Innoc. XII. incip. Nuper.* Numerus monialium præfigendus est ab Episcopo in Monasteriis non exemptis; & in Monasteriis exemptis, & Regularibus subjectis præfigendus est ab Episcopo cum interventu Superiorum. Iuorum Gregorius XIII. *Constitut. 8. incip. Deo Sacris.*

Numerus Monialium præfigendus est, & servandus, etiam si omnes Moniales consentirent velle recipi supra numerum, cum elemosynæ duplicatæ solutione. *Sac. Con. Episc. & Regul. in Cremonen. 12. Julii 1604.* Alias attentio Jure antiquo in *cap. Periculoso, unic. de statu Regular. in 6. 6. Sane,* receptio, & Professio monialis receptæ supra numerum in Monasteriis non Mendicantium esset nulla, ibi: „Sane ut hoc salutare statutum commodius valeat observari, districtius inhiemus, ne in Monasteriis Ordinum non Mendicantium aliquæ recipiantur de cetero in Sorores, nisi quot poterunt de ipsorum Monasteriorum Ordinum bonis, sive proventibus, abique penuria sustentari; si secus actum fuerit, irritum decer-

decemtes, . Hodie tamen, ut recte notant Sanchez in *præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 23. num. 4. vers. Secunda conclusio*; Barbosa in *Concil. Trid. sess. 25. de Regularib. & Monialib. cap. 3. num. 26.* & alii, tale Jus irritans Professionem monialium receptarum supra numerum locum non habet, quia consuetudine abrogatum est, cum competentur sit plures sæpe admitti, nec unquam nostris temporibus auditum sit in controversiam verti valorem Professionis, & de facto non esse nullam talem Professionem censuit. *Sac. Cong. Concil. teste Fagnano lib. 3. decretal. in cap. Non amplius 1. de Institutionibus num. 32.*

6 Numerus Monialium debet esse saltem duodecim; *Sac. Cong. Episc. & Regular. in Camerinen. 18. Decembris 1600. & 22. Julii 1601. & cit. Decret. Sacræ Congregat. Concil. de celebrat. Missar. & Innocent. XII. d. Constit. incip. Nuper.*

7 Nec numerus Monialium debet esse major numero Cellarum Monasterii; *Sac. Cong. Episc. & Regular. in Vicentina 30. Julii 1627.* In præfixione numeri distingui debent separatim, quot debeant esse moniales velatæ, quot conversæ, & quot alia personæ exteræ Monasterii redditibus sustentandæ; *Sac. Cong. Episc. & Regular. Placentina 6. Novemb. 1615. in Comen. 23. Julii 1602. in una Civitatis Castellæ 13. Maii 1603. in una Nullius Castri Durantis 29. Augusti 1614.* Numerus Conversarum calculatur ad unam pro septem monialibus, sed Choralium regularum secundum proventus Monasterii; *S. Cong. Episc. in Camerinen. 12. Februarii 1620.*

10 Redditi plurimum requiruntur triceni aurei pro qualibet; *Sacra Congreg. Episcop. in Ariminen. 26. Martii 1602. & in Aquei. 17. Septembr. ejusdem anni.* In aliis viceni quini; *Ead. Sac. Cong. Episcop. in Perusina 12. Martii 1602. & 27. Januarii 1607.* Inter hos tamen redditus non sunt computanda lucra Monialium, licet ponantur in Communi; *Sac. Congreg. Episcop. in una Burgi S. Sepulcri 26. Novemb. 1602.*

12 in Aquilana 12. Januarii 1604. Ubi exitus major est introitu, reductor numerus ad proportionem, prohibendo, ne interim recipiantur ad habitum, nisi cum licentia Sac. Congregationis, & dote duplicata; *Sac. Cong. Episcop. in Panormitana 29. Januar. 1501. in Perusina 5. Febr. 1602. in Aquilana 12. Januar. 1604. & in Camerinen. 3. Febr. ejusdem anni, Gregor. XIII. Constitution. incipient. Deo Sacris.*

13 Adest prohibitio vestiendi, & profitendi in monasteriis, ubi non est numerus præfixus; *Sac. Cong. Episcop. & Regular. in Tricaricen. 3. Febr. 1902. in Reatina 6. Augusti ejusdem anni, in Interamen. 16. Mart. 1604. in Placentina 5. Apr. ejusdem anni, & in Tranen. 27. Julii ejusdem anni.* Neque Moniales in dictis Monasteriis recipi possunt cum licentia Sacræ Congregationis, quæ non derogat in specie præsentis prohibitioni; *Ead. Sac. Congreg. Episcop. in Reatina 23. Julii, & 25. Octobris 1602.* Sicuti derogari solet, quando pro Monachanda offertur depositum conditionale duplicatum; *Ead. Sac. Congreg. Episcop. in Bugubina 28. Apr. 1645.*

14 Numerus augeri non potest ab Ordinario sine licentia Sacræ Congreg. *Ead. Sac. Congreg. Episcop. in Brundusina 12. Martii 1602. in Lauretana 27. Julii 1604. & 23. Jul. 1649.* Neque sub prætextu augmenti Redditi; *cit. decret. Sacræ Cong. Concil. de celebrat. Missar. & Innocent. XII. d. Constit. incip. Nuper;* quæ licentia non conceditur, nisi redditus ita sint aucti, ut quotannis ultra triginta aureos annos sit aliquid reliqui. *Ead. Sac. Cong. Episc. in Reg. 29. Novemb. 1605.*

15 Monialis supranumeraria non potest admitti sine licentia Sacræ Congregationis. *Sac. Cong. Episc. 6. Febr. 1616.*

16 Gregor. XIII. Constit. incip. Deo Sacris. Moniales supranumerariæ non subrogantur in locum monialium decedentium intra numerum, sed semper remanent supranumerariæ. In ceteris tamen ab aliis non differunt, sed illis per omnia sunt æquales, ut decreto generali declaravit *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. 6. Septemb. 1604. apud Fagnan. libr. 3. decretal. in cap. Non amplius 1. de institutionibus num. 48. & 49. his verbis: Sacra Congregatio negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, generali decreto statuit, & declaravit, Moniales, quæ supra numerum in quolibet Monasterio constitutum recipiuntur, in locum Monialium decedentium intra numerum nequaquam subrogari, neque impedimento esse, quin aliæ in locum earundem ex numero demortuorum recipi eo modo valeant quo in singulis Monasteriis Moniales intra-*

numerum possunt admitti; Quinimmo easdem sic supra numerum receptas supranumerarias semper quoad hoc remanere, etiamsi in ceteris ab aliis nihil differant, sed illis in omnibus pares, & æquales juxta cujusque Monasterii institutum esse debeant.

Loca monialium intra numerum decedentium non possunt 17 concedi, aut promitti cuiquam puellæ ante vacationem sub pena privationis vocis activæ & passivæ, aliique arbitrio Sacræ Congregationis infligendis poenis Superioribus, & Superiorissis talia vacatura loca concedentibus, aut promittentibus. Sic decrevit *Sac. Congreg. Episcop. & Regul. apud Fagnan. in cit. cap. Non amplius num. 43. & seq. & apud Quarantam in summa. Bullar. verb. Monasteria Monialium pag. 359. Tamburin. de Jure Abbatiss. disp. 5. quest. 7. n. 8. ubi assert decretum pro extensum.*

Moniales velatæ abique dote non debent admitti; Con- 18 versæ vero aliquando possunt sine dote admitti propter necessitatem, & indigentiam Monasterii. *Sacra Congregatio Episcop. 20. Martii 1594.* Dotem enim monialis recipere, simoniam non esse, & monasterium agere posse pro illius consecratione respondit novissime *Sac. Congregat. Concil. in Bononien. 15. April. 1725. & prius die 18. Septemb. 1663. in causa Belgii.*

Dotales elemosynæ debent solvi in ære, nec potest per- 19 mitti assignatio bonorum stabiliū, aut censuum, *Sacra Congreg. Episcop. in Camerinen. 28. Martii 1588. in Interamen. 2. Maii 1614.*

Et nullatenus apud monialium confanguineos sunt relin- 20 quendæ, sed antequam puellæ habitum suscipiant, penes mercatorem, aut virum fide, & facultatibus idoneum actualiter sunt deponendæ (ubi non adlunt Banchi) qui ad omne monialium mandatum abique aliqua exceptione solviturum se obliget. *Sac. Congreg. Episc. in Camerinen. 15. Martii 1594. in Neapolitana 11. Maii 1640. 10. Jan. 1643. 20. Jan. 1645.*

Ordinarius compellere non debet, ut depositum fiat co- 21 ram ipso, sed sufficit sibi relationem fieri de persona depositarii, & Notarii rogandi. *Sac. Congregat. Episcop. in Vercellen. 15. Novemb. 1606.* Etiam in monasteriis Regularibus subjectis. *Ead. Sac. Cong. Episcop. in Fulginaten. 26. Augusti 1650.*

Instrumentum Depositi rogari potest a quolibet Notario 22 ad arbitrium monialium, dummodo exhibeatur copia authentica in Cancellaria Episcopali. *Ead. Sac. Cong. Episc. in Aquilana 8. Novemb. 1652.*

Depositum dotis debet esse effectivum, non autem ficti- 23 tium, sive confessionarium (ut sæpe fit) alias, si depositum, secuta Professione, exigi non posset, & pecunia, quæ forte realiter non fuit deposita, integraliter Monasterio non solveretur, Episcopus, si fictitious esset concitus, teneretur de proprio. *Sac. Cong. Episcop. in Portugallen. 6. Jul. 1615. & in Brund. 15. Jan. 1616.*

Depositarius, secuta Professione, compelli debet ad ex- 24 burlandam pecuniam in commune Depositum Monasterii, vel in Montem Pietatis, non obitante, quod tunc non adit occasio emendi stabilia, vel census seculares. *S. C. Episcop. in Afc. 19. Jan. 1630.*

Monialis Novitiæ Professio potest differri etiam ultra an- 25 num, si dotem competentem Monasterium adhuc non receperit. *Sac. Cong. Episc. 31. Maii 1597.* Potest tamen admitti ad Professionem, antequam solvatur dos. *Ead. S. C. in Nucernina 14. Febr. 1653.*

Superiores Regulares circa depositionem, solutionem, & 26 implicationem dotis nihil disponere possunt sine licentia Ordinarium sub pena privationis vocis activæ, & passivæ, & Officiorum. *Gregor. XV. Constit. 18. incip. Inscrutabili; & Sac. Cong. Episc. & Regular. in Dertonen. 15. Nov. 1652. & sæpe alibi.*

Quantitas dotis pro monialibus numerariis non debet esse 27 minor scutis ducentis monetæ Romanæ. *Sac. Congreg. Episcop. & Regular. in Ferentina 12. Septembr. 1614. in Foroliv. 1. Septembris 1645.*

Nisi fundator minore m statuisse. *Eadem Sacra Congreg. 28 Episcoporum in Reatina 3. Apr. 1618.* Et hæc expendi potest in utilitatem monasterii, cum sola licentia Superioris monasterii. *Monacell. part. 2. tit. 12. formul. 5. num. 3. in fine. Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Ariminen. 22. Maii 1601. in Ferrarien. 23. Martii ejusdem anni.*

Præ-

Præterquam in monasteriis nuper erectis, in quibus etiam 30 dores numerariæ sunt investienda. *Eadem Sac. Cong. Episc. in Capaccien. 23. Julii 1603.* Non potest Ordinarius præfigere quantitatem dotis etiam numerariæ, ita ut moniales non possint amplius recipere. *Eadem Sac. Cong. in Bonon. 8. Novemb. 1604.* Si ea major quantitas sponte solvi velit. *Ead. Sac. Cong. in una Civit. Castellane 3. Decemb. & in Arantina 17. Decemb. ejusdem anni.* Dotes hodie minui non possunt sine licentia Sac. Cong. *Ead. Sac. Cong. Episcop. 1. Decemb. 1645.*

Pro monialibus supranumerariis solvitur dos duplicata. 31 *Sac. Cong. Episc. in Novar. 20. Septembr. 1594. in Volaterrana 22. Augusti 1605.* Dos duplicata significat duplicatam summam ejus, quæ in receptione monialis intra numerum dari consuevit, ita tamen, ut ubi summa minor est decens scutis, ibi saltem solvantur 400. & non minus. *Eadem Sacra Congreg. in decreto generali 6. Septembr. 1604.* Nunquam enim potest esse minor scutis quadringentis monetæ Romanæ. *Eadem Sac. Cong. in Amelien. 8. Apr. 1603. in Arcontiana 12. Maii 1605. in Ferentina 12. Septembr. 1614. in Eugub. na 6. Novemb. 1643. & sæpe alibi.* Nec de dotibus supranumerariis possunt moniales aliquid condonare. *Eadem S. C. in Reatina 22. Apr. 1603.*

Investiri debent omnino dotes supranumerariæ. *Ead. Sac. 32 greg. Episc. in Castellana 25. Jul. 1574. in Mediolan. 12. Martii 1602. & sæpe alibi.* Etiam Capuccinarum. *Ead. Sacra Cong. in Parmen. 15. Septemb. 1603. in Fulginaten. 14. Novemb. 1625. & sæpe alibi.* In stabilibus, vel iis deficientibus, in censibus securis. *Ead. Sac. Cong. in Ferrarien. 14. Novemb. 1601.* Vel in extinctionem censuum. *Eadem Sac. Congregat. in Pistorien. 12. Julii 1604.* Vel in locis montium Urbis non vacabilibus. *Ead. Sac. Congregat. in Comen. 23. Julii 1602.* Si vero cum licentia Sacræ Congregationis assignata fuerint in dotem loca montium vacabilia, vendi debent, & pretium investiri. *Ead. S. C. in Camerinen. 8. Aprilis 1603.*

Non solet concedi licentia alienandi totam dotem supra- 33 numerariam, neque pro causis urgentissimis, sed tantum dimidium cum onere reinvestiendi. *Ead. Sac. Congreg. in Brixien. 23. Febr. 1603. in Perusina 13. Jan. Comimentes, vel expendentibus dotes supranumerarias sine licentia, licet inutilitatem incurunt Excommunicationem, a qua non absolvuntur, nisi cum onere restituendi tantundem. Ead. Sac. Cong. in Arantina 24. Martii 1597. in Gremen. 27. Septemb. 1601.*

Et Abbatissa suspenditur ab Officio, vel si non est am- 34 plius in Officio, punitur aliis poenis: Depositarii vero, qui illas exburlaverunt contra tenorem licentiarum, coguntur ad solvendum de no70. *Ead. Sac. Cong. in Mediol. 4. Augusti 1603.*

In dotibus recipiendis nulla est faciendi differentia inter 35 Terrerios, & Advenas; *Sac. Cong. Episcop. & Regul. 30. Septembr. 1616.* apud Tamburin. *de Jure Abbatiss. disp. 5. quest. 7. num. 5. & Gavant. in Manual. Episcop. verb. Monialium Novitiarum alimenta num. 12.* Cardinalis tamen Petra tom. 3. *Commen. ad Constitut. 12. Innocent. IV. num. 51.* dicit, id alicubi ex justo motivo non servari, adeoque in hoc servandam esse consuetudinem, sicuti servanda est in exigenda maiori dote pro recipienda aliqua defectuosa, seu minus apta Officiis Monasterii, aut quæ velit ab ipsius dispensari; *argum. cap. Cum consuetudinis 9. & cap. Cum tunc 11. de consuetudine, l. Nam Imperator 38. ff. de Legib. Consuetudo enim, quæ sic servari videtur, & optima Legum Interpretis; cap. Cum dilectus 8. de Consuetud. l. Si de interpretatione 37. de Legib. Vide ipsum loc. cit. a num. 48. ad 51. ubi allegat. Card. de Luca, & alios. Rosignolum de Dote part. 2. fol. 233. n. 8. & 9. & alios.*

Dotem triplicatam solvit tertia Soror, si numerus Monia- 36 lium sit minor 90. Si vero major, admittitur cum duplicata; *Sacra Cong. Episcop. in Bononien. 23. April. 1602.* Si vero Pater sit bene meritus &c. admittitur etiam cum dote ordinaria; *Ead. Sac. Cong. in una Venetiarum 26. Octobr. 1604. in Faventina 12. Martii 1608.* In Bracharensi autem 27. Augusti 1616; sic rescriptis illi Archiepiscopo; *Diique hæc Sacra Congregatio, & intra: Aut igitur tertia Soror intra profectum Monialium num. num. in Monasterium introducenda est,*

aut supra illum; Si ut numerata ingredi voluerit, elemosynam totalem duplicatam Monasterio persolvat; suffragioque tam activo, quam passivo carebit, quo usque altera ex duabus ejus sororibus e vita decesserit; Si vero ut supra definitum Monialium numerum admitti petierit, speciali Sacræ hujus Congregationis licentia opus erit, quæ quidem concedi non solet, nisi ex conditione, ut ipsa tertia Soror triplicatam elemosynam dotalem Monasterio solvat, nec reliquis ejus duabus Sororibus simul superstitibus activo, vel passivo suffragio gaudeat.

Potest ex gratia vestiri Monialis intra numerum cum dote 37 ordinaria, non obitante, quod ibi habeat alteram Sororem germanam cum multis consobrinis; *Sacra Cong. Episcop. in Vercellen. 15. Maii 1601. in Imolen. 19. Novemb. 1620.* Et si de rigore Justitiæ secunda Soror deberet solvere dotem duplicatam; *Eadem Sacra Congregat. in Arantina 27. Octobris 1603.*

Monialis translata ad aliud Monasterium, nisi aliud dispo- 38 nat Sacra Congregatio, relinquit dotem primo, solvitque novam secundo; *Sac. Cong. Episcop. in Vierbien. 2. Augusti 1580. in Neapolitana 20. Julii 1583. in Paduana 20. Martii 1602. in Tropien. 25. Februarii 1603. in Concordien. 4. Martii ejusdem anni, in Messanen. 29. April. ejusdem anni, in una Carmelitar. disalc. 3. Augusti 1635.*

An autem Monialis translata possit secum deferre ad Mona- 39 steriorum ad quot, vel debeat relinquere Monasterio a quo bona alia, quæ habet? Attendenda est dispositio Sacræ Congregationis in concessione facultatis transfundi, quæ juxta varias circumstantias varie solet demandari; In dictis enim *Neapolitana, & Carmelitar. disalceat, & aliis citatis statutis, etiam alia bona Monialis translata debere remanere Monasterio a quo, sicuti solet etiam statuere in transfiliationibus Regularium, nempe quod bona, & Jura quasita remaneant integra, & illibata Conventui a quo: ut in Neapolitana 20. Januar. 1719. in causa Baccalaurei Anselmi Viana Minoris Conventualis, & sæpe alibi; Immo quandoque solet etiam demandare, ut aliqua pars Livelli remaneat Monasterio a quo, ut prædicavit in Neapolitana 13. Augusti 1714. Pomen. Eminentiss. Card. Corsino, postea Summo Pontifice, in qua duabus Monialibus ex Familia Caraciola concessit gratiam transfundi a Monasterio S. Potiti ad aliud S. Josephi, Injuncta tamen obligatione subministrandi quotannis Monasterio S. Josephi vita durante Monialium transfunderarum, Ducatus 400. pro qualibet, remanentibus decem ducatis pro qualibet primo Monasterio, quia Livellum dictarum Monialium erat ducat. 50. Sic apud Ursayam tom. 3. part. 2. discept. 1. §. 22. num. 29. Monacell. autem part. 1. tit. 11. formul. 7. num. 12. tenet, & refert, quod Eadem Sacra Congregat. Episcoporum statuit, quod Monialis translata deferat ad Monasterium ad quod alia bona, si quæ habet, relicta solummodo prima dote Monasterio a quo, ut sequendo opinionem Card. de Luca de Regularib. disc. 30. num. 17. tenuit Sac. Congregat. Episcop. referente Eminentiss. Card. Tanara in Hispanen. Transitus 23. Januar. 1699. Vide ipsum Monacell. part. 2. tit. 13. formul. 6. a num. 21. usque in finem, ubi assert varia decreta ad rem, & plura notabilia adducit.*

Moniales præter dotem Monachandæ possunt etiam per pa- 40 ctum aliquid aliud recipere pro Sacristia, vel Infirmaria, non autem alio titulo; *Monacell. loc. cit. num. 9.* ubi refert, quod sic declaravit *Sacra Cong. Episcop. in Vlyssiponen. 5. Novemb. 1616.* Papæ oraculo ibi: „ Sanctissimus D. N. cen- „ suit, elemosynas, quæ per pactum Sacristiis, & Infirmariis, rii Monasteriorum Monialium dari solent, non compre- „ hendi in decreto, quo propinarum solutio per Moniales „ dum ad habitum, vel ad Professionem admittuntur, sic- „ ri solita, interdicitur.

An autem excusari possit a Simonia, & ab Excommunicatio- 41 ne consuetudo vigens in quibusdam Monialium Monasteriis, quod præter dotem Novitiæ datam Monasterio, dentur etiam singulis Monialibus aliquæ portiones pecuniæ, quas propinas vocant, ut v. g. quatuor, vel duo argentei, una candelæ, unum linteam, & hujusmodi? Variant Doctores. Quod talis consuetudo excusari possit, tenent Sanchez in *opusc. lib. 2. cap. 2. dub. 23. num. 6. D. Cajetanus de Alexandris in Confessario Monialium cap. 2. §. 5. quest. 6. Pignatell. tom. 7. consult. 97. num. 23.* ubi sic expresse ait: Hæc autem consuetudo nulla alia ratione mihi videtur posse a Simonia excusari, nisi asserendo dotem, quæ exigitur ad sustentationem Monialis, non consistere in indivisibili, sed sicut taxari po- 42 test.

test sexcentis ducatis, etiam taxari potest sexcentis, & quinquaginta distributis hoc modo, ut sexcenta applicentur Communitati, seu Monasterio, & alia quinquaginta distribuatur inter Moniales, singulis dando illos quatuor, vel duos argenteos, candelam, linteum, & huiusmodi, ut suis necessitatibus subveant; Sic præcise Pignatell. loc. cit. & ipso cit. Cajetanus de Alexandris, & in hoc sensu posse excusari tenent etiam alii; Dummodo tamen in his moderatio adhibeatur, & saltem si propter consuetudinem recipiuntur, non negentur spiritualia, etiam si illa non dentur, sed servetur modus illa petendi præscriptus in cap. Ad Apostolicam 42. de Simonia, ut recte advertunt Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. de Simonia cap. 17. num. 18. Cajetanus de Alexandris loc. cit. Pignatell. loc. cit. num. 14. & alii.

- 54 Multi tamen, ut videre est apud Monacell. part. 3. tit. 4. Excommunicatio 1. Pignatell. cit. consult. 90. a num. 23. Bonac. de Simonia quest. 7. §. 4. num. 11. Barbosa in Extravag. Sane 1. de Simonia num. 3. docent, quod talis consuetudo excusari non possit, & huic opinioni favet decretum Sacrae Congr. Episcop. & Regul. quæ die 2. Julii 1589. & in Lusitana 6. Junii 1615. ad 2. propinarum, seu munerum largitionem Monialibus faciendam, tam in ingressu, seu in suscipiendum habitum Regularem, quam in Professione emittenda, tamquam abulum omnino abrogati mandavit, ac prohibuit sub penis etiam Censurarum; Sic refert Pignatell. cit. consult. 90. num. 33. & clare Extravag. Sane 1. de Simonia, ubi Urban. IV. ad eliminandum Simoniam crimen, quod occasione ingressus in Religionem cum fidelium scandalo, & damno committeretur (relictis in suo robore penis a Jure statutis) districtius inhibuit omnibus Regularibus utriusque sexus per hæc præcisa verba: „ Ne tam a maribus, quam a Mulieribus volentibus ingredi eorum Religiones, Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Domus, seu loca, in earumdem personarum receptione, aut ante, vel post illam, quoscumque Pastus, Prandia, seu Cenas, Pecunias, Jocalia, aut res alias etiam ad usum Ecclesiasticum, seu quemvis pium alium usum deputata, vel deputanda directe, vel indirecte petere, vel exigere quoquomodo præsumant... Illa dumtaxat, quæ personarum ipsarum ingredientibus pure, & sponte, & plena liberalitate, omnique pactione cessante, dare, vel offerre Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, & Domibus huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi; Nos enim, qui secus egerint, si sint singulares personarum, tam dantes, quam recipientes huiusmodi, Excommunicationis, si Capitulum, vel Conventus fuerit, suspensionis sententiam eo ipso decernimus subiacere, a quibus præterquam in mortis articulo absolvi nequeant absque Sedis Apostolicæ licentia speciali; Unde quod non liceat aliquid peti, seu exigi, nec etiam titulo elemosinæ pro admittendis ad Habitum, & Professionem Regularem, patet etiam ex declaratione Sacrae Congregationis Concilii, quæ in una Leodien. pro PP. Carmelitæ calceatis huic questio pro maribus facta 9. Februarii 1697. respondit: *Servetur dispositio Juris*: Sic refert Monacell. part. 1. tit. 11. formul. 7. num. 8. De Jure autem est, quod Religiosi, & Religiosæ non possunt, nec debent pretio recipi in Monasterium; cap. Quoniam 40. de Simonia, & cit. Extravagant. Sane 1. de Simonia. Vide verb. Novitius a nu. 57. ad 65. verb. Simonia art. 2. a num. 20. ad 23.

- 55 Unde Jure merito in Constitut. Alexand. VII. incip. Pro commissio, & in Edictis Innocent. XI. anno 1676. & 1684. & Innocent. XII. anno 1692. & Clement. XI. anno 1702. in Urbe publicatis prohibentur expresse Monialibus sub penis privationis vocis activæ, & passivæ, & Officiorum ipso facto incurrendis, ea omnia, quæ in dict. Extravagant. Sane 1. de Simonia continentur, aliæque de novo statuuntur pro Monachandis in Monasteriis Urbis, quæ ut ab omnibus præ oculis habeantur, datur hic ad litteram Edictum Clement. XI. supradicta complectens.

Pro Puellis admittendis ad Habitum Monasticum, & Novitiis Regularem professionem emittendis.

Gaspero per la misericordia di Dio Vescovo di Sabina della S. R. C. Cardinale Carpegna, della Santità di N. Signore Vicario Generale &c.

LA Santità di Nostro Signore ordina, che le RR. Madri Abbadesse, Priore, Superiore, Camerlenghe, & altre Officiali, Monache, ed Oblate tutte dei Monasterij di Roma senza veruna eccezione debbano osservare, tener assisi, e leggere nei tempi assegnati, cioè nella prima Domenica dell'Avvento, e terza dopo la Pentecoste, la Costituzione della santa memor. d' Alessandro VII. emanata li 24. Settembre 1657. per moderare le vane, e superflue spese ne' suddetti Monasterij, e trasportata per maggior intelligenza, e per non andar in disuso in volgare. E in oltre gli Editti pubblicati da noi per ordine della santa memor. d' Innocenzo XI. li 19. Novembre 1676. e li 28. Febraro 1684. incaricando specialmente la Santità sua quel, che nell'ultimo Editto diffusamente si dichiara circa le Zitelle d'ammettersi all'Abito, e le Novizie alla Professione, cioè, che nè le medesime, nè li loro Parenti, o alcun altro in nome delle suddette possano dare cosa alcuna per occasione di dette funzioni, nè in denaro, nè in specie tanto alle suddette Superiore, Officiali, Monache, Convertite, Novizie, Educande, quanto al Confessore, Fattori, ed altri Ministri Secolari, o Regolari sotto le pene, a chi contravenisse, tanto nel dare, come nel ricevere contenute nella detta Costituzione Apostolica, ed Editti, che sono la privazione della loro Offizj alle Superiore, e della voce attiva, e passiva all'altre Monache, riservata al Sommo Pontefice, ed altre pene a nostro arbitrio, e parimente, che in occasione delle nominate funzioni non si faccia pompa alcuna d'apparati fuori della Chiesa, ma che si adorni al di dentro con gli apparati, argenti, e suppellettili del medesimo Monasterio; permettendosi solo, che a titolo d'una moderata ricreazione, si contribuisca dalle dette Zitelle, o Novizie, o dai loro Parenti una limitata somma da arbitrarli dalla Superiore di ciaschedun Monasterio con nostra approvazione (dove però vi è Puso) e che non ecceda la quantità di quattro Gial per ciascheduna di quelle, che commorano ne' Monasterij, e devono partecipare di detta ricreazione; Di più si diano solo le candele necessarie per la Chiesa in quella Funzione, ed una candela a ciascheduna Monaca, che non dovrà eccedere il peso di mezza libra; Ed acciò non si manchi alla puntual'osservanza, come Nostro Signore con sommo suo dispiacere ha sentito, che si trascura in alcuni Monasterij di quest'Alma Città, in gran pregiudizio dell'osservanza Regolare, e della vocazione di tante oneste zitelle, che per l'eccessività delle dette vane spese non abbracciano lo stato Religioso; La Santità sua coll'oracolo della sua viva voce ci ha incaricato di far precetto formale di Santa Obbedienza, siccome facciamo a tutte le RR. Madri Abbadesse, Superiore, Officiali, Monache, ed Oblate, ancorchè non abbiano clausura, o voti, che oltre le cose suddette permesse non ardiscono pigliar altro, sia denaro, o qualunque roba in specie dalle Zitelle, quando pigliano l'Abito, nè dalle Novizie per causa, o quando fanno la Professione, nè dalli Parenti delle medesime, nè da altri in nome loro per qualsivoglia tempo prima, o dopo le dette Funzioni sotto qualunque titolo, colore, o pretesto, sia mancia, regalo, offerta, o altro anche volontariamente dato non ostante qualsivoglia consuetudine, uso, o pratica in contrario, quale dichiariamo abuso, riservando a Noi la facoltà di assolvere quelle, che contraveniranno, il che non faremo, se non seguita l'effettiva restituzione di quel che han ricevuto; Volendo Sua Santità, che non le possano assolvere li Confessori Ordinarij, o Extraordinarij, Secolari, o Regolari in qualunque modo privilegiati.

Alli suddetti Confessori, Deputati, Fattori, ed altri Ministri, s'ingionge sotto pena della privazione de' loro Offizj, ed altre pene anche più gravi ad arbitrio nostro di non

non dover pigliare cosa alcuna dalle Zitelle, che prendono l'Abito, nè dalle Novizie, che professano.

Di più che alle Abbadesse, o Superiore, quando sono elette, non si dia il possesso dei loro Offizj, se prima non giurano avanti di Noi, o del nostro Deputato di osservare, e di far osservare per quel, che spetta, o dipende da loro, quanto di sopra si è ordinato circa le mancie, offerte, e regali in ordine alle Zitelle, e Novizie suddette: E che ogni volta, che qualche Zitella dovrà prendere l'Abito, o che la Novizia dovrà professare, prima che si spedisca la licenza, debba notificarsi alle medesime, quando si esplora la loro volontà, ed alli Parenti da parte di Nostro Signore l'ordine di non dare cosa alcuna, fuorchè la dote, e le cose suddette permesse.

Finalmente è intenzione della Santità Sua, che le Zitelle da vestirsi vadino in quel giorno alla Chiesa con Abito modesto, senza gioje, ed altri abbellimenti, o pompe, che impediscano, e distruggano dalla divozione, con che si deve ricevere il Sacro Abito Religioso; e tanto queste prima di pigliar l'Abito, quanto le Novizie prima della Professione debbano fare gli esercizi spirituali secondo gli ordini emanati dalla san. mem. d' Innoc. XI.

Intende anche espressamente la Santità di N. S. che siccome la suddetta Costituzione Apostolica, ed i Nostri passati Editti, così la disposizione del presente sia universale a tutti i Monasterij di quest'Alma Città, compresi quelli che hanno Protettori particolari di qualsivoglia grado, qualità, o condizione, anche se fossero gli Eminentissimi Signori Cardinali, ovvero, che n'abbino la cura Regolare, e che si debba procedere da Noi all'esecuzione delle pene in esso contenute, non solamente contro le Religiose, che in qualunque modo trasgredissero, ma contro gli suddetti Confessori, Deputati, Fattori, Sagrestani, ed altri Ministri Secolari, o Regolari, se ricevestero cosa alcuna dalle suddette Zitelle, e Novizie, rispettivamente e nelle occasioni di sopra espresse, e contra qualsivoglia altra persona di qualsivoglia grado, e condizione, che contraresse alle dette spese, col dare, o procurare in prestito apparati, argenti, e suppellettili per le nominate funzioni, con facilità di procedere tanto a pene pecuniarie, come corporali a nostro arbitrio secondo la gravità della trasgressione.

Volendo, che il presente nostro Editto, notificato che sarà in ciascheduno Monasterio, obblighi tutte, non solo al presente, ma in avvenire, come se fosse loro personalmente intimato e per togliere ogni abuso, che potesse mai introdursi in contrario, ordiniamo, che si tenga affisso, e si legga in Refettorio colla suddetta Costituzione, Appostolica, e con gli Editti ne, tempi assegnati, come si è espresso di sopra.

Dato dalla solita nostra Residenza questo di 2. Marzo 1702. G. Gard. Vicario.

N. A. Caggio Segr.

Io infra scritto Mandatario dell' Eminentissimo Signor Cardinal Vicario ho portato gli suddetti ordini alli Monasterij di Roma alli cinque Marzo.

Santi Fabri.

- Hinc multum expedit, & prope necessarium videtur, quod Ordinarii locorum in suis Diocesisbus curent exemplo Episcopii Urbis, & Orbis, ut Moniales servant dispositionem dictæ Extravagant. Sane 1. de Simonia, d. Constitut. Alexandri VII. incip. Pro commissio, & dictionum Edictorum Innocentii XII. & Clementis XI. quorum ultimum, ut alia complectens, fuit supra ad litteram datum: Et sic cessabunt pericula Simoniarum, & incursum censurarum; Sic monent Pignatell. cit. consult. 90. num. 24. Monacell. part. 2. tit. 4. Excommunicatio 1. num. 6. & alii.
- Insuper curare debent Episcopi omnes Italix & Insularum adjacentium, sicuti & Superiores Regulares, quod omnimode a Monialibus sibi subjectis observentur sequentes Clementis XI. ordinationes.

EPISTOLA.

- Encyclica, qua jussu Summi Pontificis universis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Italicæ ac Insularum adjacentium Ordinariis, necnon Superioribus Generalibus Ordinibus Regularium, quorum Regimini Monialium Monasteria subiacent, districtè mandatur, ut Monialibus sibi

subditis inhibeat, ne occasione Officiorum, sive antequam illa exercere incipiant, sive postquam illis perfunctæ fuerint ullos sumptus proprio, & peculiari earum nomine faciant.

LA Santità di Nostro Signore, che con paterno amore, ed Apostolico zelo invigila incessantemente a togliere gli abusi, e promuovere il bene spirituale di tutto il Cristianesimo, non lascia di stendere l'occhio nella sollecita sua pastorale attenzione alla buona direzione delle persone Religiose, e specialmente delle Sacre Vergini, che contragione si chiamano *Illustrior portio Gregis Christi*, sperando da essa non solo di conseguire la lor santificazione, ma ancora di poter ottenere per mezzo delle orazioni di queste dilette Spose del Nostro Signor Gesù Cristo, quando veramente attendano con tutto il loro spirito a quella Religiosa perfezione, a cui si sono consacrate, specialissimi ajuti dal medesimo Signore nelle gravissime, e pur troppo note calamità, che di presente affliggono per ogni parte la Santa Chiesa: che però, avendo inteso da varie parti, che uno de' principali impedimenti al profitto spirituale delle medesime Religiose ne' Monasterij dell'Italia, ed isole adiacenti proviene dalle Spese, che sono costrette di fare le Monache particolari in occasione de' loro Offizj, derivando da ciò (oltre le vestizioni impertune, che si danno alli Padri, Madri, ed altri Parenti, quali, talvolta non possono corrispondere necessariamente la distrazione dall'Orazione, culto di Dio, l'insufficienza delle Regole, l'attaccamento biasimevole alli ben terreni, e talvolta anco con pregiudizio del voto della Santa Povertà, le continue inquietudini, gli stenti, e le occasioni di trattare con troppa libertà, e frequenza con i secolari con danno scambievole delle anime, e inconvenienti anco più gravi, de' quali giungono frequentissimi e quotidiani ricorsi alle orecchie de' Superiori Ordinarij delle Sagre Congregazioni, e della stessa S. Sua; E volendo la medesima, che onninamente si ponga un efficace rimedio a' suddetti disordini, siccome ha comandato, che a quelli opportunamente si provveda rispetto alli Monasterij di quest'Alma Città di Roma con diverse ordinazioni contenute in un Editto sopra di ciò pubblicato sotto il di 4. Giugno prossimo passato, così per curare con egual rimedio l'istesso gravissimo male anco negli altri Monasterij d'Italia, e dell'isole adiacenti, ha incaricato a me d'ingungere, e strettamente in suo nome a V. S. e nell'istessa maniera a tutti gli altri Ordinarij d'Italia, dell'isole suddette, come parimente alli Superiori Generali delle Religioni presidenti a' Monasterij di Monache, che fatti bene ponderare dalli Religiose a lei sottoposte i sopradetti disordini, e le pessime conseguenze, che da essi provengono, e quanto all'incontro sia per conferire alla loro Religiosa quiete, ed a liberarle da infiniti fastidj, rimorsi, e scrupoli, l'alienarsi affatto dal pensare, e sollecitudine d'ogni privato interesse temporale; Ella seguendo l'esempio di quel, che si è fatto in Roma, incarichi sotto precetto formale di Santa Obbedienza con riservare a se la facoltà di assolvere, ed in oltre sotto pena di privazione d'Offizio, e della voce attiva, e passiva, e altre a suo arbitrio a tutte le Abbadesse, Superiore, Camerlenghe, Sagrestane, Rotare, ed altre Monache Officiali di tutti li Monasterij, che non facciano, nè permettano rispettivamente, che da altre si faccia spesa alcuna, ancorchè ne fosse data loro commodità da' Parenti, e da altre persone, durante li loro Offizj, ne meno quelli finiti, o prima di esercitarli, nè di dare cos' alcuna di qualsivoglia valore a titolo di celebrazione di Feste, o di donativo, nè sotto qualunque altro titolo, che abbia cautela, occasione, o dipendenza dalli predetti Offizj, non solo alle Superiore, Officiali, Monache, Novizie, e altre, che dimorano nel Monasterio rispettivamente (quali pure non dovranno riceverla) ma nè anche alli loro Superiori benchè Regolari, Confessori, Deputati, Fattori, ed altri Officiali del Monasterio, anzi nè meno alla Chiesa, o alla Sagrestia, ma qualsivoglia spesa da farsi nell'esercizio di detti Offizj, o per celebrare le loro Festività, o per occasione delle medesime, quale dovrà sempre essere conveniente, e moderata, si faccia colle rendite del Monasterio senza contrattare debito alcuno. Al qual effetto dovrà V. S. efficacemente ingiungere, tanto alle Superiore, ed Officiali, quanto alli Deputati, Sindici, ed Economisti di ciaschedun Monasterio, di procurare, che le e suddette spe-

se come sopra moderata, si stabiliscano dentro breve termine con li modi, che simeranno più proprj e convenienti da approvarsi da lei secondo le rendite de' medesimi Monasterj. Intendendo in oltre espressamente la Santità Sua, che la disposizione di quanto si contiene nella presente Lettera, sia universale, e commune a tutti li Monasterj di Monache eziandio governati da' Regolari, e da qualunque altro Superiore, benchè privilegiato, e privilegiatissimo, e degno di special menzione, o in qualsivoglia altro modo essenti, o anche immediatamente soggetti alla Santa Sede, come parimente alle Cafe d' Obblate, benchè non abbiano clausura, nè voti solenni. Così dunque V. S. dovrà far osservare con tutta diligenza, e attenzione; Ed in caso, per conseguire pienamente l' effetto, che si desidera, quale sommamente preme alla Santità Sua, Ella abbia bisogno in qualche cosa delli oracoli, e autorità della Santa Sede, non manchi di ricorrere alla medesima con certa fiducia di venire assistita con tutto quell' ajuto, o protezione, che si giudicherà expediente per ottenere onninamente il compimento di cosa si necessaria alla quiete, e beneficio spirituale delle Religiose, e tanto importante al servizio del Signor Iddio, da cui le prego ogni maggior felicità.

Roma 28. Luglio 1708.

G. Cardinal. di Carpegna Prefetto.

Ferdinando Arcivescovo di Nicea Segr.

EPISTOLA.

59 Encyclica ad universos Italiae, Insularumque adjacentium Ordinarios, nec non Monialium Superiores Regulares conscripta, qua disposita in alia praecedenti Epistola declarantur.

Per provvedere alla Religiosa quiete delle Monache, e liberarle da rimorsi, e scrupoli, come da ogni sollecitudine di privato interesse temporale, ordinò già la Santità di Nostro Signore con Editto, o sia Lettera circolare in data delli 28. del passato mese di Luglio, che tutte le spese degli Offizj, si facessero con le rendite de' Monasterj; Ora a fine di soddisfare alle istanze di alcuni Monasterj, che hanno in ciò ricercata qualche più chiara spiegazione: La Santità Sua col parere d' una Congregazione specialmente deputata, ha comandato, e comandato, che in virtù delli decreti Apostolici fatti per l' osservanza del voto della Santa povertà i Livelli, o vitalizj si consegnino, o componano nella Cassa comune a disposizione della Superiora, la quale somministrerà alle Monache, quanto gli occorre per le loro necessità religiose, ed il rimanente converta in beneficio del Monastero per sovvenirlo, ed abilitarlo a supplire alle spese necess. per li Offizj, ed altro: restando però sempre nel suo vigore la disposizione, e penalità del prefato Editto, o sia Lettera Circolare; S' ingiunge per tanto efficacemente a V. S. di procurare, che si metta in pratica ciò, che si è detto, nel che sommamente preme il Santo zelo di Nostro Signore, che desidera l' obbedienza dovuta ad un ordine sì necessario, non meno per il profitto spirituale, che per la quiete temporale dell' animo di tutte le Religiose. Glielo significo, ed il Signore Iddio la prosperi.

Roma 26. Gennaio 1709.

G. Card. di Carpegna Prefetto.

Ferdinando Arcivescovo di Nicea Segr.

EPISTOLA.

60 Jussu Summi Pontificis ad Eminentiss. Archiepiscopum Neapolitanum conscripta, qua illi significatur, ut in Monasteriis ejusdem Civitatis disposita a Sanctitate Sua de sumptibus a Monialibus occasione Officiorum faciendis exacte observari mandet.

Essendo giorno all' Porreccio di Nostro Signore, che in codelli Monasterj di Monache soggetti a Vostra Eminenza contro gli Ordini dati dalla Santità Sua col mezzo di questa Congregazione a tutti i Monasterj d' Italia con Lettera circolare del 28. Luglio 1708. le Abbadesse, Vicarie, Cellerarie, Camerlonghe, Sagrestane, Rotare, ed altre Monache Officiali,

tanto nell' ingresso, che nel fine del loro Offizio facciano spese eccedenti, anche sopra la somma di ducati ottocento, e più, a titolo di pietanze alle Monache, e a i loro Superiori, benchè Regolari, Confessori, Deputati, Fattori, ed altri; E conoscendo sua Beatitudine, che da ciò deriva la tepidezza delle Religiose nello spirito, la distrazione dall' Orazione, e dal culto di Dio, l' inservanza della Regola, e forse talvolta il pregiudizio del voto della Santa Povertà, mi ha comandato di scrivere a Vostra Eminenza, che si compiacca d' incaricare sotto precetto formale di Sant' Obbedienza con riservarne a sè la facoltà d' assolvere, ed in oltre sotto pena di privazione d' Offizio, e della privazione di voce attiva, e passiva, ed altre a suo arbitrio alle Monache Officiali suddette, che non facciano, nè permettino, che da altri si faccia spesa alcuna, ancorchè ne fosse data loro comodità da' Parenti, o da altre persone, durante i loro Offizj, ma nè meno quelli finiti, ed esercitati, nè anche a titolo di celebrazione di Feste, o di donativo, nè sotto qualsivoglia altro titolo, che abbia causa, occasione, o dipendenza dalli predetti Offizj, e come più amplamente si contiene nella suddetta circolare del 28. Luglio 1708. la quale vuole sua Santità che venga in ogni sua parte puntualmente, e religiosamente osservata. Nell' obbedienza agli ordini supremi di Nostro Signore col significarlo a Vostra Eminenza, perchè cooperi con tutto il suo zelo a sì Santa, e pia intenzione di sua Beatitudine, le bacio ec.

Roma 26. Giugno 1716.

Ferdinando Card. d'Adda Pro-Prefetto.

V. Arcivescovo di Damasco Segr.

EPISTOLA.

Jussu Summi Pontificis ad Nuncium Apostolicum in Civitate Neapolitana conscripta, qua illi injungitur, ut in Monasteriis Monialium ejus Jurisdictionis subiectarum disposita a Sanctitate sua de sumptibus a Monialibus occasione Officiorum faciendis in violabiliter observari curet.

Per sommarmente a Nostro Signore, che venghino esattamente osservati gli Ordini trasmessi, anche al suo Aucesore, con Lettere di questa Sacra Congregazione de' 28. Luglio 1708. circa la superfluità delle spese, che si fanno dalle Abbadesse, Vicarie, ed altre Monache Officiali durante i finiti i loro Offizj si nelle pietanze per le altre Monache, loro Superiori, Confessori, Deputati, Fattori, e simili altri Ministri, che nelle occasioni di Feste si fanno. Sentendosi però, che ne' Monasterj di codesta Città soggetti alla Giurisdizione di V. S. non solo non vengono osservati tali ordini ma che anzi venghino fatte spese eccedenti la somma di ottocento e più ducati in pietanze, e celebrazione di Feste contro la pia e savia mente di sua Beatitudine, che pur troppo prevede, quanto detrimento sia con ciò per risultare alle Religiose nella vita dello spirito, nella distrazione dall' Orazione, nel culto di Dio, nell' osservanza della Regola, e forse anche talvolta nel voto della Santa Povertà, mi ha per tanto comandato di scrivere a lei, che come Ministro Apostolico, a cui soggiacciono i Monasterj essenti dalla Giurisdizione di codesto Eminentissimo Arcivescovo, dovrà dar esempio a quelli, che sono immediatamente soggetti a sua Eminenza, faccia precetto formale di Sant' obbedienza, con riservare a sè la facoltà di assolvere, ed in oltre sotto pena di privazione di Offizio, delle voci attiva, e passiva, ed altre da arbitrarli da lei alle Monache, ed Officiali suddette di ciascun Monastero esistente sotto il suo governo, che non facciano, nè permettino, che da altri si faccia spesa alcuna, ancorchè ne fosse data loro comodità da' Parenti, o da altre persone durante i finiti i loro Offizj, nè anche a titolo di celebrazione di Feste, o di donativo, nè sotto qualsivoglia altro titolo, che abbia causa, occasione, o dipendenza dalli predetti Offizj, e come più amplamente si contiene nella menzionata Lettera circolare de' 28. Luglio 1708. E successivamente procuri con tutta efficacia, che sia il tutto eseguito, e si proceda contro chi trasgredirà, onninamente alle pene, essendo specialmente ordinò della Santità di Nostro Signore, che V. S. in tal' affare facci riconoscere la sua vigilanza. Così ella eseguirà in obsequio de' supremi cenni di sua Beatitudine, e le prego ec.

Roma 26. Giugno 1716.

F. Card. d'Adda Pro-Prefetto.

V. Arcivescovo di Damasco Segr.

62 Assertur ad id n. ovissima similis dispositio Benedicti XIV. ut habetur in sequenti Epistola directa Eminentissimo Cardinali Archiepiscopo Mediolanensi.

Eminentissimo e Reverendissimo Signor mio Osservandissimo.

Quantunque altre volte questa Sacra Congregazione specialmente sotto il dì 28. Luglio 1708. abbia ordinato, che le spese occorrenti in congiunture di Feste, e degli Offizj, che si esercitano dalle Monache, si dovessero fare colle rendite de' Monasterj; Nulladimeno è stato rappresentato alla Santità di Nostro Signore, che in molti Conventi queste si fanno dalle Monache particolari a conto proprio, dal che molti, e gravi inconvenienti possono derivare, come la distrazione dall' Orazione, e dal Culto Divino, l' occasione di trattar con troppa frequenza co' Secolari, e qualche altra inservanza delle Regole, la soverchia sollecitudine di acquirar denaro con pericolo di contravenire al Voto della Povertà, ed in oltre si porre in angustia i loro Parenti, li quali per non soggiacere a replicate gravi spese si astengono tal' ora dal collocare ne' Monasterj altre Figliuole, che ne averebbero la vocazione. Perciò la Santità Sua, la quale con indefesso Apostolico zelo assiduamente invigila a promuovere il bene spirituale di tutto il Cristianesimo, ed ha specialmente a cuore, che sempre più si avanzino nella strada della perfezione le Sagre Vergini, parte la più illustre del Gregge di Gesù Cristo, ha comandato, che si rinovino gli Ordini su questa materia altre volte emanati, e che insistasi per l' esecuzione de' medesimi. Si compiacersi per tanto V. E. incaricare con precetto formale di Sant' Obbedienza a tutte le Abbadesse, Priore, Vicarie, Camerlonghe, Sagrestane, ed altre Officiali, che non debbano in occasione di Feste, o di loro Offizj fare spesa alcuna, o dare alcun donativo, quantunque di poco valore, nè alle Monache, nè alle Novizie, nè ad altre, che dimorano nel Monastero, nè tampoco a' loro Superiori, ancorchè Regolari, ne a' Confessori, Deputati, Fattori, ed altri Officiali, anzi nè meno alla Chiesa, e Sagrestia, ma qualsivoglia spesa nelle sopradette congiunture, dov'è onninamente farsi colle rendite de' Monasterj. E perchè questi non restino di soverchio aggravati, potrà l' E. V. ingiungere tanto alle Superiori, quanto alli Deputati, Sindici, ed Economi di ciascun Monastero, che considerato lo stato de' medesimi, stabiliscano per le suddette spese una precisa somma, che da V. E. dovrà poi esaminarsi, ed approvarsi, perchè sia propria, convenevole, e proporzionata all' Entrate; In caso poi, che qualche Monastero fosse così scarso di rendite, che non ostante tutta la moderazione usata non potesse soccomber a questo peso l' E. V. ordinerà, che somministrato alle Monache del deposito proveniente dalli Livelli, o Vitalizj, quanto le occorre per le loro necessità Religiose, il rimanente s' impieghi nelle divotate spese, conforme fu dichiarato coll' altra Lettera circolare de' 25. Febbrajo 1709.

Ed affinchè si mantenga perpetuamente l' osservanza di quanto viene, come sopra, prescritto, potrà l' E. V. comandare espressamente che sempre nell' elezione della nuova Superiora debba in Capitolo leggersi ciò, che nella presente Lettera si contiene. Dichiarando, che la Santità di Nostro Signore intende, che inviolabilmente debba il tutto osservarsi da qualunque Monastero, benchè esente, privilegiato, privilegiatissimo, e degno di special menzione, eziandio soggetto immediatamente alla Santa Sede, ed anche dalle Cafe delle Obblate, quantunque non astrette alla clausura, sotto la pena in caso di contravenzione della privazione dell' Offizio, e della voce attiva, e passiva da incorrersi ipso facto, e durare ad arbitrio della Sacra Congregazione.

Sarà dunque parte della Pastoral Vigilanza dell' E. V. il restar servita di ordinare l' esatto adempimento di quanto si prescrive, compiacendosi successivamente dare avviso dell' operato, mentre bacio alla medesima umilmente le Mani.

Di Vostra Eminenza.

Roma 26. Gennaio 1742.

C. Arcivescovo di Damasco Segr.

Milano all' Eminentiss. Signor Cardinal Arcivescovo.

Umiliss. Devotiss. Servitore.

G. Card. Fiesco.

Ferrari. Biblioth. Tom. V.

Episcopus, sive Superior Regularis non potest recipere munera occasione, receptionis Habitus, seu emissionis Professionis Monialium, seu ingressus Abbatissae in Officium, Abbatissatus, & hujusmodi; Clemens VIII. in Constit. de largitione munerum incip. „ Religiosae Congregationes, & ex- „ presso Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Averlana 22 „ Januarii 1591, his verbis, Non liceat Episcopis, cum No- „ vitia vestiuntur, vel Professionem emittunt a propin- „ quis, vel ab alio quocumque dona, tam comestibilia „ quam linea, etiam parvi valoris accipere, neque ab Ab- „ batissis in ingressu Officii, sed ab eisdem comestibilia tan- „ tum in aliquibus solemnitatibus, nomine totius Monaste- „ rii, etiam si antiquissima inoleverit consuetudo „ „ Episco- „ pus „ & quilibet alius Superior Ordinarius in his transigeret „ juxta tenorem dictae Constitutionis Clementis VIII. tenetur „ ad restitutionem, quatenus munera non comestibilia & prae- „ ter formam alterius Bullae Urbani VIII. incip. Nuper, a „ Congregatione, moderatoriae, & declaratoriae, & confirma- „ toriae illius Clementis VIII. recipiat, adeo ut, neque „ Summo Penitentiario (si munus summam scutorum decem „ excedat) absolvi possit, nisi facta restitutione, prout patet „ ex novissima Constitutione Innocentii XII. declaratoria fa- „ cultatum Cardinalis Penitentiarum emanata tertio nonas Se- „ ptembris 1692. incip. Romanus Pontifex in qua §. 17. sic ex- „ pressè habetur; „ Munera a Regularibus contra recol. me- „ „ mor. Clementis Papae VIII. pariter Praedecessoris Nostri „ anno Incarnationis praefatae 1594. tertio decimo Kalendas „ Julii editam Constitutionem ultra valorem decem Scuto- „ rum monetarum recipientes, exceptis rerum medicinalium, „ seu devotionis muneribus, ante factam restitutionem non „ absolvat, nec mandet absolvi; Infra vero praedictum valo- „ rem, non nisi facta arbitrio ipsius majoris Penitentiarum, „ seu per eum eligendi Confessarii cleemosyna, qua in be- „ neficium Religionis, seu conventus, cui de Jure facienda „ esset restitutio, si caute fieri potest, erogetur, absolvat, „ seu mandet absolvi „

Monialis in particulari nequit neque de licentia, ac dispensatione Superioris habere peculium, seu aliquod proprium, de quo tamquam de re sibi propria pro libitu disponere possit. Communis, textu expresso in c. Cum ad Monasterium 6. de statu Monachorum in fine, ibi: „ Nec alium et Abb. quod „ super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho diffi- „ penlare, quia abdicatio proprietatis, sicuti & custodia „ castitatis adeo est annexa Regulari Monachali, ut contra „ eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere „ „ Concil. Trid. sess. 25. de Regularib. & Monialib. cap. 2. & ha- „ betur expresse in decret. Clement. VIII. de reformation. Regul. incip. Nullus omnino. Et hoc saepe lapsus in casibus specificis declaravit Sacra Congr. Conc. ut abunde refert Fagnanus in c. Monachi 2. de statu Monachorum a n. 61. usque in finem.

Et signanter in causa Panormitana, in qua cum quadam Monialis praeter dotem Monasterio tributam sibi reservasset scuta quinquaginta annua pro suis necessitatibus, atque indigentis petit sibi fieri facultatè illa erogandi in usus praedictos; S. Congreg. censuit hanc pecuniam annuam, non obstante reservatione, jam questam esse Monasterio: ideoque deferendam esse recta ad manus Abbatissae, qua primum prospiciat necessitatibus Monialis Oratricis, & quod reliquum fuerit, in usus totius Monasterii convertat. Praeterea in causa Neapolitana propositum fuit Sacrae Congregat. dubium, ut infra conceptum. In aliquibus Monasteriis nonnullae Moniales census, & annuos quosdam redditus, & proventus seu fructus percipiunt sub diversis contractuum speciebus, nam aliquae in ipsarum persona emerunt certos redditus a personis laicis: aliquae ab aliis Monialibus: aliquae ab ipsis Monasteriis, aliae vero dederunt pecuniam Monasterio, ut earum pecuniis fieret emptio nomine Monasterii ad rationem septem, vel octo pro centenario, & Abbatissae dabant ipsis Monialibus illos redditus, quos ex dictis emptionibus exigebant singulis annis. Aliquae Monasteriis, seu eorum Superioribus certas pecuniarum summas manualiter pro indigentibus Monasterii dederunt pacto adjecto, vel etiam tacita conventione adhibita, ut Monasterium, seu Abbatissae certos redditus ad rationem tot pro centenario eorum vita durante concedat. Quaeritur, an Moniales praedictae in hujusmodi casibus incurrant in penas per Concilium Trident. sess. 5. cap. 2. de Regular. in proprietariis inflictae, etiam si de licentia Abbatissae, & ad Abbatissae nuntium, vel conventus, seu Monasterii nomine percipiant? Sacra Congregatio censuit, in nullo supradictorum casuum, licere.

licere Moniales dictos fructus, seu redditus percipere, & si perciperint, incidere in penas d. cap. sess. 25. de Regularibus. Neque ab huiusmodi penis excusati ob licentiam Abbatis, quae eam d. Concilii decreto in supradictis casibus concedere quidem prohibetur, sed debet ex suo munere ex Monasterii redditibus, vel elemosynis Monialium necessitatibus in dies subvenire. Ex quibus declarationibus apparet, non esse amplius locum opinioni Jo. Andr. in regul. Non est obligatorium, Calder. cons. 2. de Regularibus & Abbat. cons. 88. part. 1. existimantium, licere Professo de Licentia Superioris Prelati accipere aliquam annualem provisionem a Conventu, vel a Provincia, puta Scutorum decem, ut exemplificat Jo. Andr. vel quinquaginta, ut inquit Calder. & Abb. persolvendam pro vestibus, & aliis personalibus necessitatibus.

68 Item in Urbinaten. Cum Archiepiscopus Urbini retulisset Sacrae Congreg. se non potuisse adducere Moniales cuiusdam Monasterii ad suscipiendam exactam vitam communem; ideoque illis proposuisse, ut fieret communis arca, cuius clavus penes Abbatissam existeret, & intus eam apparentur tot scrinia, quot essent Moniales, ita ut unaquaque haberet claviculum scrinio sui, & in eo asservaret pecuniam ex laborio, vel aliunde partam, quae in ipsius tantum, & non in alterius necessitates erogari deberet arbitrio Abbatissae; Sacra Congregatio hoc temperamentum iudicium existimavit, ac repugnans Decreto dicti. cap. 2. quod jubet, ut omnia Superiori tradantur, Conventuique incorporentur, ideoque mandavit Archiepiscopo, ut quando Moniales communem vitam non susciperent, interdiceret illis receptionem puellarum ad Habitum, & Professionem.

69 In Monasteriis tamen, in quibus, vel ob carentiam reddituum vel ob incuriam, & negligentiam Superiorum vita communis non servatur, nec potest introduci, & Monasterium indigentibus Monialium non supplet, nec ob ejus paupertatem suppleri potest, omnes pecuniae undequaque quaesitae a Monialibus, in caplam depositi conferendae sunt, & regitrandae, ac nomine Monasterii exigendae; Et exinde, ut Monialibus exhibitoribus de necessitate ad vitam provideatur, eisdem elemosynaliter de licentia Abbatissae per depositariam tradi debent: Ita enim eo modo, quo potest, servatur votum Pauperatis, & tollitur occasio proprietatis, ut cum aliis praedictis Donatus prax. rerum Regular. tom. 2. tract. 15. qu. 11. 19. & 20. ubi sub num. 2. refert Decretum Sacrae Congregationis Visitationis Apostolicae iussu Urbani VIII. facte die 13. Julii 1627. pro Franciscanis Conventualibus Monasterii SS. Apostolorum Romae per haec verba: „ Pecuniae vero, aliae, que res quaecumque Fratrum intra viginti quatuor horas tradantur Superiori in commune Conventus Atrarium reponenda, triplicique clavi custodienda, quarum una penes Guardianum pro tempore existentem, duae vero aliae penes duos alios Fratres singulo quoque anno per Conventum eligendos, conserventur, ex quibus subministrato exhibitori quantum Religiose ejus necessitate (status valeditudinis, laborumque ratione habita) expositulare videbuntur; Reliquum penes Atrarium remaneat, & arbitrio duarum ex tribus partibus Capituli, seu Congregationis Provincialis singulis annis faciendae erogetur.

70 Partitae autem dictae caplae communis per computum separatum sic inscribi debent: *Il Monasterio deve aver da se per conto di Suor N. N. scudi . . . prout Sacra Congregatio Episcoporum & Regular. rescripsit Archiepiscopo Barensi 2. Octobris 1595. cui totam pecuniam provenientem ex Monialibus particularibus in caplam communem deponendam esse injunxerat, quoties Moniales ex causis supradictis ad vitam communem reduci non possent. Et iterum ita fieri iussit generaliter 4. Febr. 1678. ut refert Crispin. de Visitatione §. 42. num. 40.*

71 Unde ut Moniales in Monasteriis, ubi non adest vita communis, possint licite exigere, retinere, & expendere Livella, debent quinque conditiones, seu circumstantiae concurrere; Prima scilicet, quod habeant dependentem a voluntate Superioris; Secunda, ut sint paratae peculium consignare ad nutum ejusdem Superioris; Tertia, ut pecunias convertant in licitos, & pios usus, & decemant eorum status; Quarta, quod non sit peculium superfluum; Quinta, quod sit penes Caplam depositi, seu Atrarium commune; Donat. prax. rer. Regular. tom. 4. tract. 15. quest. 11. & 19. & alii plures ibi citati, Monacell. part. 1. tit. 11. formul. 20. n. 4. & 6. ubi habet, quod haec Donati Theoricas potest tute-

practicari, & tolerari, prout tolerari posse declaravit Sacra Congr. in una Censura. pro Monasterio S. Clarae illius Civitatis rescribendo sub die 12. Martii 1693. in obsequium Card. Denhoff tunc Episcopi vitam communem desiderantis: *Ad mentem*, referente Eminentissimo Card. Acciajolo, & mens fuit, quod circa vitam perfecte communem nihil esset innovandum.

72 Livella non possunt a Monialibus, & Regularibus cedi eorum consanguineis sine licentia Sacrae Congregationis; Rota decis. 610. n. 8. & 9. coram Card. Cerro, & in Albanen. locorum Montium 26. Januarii 1735. coram Calcagnino, Card. Petra tom. 5. Commentar. ad Constit. 5. Pauli 11. sess. 3. num. 7. ubi citat. alias Rotae decisiones, & testatur, Regulares, & Moniales passim recurrere ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regular. pro obtinendis licentiis concedendis Livellis suis consanguineis, quae solent concedi accedente consensu Superiorum, & Capituli Conventualis, ut ipse expertus est, dum erat Secretarius dictae Sacrae Congregationis, ut refert eodem tom. 5. Commentar. ad Constit. 12. Sixti IV. num. 5. in fine. Et revera cum nuperrime quidam Regularis Carmelita calcatus petiisset a d. Sacra Congregatione facultatem transigendi in certa conventa summa pecuniae pro decursu Livelli annualitatis a suis consanguineis partim non solutis, & partim suo dubio an fuerint integraliter solutae, ex quo utraque pars fuerit negligens in regitrandis, & asservandis memoriis: *Dicta Sacra Congreg. Episcop. & Regular. sub die 16. Januarii 1739. rescripsit concedendo facultatem, & remittendo executionem Generali ejusdem Ordinis, dummodo narrata vera existerent* (narraverat enim a suis consanguineis pluries pecuniaria subsidia ultra sum Livellum gratis recipiisse) & *accederet consensus Capitulari in Conventu, cuius erat filius, & actus fieret nomine ipsius Conventus.*

73 Postea autem Moniales, & Regulares remittere suis consanguineis, vel aliis donare fructus sui Livelli cum sola licentia Superioris, tenent Sanchez ad Praecepta Decalogi lib. 7. c. 22. n. 16. Diana coordinat. 1. 7. tract. 3. de paupertate. Religios. resolut. 69. Card. de Luca de Regularib. disc. 56. an. 7. Paulut. in Foto arbit. pro veritate edito in una Censura. quod regitrat in differtat. 36. art. 2. per tot. Urfaya tom. 3. part. 2. differtat. 1. §. 18. num. 30. & §. 22. num. 35. Valer. de differ. utriusque Fori verb. Munera num. 37. & alii passim, & Rota decis. 1162. n. 17. coram Emerix Junior. Immo plures ex citatis, & non pauci alii Doctores tenent, Moniales, & Regulares posse similes cessiones, remissiones, seu donationes fructuum sui Livelli facere absque licentia ad id specialis Superioris, sed cum sola licentia generali infundendi tales fructus in suas indigentias, & Religiosos usus. Et ratio istorum est, quia eo ipso, quod Religioso certa quantitas conceditur, & praestabitur, censetur etiam dari tacite licentia expendendi in honestos usus, id quod sibi subtrahit ex parsimonia; Tum quia per talem donationem, seu remissionem Monialis, seu Regularis nullum dampnum infert Monasterio, sed parce vivendo, & expendendo detrahere videtur contententiae suae perfidiae, ejusque genio, & ventri id, quod donat, vel remittit, & Bulla de largitione munerum prohibet tantum largitiones munerum ex quibus dampnum, seu grave incommodum infertur Monasterio; tum etiam quia ex hac opinione datur occasio Monialibus, & Regularibus, ut libentius abstinentiae, sobrietati, frugalitati, modestiae, & moderato sumptui assuecant, dum sciunt ea, quae sibi de necessariis subtrahant, posse consanguineis, & aliis de se benemeritis donare, & in aliis licitis operibus expendere; Valer. de differ. utriusque Fori, verb. Munera num. 37. Peyrin. tom. 1. de subdit. quest. 2. cap. 2. §. 6. Navarr. consil. 3. num. 46. de statu Monachor. Beza cas. 32. vers. Respondemus, Urfaya tom. 3. part. 2. discept. 1. §. 22. a num. 35. Paulut. loc. cit. a num. 38. D. Cajetan. de Alexandris in Confessario Monialium cap. 4. §. 4. quest. 6. Card. de Luca loc. cit. Diana loc. cit. & alii plures, quae opinio in Monasteriis, ubi adest talis consuetudo, si adit licentia saltem tacita Superioris est vere probabilis, quia taciti, & expressi eadem est virtus, *1. Cum quid, ff. de rebus cred. & cap. 2. de rescriptis.*

74 Intellige tamen de cessione, seu donatione fructuum Livelli non ascendendum ad magnam summam, quia pro cessione, seu donatione annualitatum constantium magnam, & notabilem summam, seu pro cessione Juris Livelli recurrentem est ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regular. juxta dicta supra num. 72. cum circa talem summam, & tale Jus obtent Constituciones Clementis VIII. & Urbani VIII. de largio-

largitione munerum, ad quarum solummodo formam possunt Regulares uti decrevit Sac. Congr. Episcoporum, & Regular. in Florentina 21. Junii 1690. ad relationem Eminentissimi Card. Petraci.

76 Moniales ex pecunia sui Livelli, seu aliunde quaesita nequit sibi censum emere, seu constitutere neque de licentia Abbatissae, immo neque ipsam pecuniam tradere Monasterio, seu Abbatissae pro indigentibus Monasterii cum pacto, vel etiam tacita conventione adhibita, ut Monasterium, seu Abbatissae, certos redditus ad rationem tot pro centenario, ejus vita durante concedat, seu solvat: Sic expresse decrevit Sacra Congregatio Concilii in dicta Neapolitana relata ex Fagnano supra num. 67. Unde cum quidam Regularis dedisset Monasterio Capitale in pecunia cum pacto, ut ei quotannis certa summa solveretur, suborto dubio an Monasterium ad id teneretur? Sac. Congr. Episcop. nuperrime rescripsit, *Monasterium non teneri*. Sic refert Card. Petra tom. 4. Commentar. ad Constit. 5. Benedicti XII. sess. 2. num. 29. in fine.

77 Neque potest Monialis ex peculio sui Livelli, vel aliunde quaesito, & sibi libere a Superiore concessio fundare censum, ut ex ejus fructibus post ejus mortem celebrentur Missae pro anima ipsius, quia cum quidquid acquirit Monachus, Monasterio acquirit: cap. Statutum 1. caus. 18. quest. 5. cap. Abbatissae 16. caus. 18. quest. 2. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. qu. 3. cap. In presentia 8. de probat. statim ac censum fundatur, acquireretur Monasterio, & non esset amplius fundatio sub dispositione Monialis, & proinde non posset supponere oneri Missarum. Palqualig. in qq. Moral. juridic. quest. 199. num. 1. D. Cajetan. de Alexandris in Confessario Monialium cap. 4. §. 2. quest. 12. & alii passim.

78 Nec potest Monialis tradere amico certam summam pecuniae ex suo Livello, seu aliunde quaesita cum pacto, quod post ejus mortem faciat celebrari tot Missas, quia sic Monialis disponderet quidem vivens de tali pecunia, sed tamen causa mortis, itaut dispositio non foret effectum, nisi post mortem; Hoc autem esset disponere pro modum ultimae voluntatis, quod est omnino prohibitum Religiosis Regularibus. Authent. Cod. de Sacrosanct. Eccles. cap. Non dicatis 11. caus. 12. quest. 1. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. quest. 3. cap. Quia ingredientibus 2. de testamentis cum similibus, D. Cajetanus loc. cit. q. 13. & alii.

79 An autem possit Monialis dictam pecuniam ex suo Livello, seu aliunde quaesitam proprio usui concessam donare alteri cum onere, ut statim celebrentur singulis annis alicuae Missae in perpetuum? variant Doctores. Affirmant enim Ludovicus Lopez lib. 2. de contractibus cap. 40. Navarr. Comment. 2. num. 41. de Regularibus, & alii quia dicunt, hoc non est disponere pro modum ultimae voluntatis, cum eo ipso, quod disponat per donationem, disponat irrevocabiliter, de ratione autem dispositionis pro modum ultimae voluntatis est disponere revocabiliter: At melius negant Palqualigus loc. cit. D. Cajetanus loc. cit. quest. 13. Molina tom. 1. de justitia disp. 140. col. 2. & alii plures: quia Monialis, & Regularis nec potest facere donationem mortis causa, arg. lib. 2. §. 1. ff. de Tute. & rat. distrab. Reiffenstuel lib. 4. decret. tit. 26. num. 260. & alii passim; Nisi de re modica fiat donatio mortis causa, quia istam cum consensu Superioris, seu Superiorissae, & multo magis ipsam superiorem, seu superiorissam posse facere, tenent Barbosa in cap. quia ingredientibus 2. de Testamentis num. 5. Pirhing lib. 3. decret. tit. 26. numer. 48. Reiffenstuel loc. cit. Sanchez lib. 7. moral. cap. 8. numer. 11. Layman lib. 3. tract. 5. cap. 3. num. 4. & alii communiter. Tum quia in nostro casu non intervenit vera donatio, sed deputatio dictae pecuniae pro celebratione Missarum, quae videtur dispositio pro modum ultimae voluntatis, cum illud onus injunctum continet etiam post mortem, quod est omnino prohibitum Religiosis Regularibus, per cit. Jura num. antecedenti.

80 Supradicta omnia clare deducuntur ex eo, quod Sedes Apostolica quotiescumque per sacram Congregationem Episcoporum, aut Concilii facultatem habendi Livella, seu vitalitium Regularibus, aut Monialibus concedit, solet adiacere sequentes conditiones: *Dummodo manus redditus a Procuratore Monasterii exigatur, & restia via deferatur in commune Deposuum, & tunc de mans Depositarii, & de licentia Superiorum ipse Orator recipiat quantum, & quatenus opus fuerit, & in suas religiosas necessitates applicet, applicatorumque quoties a Superioribus fuerit requisitus rationem reddat, & residuum in communes Monasterii necessitates convertat.* Sic refert

Card. Petra tom. 4. Commentar. ad Constit. 5. Benedicti XII. num. 38. & Rota part. 16. recentior. decis. 405. num. 5. vers. Tota. Et de facto in Panormitana, cum quaedam Monialis praeter dotem Monasterio tributam sibi reservasset scuta quinquaginta annua pro suis necessitatibus, atque indigentibus, petiit sibi fieri facultatem illa erogandi in usus praedictos; Sacra Congregat. Concil. censuit; *hanc pecuniam annuam, non obstante reservatione, jam quaesitam esse Monasterio, ideoque deferendam esse restia ad manus Abbatissae, quae primum prospiciat necessitatibus Monialis Oratricis, & quod reliquum fuerit in usus totius Monasterii convertat.*

81 Alias consimiles Sacrae Congregationis declarationes refert Urfaya tom. 3. part. 2. disceptat. 1. §. 13. & signanter sub num. 7. ubi de redditibus vitalitium, quos quaedam Moniales periebantur in possessione de se recipiendi, & retinendi, nomine proprio, Sacra Cong. Conc. censuit, *hos redditus ab ipsamet Abbatissa exigi, & ad ipsius manus restia deferri oportere, de quibus pro suo arbitrio subveniet in primis necessitatibus Monialium quantum incuitu hi redditus Monasterio obvenuerunt, ceterum quod supererit, in commune Monasterii usum convertat.* Et sub num. 3. refert aliam emanatam die 16. Novemb. 1629. ibi; *Chc le sovvenzioni annue, che si assegnano alle Monache partecolari per le loro Religiose necessita, siano da principio volontarie a parenti. Le Monache poi siano obligate di tenere li frutti di tali assegnamenti nel comune deposito, e che si prendino dalle mani della Badessa per le loro religiose necessita solamente: ed il residuo s'impieghi nelli usi comuni del Monastero: & sub. num. 5. refert aliam emanatam 11. Februarii 1678. approbatam ab Innocentio XI. cum addito che si levi ogni altro abuso introdotto contro le buone regole Monastiche, massime quelle di aver trovato tal forma di vivere, e tali abusi nel tempo del loro ingresso nel monastero. Merito proinde concludens cum doctissimo Episcopo Crispin. Nella visita Pastorale part. 2. §. 24. num. 39. in medio, quod in his terminis a Monialibus inalegabilis est usus in contrarium, attento dicto oraculo Pontificio, & resolutione ejusdem Sacrae Congregationis; Et Donat. ter. Regul. tom. 4. tract. 15. de voto pauperat. quest. 3. num. 3. & 4. ac Fontan. ac Constit. Ord. Praedicator. verb. Professio num. 11. fol. 330. dicunt: *Ex clara dispositione Capituli Generalis Parisiensi celebrati an. 1611. admonit. 3. utriusque sexus Regulares viventes sub habitu S. P. Dominici tenentur ad observantiam Regulae, & Constitut. nostr. non prout hic, vel ibi servatur, sed simpliciter, prout litera sonat.* Haec ille.*

82 Hinc Legatum relictum Moniali, seu Regulari in particulari sub conditione, quod quandiu vivit pertineat irrevocabiliter ad eam, vel eum, independentem a licentia Superiorissae, vel Superioris, non debetur ipsi Moniali, seu Religioso, sed Monasterio, & talis conditio habetur pro non adjecta: Vide verb. Legatum num. 8.

83 Immo Legatum relictum Moniali, seu Regulari, nec momento temporis potest esse apud eam, vel eum, sed illico acquiritur Monasterio; Vide dict. verb. Legatum num. 89. & 90.

84 Nec Moniales, & Regulares in particulari possunt habere seu de se retinere Legata, praesertim si sint in bonis stabilibus, neque de licentia quorumcumque suorum Superiorum; Vide dict. verb. Legatum n. 91.

85 Immo talis licentia etiam si esset obtenta ab eorum Generalibus, qui dicerent eam posse concedere, non excusare t Moniales, & Fratres a culpa, & poena a Concilio Tridentino imposita; Vide dict. verb. Legatum n. 92.

86 Adducitur advertentia diligenter habenda; Vide dict. verb. Legatum num. 93.

87 In super adducitur conclusio Doctissimi Fagnani semper attendenda; Vide dict. verb. Legatum num. 94.

88 Livella Monialium administrari non possunt a se ipsis, juxta Oraculum Clementis XI. 28. Julii 1708. & 26. Januarii 1709. de quo in synod. Fuginatens. Baptisell. in Appendic. fol. 181. relat. ab Urfaya in Miscellan. Sacro & profano. 1. Lit. ter. L. n. 127.

89 Monialis, & Regularis transiens ab uno Monasterio ad aliud defert secum Livellum ad secundum Monasterium, vel secundam Religionem, quia Livellum, seu vitalitium est personale, & sequitur personam Religiosae, seu Religiosae, perdetque ab illius vita; Cardin. de Luca de Regular. decis. 57. n. 19. Donat. prax. rer. Regular. tom. 1. tract. 8. de transeuntibus q. 61. n. 9. & 10. Urfaya tom. 3. part. 2. discept. 1. §. 22. num. 29. Card. Petra tom. 4. Commentar. ad Constit. 5. Benedi-

diſt. XII. ſect. 2. num. 60. ubi refert ſic reſolutum fuiſſe a Congregat. particulari in Romana anni reſcripti 7. Junii 1707. Cui Congregationi & ipſe ut unus ex deputatis interfuit.

91 Monialis aſt, & quomodo pecuniam ex ſuo Livello, & aliunde quaſtam poſſit ludo exponere? Vide verb. Ludus a num. 9. ad 12.

92 Alia de Livellis, & annuis reſcriptis, vide Urfayam t. 4. part. 2. diſcept. 1. §. 22. per tot. Card. Petram tom. 4. Commentar. ad Conſtit. 5. Benedict. XIII. ſect. 2. per tot. Fagnan. lib. 3. decretal. in cap. Monachi 2. ad ſtat. Monachorum per tot.

93 Epifcopus, Vicarius Generalis, quilibet alius Praeſatus, & Officialis ſeu deputatus nihil accipere poteſt pro ingreſſu, & officio Monialium, pro exploratione, pro approbatione Depoſiti dotis, pro licentiis, & huiuſmodi, ut ſaepe ſaepe decrevit Sacra Congr. Epifc. & Regular. & ſignanter in Tranen. 30. Maii 1608. in Iſernien. 6. Junii 1643. & expreſſe Innocent. XI. die 1. Octobris 1678. in ſua Taxa dicta communiter Innocentiana §. Generalmente, ibi: „Generalmente in tutto quello, che riguarda i Monafteri delle Monache, ed i Conſervatori di quelle Donne, le quali a guiſa di Monache riſpettivamente vivono ritirate. il Veſcovo, o altro Prelato, il Vicario coſi Generale, come particolare, e qualunque altro Offiziale, o Deputato, ed il Cancelliero, ed anche i Parenti, ed i Familiari del Veſcovo, o Prelato, e de' ſuoi Offiziali, non poſſano eſigere, e ricevere emolumento alcuno in denaro, ed in altre coſe, eccetto che quelle comediſibili, che ſiano proporionate all' uſo, e conſumio proprio dentro tre giorni, anche con titolo di donativo, per l' ammiſſione all' Abito Monafterico, per l' approvazione del depoſito della dote, per la Profeſſione, per l' ammiſſione dell' Educande, ed altre Donne ſecolari, per le rinunzie, che ſi fanno dalle Novizie, per l' elezione dell' Abbeſſa, o altra Superiora, per licenze de' Medeci, Chirurghi, ed Operarij, per le licenze di parlare alle Monache, ed altre, che ſono nel Monafterio per la deputazione de' Confeſſori, Cappellani, Procuratori, Eſattori, ed altri Miniſtri, e generalmente per ogni altro atto, che riguarda al governo; ma ſolamente il Cancelliero per il rogito delle rinunzie, e per li atti, che convenga fare ſopra la giuſtificatione del depoſito della dote, poſſa eſigere la mercede proporziata alla fatica della ſcrittura, purchè non ecceda in tutto giuſt. 5. moneta Romana, ovvero l' equivalente alla moneta del Paefe.

94 Additur attendenda ad rem ſequens Epistoſa Sacrae Congregationis Epifcopor. & Regular. tranſmiſſa die 23. Martii 1719. Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Card. Jacobo Boncompagno Archiepiſcopo Bononiienſi, & relata a Benedicte XIV. in egregiis ſuis Notificationibus, Volumine 2. Notificatione 9. n. 7. in fine ibi.

„ Si e' compiaciuta queſta Sacra Congregazione nella Relazione fatta nuovamente in queſt' oggi dell' Informazione di Voſtra Eminenza toccante la contumacia di coſtelle Monache di S. Maria circa la reviſione de' conti, da cui ſi pretendono eſenti, come ſoggette al Governo de' Regolari, recedendo da quanto aveva ſopra di cio' decido dopo il giorno 10. Febbrajo, di decretare, che l' E. V. in rigore delle Conſtituzioni Apoftoliche, e in ſpecie della Bolla della S. M. di Gregorio XV. e delle Reſoluzioni altre volte preſe dalla medefima, e dalla Sacra Congregazione del Concilio poſſa coartare le Monache del mentovato, ed altri Monafteri ſotto poſti ai Regolari ad eſſire i conti dell' Ammiſtrazione Economica, e riconocere ſe i depoſiti delle Doti ſeguano ſecondo gli Ordini di queſta Sacra Congregazione, conformandoſi nel reſto alla proibizione fatta alla Badeſſa, e Monache di non ammettere all' Abito veruna Zitella ſenza la precedente licenza. Glielo ſignifico con baciarte riverentemente le S. S. Mani.

95 * In ingreſſu Monialium in Monafterium dotis ſolutio approbatu ea, quae datur non ad ingreſſum in Religionem, ſed pro contractu, quae facit Religio cum illa, quae ingreditur obligans ſeſe ad ejus ſubſtentationem. Si vero Monafterium per ſe ſit dives, ut ſuſſicere ex ſuis poſſit Monialium ſubſtentationi, tunc utique praeterea dotem imminuere, quin etiam penitus remittere, quanquam id agendum non eſt niſi prius conſulta S. Congregatione Concilii. De Synod. Diac. lib. 7. c. 53. §. 6.

Quoad prandia, coenas, & munera, quae ab ingrediente Moniales exigunt, perſeverare cenſet Pontifex prohibitionem factam ab Urbano V. Extrav. 1. de Simon. inter comm. ibid.

98 Modum tamen imponendum ſumptibus apparatus, & comestationum, ac pomparum, quae ſunt in ingreſſu Monialium cenſet Pontifex, uſus opportune hac in re doctrina Navarri in Tract. de Redir. Ecclef. ibid. §. 7.

99 Annuae praestationes, quas conſanguinei ſolvunt designatis Monialibus, vitae communi minime repugnant, ſed requiritur, ut omnia manibus Praepoſitae conſignentur, quae prius conſulere debet indigentis illius Monialis, in cujus gratiam collatae ſunt; & ſi quid reliquum, in ceterarum levamen erogaetur. De Syn. Diac. lib. 13. cap. 12. §. 19. no. v. edit.

Novae additiones ex aliena manu.

PLura hoc in articulo cumulat Auctor de numero Monialium, de dote, & de livellis. Nos pauca addemus, vel conſutando, vel declarando, vel ſupplendo ipſum Auctorem.

Ad numerum monialium quoad attinet, tenet Auctor n. 5. diſpoſitionem c. Periculoſo §. Sane, de ſtat. Regul. in 6. qua irrita declaratur profeſſio monialis ultra numerum receptae, contrario uſu eſſe abrogatam. At hanc opinionem improbant Caſtopolans tract. 16. d. 1. q. 7. §. 6. n. 5. Pelliazar. de monial. cap. 2. ſect. 1. n. 7. agentes ſibi conſtare nonnullis in locis ſervari, adeoque inſpicendam eſſe conſuetudinem Regionum, & ſecundum eam judicandum. Quinimo meo iudicio, attenda hac diverſitate, in locis, in quibus nec laborabilis, nec contraria obtinet conſuetudo, ſtandum eſt diſpoſitioni dicti textus.

Quoad vero dotem, verum regulariter eſt, quod tradit Auctor n. 18. Moniales velatas abſque dote non eſſe admittendas, Converſas vero poſſe ſine dote aliquando admitti propter neceſſitatem. Carterum ſi contingat adoleſcentulum aliquam eſſe Monafterio ad aliquem uſum, puta ad pullandum organum, neceſſariam, hanc etiam uti velatam admitti poſſe ſine dote, quidquid contradicit Pelliazar. de Monial. cap. 3. ſect. 2. num. 46., non improbabiler alii tenent: idque quia eadem neceſſitatis ratio, quae permittit admiſſionem Converſae ſine dote, permittit & in hoc caſu debet admiſſionem velatae, pariter ſine dote.

Non ſolum dos monialium diminui nequit, abſque licentia S. Congregationis Epifcoporum, & Regularium negotiis praepoſitae, ut notavit Auctor n. 32. ſed nec a principiata xari amplius poteſt a Superiore monaſterii, ſive ſi Epifcopus, ſive Praeſatus Regularis, ſed debet ab ipſa S. Congregatione taxari: Pelliazar. de monial. cap. 3. ſect. 2. n. 43.

An poſſit monialis admitti cum dote majori, quam quae taxata eſt, hac tamen lege, at ad officia conſueti Monafterii haud teneatur? Aſſerit Pelliazar. de Monial. cap. 3. ſect. 2. num. 45., qui tamen una monet, in caſu urgentis neceſſitatis poſſe cogi monialem illam ad exercendam mox dicta officia conſueti Monafterii. Verum, ut Pelliazario ſcripſit Bordonius, haud debet Mulier ratione majoris dotis recipi hoc cum pacto, utpote contrario voto obedientiae, & ſi recipiatur, pro non appoſito haberi debet dictum pactum. Accedit, quod dedecet augeri dotem jam taxatam hoc nomine, quod non teneatur Monialis ad conſueti officia Monafterii.

Quod demum concernit livella, quidquid alios allegans contradicit Auctor n. 73. & ſeq., ſemper, ac ſi a Moniali unica remiſſio livellorum pro futuris annis, opus eſt licentia Summi Pontificis, quum hac remiſſio ſit alienatio, ut poſt Bordon. alioſque firmat Capon. diſcept. 94. n. 37.

De livellis quaeri ſolet, an poſſint ea aſſignari, vel relinquere ea conditione, ut nihil acquiratur Monafterio? Sed Domini (recte ait Rota inter impreſſ. poſt. Torr. de Pact. futur. luc. ceſſ. dec. 74. n. 7. & elur. ſeq.) „ re bene conſiderata exiſtamarunt. hanc reſervationem continere conditionem impoſſibilem, & omnino repugnantem, quum Monacho aliquid habere non permittatur in proprietate, ſed totum ſit Monafterii, &c. adeoque annexa eſt regulae monachali proprietatis abdicatio, ut contra eam, nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere & Inferrebant, quod non poterant dicti ducati 70. reſervati pervenire in utilitatem, & commodum P. Henrici, quin ſimul Monafterio quare-

rentur, alias eſſet quaedam repugnantia, & contradicatio; 16 „ quae vitaret ſupra dictam reſervationem &c. Hinc ad ſuſtinendum actum memorata renunciationis verba ſic intelligi debere, ut Monafterium patiatur dictum Henricum ducatos 70. reſervatos habere eo modo quo poteſt &c.

17 „ Huic iuridicae interpretationi nihil repugnat licentia Sacrae Congregationis, quia reſtricta reſervatione ad ſolum uſum, & commoditatem Monachi reſervantis, neceſſario ſequitur, quod integrum maneat jus Superioris hunc uſum reſervandi, & ad proprias, & honeſtas neceſſitates reſtricti, quum hoc modo ſalvetur reſervatio, ut in nihilo pugnet cum Religionis ſubſtantia; „ Vide & Rotam poſt eundem dec. 75.

18 Major quaeritio eſt, an livella ceſſent accepta in Monafterio vita communi? Sed hanc quaeritionem diremit S. Congregatio Epifcoporum, & Regularium negotiis praefecta in Geſenarum. 1. Februarii 1692. negative reſpondendo, Monialibus Spiritus Sancti, & Sanctae Catharinae Celanę, quae eam hac de re conſulerant. Decretum hoc refert Paulus. diſſert. 36 artic. 3. num. 40.

19 De livellis an gaudeant privilegio dotis, vide Cardinal. de Luc. de Regul. diſcur. 34. num. 1. Rot. in recent. deciſ. 39. num. 13. part. 11.

ARTICULUS III.

Moniales quoad ea, quae concernunt Clauſuram.

CLauſura ante tempora Bonifacii VIII. fuit ſolum ſub conſilio; Quamvis enim fuerit multum commendata, & quaſi indicta in Conc. Chartagin. I. ſub anno 330. & Chartagin. III. can. 33. in Concil. Trullano can. 46. in Cabilon. II. can. 65. in Lugdunen. III. can. 3. in Matilconen. can. 19. in Aquilgran. canon. 19. Tamen, ut obſervant Suarez tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 8. num. 111. Tamburin. de Jure Abbatiff. diſp. 18. queſt. 3. n. 1. Pelliazarius de Monialibus cap. 5. n. 23. & alii paſſim, non fuit ibi clauſura abſolute praecipua, ſed ſub conſilio efficaciter commendata; Unde pro tunc paulo major, ac rigidior clauſura impoſita fuit foeminis, quam viris; impoſita enim erat ipſis clauſura dependenter fere a legitima facultate Abbatiffae.

Primo enim ſub formalis, & abſolute praecipua clauſuram Monialibus indixit Bonifacius VIII. in cap. Periculoſo unic. de ſtat. Regul. in 6. Et deinde Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. & Monial. cap. 5. S. Pius V. Conſt. incip. Circa Paſtoralis Officii, & Conſt. incip. Decori, & honeſtati, & Gregorius XIII. Conſt. incip. Deo Sacris.

Unde ad clauſuram tenentur nunc Moniales omnes Profeſſae cujuſcumque Regularis, Ordinis, & nominis, etiam Tertiarum in Congregatione viventes, & tria vota eſſentialia emittentes Bonifac. VIII. in cit. cap. Periculoſo, Conc. Trid. cit. ſeſſ. 25. cap. 5. S. Pius V. in cit. Conſt. incip. Circa Paſtoralis Officii, & Conſt. incip. Decori, & honeſtati, & Gregorius XIII. Conſt. incip. Deo Sacris; & ſaepe ſepius S. Congr. Epifcop. & Regul. & ſignanter in Viriduen. 15. Jan. 1602. in Conſtantien. 25. Junii 1603. & ſepius etiam Sac. Congr. Concil. Et ſi remanet, prohibetur eis receptio ad habitum; S. Congr. Epifcop. in Pampilonen. 10. Febr. 1592. in Terracin. 5. Martii 1603. in Conſtan. 13. Aug. 1616. & ſaepe alibi, & expreſſe.

S. Pius V. cit. Conſt. incip. Circa Paſtoralis Officii. Quamvis enim clauſura non contineatur formaliter in Regula cujuſcumque Monialis, continetur tamen virtualiter ſub tribus votis: S. C. Epifc. in Zamoren. 7. Febr. 1592. & ſignanter ſub voto obedientiae: E. M. S. C. Epifc. 16. April. 1619. Hinc Moniales profeſſae hac conditione, ut clauſurae non obligentur, non ſunt verae Profeſſae, quia S. Pius V. in cit. Conſt. incip. Circa Paſtoralis Officii dictas Profeſſiones irritat: Miranda de Sacris Monial. q. 1. art. 4. Lezana t. 1. Summe cap. 25. n. 17. Emmanuel Roderic. t. 1. q. 94. Regul. q. 47. art. 2. Tambur. de Jure Abbatiff. diſp. 18. q. 5. num. 6. Pelliazar. de monial. c. 8. n. 54. & alii paſſim.

Moniales temere egredientes e clauſura ſui Monafterii, ultra alias graviffimas poenas incurrunt ipſo facto Excommunicationem majorem reſervatam Papa. Sic expreſſe S. Pius V. in cit. Conſt. incip. Decori, & honeſtati, ibi: „ Aliter autem egredientes ſeu licentiam exeundi quomodocumque concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices perſonas, ſive laicas, aut ſaeculares, vel Eccleſiaſti-

cas, conſanguineas, vel non, Excommunicationis majoris latae ſententiae vinculo, ſtatim, eo ipſo, abſque alia declaratione ſubiacere, a quo praeterquam a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, abſolvi nequeant. Et inſuper tam egreſſas, quam Praeſidentes, & alios Superiores praedictos eis licentiam huiuſmodi concedentes, Dignitatibus, Officiis, & adminiſtrationibus per eas, & eos tunc obtentis privamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in poſterum obtinenda inhabiles decernimus.

Supradictas poenas, ut vides ex dict. Conſtitutione S. Pii V. incurrunt Epifcopi, alique Superiores Monialium injuſte licentiam Monialium injuſte licentiam monialibus egrediendi e Monafterio concedentes, & omnes aliae perſonae ipſas Moniales injuſte, & illicite de monaſterio egreſſas comitantes, vel recipientes, & ſic talem illicitum egreſſum, vel illius perſeverantiam foventes; Non incurrunt tamen dictas poenas, qui poſt illicitum, & injuſtum egreſſum moniales comitantur, ſeu recipiunt, non ut cooperentur illi illicito, & injuſto egreſſui, ſeu perſeverantiae in ipſo, ſed ſolum ut earum honori, & honeſtati, ſeu caſtitati conſulant, vel gratia urbanitatis, amicitiae, aut honoris, ſeu conſanguinitatis, & affinitatis: Sanchez in decal. lib. 6. cap. 15. n. 72. Graſſius part. 1. dec. lib. 4. cap. 23. n. 17. Zerola in prax. Epifcop. par. 1. verb. Moniales ad 16. queſt. dub. 7. Bonacina in clauſura queſt. 1. punct. 4. num. 5. Zechius de republ. Ecclef. tit. de Regul. c. 3. num. 15. Cajetanus de Alexandris in Confeſſario monialium cap. 7. §. 11. q. 7. Tamburin. de Jure Abbatiff. diſp. 19. queſt. 2. n. 4. & alii paſſim.

Excommunicationem, & alias dictas poenas incurrunt Moniales, quae ambobus pedibus exit oſtium clauſurae uno, vel altero palmo. Sanchez ad Decalog. lib. 6. cap. 15. num. 68. Navar. tom. 4. de Regul. num. 57. Roder. tom. 1. queſt. 49. art. 1. Cajetan. de Alexandris loc. cit. cap. 7. §. 1. queſt. 1. Portell. in dub. Regul. verb. Clauſura Monial. num. 25. Comitol. lib. 6. reſponſ. moral. queſt. 3. Donatus prax. rev. Regul. tom. 4. tract. 4. queſt. 25. numer. 2. Bonacina de Clauſura queſt. 1. punct. 4. num. 2. ubi dicit conſuſionem procedere etiam ſi uno ſolo palmo ſe reciperet extra januam clauſurae, & ſtatim redeat: Tamb. de Jure Abbatiffae diſp. 19. queſt. 4. ad caſum 1. Diana part. 3. tract. 2. de dub. Regul. reſolut. 52. & part. 5. tract. 5. reſolut. 22. §. Ad hoc: Gibal. de ſanctimo-nialibus diſp. 1. cap. 2. §. 17. conſec. 2. ſub num. 33. Lezana verb. Clauſura num. 7. & alii plures contra Graſſium t. part. dec. leg. 4. cap. 23. & in practica de caſibus reſervat. lib. 1. cap. 5. num. 45. Nald. in ſumma verb. Clauſura, num. 1. Pelliazar. de Monialibus cap. 5. ſect. 1. queſt. 11. numer. 19. Peyrin. tom. 2. privileg. Minimor. in Conſtit. 6. Pii V. numer. 4. Merolan. tom. 1. diſp. 1. cap. 2. de votant. 7. difficile. num. 502. volentes dictam Monialem in caſu poſito ob parvitatem materiae excuſari a poenis, & culpa.

Monialis aſcendens ſupra tectum violat clauſuram, & incurrit dictas poenas. Sic Sac. Congr. Epifcop. in Lycien. 16. Septemb. 1609. & in Comen. 18. Septemb. 1610. ammi, quae mandavit abſolvi cum poenitentia ſalutaribus ad arbitrium quaedam Moniales, quae bona fide aſcenderant ſupra tectum ad ſiccanda frumenta, & pallas ab ipſis elaboratas, ſive ad videndum quoddam Feſtum, cum ſpeciali prohibitione illuc ultra aſcendendi propter quamcumque cauſam; ita apud Nicol. in Floſculis verb. Moniales num. 35. Sanchez autem loc. cit. lib. 6. cap. 15. num. 7. Tambur. de Jure Abbatiff. diſp. 19. queſt. 4. ad 4. caſum, Diana part. 3. tr. 13. Miſcellan. reſolut. 88. Pelliazar. loc. cit. num. 74. Bonacina loc. cit. & alii diſtinguendo ſuſtinent, quod ſi tectum Monafterii correſpondeat ſpatio extra clauſuram, cenſetur extra clauſuram, & Monialis ſupra illud aſcendens violat clauſuram; ſecus vero ſi correſpondeat ſpatio intra clauſuram, quia tunc dicunt ipſi, reputatur quaedam pars Monafterii; at vero forte ipſi non obſervarunt dictam reſolutionem Sacrae Congregationis, quae ſine tali diſtinctione proceſſit.

Monialis faciens ſe dimitti e ſineſtra correſpondente viae publicae patenti ſaecularibus; quamvis non totaliter deſcendat, ſed maneat ſuſpenſa in medio aere pendens ex aliquo fune, clauſuram violat, & incurrit poenas, quia ſic ſe ponit in loco, ad quem patet aditus ſaecularibus media aliqua ſcala parieti appoſita, quod utique prohibetur a Gregorius XIII. conſtit. incip. Deo Sacris. Pelliazarius de Monialibus cap. 5. ſect. 2. queſt. 39. num. 77. cum aliis ab ipſo conſultis; Donat. prax. rev. Regul. tom. 4. tract. 4. queſt. 28. numer. 6. & alii.

- 13 Item clausuram violat Monialis ascendens arborem positam in orto Monasterii, & procedens ad ramum omnino prominentem extra murum, etiam si ascenderit causa recreationis, seu alio fine; dummodo totum corpus perpendiculariter pendeat extra locum clausuræ, quia perfecte accedit ad locum, ad quem sæculares possunt accedere, quod prohibetur a Gregorio XIII. in d. Constitut. *Deo Sacris*, Donat. loc. cit. n. 4. Pellizari. loc. cit. num. 78. Cajetan. de Alexandris loc. citat. §. 1. quæst. 1.
- 14 Item clausuram violat Monialis se ponens in Rota, eamque volvens versus partem externam, ad quam sæculares accedunt, quia vere, & perfecte talis Monialis accedit ad locum, ad quem sæculares accedunt, quod est prohibitum a Gregorio XIII. in dict. Constitut. *Deo Sacris*, & se exponit gravi honestatis periculo, propter quod evitandum in dicta est clausura in cit. cap. *Periculoso*, univ. de statu Regul. in 6. Trid. sess. 25. de Regularibus, & Monialibus. cap. 5. & in cit. Constitut. S. Pii V. incip. *Circa Pastoralis Officii*, & alia ejusdem incip. *Decori*, & honestati, & in cit. Const. Greg. XIII. incip. *Deo Sacris*. Sic tenent Gibal. de clausura Sanctorum. *disquisit. 1. cap. 12. §. 17. consuet. 3. Comitatus lib. 6. respons. moral. quæst. 3.* Portell. de dub. Regular. verb. *Clausura* num. 25. Donat. loc. cit. quæst. 26. per tot. & alii contra Tamburini. loc. cit. ad cas. 5. Dianam part. 2. tract. 2. resolut. 52. Pellizari. loc. citat. numer. 72. Lezanam tom. primo capitul. 25. numer. 18.
- 15 Item clausuram violat monialis, quæ appenso fine ex superiori limine portæ clausuræ, coque manibus apprehensio, se toto corpore a terra elevatam agitatur motu reciproco exeundo nunc scilicet, nunc vero redeundo intra clausuram, qui ludus multis in locis est factus usitatus apud adolescentes, & vocatur ludus navis; Talis enim Monialis quoad totum corpus per quamlibet agitationem vere exit extra ostium, & limites clausuræ. Donat. loc. cit. quæst. 27. per tot. Cajetan. de Alexandris loc. cit. §. 1. quæst. 1. Pellizari. loc. cit. quæst. 34. num. 71. cum Diana, Card. de Lugo, & aliis a se consultis contra Naldum, Sanctarell. Baldell., & alios ibi citatos.
- 16 Item clausuram violat Monialis egrediens ad spatium, quod est inter januam Monasterii clausuram, & aliam sæcularibus patientem, ut habetur clare ex cit. Const. Greg. XIII. incip. *Deo Sacris* ibi, Nec itidem licere Monialibus, & Tertiaris egredi e Janua Monasterii, quæ pro clausura ipsius Monasterii etiam ad claudendum aliam ulteriorem januam, quæ patere solet aditus sæcularibus venientibus, vel ad totam, vel ad Crates, seu loca colloquia destinata, quæ vulgo Parlatoria appellantur, vel ad pullandam ipsam clausuram januam, quæ loca cum saltem pro causis præfatis patere soleant sæcularibus, extra clausuram ceteri debent, eam quo tempore clausa sunt.
- 17 Item clausuram violat Monialis accedens ad domos contiguas Monasterii inhabitatas a feminis servitricibus; Sic etiam si accedat ad propriam Ecclesiam exteriori, quia ad talia loca patet accessus sæcularium, quod prohibetur a Gregorio XIII. in cit. Constit. incip. *Deo Sacris*, ut patet ex mox adductis ipsius præcis verbis, & sic tenent Doctores communiter.
- 18 Item clausuram violat Monialis urbanitatis, vel curiositatis gratia egrediens e proprio Monasterio, & aliud contiguum ingrediens: Immo talis Monialis est rea dupliciter violatæ clausuræ, sunt enim duo actus, egressus videlicet, & ingressus, unde etiam duplicem contrahit Excommunicationem, prout rescripsit Sacra Congregatio Archiepiscopo Panormitano 21. Augusti 1699, & 14. Septembris ejusdem anni, ut testatur D. Cajetan. de Alexandris loc. cit. cap. 7. §. 1. quæst. 4.
- 19 A tali Excommunicatione violatæ per illicitum egressum clausuræ, seu per cooperationem concedendo licentiam, comitando, & recipiendo sic illicite egressas, si sit publica, absolvit solus Summus Pontifex, vel habens ab eo auctoritatem. Sic expresse Sanctus Pius V. in dict. Constitut. incip. *Decori*, & honestati, ibi: *A quo (vinculo) præterquam a Romano Pontifice, nisi in moris articulo absolvi nequeant.* Si autem sit occulta, certant inter se Doctores quænam ab ea possit absolvi? Fagnanus enim in *Cap. Dilectus 15. de temporibus orationum* a num. 30. ad 34. tenet absolute, nec Episcopum posse ab ea absolvi, quamvis sit occulta, & adducit decreta Sacra Congregationis, & declarationem Pontificiam, ibi, Sed nunquid Episcopi facultate sibi tribu-

ta in d. cap. 6. sess. 24. in casibus occultis post Concilium ex nova lege Sedi Apostolica reservatis etiam cum clausula non obstantibus absolvi possit? Sacra Congreg. censuit non posse. Et in specie, cum dubitatum fuerit: An Episcopus, & Inquisitores possint hodie ex d. cap. 6. sess. 24. absolvi lapsos in Hæresim; non obstante Bulla Cœnæ Domini? Censuit eam Bullam derogasse cap. 6. Unde frustra nonnulli ex recentioribus Theologis hunc articulum in controversiam adducunt, cum habeamus claram determinationem Sacra Congregationis; Præterea cum dubitasset Archiepiscopus Florentinus, an vigore cap. 6. sess. 24. posset absolvi quamdam Monialem, quæ, & ad malum finem frægerat clausuram? non obstante Bulla S. Pii V. quæ videtur habere locum in casu publico, variatum est sententia. Nam ex decem Cardinalibus tres censuerunt Bullam intelligendam esse etiam in occultis, quia illius verba sunt generalia, & est tantum exceptus casus, nisi in mortis articulo &c. & quia jam declaratum Bullam Cœnæ Domini, quæ prohibet ab aliis absolvi, habere locum etiam in occultis; Et quia cum Bulla sit confecta post Concilium, censetur derogasse Concilio. Quatuor censuerunt eam Bullam non habere locum in casibus occultis; Reliqui autem tres dixerunt agendum cum Sanctissimo, qui declaravit Bullam S. Pii V. habere locum etiam in occultis; Tamen concessit facultatem Archiepiscopo absolvi illam Monialem. Unde postea Sacra Congregatio generaliter consultata: An si Monialis alicujus Monasterii Jurisdictioni Regularium subiecti deliquerit in materia clausuræ, in Foro conscientiarum absolvi possit vigore ejusdem Decreti ab Episcopo, cui tamquam delegato in iis, quæ ad clausuram pertinent, auctoritas tributa est decreto cap. 5. sess. 25. *De Regularibus*. Itante prædicta Bulla S. Pii V. respondit non posse, & Fagnan. sequentur Matthæucci *Officialis Curia* cap. 11. num. 21. Sanctarellus *tract. de hæres. cap. 5. dub. 1. num. 1.* cum aliis per ipsam allegatis, ubi etiam ipse assertit Decretum Sacra Congregationis, quæ censuit approbante Gregorio XIII. Bullam S. Pii V. etiam in occultis procedere, & sic tenent alii plures.

Oppositum tamen tenent Navarr. tom. 2. lib. 5. de sentent. 21. *Excomm. consil. 43.* Diana part. 7. tract. 2. de potest. Episcop. resolut. 20. Sanchez in *Decalog. lib. 6. cap. 15. num. 76.* Suarez de *Censur. tom. 5. disp. 41. sect. 2. num. 10. & 12. in fine.* Bonacina de *Censur. disp. 1. quæst. 22. punct. 2. num. 2.* ubi late de decreto Tridentini, & tract. de clausura quæst. 1. punct. 5. num. 1. Thelaurus de *penis 2. p. praxis verb. Clausuram violans cap. 8. verb. Absolvi*; Tamburini. de *Jure Abbatissar. disp. 19. quæst. 6. num. 1.* Pellizari. de *monialibus. cap. 5. sect. 2. num. 23.* Pignatelli. tom. 10. consule. 100. num. 25. Monacell. p. 1. in *Appendice adnot. ad Constitut. S. Pii V. numer. 4.* Felix Potestas tom. 1. part. 4. n. 3511. Roderic. tom. 1. q. 24. art. 10. Toletus in *Summa lib. 1. cap. 41. num. 7.* Vincentius Candidus Magister Sacri Palatii tom. 1. *disquisit. 3. art. 23.* Donatus *prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 4. quæst. 8. num. 9.* Lezana *verb. Clausura* num. 20. & plurimi alii volentes, quod a dicta Excommunicatione, si sit occulta, possit absolvi Episcopus, vel alius habens ab Episcopo facultatem ex Concilio Trident. sess. 24. cap. 6. ubi omnes casus occulti sibi conceduntur, quod Tridentini decretum generaliter de omnibus casibus S. Sedi reservatis, etiam post Tridentinum volunt intelligi. Nec, dicunt ipsi, in dict. Constitut. S. Pii V. incip. *Decori*, & honestati, fit mentio dicti Concilii; Nec de illis decretis, & declarationibus allatis numero antecedenti constat authenticè; Tum quia, concludunt, quod oppositum servat praxis, cum revera Episcopi passim absolvant a tali excommunicatione occulta, & ab aliis similibus.

Quod dicitur de Episcopis respectu sæcularium, & monialium sibi subiectarum, intelligi etiam debet de Prælatibus Regularibus respectu suorum subditorum, quia S. Pius V. Constitut. incip. *Romanis Pontificis* edita pro Prælatibus Ordinis S. P. Dominici concessit, ut gaudeant eo Privilegio in Foro conscientiarum erga subditos, quo gaudent Episcopi erga suos virtute Concilii Tridentini sess. 24. cap. 6. quod Privilegium loquitur etiam de Superioribus localibus; Sic Tamburini. de *Jure Abbatissar. disp. 19. quæst. 5. num. 2.* Roderic. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 61. num. 9.* Donat. loc. cit. num. 10. cum pluribus ibi adductis, Barbosa in *Cemel. Trid. ad dict. sess. 24. cap. 6.* cum plurimis aliis ibi citatis, & alii passim.

In Foro conscientiarum possit Confessarios Regulares absolvi a tali Excommunicatione, etiam si sit publica, aut deducta ad Forum contentiosum docent Tamburini. de *Jure Abbatissar.*

manifesto mortis periculo, non vero morbus popularis de cili sanabilis. Sic Doctores communiter.

Moniales possunt licite egredi e Monasterio etiam in aliis casibus consimilibus tribus prædictis a S. Pio V. expressis, ut quando grave periculum subit Monialibus ratione imminenti Belli, inundationis fluminis, ruine edificii, seu alterius gravioris consimilis periculi, nisi exeant, quia licet S. Pius V. in dict. Constit. incip. *Decori*, & honestati; utatur dictione, *Nisi*, quæ videtur excludere omnes alias causas, tamen hæc dicitio non excludit casus similes, & urgentiores, ut in *l. si mora, verb. Dumtaxat, ff. Solutio Matrimonio*, ubi Castri. num. 9. Jalón num. 5. & alii, & sic tenent passim Doctores cum Tamburini. de *Jure Abbatissar. disp. 20. quæst. 2.* Pasqual. in *Lauret. num. 30.* Barbosa de *offic. & post. Episcop. part. 3. alleg. 102. a num. 16.*

Occurrente aliquo casu, in quo juxta dicta licitus est egressus monialium e Monasterio, requiritur licentia Superioris. Concil. Trident. sess. 25. de *Regularibus*, & *Monialibus* cap. 5. ibi, Nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire, a Monasterio etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbata; Et S. Pius V. in d. Constit. incip. *Decori*, & honestati ibi: Quæ tamen infimitas præter alios Ordinum Superiorum, res, quibus cura Monasteriorum incuberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiam si prædicta Monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum Jurisdictione exempta esse reperiantur, cognita; & expresse in scriptis approbata sit. Ex quibus, ut vides, in Monasteriis subiectis Episcopo, seu Ordinario requiritur, & sufficit licentia solius Episcopi, aut Ordinarii loci, cum ipse respectu illorum Monasteriorum sit & Episcopus, & Prælati Religionis. In Monasteriis autem exemptis requiritur ultra licentiam Prælati Regularis, Provincialis scilicet, aut Generalis juxta cujusque Ordinis institutum etiam licentia Episcopi, seu Ordinarii loci. Nomine Episcopi, qui approbare causam debet, & potest, venit etiam Vicarius Generalis, & Capitularis, ut tenent passim Doctores cum Tamburini. loc. citat. quæst. 5. num. 3. Barbosa de *Offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 102. num. 28.* Cajetanus de Alexandris. cap. 7. §. 2. Pellizari. loc. cit. num. 77.

Si in aliquo ex dictis casibus periculum sit in mora, nec ob distantiam possit Superior consuli, tunc moniales in tali necessitate, & periculo possunt licite exire, quia urgentissimus similis casus videtur per Episcopum exceptus, quia necessitas non habet legem, & quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum; cap. *Sicut 11. dist. 1. de consecrat. cap. Omnes 2. de Feris. cap. Consilium 2. de observ. jejunior. cap. Consulisti 3. de celebrat. Missar. & cap. Quod non est 4. de Regul. Juris*. In quolibet enim dispositione intelligitur excepta necessitas; cap. *Licet 6. de penitent. & remiss.* & sic tenent communiter Doctores cum Tamburini loc. cit. num. 4. *Zechio de Republic. Ecclesiast. tit. de Regularibus. cap. 2. num. 15.* Bonacina de *clausura* quæst. punct. 8. num. 9. a licentis, Moniales in tali necessitate egrediens teneri cum primum poterunt significare Superiori suum egressum.

An autem Abbatissa cum licentia solius Episcopi, & Superioris Regularis, si sit ei subiecta, possit exire de Monasterio ad præstandum Principi Sæculari Domino Feudi fidelitatis juramentum, quando illud non potest præstare per Procuratorem? Tamburini. loc. cit. num. 5. Sanchez lib. 9. *moral. cap. 15. num. 51.* Barbosa lib. 1. *Juris Eccles. universi. cap. 44. num. 70.* Pellizari. de *Monialibus. cap. 5. sect. 2. num. 63.* & alii tenent absolute, id posse, quia, expresse est sic concessum a Bonifacio VIII. in *cap. Periculoso univ. de statu Regular. in 6. §. Verum*. Attamen quia S. Pius V. ex post in dict. Constitut. incip. *Decori*, & honestati, non concedit Monialibus posse exire cum facultate Superioris, *Nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut Epidemie*, nisi adsit periculum in mora perendi Feudum, vel aliud grave damnum incurrendi, petenda videtur licentia a Sede Apostolica, vel a Sacra Congregatione. Unde in Regesto litterarum Sacra Congregationis Episcop. sub die 15. Januarii 1619. fol. 9. habetur sequens decretum, Al Nunzio di Spagna: „SS. D. N. ejus in Hispaniarum Regnis Nuncio litteras dari mandavit, ut omnes Archiepiscopos, Episcopos, aliosve Ordinarios inferiores, tam Sæculares, quam Regulares monialium Monasteria in eisdem Regnis habentes certoret, ne abique Sedis Apostolicæ auctoritate monialibus e Monasteriis septibus egressu licentias nullatenus concedant, minulque eisdem quo-

risar. disp. 19. q. 5. n. 3. Bonacina de *clausura* quæst. 1. punct. 5. num. 2. Peyrin. in *Constitut. S. Pii V. pag. 203. num. 41.* item in *Constitut. Julii II. & tom. 1. de subliio* citat. & secutus a Felice Potest. tom. 1. part. 4. num. 3492. Donat. *prax. rerum Regular. tom. 1. part. 2. quæst. 34. num. 1.* cum Sanchez, Roderic. Alphonso de Leon. & aliis ibi citatis, quia S. Pius V. in cit. Constitut. incipient. *Decori*, & honestati, in reservatione dictæ Excommunicationis non comprehendit Privilegia Regularium; Regulares autem ex concessione facta a Paulo III. Venerabili Societati Jesu Constitut. incipient. *Cum inter cunctas*, edita 3. Junii 1545. possunt absolvi ab omnibus casibus, & Censuris reservatis Papæ, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, & exceptis casibus reservatis Episcopis ex Constitut. Clementis X. incipient. *Superna* & ex proposito, 12. damnata ab Alexandro VII. etiam exceptis intra illam, & extra Urbem aliis sex dictis Clementinis, ex quo de mandato Clementis VIII. fuerint reservati a Sacra Congregatione Episcop. & Regul. in declaratione sui decreti editi die 9. Januarii 1601. facta per aliud decretum editum anno immediate sequenti 1602. 26. Novembri. Unde cum Paulus III. in dict. Constitut. *Cum inter cunctas*, concesserit Regularibus facultatem absolviendi a Censuris sine ulla restrictione, aut limitatione ad occultas, ita quod possint absolvi ab ipsis, etiam quando sunt publicæ, & deductæ ad Forum contentiosum, ubi Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; cap. *Quia circa 22. de Privileg. & l. de pretio. ff. de Publiciana in rem action.* Tum quia quando Summus Pontifex intendit facultatem absolviendi, vel dispensandi limitare ad Censuras occultas, solet exprimere dicendo, *dummodo non sint publicæ, vel deductæ ad Forum externum*, & hujusmodi, ut est videre in d. cap. 6. sess. 24. de *reform.* & docet Sotus in 4. sentent. disp. 22. artic. 3. Donat. loc. cit. cum aliis ibi adductis, adeoque in non declarando videtur indulgere. Vide verb. *Absolutio* art. 1. a n. 41. ad 47.

A pœnis privationis Officiorum, & Dignitatum, & inhabilitatis latis in dict. Constitutione S. Pii V. incip. *Decori*, & honestati, possunt absolvi pro utroque Foro quoad suos subditos Episcopi, & Prælati Regulares, quia tales pœnæ non sunt reservatæ, nam ut constat legenti verba prædictæ Bullæ relata supra sub num. 7. reservatio est facta solum pro Excommunicatione; Sic Roderic. tom. 1. q. 24. art. 17. Felix Potestas tom. 1. part. 4. n. 3494. & alii.

Hic advertendum venit, quod ea, quæ diximus supra n. 19. quod a tali Excommunicatione violatæ per illicitum egressum clausuræ, seu per cooperationem ad ipsam concedendo licentiam, comitando, & recipiendo sic illicite egressas, si sit publica, absolvit solus Summus Pontifex, vel habens ab eo auctoritatem, non pugnant cum iis, quæ diximus sub verb. *Absolutio* art. 1. num. 6. ubi concludimus, quod cum impeditur personaliter adire Pontificem, possunt Episcopi directe absolvi pro utroque foro etiam ab omnibus casibus publicis reservatis Papæ a Jure; aut ab homine, etiam hæreticis, & in Bulla Cœnæ contentis, ex c. *Mulieres 6. cap. De cetero 11. cap. Ea noscitur 13. & cap. De Monial. 27. de sentent. Excomm.* non pugnant, inquam, siquidem Episcopus in quantum potest absolvi personas perpetuo impeditas, ut sunt moniales, ab omnibus casibus Papæ reservatis, ad quos aliquin ejus facultas non extenditur, comprehenditur sub iis verbis: *Vel habens ab eo auctoritatem*, adductis supra sub num. 19. cum per citata Jura Episcopus vere habeat a Papa auctoritatem absolviendi personas perpetuo impeditas, ut moniales, ab omnibus casibus Papalibus. Et sic respectivo dicendum est de Prælatibus Regularibus quoad suos subditos, quos possunt absolvi a dictis casibus ex variis Summorum Pontificum Constitutionibus, & præcipue ex Constitutione Sixti IV. incip. *Regimini*. Pauli III. incipient. *Licet debetum*. S. Pii V. incip. *Romanis Pontificis*, & alia ejusdem incip. *Dum Congregationem*. Vide d. verb. *Absolutio* art. 6.

Moniales possunt in aliquibus casibus de Monasterio exire absque incurfu pœnarum, & præcipue in tribus expressis a S. Pio V. in dict. Constitut. incip. *Decori*, & honestati, ibi: *Nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut Epidemie*. Nomine magni incendii venit incendium, cui succurri non potest abique periculo pereundi moniales, si intra clausura morentur. Nomine lepræ venit infirmitas ita contagiosa, ut si moniales tali morbo infecti non egrediantur, omnes alie cito periculo evidenti similes infectionis subiciantur. Nomine epidemie venit infectio pestilentialis malignam qualitatem præferens, quæ facile ad alios diffunditur cum

32 ubi ad aliud Monasterium (tribus casibus in Bulla S. Mem. Pii V. nominatim exceptis) transferant, ita apud Monasterium naceill. part. 2. tit. XIII. formul. 5. num. 6.

34 Hinc moniales licet olim possent de licentia Ordinariorum, & Monasteriorum Superiorum transferri ad novum Monasterium fundandum, vel etiam reformandum, seu ad Officium Abbatissatus, seu aliud munus exercendum; Tamen hodie quacumque occasione transferri non possunt amplius de Monasterio ad Monasterium sine speciali licentia Sedis Apostolicæ toties quoties obtinenda, neque occasione Prioratus, vel alterius, Officii, quibuscumque in contrarium non obstantibus, ex decreto Pauli V. publicato a Sacra Congregatione. Episcop. & Regular. sub die 22. Decembris 1617. & Generalibus Ordinum Procuratoribus intimato, & relato a Nicolio in *Florentis verb. Monialis num. 19.* & ab aliis passim. Nam facultas, quæ olim, sive de Jure communi, sive ex Concilio Tridentino, locorum Ordinariorum, vel Monasteriorum Superioribus super hoc competeat, fuit sublata per dictam Constitutionem S. Pii V. quæ incipit *Decori, & honestati, ut Eadem Sacra Congreg. declaravit die 30. Maji 1631.* apud Nicolium *loc. cit. num. 19.*

36 Moniales ex licentia Sacre Congregationis egressæ tenentur sub mortali statim, expleta causa egressus, se ad Monasterium recipere: ex *Periculo sic. de statu Regular. in 6. §. Verum & ex Constitut. S. Pii V. incip. Decori & honestati, & Gregorii XIII. incip. Deo Sacris, Hoc tamen intelligendum est moraliter, & non metaphysice, adeo ut, si per breve spatium v. gr. unus, vel alterius diei ingressum suum in Monasterium differant, non peccent mortaliter; Tamburinus de *Jure Abbatiss. disput. 20. quest. 7. num. 2.* & 3. cum Sanchez, Victorell. & aliis ibi citatis, Barbosa de *Offic. & potest. Episcop. alleg. 1. 102. num. 58.* & alii. Si autem finita, & expleta causa sui egressus, multo spatio extra Monasterium morantur ob malum finem, non solum peccant mortaliter, sed etiam incurrunt Excommunicationem; Bonacina de *clausura quest. 4. punct. 4. num. 22.* Merola in *disput. Theolog. moral. tom. 1. disput. 1. difficult. 6. num. 498.* Barbosa *loc. cit. n. 58.* Castropalaus *tract. 16. disp. 4. p. 9. n. 21.* Sanctus in *Constitut. Minor. cap. 11. statut. 7. q. 2. & alii.**

38 Monialis cum licentia Sacre Congregationis egressa ad curandam infirmitatem, & intra domum privatam inclusa non violat clausuram, si huc & illuc vagetur, quia monialis non tenetur ad clausuram, nisi intra proprium monasterium; Domus autem illa privata non est monasterium; Unde cum obligatio clausuræ sit odiosa, non debet ampliari, sed restringi, sicque non debet extendi ad loca, quæ proprie non sunt monasterium, arg. *cap. Odia 15. de Regul. Jure in 6. Sanchez lib. 6. moral. cap. 15. num. 9.* Navarr. *Comment. 4. de Regularibus. num. 44. not. 4.* Victorell. de *Origin. & clausur. Monial. v. c. Monialis professa, Tamburinus loc. cit. disp. 19. quest. 4. ad 9.* Pellizar. *loc. cit. cap. 5. n. 82.* Cajetanus de *Alexandris loc. cit. cap. 7. §. 6. quest. 12. & alii.* Si tamen in licentia esset præscriptum, ut talis monialis in domo privata servaret clausuram, tunc teneretur ad ipsam, cum licentia esset concessa solum cum tali obligatione; Sic Pellizar. *loc. cit. Cajetanus de Alexandris loc. cit. & alii.*

39 Monialis cum licentia Sacre Congregationis licite exiens e suo monasterio ad aliud v. g. fundandum, ad curandam infirmitatem in balneis, & hujusmodi, non violat clausuram, nec graviter peccat, si ea occasione a recto itinere viginti, aut 25. Milliaribus deviet ad aliquod Sanctuarium colendum, seu ad consanguineos, vel amicos visitandos, quia hoc non in fraudem clausuræ; Sanchez *loc. cit. cap. 15. n. 61.* Bonacina de *clausura quest. 1. punct. 3. num. 14.* Gutierrez *lib. 1. cap. 14.* Tamburinus *loc. cit. disp. 20. quest. 7. num. 5.* Pellizar. *loc. cit. cap. 5. num. 55.* Castropalaus *tract. 16. disp. 4. part. 9. numer. 19.* Roderic. *tom. 1. quest. 47. art. 11. & alii.*

40 An monialis legitime egressa e suo monasterio, & transiens ad aliud, seu ad Balnea, si in via accedat ad locum, in quo existit monialium monasterium, possit ibi hospitio recipi? variant Doctores; Sanchez enim *lib. 6. moral. cap. 16. n. 10.* Peyrin. *tom. 2. privit. Const. 6. S. Pii V. num. 28.* Tamburinus de *Jure Abbatissar. disput. 24. quest. 15. a numer. 1.* Pellizar. *loc. cit. cap. 5. num. 107.* Donat. *prax. rer. Regular. tom. 4. quest. 14.* & alii respondent cum distinctione: Aut ista Monialis petit admitti intra monasterium ejusdem Ordinis, & habitus, & sic excipi potest absque alia licentia Superioris, non solum causa hospitii, sed etiam in casu, quo illa degeret in aliqua domo privata ad recuperandam sanitatem, & vellet

ingredi monasterium gratia recreationis, & hujusmodi, quia talis monialis non est extranea, cum sit ejusdem Ordinis, ac habitus, adeoque non cadit in illam prohibiti ingrediendi monasteria monialium, quæ comprehendit solum extraneos; Vel monialis petit admitti in monasterium diversi Ordinis, & habitus, & tunc si ibi non adfit monasterium proprii Ordinis, potest in ipso admitti, de licentia tamen Superioris illius monasterii, & non aliter, quia Religiosa Charitas, quæ Religiosis personis maxime convenit, & honestas status monialis exigit, ut ibi in hospitio recipiatur; Sæcus autem si divertere vellet in dictum monasterium diversi Ordinis, non casu necessarii hospitii, sed gratia recreationis, aut inviscendi monialem consanguineam, aut amicum, quia tunc nequit ibi excipi, ne quidem de licentia Superioris, quia monialis itinerans respectu talis monasterii est vere extranea, aequo ex hac sola causa non potest in illud admitti, sicuti nec potest admitti quacumque alia persona extranea.

Castropalaus autem *part. 3. disp. 4. p. 10. num. 4. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. cap. 7. §. 7. q. 8.* & alii negant absolute posse talem monialem admitti in monasterium, sive sit ejusdem Ordinis, sive diversi, quia unum monasterium non communicat cum alio in clausura, quod, ut dicit citatus Cajetanus, est de mente Sacre Congregationis, quæ consultata, an moniales advenæ essent admittendæ intra clausuram? respondit negative in *Pistorien. 16. Junii 1585.* quam forte declarationem non observant Doctores primæ sententiæ.

Ingressus in Monasteria monialium absque justa causa, & legitima facultate est absolute prohibitus omnibus omnino personis a Bonifacio VIII. in *cap. Periculo sic. de statu Regular. in 6. sed sub nulla Censura.* Item a Concilio Tridentino *sess. 25. de Regularibus, & Monialibus. cap. 5.* sub Excommunicationis poena ipso facto incurrenda, sed nemini referenda, ut apparet ex textu, ibi: „Ingressi autem septa Monasterii nemini liceat cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus vel ætatis sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtemperata sub Excommunicationis poena, ipso facto incurrenda. Deinde S. Pius V. idem quod statuit Concilium Trid. iussit observari in sua Constitutione incip. *Circa Pastoralis Officii;* Gregorius autem XIII. Constit. incip. *Ubi gratia,* idem statuit sub poena Excommunicationis ipso facto incurrenda, & Papæ reservata contra præsumentes ingredi Monasteria monialium prætextu facultatum a Summo Pontifice, vel a Legatis, seu ab aliis concellarum, revocando omnes, & quacumque licentias a quibusdam concessis ingrediendi Monasteria monialium; & præter Excommunicationem ipso facto incurrendam, & summo Pontifici reservatam, impoluit etiam pro Abbatibus, & Abbatissis aliisque monasteriorum utriusque sexus Superioribus, & personis privationem dignitatum, beneficiorum, & Officiorum, & inhabilitatem ad illa in posterum obtinenda; Item Paulus V. Constitutione incip. *Monialium statum,* in hærendo Litteris dicti Gregor. XIII. sui Prædecessoris revocavit omnes licentias ab ipso, & aliis Pontificibus concessas mulieribus cuiuscumque status, ac conditionis quoad ingrediendum Monasteria monialium, aut convertendum cum ipsis; Et præterea prohibuit Abbatissis, seu Priorissis, ac Superioribus, ne dictas mulieres introducere, seu admittere, vel admittas quoquo modo retinere audeant, seu præsumant, idque sub poena Excommunicationis majoris reservatæ Summo Pontifici, & sub omnibus aliis penis contentis in cit. Constitutione Gregorii XIII. Et de mandato Clementis VIII. Sacra Congreg. Episc. & Regul. 26. Novemb. 1602. sub poena excommunicationis majoris Papæ omnimode reservatæ intra Italiam & extra Urbem omnibus prohibuit ingressum in Monasteria monialium ad malum finem.

Excommunicatio lata a Concilio Tridentino incurritur, etiam si ingressus non sit ad malum finem, nec prætextu licentiarum; Ad nulli est reservata, cum a Concilio loc. cit. nulla fiat reservationis mentio; Unde potest absolvi a Confessorio approbato ab Ordinario loci, ut docent Donat. *tom. 4. prax. rerum Regular. tract. si quest. 1. num. 3.* Tamburinus de *Jure Abbatissar. disput. 22. quest. 1. num. 3.* Roderic. *tom. 3. q. 99. Regular. q. 47. art. 2.* & alii passim.

Excommunicatio lata a Gregorio XIII., & Paulo V. est Papæ reservata, & incurritur, etiam si ingressus non sit ad malum finem, ut omnes concedunt, & etiam si non sit ex prætextu licentiarum, ut tamquam in praxi tutius, & verius tenent Navarr. *Comment. 4. de Regular. sub num. 624.* & in *Manuali*

Manuali cap. 27. de Censuris sub num. 150. verb. Adde his primo, Quaranta in Summa Bullar. verb. Monasteria monialium in calce Constitut. Gregorii XIII. incip. Ubi gratia; Beja, in *sum. responsionibus 1. p. cas. 30. verb. Hæc omnia,* ubi docet de praxi totius Italiæ; Villagut. *tract. de Jure q. 33. num. ultim.* ubi testatur sic responsum fuisse ab ipomet Greg. XIII. consulto a S. Carolo Borromeo, Flavio Cherubini. in *Compend. Bullar. tom. 2. schol. 1. ad Constitut. Gregorii XIII. incip. Ubi gratia,* ubi testatur de praxi Penitentiarie, Donat. *tom. 4. prax. rer. Regular. tract. 5. quest. 2. a num. 6.* ubi ex aliiestatus Gregorium XIII. declarasse suam mentem fuisse comprehendere quocumque ingredientes, & admittentes, sicut fecit S. Pius V. Constitut. incip. *Regularium,* respectu mulierum quarumcumque ingredientium Conventus Regularium, ibi: „Declaramus fuisse, & esse mentem, & intentionem nostram, quod prædictæ Litteræ non solum comprehendentes, & comprehendant mulieres habentes, & prætententes facultatem, & Indulta ingrediendi Monasteria, sed etiam omnes, & quacumque mulieres alias, tam in specie, quam in genere. Unde P. Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 7. num. 6.* retractans quæ dixerat *disput. 22. de Censuris sess. 6. num. 11.* mutavit sententiam: Et sic tenent Azorius, Roderic. Zechius, Grassius, Comitulus, Fillius, Picynius, Merola, Thesaurus, Homobonus, Raynerius, Riccius, Megala, Coriolanus, & alii relati a Donat. *loc. cit. conra Sanchez, Sayrum, Mirandum, Barbosam, Dianam, Zerolam, Portellum, Tamburinum, Pellizarium* relatos ab ipso Donato *loc. cit. num. 2.* Felicem Potestat. *tom. 1. p. 4. n. 3489.* & alios plures volentes talem excommun. non incurrunt, nisi ingressus fiat sub prætextu licentiarum.

Quis autem possit absolvi a dicta Excommunicatione, aliisque penis latis a Gregorio XIII. & Paulo V. in d. Constitutionibus? Vide *supra. a n. 19. ad 25.*

Excommunicatio lata a Clemente VIII. per decretum de anno 1602. 26. Novembris incurritur ab omnibus violantibus clausuram monialium, ad malum finem, ut patet ex verbis præcis decreti, ibi: „*Violationis clausuræ Monialium ad malum finem;* Et hæc Excommunicatio est reservata Romano Pontifici extra Urbem, & intra Italiam; Unde ab ipsa non possunt extra Urbem, & infra Italiam absolvere Regulares non obstantibus suis Privilegiis, ut expresse fuit statutum de mandato Clementis VIII. a S. C. Episc. & Reg. in *Decreto de anno 1602. 26. Novem. Vide verb. Absolutio an. 47. ad 47.*

Imperatores, Imperatrices, Reges & Regina, eorumque Filii, & Filia possunt absque incurfu Excommunicationis, aliarumque penarum ingredi cum sua decenti comitiva in Monasteria monialium, quia hujusmodi personæ ratione excellentiæ, & dignitatis non comprehenduntur in dispositionibus odiosis, nisi exprimantur. Sanchez *lib. 6. moral. c. 16. num. 3. cap. 17. num. 5.* Suarez *tom. 4. de Religion. lib. 1. c. 7. num. 5. in fine,* Emanuel Rodriq. *tom. 1. quest. 47. artic. 1.* Joannes Crucius in *Epitome. lib. 1. c. 5. dub. 1. conclus. 1. in fine.* Tamburinus de *Jure Abbatissar. disput. 24. quest. 20.* Gibalin. de *Sanctimonialibus. disquis. 1. c. 4. §. 2. conclus. 1. num. 2.* Donat. *tom. 4. prax. rerum Regular. tract. 5. quest. 12.* Bordon. *variar. resolut. part. 2. resolut. 26. num. 35.* Cajetanus de *Alexandris in Confessario Monial. cap. 7. §. 7. & alii passim.* cum praxi universalis; Barbosa tamen in *Tridentin. sess. 25. de Regular. & Monial. c. 5. num. 47.* Bonacina de *clausura q. 4. punct. 1. num. 4.* tenent probabiliter contrarium. Vide novissimam dispositionem Benedicti XIV. allatam infra sub num. 98.

An autem possint etiam dicta Monasteria ingredi Ducissæ, aliæque Principissæ, Duces, & Principes supremæ Jurisdictionis, & auctoritate gaudentes? Negant passim Doctores quia S. Pius V. Constit. incip. *Regularium personarum,* Gregorius XIII. Constit. incip. *Ubi gratia;* & Paulus V. Constit. incip. *Monialium statum,* expresse interdixerunt talem ingressum, etiam Comitissis, & Marchionissis, & Ducissis; At tamen etiam de istis videtur praxis contraria. Vide dispositionem sub num. 98.

An item dicta Monasteria possint ingredi Fundatrices, & Fundatores? Negant passim Doctores, & ita fuisse decisum a Sacra Cong. Concilii, refert Aldan in *Compend. Canonice resolut. lib. 1. tit. 8. num. 12.* Barbosa in *Summa Apostolic. dec. verb. Monialium clausura circa ingressum num. 7.* & Donat. *tom. 4. prax. rer. Regular. tract. 5. quest. 15. num. 7.* præcis his verbis: „Monialium Monasteria ingredi deinceps non

permittitur mulieribus secularibus, ne quidem Fundatricibus, aut Dominatricibus ad breve, vel ad longum tempus, etiam si a Sede Apostolica hoc eis specialiter esset indultum, cum Pauli V. Constitutione de anno 1612. edita, id fuerit in genere revocatum; „Et Nicolius in *Florentibus verb. Fundator, sic refert;* „Sacra Congregatio & censuit Fundatores Monasteriorum monialium non posse earumdem clausuram ingredi, nec a Monialibus recipi, nisi in Litteris Apostolicis erectionis secus expresse caveatur. „*Eadem Sacra Cong. in una Regularium 17. Augusti 1639.* Vide *verb. Conventus art. 3. a num. 17. ad 22.* & dictam dispositionem infra n. 98.

Mulieres, quibus a Sede Apostolica conceditur licentia ingrediendi Monasteria monialium non possunt ingredi, nisi prius habito consensu monialium capitulariter præstito per suffragia secreta. Urban. VIII. Constit. incip. *Sacro sanctum Apostolatus Ministerium.* Consensus autem sufficit, quod sit capitulariter præstitus a majori parte monialium; *cap. 1. de his quæ sunt a majori parte Capit. cum similibus:* Cum enim Pontifex non determinet, an consensus sit præstandus ab omnibus monialibus, contentum est voluisse istud relinquere dispositioni Juris communis; l. *Commodissime, ff. de lib. & posthum.*

Pueri, & puellæ cuiuscumque sint ætatis, nequeunt ingredi, & introduci in Monasteria Monialium. Conc. Trid. *sess. 25. de Regularibus & Monialibus. cap. 5.* ibi: „Ingressi autem septa Monasterii nemini liceat cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint; „Et hæc sæpius declaravit Sacra Congreg. Episc. & Regulari, quod introducens infantes cuiuscumque sexus, vel ætatis incurrit censuras violatæ clausuræ, & signanter in *Tridentina 7. April. 1579. in Neapolit. 22. Mart. 1580. in Cremonen. 12. Februar. 1585. in Taurinen. 10. Junii 1650.* Unde tolerari non debet, quod puellæ licet parvulæ ingrediantur, & egrediantur ad libitum; *Eadem Sacra Cong. in Pistorien. 24. Februar. 1579. & Abbatissa, quæ hoc permittit, privatur Officio, voceque passiva. Eadem Sacra Cong. Episc. in S. Sever. 8. Maii 1595.*

Nomine monialium introducentium, vel admittentium in clausuram personas non habentes ad id legitimam facultatem veniunt omnes active influentes in talem ingressum, ut sunt invitantes, consulentes, hortantes, approbantes, monstrantes iter, auferentes impedimenta, januas aperientes, eas recipientes, concedentes, & auctoritative, sive ratione sui Officii permittentes, ut intrent, Vide *verb. Conventus art. 3. a n. 30. ad 32.*

Cardinales, aut Episcopi, sive alii Prælati ingredi non possunt Monasteria monialium, quæ eorum Jurisdictioni non subdunt, ut colligitur ex *cap. Periculo sic. de statu Regular. in 6. ex Concilio Tridentino sess. 25. de Regular. & Monialibus. cap. 5.* ex Constitutione S. Pii V. incip. *Circa Pastoralis Officii,* Constitut. Gregor. XIII. incip. *Ubi gratia,* & aliæ ejusdem incip. *Dubiis,* & tenent Tamburinus de *Monialibus. disp. 24. quest. 9. num. 1.* Donat. *tom. 4. prax. rer. Regular. quest. 24.* Cajetanus de *Alexandris in Confess. Monial. cap. 7. §. 4. q. 3. & alii passim.*

Neque Cardinales Legati habent potestatem visitandi moniales, & ingrediendi clausuram; *Sacra Cong. Episc. & Regul. in Bononien. 30. Septembr. 1650.* approbante Innocentio X. Et a fortiori neque Vicelegatus potest clausuram ingredi sine Episcopi licentia, ut declaravit S. Cong. Episc. 8. Martii 1605. apud Gavant. in *Manual. Episc. verb. Monialium clausura n. 29.*

Neque Inquisitores, nisi ex causa S. Officii, ut declaravit *Congr. S. Officii 16. Febr. 1628.* apud Cajetanum de *Alexandris loc. cit. q. 3.*

Neque Magistratus, & deputati ad curam monialium debent ingredi cum Episcopo, nisi eos elegerit. S. C. Episc. & Regul. apud Gavant. *l. c. n. 30.*

Neque permittere debet Episcopus deputari a Civitatibus aliquos, qui comiteantur Visitatores monialium Regularibus etiam subiectarum, prout decrevit *Eadem S. C. Episc. 22. Jan. 1616.* apud Gavant. *l. c. n. 62.*

Prælati omnes saculares Episcopali, ac etiam Cardinalatus dignitate præditi nequeunt ingredi clausuram monialium etiam sibi subiectarum, nisi in casibus necessariis, & committati a paucis, iisque senioribus, ac Religiosis personis; Sic expresse statuit Gregorius XIII. Constit. incip. *Dubiis* Si autem contrafecerint, incurunt Interdictum ab ingressu Ecclesie.

Ecclesie pro prima vice, pro secunda vero contrahunt suspensionem a Pontificali munere, & a Divinis, pro tertia autem vice, ac deinceps Excommunicatione majori ipso facto afficiuntur; Sic expresse Gregorius XIII. in d. Constit. incip. *Dubiis*; Unde non possunt Episcopi secum ducere in clausuram ullos Laicos tamquam comites, & socios: Vide verb. *Episcopus art. 6. num. 99.* Adducitur, & solvitur instantia. Vide *ibid. num. 100.* Propter necessitatem tamen, & ad promovendam utilitatem Monasterii possunt Episcopi secum ducere aliquos peritos Laicos: Vide *ibidem num. 101.* Non possunt tamen Episcopi secum ducere in clausuram pluraquam octo personas, alias incurrunt predictas Censuras. Vide *ibidem numer. 102. & seq.* Absolutio tamen ab istis Censuris non est Papae reservata. Vide *ibidem n. 105.*

73 Prælati Regulares ingredientibus extra necessitatem Monasteria Monialium sibi subiectarum ligantur dicta Excommunicatione majori, & privatione omnibus Officiis, & Dignitatibus. Gregorius XIII. in dict. Constit. incip. *Dubiis*. Nec possunt Prælati Regulares ordinarie ingredi Monasteria Monialium, *Nisi ex causa visitationis localis, & hoc semel tantum in anno, ita ut in eo anno, in quo unus ex memoratis Superioribus visitavit, alius Superior a visitatione hujusmodi se omnino abstineat. . . . Visitet autem Superior Regularis interiorum clausuram per se ipsum, non autem per alium, etiam si fuerit legitime impeditus, quo casu differatur visitatio in aliud tempus, quo cessaverit impedimentum, & visitationem veliter, & unica die, debita tamen cum diligentia absolvat, nec ante ortum solis eam incipiat, nec post occasum protrahat. . . . Visitatio vero personalis fiat ad crates, & omnino extra clausuram Monasterii, & per ipsam Superiorem dumtaxat, ut supra dictum est de visitatione interiorum clausuræ.* Sic expresse statuit Alexander VII. Constit. incip. *Felici Sacrarum Virginum statui*. Ex quibus dictæ Constitutionis verbis clare patet, non posse Superiores Regulares delegare alios ad visitationem Monialium, sed ipsam posse solum peragere per se ipsos. Et idem addendum est ad dicta sub verb. *Prælati Regularis num. 39.* Prælati Regularis, si fuerit Generalis, potest secum introducere duos locios sui Ordinis: Si fuerit alius a Generali potest introducere secum tantum unum locium sui Ordinis, exclusis omnibus aliis, etiam ratione Officii. Alexander VII. in citat. Constit. incip. *Felici*. Nec ipse Visitator, neque ejus socii possunt sumere intra clausuram ullam refectionem. Alexander VII. *ibidem*. Si ob clausuram, aut aliam urgentem, & necessariam causam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi septa Monasterii, tunc non aliter ingredi potest, quam cum presentia Episcopi Diocesani, vel alterius personæ Ecclesiasticæ sæcularis, boni exempli, ac maturæ ætatis ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputatæ: Ita expresse Alexander VII. *ibidem*. Si Superior Regularis supradictis contraxerit, ipso facto poenam Excommunicationis, & privationis omnium Officiorum, quæ obtinet, ac perpetuam inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ absque alia declaratione incurrat: Et nihilominus nullis Privilegiis, & exemptionibus tueri se possit quominus ab Episcopo loci, tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat. Sic præcisè Alexander VII. in citat. Constit. incipien.

79 Felici. Confessarii quomodo, & quando possunt ingredi clausuram? Vide infra *art. 5. a n. 50.*

80 Medici, & Chirurgi quando, & quomodo ingredi possunt clausuram Monialium? Vide verb. *Medicus a n. 13. ad 18.*

81 Factores, Syndici, alique operarii ad Monialium servitium necessarii possunt de legitimi Superioris licentia ingredi clausuram ad exercenda suæ artis opera, quæ commode extra Monasterium exercere non possunt. *Communis*. Qui tamen habet licentiam ingrediendi pro uno servitio, non potest ingredi ad aliud servitium præstandum, alias violat clausuram, cum licentia non se extendat ultra opera suæ artis. Sic decrevit *Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Ferrarien. 6. Augusti 1601. in Spoletana 1. Octobris ejusdem anni, in Pisaurien. 14. Junii 1630.*

82 Clausulam violant, & in Excommunicationem Papæ reservatam incidunt mulieres illæ, seu viri, qui cum uno saxo, vel ligno, vel qualibet alia re intrant sub pretextu deferendi necessaria pro fabrica: Et ita etiam Moniales illæ, quæ tales introducunt. Sic decrevit *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Iernien. 11. Junii 1583. apud Nicol. in Floscul. ver. Clausuræ n. 40.*

Secus autem, qui ingreditur, etiam sine licentia, ad extinguendum incendium, vel ad servandum se ipsum, aut Monasterium ab incendio, vel ad succurrendum in aliis casibus repentinæ ruinæ. *Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Interanen. 17. Decembris 1601. in Alatrina 12. Martii 1602. in Spoletana 27. Maii 1603.*

Licentiam concedere pro ingressu in clausuram Monialium spectat ad Episcopum auctoritate quidem propria pro Monasteriis sibi subiectis, & auctoritate delegata pro Monasteriis Sedi Apostolicæ subiectis. Sic dictum fuisse referunt Barboza de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 102. num. 38. Tamburin. de Jure Abbatissar. disput. 23. quest. 1. num. 3. & tenent communiter Doctores. Item pro dictis Monasteriis talem licentiam concedere potest Vicarius Generalis, si ad hoc habeat speciale mandatum; Non enim sufficit generalis facultas, ut declaravit *Sac. Congr. Concilii apud Suarez de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 1. cap. 10. num. 11.* Cajetanus de Alexandris in Confessorio Monialium cap. 7. §. 2. quest. 2. Pellizar. de Monialib. cap. 5. num. 147. & apud Matthæucci Officialis Curie cap. XI. num. 9. Item talem licentiam concedere potest Vicarius Capitularis etiam pro Monasteriis Sedi Apostolicæ subiectis, quia Capitulum, seu Vicarius Capitularis succedit Episcopo etiam in Jurisdictione delegata, quando hæc est in perpetuum commissâ muni Episcopali, ut advertit Molina de justitia tom. 6. tract. 5. disput. 11. sub num. 8. & 9. & Barboza de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 137. num. 21. Et sic tenent Tamburin. loc. cit. quest. 2. num. 4. Pellizar. loc. cit. num. 158. Cajetanus de Alexandris loc. cit. quest. 2. Donat. prax. ver. Regular. tom. 4. tract. 6. quest. 16. num. 1. & alii passim.

Pro ingressu in Monasteria Regularibus immediate subiecta stando in Jure Concilii Tridentini sufficere videtur sola licentia Superioris Regularis; Quia Concilium sess. 25. de Regular. & Monialib. cap. 6. utitur disjunctiva Vel, ibi: *Ingredi autem intra septa Monasterii nemini liceat cujuscumque generis, sexus, vel ætatis fuerit sine Episcopi, vel Superioris licentia.* Et de facto die 19. Junii 1597. *Sacra Congr. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit, licentias ingrediendi intra septa Monialium ex vera tantum necessitate concedendas quoad Monasteria Regularibus subiecta pertinere, dumtaxat ad ipsos Superiores Regulares: Quod Decretum referunt Eminentiss. Cardinal. Bellarmin. in dict. cap. 5. Trident. sess. 25. de Regularib. Tamburin. loc. cit. quest. 1. num. 6. D. mat. loc. cit. quest. 17. num. 9. Barboza de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 102. num. 41. ubi testatur se vidisse tale decretum subscriptum ab Eminentiss. Card. Millino.*

Et sic etiam fuit ab eadem Sacra Congregatione Concilii novissime resolutum in Hyeracen. 26. Januarii 1692. in contradictorio Judicio, ut patet ex Decreto Authentico subscripto ab Eminentiss. Card. Petra tunc ejusdem Sacre Congregat. Secretario, & suo Sigillo munito a servato in Archivo hujus Conventus S. Bernardini Alexandriæ Min. de Observantia, ut legitur.

Hyeracen. Visitations.

Intra Diocesim in Oppido Castri Veteris adest monasterium monialium B. Mariæ Vallis Viridis subiectum Jurisdictioni Priorissæ Messanen. & pro tali a Sacra Congregatione reputatum anno 1579. in contradictorio Judicio inter dictam Priorissam, & tunc temporis Episcopum Hyeracensem.

Ad visitationem hujus monasterii curavit accedere anno 1690. modernus Episcopus, qua quoad clausuram acta, volens eam perficere quoad singulas moniales, fuit impeditus, quare præsupposita asserta exemptione, utraque parte citata, ac informante supra infrascriptis dubiis concordatis dignetur BE. VV. respondere.

Quinto, An Medici, alique ministri necessarii ingredi possint cum sola licentia, & approbatione Delegati abique licentia, vel consensu Episcopi?

Die 26. Januarii 1692.

Sac. Congr. Eminentiss. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, Juribus ab utraque parte deductis mature perpensis, censuit ad quintum danda esse decreta in hac

hac ipsa Hyeracen. a Sacra Congregatione Concilii edita de anno 1581. ad tertium dubium tenoris sequentis.

Tertio item, se sotto nome d' Infermità, Fantefche ordinarie, Garzoni, quali hanno da portare grano, farina, legna, acqua, e altre cose necessarie, Sartori, Muratori, Falegnami, e Procuratori, possino, o non possino entrare in detto monastero?

Sacra Congregatio respondit, licentiam ingrediendi monasteria spectare ad Superiorem Regularem ex cap. 5. sess. 25. de Regul.

Ita reperitur in Regesto Authographo ejusdem S. C. Concil. lib. Decretorum 42. fol. 45.

In quorum fidem &c.

Hac die 27. Junii 1708.

P. Petra Secretarius.

Quod decretum, eum, ut vides, sit editum a Sac. Concilio Congregatione, Juribus aq utraque parte deductis mature perpensis, & authentice habeatur subscriptum, & suo sigillo munitum a S. R. E. Eminentiss. Principe Cardinali Petra, non est parvi faciendum.

Attamen eadem Sacra Congregatio Concilii pluries contrarium statuit, & signanter in Decreto, Papa approbato, emanato 13. Novembr. 1610. & iterum renovato an. 1630. in Bellunen. ubi dicitur:

Letto in Sacra Congregatione decreto circa ingredien tes septa monasteriorum, omnes censuerunt illud esse edendum, & est tenoris sequentis: Tamen alias Sac. Congr. Concilii declaraverit licentiam ingrediendi septa monasteriorum monialium exemptarum, & Regularibus subiectarum, ex vera tantum necessitate, quæ moniales respiciat, concedens, seu accedens ad loquendum cum monialibus pertinere ad ipsos tantum Superiores Regulares. Nihilominus sub die 13. Novembr. 1610. quo inagis clausuræ observantia conluleretur, facultate sibi a SS. D. N. tributa statuit, & decrevit, ut deinceps intra hujusmodi septa ingredi nemini liceat, nisi licentia in casibus necessariis concedenda de eum a Superioribus Regularibus dicti monasteriorum, sed etiam a locorum Ordinariis obtenta fuerint: non obstant. quibuscumque Legibus, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus.

Potremo autem ad removendam omnem dubietatem, quæ ex hujusmodi decreto forsan oriri potest, negotio iterum in Sac. Congr. proposito, atque SS. D. N. relato.

Die 21. Maii 1630.

Sanctitas sua declaravit, hujusmodi licentias a Superioribus Regularibus non esse petendas in illis locis, in quibus adest consuetudo, ut iste ab Episcopo tantum concedatur: hoc enim casu statuit, & decrevit talem consuetudinem esse servandam, & ipsorum Episcoporum tantummodo licentias sufficere, etiam privative quoad ipsos Regulares; libr. 4. decret. pag. 30. Sic refert Monacell. part. 2. tit. 15. formul. 15. num. 3.

Et concordant alia Decreta Sacre Congr. Episcop. & Regular. relata ab eodem Monacell. part. 1. tit. XI. form. 19. numer. 7. & 8. ibi: *Sac. Cong. in generali Decreto per viam. Legis emanato 24. Augusti 1594. sic statuit: „ Eisdem locis perione secolari pii consociate dai loro Prælati Ordinarij, che da Religiosij di qualsivoglia Ordine, per abbondare in cautela questi miei Signori qui della Congregazione „ hanno risoluto, che per P avvenire non si abia d' ammettere persona alcuna a parlare alle monache, tampoco dentro la clausura d' essi monasterj soggetti a' Regulari, senza licentia expressa in scritto degli Ordinarij de' luoghi, oltre a quella si dovrà perciò ottenere dalli Superiori Regulari, non ostante qualunque Legge, statuto, o consuetudine di tempo immemorabile in contrario, con ordine, che io debba avvertire la P. V. acciò le significhi al P. Generale, e a tutti li Provinciali, perchè le facciano osservare in ogni luogo conforme alla suddetta risoluzione senza eccezione alcuna, onde non manchi d' eleguire con ogni sollecitudine, ed il Signore la preservi.*

Roma 24. Agosto 1594.

Biblioth. Ferrar. Tom. V.

Et in alio edito in Camerinen. 7. Martii 1617. sic extendit: 92 Sac. Congr. ut controversiis, quæ inter Episcopum Camerini, & Superiores Regulares exorta sunt, finis imponatur, censuit facultatem concedendi personis sæcularibus licentiam alloquendi moniales eidem Regularibus subiectas, in Civitate quidem Camerinen. ad Episcopum, sive ejus Vicarium Generalem, ac Superiorem Regularem, cui moniales ipse subiectæ sunt, conjunctim, tantum idem Episcopus, seu ejus Vicarius primo loco subscribat: Per Diocesim vero non ad Vicarium Foranensem, sed ab eodem Episcopo ad id deputandum, nec non ad Superiorem Regularem, qui priori loco subscribat, conjunctim pariter spectat idem que quoad licentiam eorum, quibus ordinarie septa monasteriorum earundem monialium ingredi necesse est, servandum esse, repentinis tamen casibus extremæ necessitatis exceptis, in quibus licentia unius eorum subscriptione roborata sufficiat: Edicta vero, quibus personis sæcularibus ad eadem monasteria monialium accessus prohibetur, ab Episcopo dumtaxat subscribenda, & publicanda esse decrevit.

Quod & declaravit novissime etiam Sacra Congregatio Concilii in Bononien. 17. Maii 1704. in qua statuit, quod licentia ingressus in clausuram monialium a nemine dari potest sine approbatione Episcopi, non obtinente Privilegio, seu consuetudine, Sic refert Monacell. part. 2. tit. 15. formul. 15. num. 14. & idem decrevit Ead. S. C. C. in una Burgi S. Domini 21. Apr. 1731.

Episcopus potest Excommunicationem sibi reservatam imponere circa apositionem Ostii clausuræ monialium etiam Regularibus subiectarum; Sacra Congr. Concilii in Viterb. die 26. Junii 1927. apud Panimoll. decis. 84. adnot. 3. n. 56. ubi cum quaeretur: An Episcopus ad clausuram claudicandam etiam in monasteriis Regularibus subiectis possit Excommunicationis late sententiæ poenam sibi reservatam imponere circa apositionem Ostii clausuræ extra casus indigentia, necnon circa accessus, & colloquia cum monialibus, dictaque Excommunicatio liget, necum Regulares accedentes, verum etiam moniales, facta de illis mentione, adeo ut Superior Regularis ab hujusmodi excommunicatione absolvere nequeat?

Sacra Congregatio Card. Concil. Trid. Interpretum respondit. Episcopum posse.

Episcopus potest visitare clausuram, & monasteria monialium Regularibus subiectarum, etiam inconsultis, & in requisitis eorum Superioribus Regularibus; Sac. Congr. Concil. in Comibricen. die 26. Maii 1640. apud Barboza ad sess. 25. de Regular. & Monialib. cap. 5. num. 13. ibi; Sacra Congr. Concilii censuit, Episcopum Comibricensem, uti Sedis Apostolicæ Delegatum potuisse quoad clausuram monasteriorum monialium Conventus de Cella Ordinis Cisterciensis, Regularibus ejusdem Ordinis subiectarum visitare, etiam assumpto secum Vicario Generali, & Confessario earundem monialium; Monialesque ipsas in iis, quæ ad eandem clausuram pertinent, examini subicere, semotis etiam suspitione violatæ clausuræ, ac quacumque Superiorum Regularium negligentia, ipsisque inconsultis, ac insuper eidem Episcopo licuisse Rectorem Collegii dicti Ordinis ex supradicta causa inobedientem declarare in poenam excommunicationis, ac alias comminatas incurrisse.

Quod talem autem visitationem debet Episcopus observare resolutiones, & responsiones Sacre Congregationis Concilii ad dubia eidem super ea re proposita a P. Francisco de Monelia Ord. Min. de Observantia Procuratore Generali.

I. An Episcopus visitaturus clausuram Monialium Regularibus subiectarum teneatur ante accessum esse in monialibus præfinire diem, & horam visitationis?

II. An in Ecclesiis earundem monialium non Curatus visitare possit Sanctissimum Sacramentum, Oleum Infirmorum, Confessionalia, Sepulturas, ac Reliquias ibi existentes? & quatenus affirmative?

III. An in casu resistentiæ monialium possit fores Ecclesiæ frangere, Tabernaculum violenter aperire, Ecclesiam interdiceret, & Eucharistia Sacramentum ad aliam Ecclesiam transferre?

IV. An Episcopo monasteriorum clausuram visitare volenti, dictæ Moniales teneantur erigere in Ecclesia exteriori, vel interiori Sedem cum Baldachino, vel solummodo sufficere illi stratum præparare in utraque Ecclesia?

T 2 V. An

- V. An Episcopus dictam clausuram visitaturus, præterquam Convitatores, possit pro suo libito secum ducere inus monasterium alias personas, siue Ecclesiasticas, siue seculares indeterminate, vel in certo, & præfixo numero?
- VI. An Episcopum dictorum monasteriorum clausuram visitaturum teneantur moniales omnes excipere perionaliter cum Cruce, & Cantico Benedictus?
- VII. An dictæ moniales teneantur in ipso clausuræ ingressu adornare stratum: ibique genuflectenti Episcopo monialis aliqua portigere debeat Crucem deosculandam?
- VIII. An Episcopus clausuram ingressus possit pro suo libito convocare dict. moniales omnes in Choro interiori; aut alio loco, & ad eas sermonem habere?
- IX. An absolute, & indifferenter visitare possit Cellas dictarum monialium, etiam quoad non pertinentia ad clausuram?

Ad qua die 10. Januarii 1686. Sac. Cong. S. R. E. Cardinal. Concil. Trid. Interpretum respondit.

Ad I. Negative.

Ad II. Censuit dandum esse decretum in Florentina Juris visitandi tenoris infra scripti

An Archiepiscopus, seu de ejus mandato Vicarius Generalis possit visitare Sancti. Sacramentum, Olea Sacra, Confessionalia, & Sepulturas in Ecclesiis monialium Regularibus subjectarum? Die 29. Julii 1684. S. C. C. respond. negative, nisi in his, quæ concernunt observantiam clausuræ, & quatenus non adit legitima consuetudo in contrarium.

Ad III. Negative, nisi in casibus spectantibus ad clausuram.

Ad IV. Sufficere præparationem strati.

Ad V. Servandas esse Constitutiones Apostolicæ Gregorii XIII. Dubiis, quæ emergunt. Nos omnem hæsitacionis materiam tollere, & viam scandali præcidere, ac Sanctimonialium quieti consulere volentes, harum tenore auctoritate Apostolica declaramus, Prælatos omnes, tam Sæculares, quam Regulares, quibus cura, & regimen monasteriorum monialium, quovis modo incumbit, facultate sibi ex Officio attributa ingrediendi monasteria prædicta, ita demum uti posse, si id faciunt in casibus necessariis, & a paucis, iisque senioribus, ac Religiosis personis comitati.

Ad VI. Negative.

Ad VII. Idem negative.

Ad VIII. Possé.

Ad IX. Negative.

His jurat addere novissimas resolutiones Sacrae Congreg. Conc. in Bononien. Indultorum 17. Maii 1704. propositis sequentibus dubiis.

Primo. An liceat Confessario signare licentias ingressus in monasterium private, & independentes ab Archiepiscopo? Secundo. Et quatenus negative, an, & quomodo Confessarius possit signare dictas licentias, & in quibus casibus, & pro quibus personis? Tertio. An licentia solius Archiepiscopi possit impediri ex dissensu Confessarii? Quarto. An Archiepiscopus possit prohibere Confessario, ne signet, aut concedat licentias pro allocatione, tam cum monialibus, quam cum Educandis ad Crates? Quinto. An idem Confessarius possit celebrare Sacram in Capella Infirmarie Monasterii? Sexto. Et quatenus affirmative, An iis casibus, in quibus potest celebrare in dicta Capella, valeat uti in Ministerio, seu Clericum qualibet persona seculari sibi visa, seu potius teneatur adhibere Clericum approbatum cum licentia Archiepiscopi? Sac. Congr. respondit: Ad primum negative. Ad secundum affirmative pro personis approbatis ab Archiepiscopo. Ad tertium negative. Ad quartum, & quintum affirmative. Ad sextum negative, quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Alia ad rem, Vide verb. *Visitatio* num. 10.

Super clausura Monialium attendenda est novissima felic. rec. Benedicti XIV. Constitutio, incipiens: *Salutare in Catholica Ecclesia Institutum*, in qua revocat omnia Indulta, & Privilegia ingrediendi clausuram Monasteriorum monialium, & ipsas moniales & dicta clausura egrediendi; prohibetque

quibuscumque, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, siue singulis, siue eorumdem Cardinalium Congregationibus, ne facultates, & licentias ingrediendi clausuram Monialium ullo modo concedant; & concessas omnino invalidas declarat; ac decernit, quemlibet ipsorum, & quorumcumque aliorum, etiam speciali mentione dignorum, quacumque facultate hujusmodi, siue pro se, siue pro aliis temere uti audentem, ipso facto absque ulla declaratione poenas, & Ecclesiasticas Censuras contra violantes clausuram Monialium incurrere, & incurias esse, a quibus præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi possit. Excepitis dumtaxat locorum Ordinariis, iisque omnibus Superioribus, quibus tamquam Ordinariis, & ordinaria jurisdictione utentibus Monialium Monasteria subiecta, & addita sunt, in casibus tamen necessariis, & servatis aliis de jure servandis, & non aliter omnino.

Si cura alicujus Monasterii subiecti Regularibus a Sede demandetur tertio, v.g. alicui Abbati, aut alteri in Dignitate constituto ob aliquam controversiam, vel ad placitum ejusdem S. Sedis, tunc Episcopus nullimode se ingerere potest in Monasterii sic dispositi gubernio, nec quantum ad clausuram, & ad illam spectantia, quia ille Tertius in tali casu non consideratur ut Regularis Superior, cuius potestas supplenda per Episcopum decernitur in Concilio, & Apostolicis provisionibus, sed tamquam Apostolicus delegatus specialiter deputatus ad dicti Monasterii regimen independentem a quocumque Ordinario, et dependenter ab ipsa sola S. Sede, prout declaratur regulariter in Brevibus ad hoc expeditis, et invenitur generaliter decernit per S. C. Episc. & Regul. 17. Januarii 1642. apud Nicol. in *Flosculis* verb. *Gubernator* num. 12.

Moniales Portugallæ et Algarbiæ ad Claustra revocantur nec ipsis ultra permittendus est exitus. Bened. XIV. Constit. incip. *Cum sacrarium*. Moniales Ordinis S. Spiritus in Hispania, et Polonia existentes, subijciuntur locorum Ordinariis. Idem Constit. 15. incip. *Sæpe Romanorum*, §. 3.

Moniales Græco-Melchitæ Regulæ S. Basilii sequi debent. Idem Constit. 87. incip. *Demandatam*, §. 23. Sub regimine Monachorum Congregationis S. Joannis de Soario, et immediata subiectione Ordinario, mediata vero Patriarchæ Catholicæ, tamquam Delegati S. Sedis, Abbati autem Generali dumtaxat in defectum Episcopi, et Patriarchæ Catholicæ *Ibidem*.

Moniales Regularibus subiectæ ex Trident. sess. 25. de 105 *Regul. cap. 5.* Ordinario loci tamquam Delegato subijciuntur quoad clausuram. Id vero declarans Gregorius XV. in Constit. sua num. 18. statuit, Confessarios earum Regulares ab ipsis suis Superioribus deputatos pro confessionibus Monialium, ab Episcopo approbandos esse. Eidem etiam Episcopo reddendum esse rationem ab iis, qui bona illarum administrant, accitis tamen tunc etiam Superioribus Regularium, qui si renuerint, tunc id præstet per se Episcopo. Datur etiam Episcopo auctoritas præsidendi una cum Superiore Regulari, cum Antistes Monasterii eliguntur. Denique conceditur Episcopo, ut si Regulares forte in ordine ad clausuram deliquerint, puniat illos, & corrigat usque ad censuras. Alexander VII. in sua Constit. 153. concedit Superioribus Regularibus jus ingrediendi septa Monasterii earundem Monialium semel quotannis occasione visitationis. Superius vero ex causa urgente venit, ne ingrederentur nisi præsentem Episcopo, vel alio Ecclesiastico ab eodem deputato. *Instit. Eccles. 29. n. 4. & 5.* Contraria quoad hæc omnia consuetudo etiam immemorialis a S. Congregatione sæpius reprobatæ est. *Ibid. n. 7. & seq.*

In visitationibus Monasteriorum Sanctimonialium non tenetur Episcopus denunciare illis diem, & horam visitationis, sicut nec tenetur ducere secum superiore Regularem ejusdem Ordinis. *Ibid. §. 18.* Potest etiam Episcopus Monialibus Regularibus subiectis Sacram Eucharistiam ministrare, si ipse velit. *Ibid. §. 19.*

In electione Abbatissarum, quæ præstant Monasteriis Regularibus subiectis, tenentur Regulas monere Episcopum si velit interesse vel per se, vel per alium, ut ex cit. Constit. Gregorii XV. quibus debet Episcopus manifestare suam voluntatem. At potest Episcopus in Synodo generaliter edicere velle se interesse omnibus istis electionibus, ex quo satis manifestat suam voluntatem. *De Synodo Diocesano lib. 5. cap. 12.*

Monialium transitum de uno ad aliud Monasterium cum

Monialibus ultra montes concedit Summus Penitentiaris, qui tamen facultatis hujus executionem Ordinarii arbitrio committit. Bulla *Pastor Bonus* Tom. 1. Bullar. numer. 95. §. 36.

Translatio Monialium ab uno ad aliud Monasterium fieri jure nequit, nisi de licentia R. Pontificis, nisi exigente aliquo repentino casu, in quo rei necessitas exigit repentinum egressum: tunc enim etiam pro Monialibus Regularibus subiectis præter facultatem Prælati Regularis, Episcopi licentia in scriptis requiritur. Bulla S. Pii V. incipien. *Decori & honestati*.

Causæ repentini indicantur in eadem Bulla, magnum incendium, infirmitas lepræ, ac epidemia, siue pestis *De Synod. Diac. lib. 9. cap. 15. nov. edit.* Non licet autem absque facultate Sedis Apostolicæ egressum hunc permittere, etiam si possent occurrere casus alii; qui videntur æquiper illis, quos S. Pius V. in sua Constitutione expressit, ut si ex gr. sit aliqua Monialis, ex qua prudenter timeri possit periculum scandali, ac perversionis aliarum *Ibid.*

Ingressus in Monasteria Monialium, quæ Regularibus subduntur, fieri debet de licentia Episcopi nulla obitante consuetudine in contrarium; ut post diligens examen decretum est, approbante Urbano VIII. *De Synodo Diac. lib. 12. cap. 12. §. 23. nov. edit.* in quo etiam decreto statuitur, licentias Moniales illas alloquendi petendas esse ab Episcopo, non vero a Superiore Regulari.

Quoad censuras, seu poenas in casibus occultis etiam violatæ clausuræ, vel in dispensando aliquo occulto defectu Major Penitentiaris confessarius Monialibus concedit. In casibus publicis clausuræ a Monialibus, vel ab aliis quibuscumque ad malum finem delinquentibus non absolvit, nisi prius Ordinarius supplicavit, & calus a Congregatione super Episcopo, & Regul. ad Penitentiarium delatus fuerit. Bulla *Pastor bonus* §. 37. 38. de qua *sup. n. 107.*

Novæ additiones ex aliena manu.

Libet paucis differere de Ecclesiæ disciplina circa clausuram Monialium.

Prior Bonifacius VIII. in notissimo *Cap. Periculoso*, de *stat. Regul. in 6.* generalem clausuræ legem Monialibus observandam præcepit, nam antea si quæ erant moniales clausuræ legibus obnoxia, consuetudine potius particulari quam lege generali obligabantur, ut post *Thiers de clausura* notavit *Benedicti XIV. Instit. Eccles. 29. n. 13.*

At non obstante hac generali lege clausuræ a Bonifacio VIII. Monialibus omnibus injuncta, multa tamen Monasteria ei se se haud subjecere. Tantumque abest, ut Ecclesia ante S. Pium V. de iis abolendis cogitaverit, ut Leo X. omnia ipsius concesserit privilegia Ordinis, quem profitebantur, modo virginitatem servarent, ut perspicuum est ex constitutione, 22. ejusdem.

S. Pius V. mox commemoratus prior cogitavit, & quidem serio de abolendis Monasteriis hinc clausuræ legibus haud obnoxia, in constitutione 8. In ea enim iussit, ut Episcopi cum Superioribus Regularibus ad clausuram redigerent Monasteria omnia, & si qua essent Monasteria, quæ amplecti clausuram nollent, iis prohibuit, quominus ulla in futurum Moniales reciperent, ut patet ex sequentibus verbis ejusdem Constit. §. 3. *Cæteris autem omnibus sic absque emissione professionis & clausuræ vivere omnino volentibus interdiximus, & perpetuo prohibemus, ne in futurum ulla aliam prorsus in suum Ordinem, Religionem, Congregationemve recipiant. Quod si contra hanc hujusmodi nostram prohibitionem, & decretum alias recipiant, eas ad sic vivendum omnino inhabiles reddimus.*

Reque ipsa una omnium fuit semper sententia, abolevisse S. Pium V. hæc sine clausura Monasteria; *Læzana in Sn. n. 9. Regul. tom. 2. cap. 14. n. 38. Kotar. Theolog. Regular. tom. 3. cap. 6. num. 13. & Benedictus XIV. Instit. Eccles. 105. §. 2. numer. 75.*

Nihilominus plura remansere Monasteria, quæ quamvis clausuræ legi se haud subjecissent, alias tamen receperunt, & recipiunt etiamnum.

Non desistit autem Ecclesia semper, ac occasionem habuit differendi de hinc Monasteriis sine clausura, declarate quod ea tolerabat, non item improbat. Nec certe potest ipsa approbare, nisi supra allegata Constitutio 8. S. Pii V. abroge-

tur; nam ad trames hujus constitutionis si hodie reperiantur, ut inquit, Rotarius loco mox citato, Tertiaria collegia, liter viventes, debent impediri, supprimi, & annullari, nisi professionem emittant cum quarto voto perpetuæ clausuræ.

Ex hoc autem quod monasteria hæc sine clausura ab Ecclesia tolerantur dumtaxat, nequaquam vero approbantur, manavit, ut ea non amplius reputentur pro locis Religiosorum, adeoque non gaudeant exemptione illa a jurisdictione Episcopi, qua gaudent Ordines, quos profitentur.

Ita primum presinitum fuit a S. Congregatione Episcoporum, & Regularium negotiis præposita in generalibus decretis anno 1616. publicatis, ut patet ex §. 3. eorumdem.

Et ita in casibus particularibus rescribere Sacra Congregationes, ut eas laudando, & sequendo tradunt *Card. Petra in comment. ad Const. Apostol. const. 15. Martini V. num. 19. & seq. Nicol. in Foscul. Verb. Clausura n. 38. Pajec. in Prax. Episc. p. 2. cap. 3. art. 7. num. 13. Matheuc. in Offic. Curia cap. 52. n. 6. Bened. XIV. in 6. Eccles. 29. n. 13. & rursus Instit. Eccles. 105. §. 2. n. 75. & duob. seq.*

Hæc Ecclesiæ disciplina invariata mansit usque ad san. m. Benedictum XIII. At hic in constitutione, cui initium est: *Paterna*: denuo hæc Monasteria sine clausura subiecti Superioribus Regularibus ipsorum, eximitque jurisdictione Episcoporum.

At placuit Clementi XII. anno 1732. in Constitutione, quæ incipit: *Romans*: revocare constitutionem illam Benedicti XIII. Quam Constitutionem Clementis XII. ob oculos habens Benedictus XIV. *Quum hæc ita se habeant*, inquit, *Instit. Eccles. 105. §. 2. num. 79. & seq.*, res tota ad eos limites restituenda est, quibus ante Benedictum XIII. continebatur; & quos antea recensimus. Itaque redditur, Episcopo præsertim auctoritas, quam in has Tertiarias exercebat.

Reque ipsa consentaneæ ad mox dictam Constitutionem Clementis XII. novissime Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium negotiis præfecta in *Constantien. 14. Decembr. 1759.* Ordinario subiectum declaravit Monasterium sine clausura, oppidi Ravenisurgensis, tamen si profiteretur ipsius tertium Ordinem divi Francisci.

ARTICULUS IV.

Moniales quoad ea, quæ concernunt accessum ad earum Monasteria, & locutionem cum eis.

Accessus ad Monasteria Monialium sine rationabili causa est prohibitus omnibus, siue Laicis, siue Clericis; *cap. Monasteria 8. de vita. & honestate Clericorum*, ibi: *Monasteria Sanctimonialium si quis Clericus sine manifesta, & rationabili causa frequentare presumpserit, per Episcopum arceatur, & si non desiterit, ab Officio Ecclesiastico reddatur immunis, (id est suspendatur); Et si Laici, Excommunicationi subdantur, & a Coetu fidelium sunt penitus alieni; cap. Periculoso unic. de statu Regul. in 6. ibi: Nalique aliquatenus inhonestæ perione, nec etiam honestæ, nisi rationabilis causa existat, ac de illius, ad quem pertinet, speciali licentia ingressus, vel accessus pateat ad eandem.*

Et talis Constitutio Bonifacii VIII. in dict. *cap. Periculoso* fuit innovata a Concilio Tridentino *sess. 25. de Regul. & Monial. lib. cap. 5.* ibi: *Bonifacii VIII. Constitutionem, quæ incipit periculoso, renovans Sancta Synodus &c. & a S. Pio V. in Constit. incip. Circa Pastoralis Officii*, ibi: *Quam nos auctoritate Apostolica etiam approbamus, & innovamus in omnibus, & per omnia, ac illam districte observari mandamus.*

Accessus ad Monasteria Monialium non sumitur materialiter, sed formaliter, id est intelligitur, & sumitur aditus non quidem simpliciter ad Monasteria Monialium materialiter, seu pro muris, & parietibus sumpta, sed aditus, & accessus ad ipsas Moniales causa illas visitandi, aut alloquendi, ac proinde in citatis Juribus non prohibetur accessus ad earum Ecclesias, sed ad illarum colloquia, & aspectum sine rationabili causa, & legitima facultate, quod satis clare patet ex cit. *cap. Periculoso*, dum ibi loco *Monasterii* dicitur ad

eadem, scilicet Moniales, ibi, Nulli... accessus pateat ad easdem; Sic Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. libr. 1. cap. 10. num. 24. Sanchez lib. 6. Moral. cap. 16. n. 112. Rodriq. tom. 1. q. 45. art. 2. §. Advertendum, Bonacina de Clausura q. 3. p. 101. n. 1. & 2. Pellizar. de Monial. cap. 5. sect. 5. n. 195. Donat. prax. rer. Regular. tom. 4. tract. 6. numer. 1. & 2. & alii passim.

4 Accedentes ad Moniales sine rationabili causa, & legitima facultate, sive sint Sæculares, sive Ecclesiastici, ordinarie peccant mortaliter; Rodriq. loc. cit. art. 4. Miranda de Monialib. q. 4. art. 1. Bonacina loc. cit. p. 3. n. 1. Pellizar. loc. cit. num. 199. D. Cajetanus de Alexandris in Confessorio Monialium cap. 7. §. 10. q. 2. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. libr. 1. cap. 10. n. 27. Tamburin. de Jure Abbatissar. dis. 25. q. 6. in principio, & alii; De ratione enim Legis est, ut in materia gravi obliget sub mortali, ut tradunt communiter Doctores in materia de Legibus; Constat autem, quod Lex prohibens accessus ad Moniales ex genere suo est de re gravi, ut colligitur ex gravitate finis in ea intenti; Unde accessus ad Moniales potest ab Ordinario fieri casus reservatus, ut decrevit S. C. Episc. & Regul. in Bonon. 26. Octobr. 1604. Immo potest ab ipsis prohiberi sub poena Excommunicationis lætæ sententiæ, ut decrevit S. Congr. Conc. in Viterb. 26. Jun. 1627. & S. C. Episc. in Urbinate. 10. Maji 1663. & in una Civitatis Castellæ 16. Januarii, & 10. Julii 1699.

7 Notanter autem dicitur, quod peccant mortaliter ordinarie, quia ordinarie accedentes ad Moniales sine rationabili causa, & legitima facultate, solent accedere cum scandalo, seu turpi fine, aut contemptu Superiorum; At vero, si accedant tantum semel, aut iterum, seclusis dictis circumstantiis, peccant solum venialiter, ut docent Sanchez in Summa lib. 6. cap. n. 119. Lezana tom. 1. cap. 25. num. 36. Sanctorus in Const. Min. cap. 11. statut. 7. q. 1. Navarrus, Llamaz, Rodericus, & alii plures.

8 Patres, & Matres Monialium possunt eas licite alloqui sine licentia, non tamen diebus prohibitis. S. Congr. Episc. & Regul. 15. Januar. 1616. apud Gavant. in Manual. Episc. verb. Monialium collocutio n. 7. Item etiam Filii Monialium possunt proprias Matres licite alloqui sine licentia. Ead. Sac. Congregat. Episcop. 15. Martii 1619. apud eundem ibidem num. 8.

10 Item Fratres & Sorores Sæculares possunt sine licentia diebus non prohibitis alloqui suas Sorores Moniales. Ead. S. C. 20. Septem. 1593. apud Eminentiss. Bellarm. in suis Declarationibus ad Decreta S. Conc. Trid. sess. 25. cap. 5. de Regular. & monial. ibi. E che li Padri, e Madri, Fratelli, e Sorelle carnali, suoni però della Quaresima, e dell'Avvento, e delli giorni che le Monache si communicavano, possono senz'altra licentia parlare con le loro figlie, e sorelle una volta la settimana solamente.

11 Unde advertendum est, quod prohibitio alloquendi Moniales non solent comprehendere Sæculares conjunctos in primo, vel secundo gradu, ut decrevit Ead. S. C. in Verulana 10. Febr. 1599.

12 Regulares autem nunquam possunt Moniales sibi conjunctas, aut alias intra Clausuram degentes alloqui sine Ordinarii licentia; S. C. Episc. & Regul. 12. Kalend. Decemb. 1623. & 6. Novemb. 1641. & 23. Julii 1649. Immo Episcopus non potest concedere Regularibus licentiam alloquendi Moniales, aut alias intra clausuram degentes, nisi sint ejus conjunctæ in primo, vel secundo gradu, & quater tantum in anno pro die, & hora certa, & extra Adventum, & Quadragesimam, Feriam sextam, Sabbatum, Vigiliis, & dies Festos; Quæ licentia subscribi debet etiam a Superiore Regulari pro Monialibus sub Regularium gubernio existentibus, item registrari, & Confessario consignari, qui assistat cum auctoritatricibus; Ita expresse Sacra Congregat. Episcop. jussu Urbani VIII. 12. Kalend. Decemb. 1623. in Decreto reformativo alterius decreti jussu Sixti V. editi, ubi prohibebatur Regularibus Moniales alloqui sine expressa licentia ejusdem Sacre Congregationis, quæ Decreta, ut ab omnibus commo-

13 de legi possint, hic ad litteram dantur.

14 Decretum Sacre Congregationis Episcop. & Regul. super accessu Regularium ad Monasteria Monialium jussu Sixti V. editum Nonis Maji 1590.

15 Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Cardinales Sacre Regularium Congregationi ad occurrendum scandalis,

quæ contingere possunt, aliisque justis, & rationabilibus causis animi pie moventibus, de speciali, & expresso mandato S. D. N. Sixti Divina Providentia Papæ V. vivæ vocis Oraculo eis factò decreverunt, & mandaverunt, nulli posthac Religioso cujuscumque Ordinis, Gradus, Qualitatis, & Dignitatis existat (Superiore, cui Monasterii, seu Domus cura incumbit, Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque Ordinario, & Extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) licere absque licentia expressa ejusdem Sacre Congregationis accedere ad Monasteria, seu Domus quarumcumque Monialium, vel Sororum, sive sui, sive alterius cujusvis Ordinis, ad colloquendum, sive tractandum cum eis; quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra Clausuram existentibus mitti contigerit, prohibuerunt, ne dicti Religiosi, ullo quæsitore colore, Moniales, Sorores, aut quamlibet personam, intra Clausuram degentes, alloqui possint. Quæ omnia, & singula sub poenis privationis Officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendis, aliisque ejusdem Congr. arbitrio præceperunt inviolabiliter observari.

15 Decretum ejusdem Sac. Congr. Episcop. & Regul. jussu Urbani VIII. editum 12. Kal. Decemb. 1623. quo illud Sixti V. jussu editum moderatur.

Cum alias de anno 1590. per Sacram Cardinalium negotiorum Regularium Præfectorem Congregationem de mandato fel. rec. Sixti Papæ V. circa accessum Regularium cujuscumque Ordinis ad Monialium Monasteria, fuerit decretum, quod nulli Religioso cujuscumque Ordinis, Gradus, Qualitatis, & Dignitatis existat (Superiore, cui Monasterii, seu domus cura incumbit, Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque Ordinario, & Extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) liceat absque licentia expressa ejusdem Sacre Congregationis accedere ad Monasteria, seu domus quarumcumque Monialium, vel Sororum, sive sui, sive alterius cujusvis Ordinis, ad colloquendum, sive tractandum cum eis; Quod si aliquando, mandato sui Superioris, aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra Clausuram existentibus, mitti contigerit, ne dicti Religiosi ullo quæsitore colore, Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam personam, intra Clausuram degentes, alloqui possint, sub poena privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendis, aliisque ejusdem Sacre Congregationis arbitrio; fueritque postmodum declaratum, etiam Equites S. Joannis Hierosolymitani sub eodem decreto comprehendendi, & quocumque contrafacientes, ab alio, quam ab Apostolica Sede, aut a Sacra Congregatione absolvi, & rehabilitari non possent; Amplissimi ejusdem Sacre Congregationis Patres Decreta hujusmodi innovanda, & inviolabiliter observanda statuerunt. Verum, quia experientia compertum est, interdum ob pias, & rationabiles causas, easque (ita ferente casu) repentinas, ut ab eadem Sacra Congregatione licentiam expectari, summe incommo-

dum, vel inutile sit Regularibus supradictis colloquendi cum Monialibus sibi attentibus, necessitatem obvenire, facto verbo cum Sanctissimo Domino Noistro Urbano VIII. & de Sanctitatis Suae expresse ordine, & mandato, facultatem tribuerunt in posterum Locorum Ordinariis, ut quantum sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno, cuicumque Regulari, ut Moniales sibi in primo, & secundo tantum consanguinitatis gradu conjunctas convenire, & alloqui possint. Id vero non aliter, quam servata forma infra scripta ad unguem; ut id nullo modo liceat diebus Festivis, aut in Adventu, Quadragesima, Feria sexta, Sabbato, & Vigiliis; prædictæque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectet eam concedere, assignetur Confessario Ordinario Monasterii, qui penes se retinere debeat, ilque associet, & præsens sit, & auctoritates de more, non autem alias assistant, prædictæque licentia pro die, & hora certa, & inscriptis conce-

15 datur.

16 datur, in liberisque Cancellariæ ejusdem Ordinarii adnotetur. Quod, si prædicti Locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, ut aliter, quam servata forma supradicta, licentias conceperint, vel permisserint, sciant se intentionis Sanctissimi Domini Noistri, & Sacre Congregationis transgressores, judiciumque reverterentur: Regulares autem poenis in supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinissent, eo ipso se noverint esse addictos, & arbitrio Sacre Congr. severius puniendos. Roma 12. Kalend. Decemb. 1623. Vide tamen infra n. 19. ubi videtur permissum Episcopis, ut talem licentiam Regularibus concedere possint.

16 Regulares absque legitima facultate alloquentes Moniales, aut alias personas intra Clausuram degentes, etiam ab Episcopi Jurisdictione exemptas, & ipsis Regularibus subjectas, peccant mortaliter, quamvis alloquantur per solum quadrantes horæ cum dimidio, horologio arenario mensuratum, seu per quodcumque modicum temporis spatium, & transgressores possunt ab Ordinario, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, coerceri sub Excommunicationis, privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque contra Regulares accedentes sine licentia ad Monasteria Monialium statutis poenis, ut expresse declaravit Sacra Congregat. Concil. approbante Clemente IX. ut infra.

17 Die 11. Maji 1669. Sacra Congreg. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Trid. interpretum, habita notitia, quod nonnulli Regulares absque licentia Crates Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, præterentes non esse interdictum per breve tempus etiam usque ad quadrantes horæ cum dimidio, quod Horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliaque personas in clausura existentes, alloqui, & hanc opinionem tanquam tutam asserunt, dissimulant, & forsitan etiam scriptis evulgent, proprias graviter illaque, antes conscientias, & scandala confucentes, ad hujusmodi perniciosos errores eliminandos, opinionem prædictam improbandam, rejecerunt, ac damnans delaravit, Regulares cujuscumque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Instituti, etiam de quibus specialis mentio foret habenda, qui Monasteria monialium, quamvis ab Ordinarii Jurisdictione quomodolibet exempta, ac etiam ipsis regularibus subjecta, vel alias specialiter mentione digna, absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium, cum monialibus, aut aliis intra clausuram degentibus, peccare mortaliter, eoque sub Excommunicationis, privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque contra regulares accedentes sine licentia ad monasteria monialium statutis poenis, potest ab Ordinario tanquam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri. Et die 7. Junii ejusdem anni, facta relatione Sanctiss. fimo Domino Noistro, Sanctitas sua præsentem declarationem approbavit ac Typis dari, & servari jussit.

A. Cardin. Celsus Præfectus.

Loco * Sigilli.

S. Branciacius Archiepisc. Adrianopolis Secret.

18 Regulares sine legitima licentia alloquentes moniales, seu alias intra clausuram degentes peccant mortaliter, etiam si alloquantur ob bonum finem, ut expresse declaravit Sacra Congr. Concilii, ut infra.

Spoletana Accessus ad Monasteria.

19 Esti Sacra Congr. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum sub die 11. Maji 1669. aperte declaravit, Regulares, qui ad monasteria monialium absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium cum monialibus, aut aliis intra clausuram degentibus, peccant mortaliter, hancque declarationem Sanctissimus Dominus approbaverit, ac Typis dari, servarique jussit: Quia tamen nonnulli sunt, qui declarationem hujusmodi perperam interpretantur, verumque sensum subvertentes, varia fingendo sophismata, asserunt, accedentes ad bonum finem non peccare mortaliter, & declarationem præfatam non obligare sub mortali contendunt, ad omnem tollendam dubietatem resolvendum.

Primo. An Regulares accedentes ad colloquendum cum monialibus sine licentia Episcopi peccant mortaliter? Secundo. An peccant mortaliter saltem stante d. Declaratione Sacre Congregationis Concilii cum approbatione Sanctissimorum?

Die 26. Novemb. 1672. ead. S. Congr. ad utrumque respondit affirmative, etiam ex rationabili causa, quando non adest licentia &c.

P. Card. de Alteriis Præfectus.

Loco * Sigilli.

S. Archiepisc. Branciacius Episc. Viterb. Secret.

Regulares missi ad Crates Monialium pro munere prædicationis obeundo, peccant mortaliter, & incurunt Censuras, & poenas, si sine expressa licentia ad colloquendum, immediate post Concionem cum aliquibus, seu cum una tantum, omnibus aliis audientibus, immisceant sermones cum questionibus, vel dubiis spiritualibus, aut materiis ipsis Concionis, ut expresse declaravit Ead. Sacra Congr. Concilii, ut infra.

Edita vix Lege, statim illam eludere, malitia excogitavit; non ita pridem emanavit generale Decretum archiepiscopi sine prohibens colloquia Regularium cum Monialibus, quando jam super eo variæ interpretationes confingi coeperunt, alioquin nunc Bergomi suboriuntur: pro quarum resolutione supplicavit Confessarii Monialium querendo. Primo. An Regularibus missis ad Crates Monialium, pro munere prædicationis obeundo prohibita sit sub peccato mortali, Censuris, & poenis &c. immediate post cum ipsis Monialibus absque expressa licentia ad colloquendum immiscere sermones cum questionibus, vel dubiis spiritualibus, aut materiis ipsis Concionis?

Secundo. An talis prohibitio intelligatur tam de Collocutione cum aliquibus Monialium, quam cum una tantum, (omnibus tamen aliis audientibus) immediate post Concionem?

Die 21. Maji 1678. Sacra Congr. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad utrumque respondit affirmative. Et ad id facit novissima Constitutio Clementis XII. incipiens Romanus Pontifex: in qua revocata diversas facultates a Romanis Pontificibus per eorum vivæ vocis Oraculum, vel rescripta concessas, & terdecima revocata est sequens. XIII. Facultas Regularibus alloquendi Moniales etiam consanguineas, aliasque personas intra clausuram degentes, absque peculiari Superiorum, ad quos quomodocumque spectat, licentia. Unde caveant Regulares, ne sine tali licentia Moniales, aliaque personas intra clausuram degentes, alloquantur; cum prædictus Summus Pontifex inter alia id prohibeat: sub poena Excommunicationis, ac privationis Officiorum, Dignitatum, ac quorumvis Beneficiorum obtentorum, vocis activæ, & passivæ, necnon inhabilitatis ad audiendas Confessiones, & ad Officia, dignitates, & Beneficia hujusmodi in futurum obtinenda, ipso facto absque ulla alia declaratione per transgressores respectiva incurrenda, a quo non nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam quo ad Excommunicationem præfatam in mortis articulo constituti, absolutionis, dispensationis, seu rehabilitationis beneficium valeant obtinere. Sunt præcipua verba dictæ Constitutionis, a nobis per extensum allata sub verb. Oracula viva vocis.

Superiores Regulares, & Confessarii Monialium non egent licentia Ordinarii ad alloquendas Moniales suæ Curæ committas; Isti enim expresse excipiuntur in cit. Decretis editis jussu Sixti V. & Urbani VIII. ibi: Superiore, cui Monasterii, seu Domus cura incumbit, Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque ordinario, & Extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis; Et declaravit Sacra Congr. Episcop. in Mediolanen. 23. Novembr. 1592. ubi rescriptit. Commissario Apostolico Observanti: Che il soprascritto Decreto (cioè fatto sotto Sito V.) non comprende il Ministro delle Provincie, nè gli altri Superiori per quei Monasteri, che siamo sotto il governo, e cura loro. Et in Capuaquen. 27. Septembr. 1641. rescribens Episcopo, ut publicatum. Editum reformaret, ut infra: Essendosi voluto appresso la S. C. il Ministro Provinciale delli Osservanti di cote-

sta.

sta. Provincia di Principato, che V. S. abbia con suo editto particolare proibito sotto pena di scomunica riservata a se medesima, che nessuna persona Secolare, e Regulari, ancorché sia Confessore, o Superiore del Monastero di Gioia (soggetto alla detta Religione dell' Osservanti) o altro Ministro, o Operario necessario, possa andare a parlare alle Monache, e entrar in Clausura, eziandio per amministrare li Sacramenti, o in altri casi di necessità, senza sua licenza; Quelli E. E. miei Signori mi hanno ordinato di scrivete, che se bene gli Ordinarij de' Luoghi possono sottoscrivere le licenze di parlar alle Monache, ed entrar in Clausura de' Monasterj anco soggetti a Regulari, ancorché per il passato siano state solite sottoscrivere da Regulari solamente, come pretende esso Ministro, ciò si deve fare congiuntamente con l' stesso Superiore Regulari, e non s'intenda delli Confessori, o Superiori delli Conventi de' Frati, che han cura del Monastero: perchè, come potrà vedere da se stessa nel Decreto stampato (& est verisimile eidem fuisse transmissum illud sub Sixto, vel Urbano) che se li manda qui aggiunto, dotti Superiori, e Confessori sono eccettuati nella proibizione fatta dalla Sacra Congr. sopra l' accesso de' Regulari a' Monasterj di monache; onde V. S. potrà riformare il suo Editto in questa conformità, per non darli occasione di guallo richiamo, che così la Sacra Congr. m' ha commesso di significarle, e Dio la preservi. Il Card. S. Onofrio.

24 Et haec procedunt, tam de Superiore Provinciali, quam Locali, cui cura Monasterii incumbit, ut clare ex verbis decreti in dict. Caputaquen. ibi: O Superiori delli Conventi de' Frati, che han cura del Monasterio: & ex verbis Decreti in d. Mediolanen. ibi; Non comprende il Ministro delle Provincie, nè gli altri Superiori per quei Monasterj, che stanno sotto il governo, e cura loro.

25 De Vicario autem Conventus Eadem Sacra Congregatio per Episcopum Ripanum consulta sub die 1. Septembr. 1617. declaravit expressè, Vicarium Fratrum absque Apostolicæ Sedis licentia Moniales alloquentem in poenis in Decreto generalis contentas incidere, dummodo idem Vicarius in Prioris absentia ejusdem Prioris Officii munus non obeat; Sic refert Barbosa lib. 1. Juris Ecclesiastic. univers. cap. 44. num. 265. Ubi addit, quod factum Decretum locum non habet in Gallia, ubi Moniales clausuram non observant, ac proinde Fratres alloquentes in eo Regno Moniales extra clausura, poenas non incurunt, ut Ead. Sacra Congr. declaravit, & rescipit Generali Capucinorum sub die 15. Martii 1594.

27 Sub Decretis, quibus prohibetur Regularibus accessus ad Monasteria, comprehenduntur etiam Equites Melitenfes, ut pote veri Regulares; Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Tranen. 28. Jan. 1603. & in Decreto generali jussu Urbani VIII. ab eadem Sacra Congregatione Episcop. & Regul. edito 12. Kal. Decembr. 1623. ibi: Fueritque postmodum declaratum, etiam Equites S. Ioannis Hierosolymitani sub eodem decreto comprehenduntur. Unde Episcopus potest procedere contra Equites Hierosolymitanos, seu Melitenfes, si accedant ad Monasteria Monialium contra formam dicti Decreti generalis; ut resolvit Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Parmen. 29. Augusti 1614. & antea in una dict. Religiosis 18. Februarii 1605. ac etiam in Neapolitana 12. Julii 1599. apud Nicolium in Florent. verb. Hierosolymitani num. 5. ubi num. 6. assertit alia Decreta de eorum punitione in Jaunen. 14. Augusti 1584. & in Cosentina 21. Julii 1640.

29 Episcopus potest imponere Censuras, aliasque poenas non solum contra Regulares, sed etiam contra omnes Clericos, & Sæculares accedentes sine legitima facultate ad Moniales; Sacra Congr. Concil. in Viterbien. 26. Junii 1627. & S. C. Episcop. in Vrbinate. 10. Maii 1663. & in una Civitatis Castell. 16. Januar. & 10. Julii 1699. argum. cap. Monasteria 8. de vita, & honestat. Clericor.

30 Episcopus potest imponere Excommunicationem latæ sententiæ sibi reservatam, non solum contra quoscunque accedentes ad Moniales, sed etiam contra Moniales ipsas colloquentes cum illis, etiam pro Monasteriis exemptis, & subiectis Regularibus, a qua Excommunicatione nequeant Superiores Regulares absolvere, neque suos subditos, seu subditas incurtas, ux expressè declaravit Sacra Congr. Concilii in Viterbien. 26. Junii 1627. in Decreto allato per extensum artic. antecedent. num. 94. & in Auximana 26. Junii 1658. apud Monacell. part. 2. tit. 15. formul. 15. num. 16. Ubi addit, quod Sacra Congr. Episcop. in Anconitana 8. Novemb. 1585. decrevit, quod Episcopus possit accedere ad Moniales prohibere etiam sub poena corporis afflictiva.

Decreta interdientia alloquutionem cum monialibus comprehendunt etiam Abbatissam, ut pro quiete, & utilitate monialium Urbis decrevit Alexand. VII. Constitut. incip. Sacrosancti, in qua aperte declarat, quod sub nomine monialium in hac materia locutionis veniunt Abbatisse, Priorisse, Officiales Monasterii, & absolute censuit Sacra Congr. Concilii de anno 1654. Quæ ad dubium propositum per Committarium Generalem Ordinis Minorum S. Francisci: „ An Regulares ad dicta Monasteria accedentes, & cum Abbatissis, & alloquentes, incurunt poenas in eisdem Decretis insertas, quas incurunt Regulares, qui accedunt & loquuntur cum aliis monialibus, ? Respondit: Regulares alloquentes cum Abbatissa incurvere easdem poenas, lib. 19. Decretor. pag. 425. apud Monacell. part. 2. tit. 15. formul. 15. num. 17.

Subcollectores accedentes ad colloquendum cum monialibus sine legitima licentia incurunt easdem poenas; Sacra Congr. Concilii in Taurinen. & in Hipporegien. 13. Maii 1628. Judges non possunt sine legitima licentia accedere ad colloquendum monialium ad interponendum Decretum in contractu Puellæ Sæcularis exilitatis in Monasterio, alias multari possunt etiam poena pecuniaria; Sacra Congr. Concil. in Anconitana 18. Novemb. 1645. lib. 17. decret. pag. 525.

Episcopi, alique Prælati, dum extra suam Diocesim feruntur, non possunt licite accedere ad moniales sine licentia Ordinarii loci, & Superioris illarum, & si accedant, incurrunt in poenas latas contra hujusmodi alloquentes sine dicta licentia; Tales enim extra proprium Territorium censentur quoad hoc, ut perlonæ private, sicuti Præfès extra suam Provinciam; Ita ex multis tenent Donat. prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 6. quæst. 23. Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 25. quæst. 2. D. Cajetanus de Alexandris in Confessorio Monialium cap. 7. §. 10. quæst. 6. ubi refertur sic decrevisse Sacra Congregationem Concilii in Baren. 20. Martii 1619.

Canonici Cathedralis, & Capituli Exempti accedentes ad Moniales sine legitima facultate incurunt Censuras, & poenas: ab Ordinariis latas contra hujusmodi accedentes sine licentia; Sperell. decis. 21. num. 58. cum pluribus aliis ibi citatis, D. Cajetan. de Alexandris loc. cit. quæst. 8. cum aliis ibi adductis, & alii passim; Episcopus enim in hac materia ex adductis decretis procedit, ut Sedis Apostolicæ Delegatus, & omnes sibi subijcit, etiam Privilegiatos, & Exemptos; Et sic expressè decrevit Sacra Congr. Episcop. in Lucensi 19. Januarii 1618.

Peregrini, & Advenæ si sine licentia loquantur cum Monialibus, incurunt Censuras, & poenas latas ab Ordinario contra hujusmodi alloquentes, quia Episcopus in concernentibus materiam Clausuræ Monialium procedit, ut Sedis Apostolicæ Delegatus, non solum quoad loca, sed etiam quoad personas, ut patet ex declaratione Sacra Congr. Concilii 20. Martii 1619. allata supra num. 34. Adeoque Peregrini, & Advenæ in concernentibus materiam clausuræ subijciuntur æque Episcopo, ac subijciuntur Sedi Apostolicæ, & contemner tenentur servare Edicta Episcopi prohibentia accessum ad Moniales, non secus, ac si essent edita a Papa, & si contrafaciant, incurunt Censuras, & poenas ab ipso latas; Sic absolute tenet D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. qu. 10. Donat. loc. cit. quæst. 22. num. 2. & alii contra Dianam, Pellizarium, & alios, & sic decrevit Sacra Congr. Episcop. in Tranen. 13. Julii 1618.

Pauperes ostiatim mendicantes, si accedant sine expressa licentia ad Moniales causa querendi elemosinam, seculo dolo, & scandalo, non incurunt dictas censuras, & poenas, quia præsumunt accedere ex tacita licentia Episcopi, & in ipsorum brevissimo, & transeunte accessu cessant cause finales, ob quas est facta hujusmodi prohibitio, & sic servat usus, & praxis communis; Sic Donatus loc. cit. quæst. 25. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. quæst. 14. Pellizarius loc. cit. cap. 5. num. 212. Sic etiam dictas censuras, & poenas non incurunt famuli, & famulæ sine expressa licentia deferentes munuscula ad Moniales iussu suorum Dominorum, seu Dominarum, dummodo id faciant sine dolo, & scandalo, quia tales tenentur iussu Dominis obedire, & pro similibus casibus præsumitur licentia tacita Episcopi loci; Donat. loc. cit. q. 27. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. qu. 14. Pellizarius loc. cit. num. 113. & alii.

Non debet permitti Magistris accessus ad Monasteria ad effectum intruendi Moniales in sono, & cantu, ut expressè declaravit Sacra Congr. Episcop. 13. Septembr. 1583. his verbis: „ Non

Non permittatur accessus Sæcularium ad Monasteria Monialium sub pretextu eas docendi sonum cymbalorum, aut aleritius instrumenti, aut musicam, vel cantum etiam ad Crates, & sic refertur Pignatell. tom. 6. consult. 85. numer. 216. Gavant. in Manual. Episcop. verb. Monialium collocutio num. 4. Donat. loc. cit. quæst. 26. Et Nicolius in Florent. verb. Musica num. 5. sic habet expressè: „ Non conceditur, quod Moniales possint a Viris doceri, neque cantum, neque sonum, neque ad Crates, neque ad Portas, & Sacra Congr. Episcop. in Agrigentina 23. Aprilis 1602. & in Parmen. 8. Maii, & in Regien. 13. Julii ejusdem anni, in Maceraten. 17. Februarii 1603, in Messanen. 10. Junii, & in Anconitana 15. Septemb. ejusdem anni, in Neapolitana 8. Novemb. 1604. & 5. Julii 1647. Nisi brevi tempore pro cantu Gregoriano; Ead. Sacra Congr. Episcop. 2. Augusti 1647. 15. Januar. 1649. 21. Januar. 1650. apud eundem loc. cit. num. 5.

Non debet permitti Hebræis accessus ad Moniales; Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Ravennaten. 26. Novemb. 1594. apud Nicol. in Florent. verb. Hebræus, num. 2. his verbis: „ Non permittatur Hebræis accessus ad Moniales, & accedentibus sine licentia infligatur exilium a Civitate, & Diocesi. Moniales Regularibus subiectæ alloquentes cum Regularibus etiam ejusdem Ordinis licentiam legitimam non habentibus incurunt poenas, & Censuras a Conciliis Provincialibus, vel Edictis Episcopalibus in similibus appositas ex Bulla Gregorii XV. de exemptorum Privilegiis incip. Inscrutabili. Sic Sacra Congr. Concilii in Veronen. 29. Januarii 1633. in respons. ad 1. dub. apud Barbosa in Summa Apost. decis. verb. Moniales alloquenti prohibito n. 9. Vide supra n. 30.

Regulares inveniunt alloquentes Moniales absque legitima licentia possunt ab Episcopo poena carceris puniri, ut expressè decrevit Sacra Congr. Concilii in Faventina 7. Martii 1617. & iterum de anno 1624. sub Urbano VIII. ad dub. 14. ubi cum quæreretur: an posita dicta Constitutione (scilicet Gregorii XV. de exemptorum Privilegiis incipient. Inscrutabili) Regularis absque legitima licentia accedens ad Monasterium Monialium Regularibus subiectarum, ibique fano in loco colloquii destinato cum Moniali colloquens, & Dioc. Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri, & puniri possit? Sacra Congr. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit posse. Quam Congregationis Sententiam Urbanus VIII. ad se relata approbavit, & postremo idem sancivit die 11. Maii 1669. approbante Clemente IX. Vide supra num. 16. & 17. ubi datur Decretum per extensum.

Loquens cum Moniali de Domo propinqua, aut via publica sita prope Monasterium probabiliter incurrit Censuras, & poenas latas contra accedentes ad colloquendum cum Monialibus, quia principaliter, & per se primo prohibetur collocutio, accessus vero per accidens; finis enim hujusmodi accessus est collocutio, qua reddita impossibili, non est, qui desideret ad Moniales accedere. Sic recte Donatus loc. cit. quæst. 15. num. 2. Graffius tit. 1. cons. 22. de excommunicat. num. 23. Henriquez tit. 13. cap. 26. num. 22. Verricell. tract. 8. quæst. 66. num. 20. Felix Poteita tom. 1. part. 2. num. 1475. Paqualigus in Laurent. numer. 1124. Merol. & alii contra Diana part. 2. tract. 2. de dub. regular. resol. 48. Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 25. quæst. 8. num. 1. Pellizari. de Monial. cap. 5. num. 214. D. Cajetan. de Alexandris loc. cit. §. 10. quæst. 1. & alios.

Item dictas Censuras, & poenas incurrit loquens cum Moniali per nutus, & signa, quia conceptus mentales, & animi passiones exprimuntur, & aleri significantur, ne dum externa voce articulata, sed etiam signis, & nutibus, ut patet in mutis, & surdis. Sic recte Graffius de casibus reservatis lib. 2. cap. 5. num. 33. Tamburin. loc. cit. in respons. ad tertium: Merola tom. 1. disp. 1. cap. 2. de voluntario 3. difficult. 593. & seq. Diana part. 3. tract. 2. de dub. regular. resol. 48. Donat. loc. cit. quæst. 14. num. 2. D. Cajetan. de Alexandris loc. cit. quæst. 1. & plures alii, quos refert, & sequitur Philipp. de Privileg. inorant. in appendic. ad cap. 4. num. 284.

Item dictas Censuras, & poenas incurrit, qui per interpositam personam loquitur in præsentia Monialis audientis, & per eandem interpositam personam respondentis, quia id in effectu idem est, ac si cum ipsa Moniali colloqueretur; Loqui enim per se, & per interpositam personam paria sunt quoad effectum intentum. Bordon. resolut. 7. numer. 70. Ver. Biblioth. Ferrar. Tom. V.

ricel. tract. 8. quæst. 66. num. 21. Donat. loc. cit. quæst. 14. num. 3. & seq. Lezana in Summa verb. Moniales numer. 20. Graffius loc. cit., & alii contra Diana loc. cit. Pellizarium loc. cit. num. 215.

Item dictas Censuras, & poenas incurrit, qui loquitur cum Moniali audiente, sed non respondente, quia de ipso verificatur, quod vere cum Moniali loquatur, sive ipsa Monialis respondeat, sive non; Verum tamen est, quod dictas Censuras, & poenas in tali casu non incurrit Monialis audiens, & tacens, sicuti nec incurrit, qui Monialem sibi loquentem audit, & nihil respondet, quia Censura, & poena est imposita contra loquentes, & non contra audientes. Graffius tom. 1. cons. 22. de excommunicat. num. 30. Diana loc. cit. Tamburin. loc. cit. in respons. ad Secundum, Verricell. loc. cit. num. 24. Paqualig. loc. cit. num. 1123. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. quæst. 1. & alii.

Item dictas Censuras, & poenas incurrit, qui contra Legem municipale, seu Diocesanam id prohibentem, litteras, scribit ad Moniales; unde attendendæ sunt Constitutiones particulares Diocesium, & Edicta Episcoporum, nam in aliquibus Diocesium, ut in Neapolitana, & aliis adesse prohibitio sub Excommunicatione. Secus autem est dicendum pro illis Diocesium, ubi non adeit talis particularis prohibitio; Donat. loc. cit. quæst. 10. cum pluribus ibi citatis, & confirmat Synodal. Neapolitana ibi adducta sub n. 5. & alii passim; Decreta enim Generalia loquuntur solum de accedentibus ad Moniales alloquendas, non autem de scribentibus ad ipsas: Alloqui enim est quid dixerunt a scribere, & a diversis non fit illatio. Bonacina de censura quæst. 3. punct. 2. num. 3. Diana loc. cit. resol. 48. Navarr. Comm. 4. de Regularib. num. 61. Sanchez lib. 6. moral. cap. 16. num. 117. Rodriguez tom. 1. quæst. 45. artic. 3. Nicol. de Monialib. quæst. 4. artic. 5. Tamburin. disp. 25. quæst. 10. Barbosa de Offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 102. numer. 81. & alii.

Item dictas Censuras, & poenas incurrit, qui sine legitima licentia contra Legem municipale, & Diocesana loquitur cum Novitiis, Educandis, aliisque feminis intra clausuram degentibus. Donatus loc. cit. quæst. 17. Riccius 1. part. prax. decis. 647. Graffius lib. 2. de casibus reservat. cap. 53. & alii passim, & sic expressè habetur in cit. statut. Synodal. Neapolitan. ibi: Etiam cum Novitia, aut cura puellis, quæ educationis causa ibi commorantur. Et de facto Regulares sine legitima licentia loquentes cum prædictis etiam præcindendo a statuto Synodali, seu Edicto Episcopi incurunt poenas Decreti Sacra Congregationis jussu Sixti V. editi, ibi: Ne dicti Religiosi, ullo quocumque colore, Moniales, Sorores aut quamlibet aliam personam, intra clausuram degentem alloqui possint, & Constitutionis Gregorii XV. incip. Inscrutabili. ibi: Si deliquerint circa personas intra septa degentes, & Decreti Sacra Congregationis Concilii de anno 1659. 11. Maii approbati a Clemente IX. die 7. Junii ejusdem anni, & ejus jussu Typis dati, & servari mandati, ibi: Cum Monialibus, aut aliis intra clausuram degentibus. Vide supra n. 17. Decretum per extensum.

Licentiam concedere pro alloquendis Monialibus, & aliis personis intra clausuram degentibus pro Monasteriis Episcopo subiectis vel Sedi Apostolicæ, ad quem spectet? Vide art. anteced. a n. 85. ad 87.

Licentiam concedere pro Monasteriis exemptis, & Regularibus subiectis, ad quem spectet? Vide ibidem a num. 83. ad 93. cum proportionaliter idem dicendum sit de licentiam pro alloquendis Monialium, ac pro ingressu in clausuram.

Unde, ut notat Matthæucci Official. Curie Cap. Quoad allocutionem cum Monialibus num. 6. constat, & licentiam concedere non competere Regularibus private quoad Ordinarios, & Ordinarios licentia est semper necessaria ad licite Moniales etiam Regularibus subiectis alloquendas ex dispositione etiam Sacra Congregationis Episcop. & Regular. quæ apud Pignat. tom. 6. consult. 85. num. 31. die 29. April. 1594. censuit, quod Moniales Regularibus licet subiectas alloqui nemo possit absque licentia Episcopi, vel ejus Deputati, quod, & nuper declaravit Sacra Congregation. Concilii in Bononien. 17. Maii 1704. in responsione ad quartum, apud Monac. part. 1. tit. 15. formul. 15. n. 14. Vide supra n. 12.

Ubi licentia datur ab Episcopo, vel ejus Vicario, & Superiorio

periore Regulari, non licet Superiori Regulari talem licentiam alterare, addendo, vel aliquid adimendo. *Sacr. Cong. Concilii in Verulam. 29. Januarii 1633.* apud Barbofam in Summa Apofpific. decif. verb. Moniales alloquendi prohibito num. 11. ibi: Monialium Regularibus fubjectarum Superiores fubfcribentes pofit Epifcopum, vel ejus Vicarium licentias eorum, qui ad collocutoria accedunt, vel Claufuram ingrediuntur, non poflunt quid excludere, addere, vel adimere ex illis, quæ Epifcopus ipfe aut Vicarius pro cura, & bono regimine Claufuræ in licentis præfcribit, & apponit.

54 Pro quo advertendum, quod talis licentia pro Monafteriis in Civitate existentibus debent primo loco fubfcribi ab Epifcopo, feu ejus Vicario, & poftea a Superiore regulari; Pro Monafteriis autem existentibus extra Civitatem in Diocæfi debent priori loco fubfcribi a Superiore Regulari, & poftea a Deputato ab Epifcopo; Sic exprefle *Sacra Congr. Epifcop. & Regul. in Camerinen. 7. Martii 1617.* prout patet in ejus decreto per extenſum allato *artic. antecedent. num. 92.*

55 Edicta vero, quibus perſonis Sæcularibus ad eadem Monafteria Monialium prohibetur accessus, fubfcribenda, & publicanda funt a ſolo Epifcopo private quoad Superiores Regulari. Sic exprefle *Eadem Sacra Congregat. in diſc. Camerinenſi*, ibi: Edicto vero quibus perſonis Sæcularibus ad eadem Monafteria Monialium accessus prohibetur, ab Epifcopo dumtaxat fubfcribenda, & publicanda eſſe decrevit; & nuper fatuit etiam Sac. Congregation. Concilii in Hieracenſi Viſitatione 26. Jan. 1692. in reſponſione ad 13. apud Monacell. part. 1. tit. XI. *formul. 19. numer. 8.*

56 Regulares pro alloquendis Monialibus etiam ſibi ſubjectis in caſibus permiſſis indigent licentia Epifcopi loci, & ſui Superioris Regularis, ita ut utriuſque licentia debeat copulative concurrere. *Donatus loc. cit. tr. 6. queſt. 31. numer. 5. Matthæuc. Official. Cur. cap. 3. num. 18.* & conſtat ex Decreto Sacræ Congr. Epifcop. & Regul. juſſu Urbani VIII. editum, & allatum *ſupra num. 15.*

57 Regulares Confeſſarii, & Superiores ſeu Viſitatores, ſi alloquantur Moniales extra præſcribam officii ſui neceſſitatem incidunt in penas privationis Officiorum, vocisque activæ, & paſſivæ. *Sac. Congregat. Epifcop. & Regular. in Ariminen. 22. Januarii 1576.* in Januen. 4. Maii 1618. *Li. 3.* cet non alloquantur ad malum finem. *Eadem Sac. Congr. Epifcop. in Pſeventina 26. Januarii 1624.* Nec poſſunt rehabilitari per ſuos Superiores. *Eadem Sacra Congr. Epifcop. & Regul. in una Venetiarum, & Nucernina 14. Decemb. 1604.* apud Nicolium in *Floſculis verb. Accessus n. 2.*

58 Habens licentiam loquendi cum una determinata Moniali non poteſt loqui cum aliis, ſicuti Monialis non poteſt loqui, niſi cum illa perſona, quæ in licentia nominatur. *Sacr. Congr. Epifcop. & Regul. in Comen. 16. Martii 1593.* Unde patet, quod licentia conſeſſa uni Regulari non extenditur ad ſocium, ut recte docent *Cotonius lib. 4. controuv. 7. n. 83. Matthæucci Official. Curia cap. 3. num. 11.* & alii contra alios; Et concordant alia Decreta ſupra allata, quæ prohibitionem alloquendi declarant in terminis univerſalibus negativis; ut *Nulli Religioſo, Nulli Regulari liceat &c. Nemo alloqui poſſit ſine licentia*, & hujusmodi. De ſocio enim verficaretur, quod loqueretur ſine licentia, adeoque &c.

59 * Iis, quæ jam diximus *ſupra n. 24.* addenda ſunt quæ tradit eruditiffimus P. Gaudentius de Janua in egregio ſuo Opere noviffime anno 1748. Romæ impreſſo *de Viſitatione cap. 4. dubit. 11. ſect. 5. num. 31.* ibi: Recolendum eſt itidem quod dictum fuit ſuperius *ſect. 4. num. 27.* a prohibitionem alloquendi Moniales exceptos eſſe Superiores, tum Provinciales, tum Locales, Confeſſariosque Ordinarios, ſimul & Extraordinarios pro tempore exerciti muneris; reſolutionem etenim ibi datam, impugnat Monacellus aliter ſentiens, & Confeſſariis, qui ſunt Presbyteri ſæculares, conſulens contrarium, quod nimirum Moniales extra actum Confeſſionis minime alloquantur; niſi aliqua neceſſitas, quæ bonum publicum Monafterii reſpiciat, urgeret; prout *part. 1. tit. IX. formul. 3. num. 11.* Confeſſariis vero Regularibus hoc idem diſtincte præcipiens deinde *form. 5. num. 1.* & 2. ex relato per ſe Decreto in Molana 21. Feb. 1617. quod ait reperiri in regeſto, ſed locum non citat; ubi factò quaſito: Num Confeſſarius Regularis Monialium, ejuſque Socius, Confeſſionis, & Sacramentorum adminiſtrationis caſibus ex-

ceptis, eadem Moniales abſque Sac. Concil. Congregationis licentia alloqui veſcant? Reſertur data reſponſio: Negative. Verum hic conſiderandum obvenit, declarationem hujusmodi emanatæ a Sacra Congregatione Epifcoporum, & Regularium: ſupra quo non reſertit Monacellus. At eadem Sac. Concil. Epifcop. ex motivo fortaſſe, quod nonniſi cum maxima difficultate mandatum hujusmodi a Superioribus, & Confeſſariis obſervandum foret, illud, quatenus prius editum ſuſtineatur, in poſterioribus Decretis revocavit; excipiendo a communi Decreto non alloquendi Moniales Superiores dictos, atque Confeſſarios tum Ordinarios Regularium, tum Extraordinarios reſpectively; atque præcipiens locorum Ordinariis, ne Superiores in caſu, Confeſſariisve ad Monafteria accedentes uſtatenus vexent; in Decreto ſcilicet edito 20. Jul. anno 1640. in Alexandrina; & in Littera data de anno 1641. 22. Novembris, Archiepiſcopo Amalphanò, ſicut, & in data prius Epifcopo Captaquen. ſub die 27. Septembris ejuſdem 1641. Quæ omnia poſuiſſet legere Monacellus apud Lantufcam V. Allocutio Monialium num. 7. prout plura legit, & citavit apud eundem, quoties ad ſuum interviant, & juvenit intentum. Poſſet adduci ſane Conſtitutio poſterior Alexandri VII. *Sacroſancta 50. in Bullar. tom. V. data ſub die 30. Martii 1658.* in qua prohibitio præſata, ſub præſentibus ibi taxatis, extenditur ad Confeſſarios Ordinarios, & Extraordinarios, Superiores item cuiuſcumque gradus, ſeu Viſitatores, tam Ordinarios quam Delegatos, qui extra actum Viſitationum, aut Confeſſionum reſpectively cum Monialibus, etiamſi Abbatibus, Prioribus, aut Officialibus Monafterii fuerint, colloqui præſumpſerint. Ubi notandum venit illud verbum præſumpſerint. Veruntamen Conſtitutio edita fuiſſe conſtat pro quiete, & uſilitate Monialium Urbis, Regularium cura ſubjectarum, ut inibi in titulo, & præambulo propter ſpecialia motiva ſolerti Pontifici nota, quæ ratione fortaſſe Monacellus, quem certe non latebat, eam allegare deſiit; licet Matthæucius ipſammet generaliter admittens *Offic. cap. 13. num. 6.* non advertat ſe contradicere ſententiæ, quam ſuſtinuerat *cap. 3. num. 13. Confeſſarios videlicet Superioresque in prohibitionem alloquendi &c. minime includi*; An vero etiam in Urbe Conſtitutio Sancta exactè obſervetur, non eſt meum inveſtigare. Porro, quod in aliquibus actionibus, extra actum viſitandi, atque audiendi Confeſſiones, valeant Regularium Superiores, & quoque Confeſſarii alloqui Moniales, nec non ad collocutoria accedere, invenitur decifum a S. C. C. recentius, in Mediolanen. 2. Julii 1738. ad primum dubium, videlicet quod Superior Regularis, vel ipſius Delegatus poſſit, & debeat intervenire contractibus per Moniales inſitos, eidem privative conſenſus præbere, abſque licentia, & interventu Protectorum, quatenus Moniales ſint Regularibus ſubjecta: *inter fol. pub. pag. 90.* quod idem probatum legitur in fol. ejuſdem Mediolanen. antea expoſita *ſub die 27. Maii ipſiuſmet anni pag. 82. §. Porro in fine.* Et quia forte prætendebant Epifcopi, ſive Ordinarii, Superioribus Regularibus in hujusmodi caſibus neceſſariam præbere licentiam; oppoſitum habetur itidem reſolutum in *Lycien. Clauſura 22. Septemb. anno 1742. ad dub. 18. & 19.*

60 Nempe, quod Regularis Superior in quibuſcumque contractibus, tam activis, quam paſſivis per Notarium in locutorii Monafteriorum ſuo Ordini ſubjectorum rogandis (ſalvo jure Epifcopi tribuendi licentiam pro rogatione eorumdem) poſſit intereſſe eidem contractibus, abſque licentia Epifcopi, & in abſentia Superioris Regularis, Confeſſarius remaneat Vicarius dictorum Monafteriorum: *inter fol. publ. ejuſdem ann. pag. 136. & ſeq. Hæc ille præciſis verbis. Vide tom. 8. in Appendic. ad Decreta SS. CC. ubi habentur omnia reſoluta dubia in dicta Lycien. Clauſura 22. Septemb. 1742.*

Hic obſervanda venit noviffima Encyclica Epiftoſa Benedicti XIV. ut ſequitur, Littera Circolare della Santità di Noſtro Signore Benedetto Papa XIV. Agli Arciveſcovi, Veſcovi, ed Ordinarij dello ſtato Eccleſiaſtico. Sopra l'acceſſo a' Monafterj delle Monache, che da alcuni ſi fa ſenza le opportune licenze.

61

62

63

64

65

66

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtoſica Benedictionem.

NON ſenza grave moleſtia dell'animo noſtro ci è ſtato da Perſone degne di fede reſerito portarſi alle volte i Prelati locali Governatori delle Città del noſtro Stato a' Monafterj delle Monache, e parlare ancora liberamente con eſſe, ſenza avere chieſta, ed ottenuta l'opportuna licenza de' Veſcovi, ed Ordinarij de' Luoghi contravenendo alle diſpoſizioni Sinodali, o Coſtituzioni Epifcopali nelle quali vien preſcritto ſotto le dovute pene il non accoſtarſi a' Monafterj delle Monache, e parlare con eſſe, ſenza le opportune licenze; e lo ſteſſo praticarſi anche da Prelati, e Governatori, che eſſendo Governatori d'una Città, per qualche loro contingenza paſſano per un'altra andando nella ſteſſa maniera a' Monafterj delle Monache: pretendendo tutti i predetti di fare quanto fanno, col fondamento d'eſſerſe eſtenti dalle particolari Coſtituzioni de' Veſcovi, ed Ordinarij, che proibiscono l'acceſſo alle monache ſenza le opportune licenze. Nè Noi abbiamo avuto difficoltà di preſtare ſede alle relazioni, ed eſpoſizioni, che ci ſono ſtate fatte; avendo pur troppo, mentre eravamo Veſcovo di Ancona, e governavamo come Arciveſcovo la Città di Bologna, ſtando a pie fermo in eſſa, veduto con noſtro grave diſpiacere ſuccedere così ſotto gli occhi noſtri poco, o nulla curando le noſtre ammonizioni, ancorchè fatte con qualche calore.

Non può negarſi, che nulla, o poco vi farebbe da fare, ſe ſi aveſſero preſenti le Riſoluzioni fatte da quelli noſtri Tribunali, ed approvate ancora da noſtri Predeceſſori; avendo eſſi penſato a tutto ne' tempi paſſati, ed avendo eſſi in altri tempi anche ſaviamente proviſo a tutto: ma perchè per lo più eſſe non ſi fanno, o ſe ſi fanno, ſi prende l'impegno d'operare a capriccio, reſta il peſo in chi attualmente governa di rimetterle nella memoria degli Uomini, ed inculcarne l'oſſervanza.

Ne' tempi paſſati non ſolo le Sacre Congregazioni coll'approvazione de' Sommi Pontefici noſtri Predeceſſori anno ſtabilito quanto era duopo in ordine agli acceſſi de' Regulari, che col fondamento della loro eſenzione pretendevano di potere andare a' Monafterj delle Monache ſotto poſte alla loro giurisdizione ſenza l'opportuna licenza del Veſcovo, come può vederſi nel noſtro Tratto de *Synodo al lib. 7. cap. 31. num. 7.* ove ſono indicate, e riſerite le accennate Riſoluzioni; Ma, alreſi anno penſato, e proviſo al caſo non che de' Prelati, e Governatori, ma de' Veſcovi, che o paſſano, o per accidente ſi ritrovino dimoranti in qualche altra Città, o Luogo ad altro Veſcovo ſotto poſto; ed anno determinato, che non poſſano andare a' Monafterj delle Monache, e parlare con eſſe, ſenza prima aver fatte le dovute parti coll'Ordinario del Luogo; e queſte individue Riſoluzioni ſono anche indicate dagli Autori moderni, come può vederſi nel *Pellizzario de Monialibus cap. 5. ſect. 5. numer. 210.* nel *Graziano diſcept. 192. numer. 1.* nel *Tamburino de Jure Abbatiffarum diſput. 25. queſt. 2.* e nel *Ferraris nella ſua Bibliotheca tom. 5. in verb. Moniales artic. 4. n. 34.*

La Cuſtodia della clauſura delle Monache viene commeſſa dalle diſpoſizioni Canoniche al Jus ordinario del Veſcovo locale ne' Monafterj a lui ſotto poſti, ed al Jus delegato ne' Monafteri eſtenti, come fu ſtabilito dal noſtro Predeceſſore Papa Bonifazio VIII. nel *Cap. Periculoſo, de ſtatu Mon. ubi n. in ſexto*, che fu rinnovato dal Sagro Concilio di Trento nel *cap. 5. ſect. 25. de Regularibus, & Monialibus*; effetto, e ſequela di queſta cuſtodia della clauſura è la proibizione, che veruno ſi accoſti ai Monafterj delle Monache, e parli con eſſe ſenza la dovuta permiſſione, e licenza del Cuſtode, il che porta ſeco, dover ciaſcheduno chiederle, ed ottenerla per poter andare ai Monafterj, e parlare colle Monache, e reſtare tutti ſotto poſti all'autorità direttiva della proibizione, come diſcorrono i citati Autori, e come ancora ſi deſume dalle paſſate Riſoluzioni. Queſte ſono da Noi pienamente approvate; e quando mai ve ne foſſe biſogno (il che non crediamo) anche per via di Nuova Legge, determiniamo non poter i Veſcovi, che ſono fuori della loro reſidenza, e andare ai Monafterj delle Monache ſituati in altre Dioceſi, e

parlare con eſſe, ſenza la dovuta licenza dell'Ordinario locale, e nemmeno potere i Viclegati, e i Governatori locali ancorchè Prelati, andare ai Monafterj delle Monache ſituati nel loro Governo ſenza la predetta licenza, nè tampoco ai Monafterj ſituati fuori del loro Governo in altri luoghi, ne quali abitaleſſero, o pe' quali in occasione di viaggio foſſero obbligati a paſſare.

Poc'anzi s'è detto, eſſere tutti queſti ſotto poſti all'autorità direttiva delle Coſtituzioni de' Veſcovi proibenti l'acceſſo ai Monafterj delle Monache ſenza l'opportuna licenza: perchè eſſendo i predetti eſtenti dalla loro giurisdizione ordinaria, reſtano eſtenti dalla forza coattiva della loro giurisdizione, ch'è lo ſteſſo che dire, dalle pene da eſſi impoſte contro i traſgreſſori, giuſta la riſpoſta del noſtro Predeceſſore Clemente III. nel *cap. A nobis 31. de ſententia excommunicationis*: Ed accio da queſta eſenzione non derivi qualche inconveniente, nel caſo di cui ſi tratta, ordiniamo, che quando mai in avvenire (il che non crediamo) ſuccedeſſe, che taluno de' ſopradetti andeſſe ai Monafterj delle Monache, e parlaſſe con eſſe ſenza la loro licenza contro lo ſtabilito ne' Sinodi Epifcopali, o nell'Epifcopali Coſtituzioni, o Bandi, ne diaſſero parte a Noi, o alla Congregazione de' Veſcovi, e Regulari, che non ſi laſciera di prendere le dovute miſure per vendicare l'autorità Veſcovile diſpregiata: E tanto più volentieri ci applichiamo a queſto temperamento, perchè lo vediamo abbracciato, e ſtabilito, nel caſo doverſi procedere dagli Ordinarij contra gli eſtenti, ed immediatamente ſoggetti alla Sede Apoſtoſica, dal noſtro Predeceſſore Giovanni XXII. nel *Cap. Cum Matthæus, de Hæreticis, nelle ſtravaganti communi*, e dall'altro noſtro Predeceſſore Eugenio IV. nel *Cap. Divina, de privilegiis, pure fra le ſtravaganti communi*. Ed ecco quanto abbiamo creduto neceſſario di dover fare. Reſta ora a Voi Venerabile Fratello, il conſervare nella voſtra Cancellaria queſta noſtra Lettera, notificarne il tenore nella maniera che crederete più propria a chiunque deve eſſere notificata, pubblicandola in quel modo, che vederete opportuno; ed invigilare per l'eſecuzione della medefima, mente Noi abbracciandovi, diamo a Voi, ed al Gregge alla voſtra cura commetto, l'Apoſtoſica Benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die trigeſima prima Octobris Milleſimo ſeptingentefimo quadragefimo nono, Pontificatus Noſtri Anno decimo.

Nova Additiones ex aliena manu.

Plures hic occurrunt queſtiones, eaque frequentiffimæ. Prima eſt, an Epifcopus, vel alter Superior Ordinarius concedere valeat Regularibus quibuſcumque, etiam non conjunctis in primo, & ſecundo gradu, licentiam alloquendi Moniales? Tractat inter alios hanc queſtionem P. Gaudent. a *Janua de viſitat. tom. 1. cap. 4. dub. 11. ſect. 4. num. 23.* & affirmativam tenet ſententiam. Præcipue ex hoc movetur, quod S. Congregatio Concilii interpretis anno 1669. & rursus anno 1672. decrevit, Regulares alloquentes Moniales, ſine licentia Ordinarii, puniendos eſſe ab eodem Ordinario; & peccare mortaliter. Hinc enim inferit d. Sacram Congregationem ſupponere, quod Ordinarius valeat Regularibus licentiam concedere alloquendi Moniales. Sed quidquid in utramque partem in hac queſtione dici poſſit, videtur amplectenda hæc affirmativa ſententia, attenda praxi: nam ubique fere locorum Ordinarii licentias hæc alloquendi Moniales concedunt Regularibus.

Altera queſtio eſt, an pœnæ ſtatutæ contra Regulares alloquentes moniales, ſine licentia Ordinarii, locum ſibi vindicent, ſi Regulares, ſine licentia Ordinarii Novitias, educandas; & intervientes, quæ in Monafteriis cum monialibus degunt, alloquantur? Affirmative autem cum *Auctore n. 49.* reſpondendum videtur, attentis Decretis anno 1623. & 1669. editis a S. Congregatione Concilii interprete, iſſique a S. Sede approbatis, in quibus diſertis verbis habetur, haud poſſe Regulares, ſine debita licentia, alloqui moniales, aut alias quolibet Perſonas intra clauſuram degentes; Meritoque *Pater Gaudentius a Janua de viſitat. tom. 1. cap. 4. dubit. 11. ſect. 4. n. 29.* reprehendit *Craſſum, Donatum, & Monacellum*

tenentes, sub prohibitione alloquendi moniales non venire Novitius.

7 Tertia quaestio est; An Ordinarius Regulares alloquentes Moniales punire possit alius penis, praeter illas contentas in Decretis SS. Congregationum? Et quidquid contradicat P. Gaudencius a Janna de visit. tom. 1. cap. 4. dubit. 11. sect. 4. num. 29. vertior videtur sententia affirmativa Monacelli formulae legal. pract. tom. 1. tit. 11. form. 18. n. 5. utpote innixa pluribus Resolutionibus Sacrarum Congregationum ab ipso allegatis; Et convenit etiam Auctor n. 42.

ARTICULUS V.

Moniales quoad ea, quae concernunt earum Confessarios, tam Ordinarios, quam Extraordinarios.

1 Monialium Confessarii non possunt eligi ab Universitate, nempe ab ipsis monialibus, sed eligi debent, & approbati ab Episcopo loci pro Monasteriis sibi subiectis; Sac. Cong. Episc. & Regul. in Lauretana 20. Sept. 1588. in Tusculana 25. Octobr. 1601. in Regien. 4. Septem. 1602. in Vallisoleana 26. Octob. 1604. Pro monasteriis autem Regularibus subiectis eligi, & deputari debent a suis respective Superioribus Regularibus; arg. ex Conc. Trid. sess. 25. de Regul. & Monialib. cap. 10. ex Clement. Dudum, de Sepulturis §. Statuimus, & ex Constit. Gregorii XV. incip. Inscrutabili; Sed tamen debent ab Episcopo Dioecetano idonei judicari, & approbati, ut expresse statuit Gregorius XV. in cit. Const. Inscrutabili, ibi: „ Confessores vero, sive Regulares, sive Saeculares, quomodocumque exempti, tam Ordinarii, quam Extraordinarii, ad Confessiones monialium etiam Regularibus subiectarum audiendas nullatenus deputari (scilicet per Superiores Regulares) valeant, nisi prius ab Episcopo Dioecetano idonei judicentur, & approbationem, quae gratis concedatur, obtineant.

2 Potest tamen Episcopus in aliquibus casibus deputare Confessarium Saecularem, seu Regularem etiam alterius Religionis monialibus exemptis, quando scilicet nulla ratione induci possunt, ut peccata sua Regularibus confiteantur; Sac. Cong. in Regien. apud Pignatell. tom. 8. consule. 53. n. 5. Vel si iniuste denegetur Confessarius a proprio Praelato; Ead. S. C. ex Naldo verb. Episc. n. 13. & sequitur D. Cajetanus de Alexandris in Confessario Monialium c. 6. §. 13. q. 1. Et quod Episcopus in casu negligentiae Superiorum possit deputare Confessarium Extraordinarium monialibus Regularibus subiectis, decrevit expresse S. C. Concilii in Cadurcen. 12. Julii 1658. ubi cum ad instantiam Monialium S. Clarae quaesitum esset: „ An habere possint Confessarium Extraordinarium ab Episcopo Dioecetano, non obstante contradictione Superiorum Regularium, quibus eadem Moniales subiectuntur? Respondit: „ Habere posse Confessarium extraordinarium ab Episcopo Dioecetano in casu negligentiae Superiorum Regularium; „ Sic apud Monacell. p. 2. tit. 15. formula. 15. num. 6.

3 Insuper potest Episcopus ex iusta, & rationabili causa Superiores admonere, ut ejusmodi Confessores amoveant, & si Superiores id facere detrectent, aut negligant, potest ipse praedictos Confessores amovere, quoties, & quando opus esse judicaverit; Sic expresse statuit Gregorius XV. in d. Constit. incip. Inscrutabili, ibi: „ Liceatque Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant; iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem praedictos Confessores, & Administratores amovendi, quoties, & quando opus esse judicaverit.

4 Nec Episcopus tenetur ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus, ut expresse decrevit S. C. Conc. in responsione ad duodecimum ex dubiis circa dictam Constitutionem Gregorii XV. incip. Inscrutabili, resolutis, approbante eodem Gregorio XV. & Urbano VIII. qui dictas responsiones, & declarationes typis Cameralibus imprimi iussit de anno 1623. apud Barbolam super Conc. Trident. sess. 25. de Regul. & Monial. c. 5. a. n. 7. Fagnan. lib. 5. de cr. in cap. Cum Capella, de privileg. in fine, & apud Tamburin. de Monial. disp. 26. quaest. 3. Dictum autem dubium duodecimum con-

ceptum erat his verbis: Duodecimo cum in eadem Constitutione statutum sit, ut liceat Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut amoveant Confessores Monialium, atque Administratores bonorum ad eandem Monialium monasteria pertinentium; iisque Superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem praedictos Confessores, & Administratores amovendi, quoties, & quando opus esse judicaverit; An ejusmodi causam Episcopus significare tenetur? Respondit: Ad duodecimum non tenetur ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus; sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiae Episcoporum, quorum conscientias Sacra Congregatio serio oneravit, ne facultate sibi hac in parte attributa quocumque modo abutantur ejus rei in districto Dei iudicio rationem reddituri.

5 Confessiones Monialium sibi subiectarum auditae a Confessariis Regularibus sine approbatione Episcopi sunt irritae, & nullae; Ead. S. Cong. Conc. Vide verb. Approbatio art. 3. num. 3.

6 Neque Superiores quicumque; etiam si sint Generales, possunt sine approbatione Episcopi audire Confessiones Monialium sibi subiectarum. Vide d. verb. Approbatio art. 3. num. 4.

7 Licet idem Confessarii sint generaliter approbati ab Episcopo ad audiendas Confessiones saecularium, adhuc eis necessaria specialis approbatio pro Monialibus sibi subiectis. Vide ibid. n. 5.

8 Nec approbati ab Episcopo ad audiendas Confessiones Monialium unius Monasterii censentur approbati ad audiendas Confessiones monialium alterius Monasterii. Vide ibid. num. 6.

9 Etiam Confessarii extraordinarii indigent speciali approbatione Episcopi. Vide ibid. n. 7.

10 Nec semel approbati censentur semper approbati. Vide ibid. n. 8.

11 Nec in vim unius approbationis possunt pluries Monialium etiam ejusdem monasterii Confessiones audire, sed toties debent ab Episcopo approbati, quoties casus deputationis contigerit. Vide ibid. n. 9.

12 Immo tales Confessarii indigent approbatione Ordinarii ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum, non obstante etiam contraria consuetudine immemorabili. Vide ibid. n. 10.

13 Confessarii non approbati specialiter ad audiendas Confessiones Monialium, nequeunt earum Confessiones audire, neque tempore Jubilei. Vide ibid. n. 11.

14 Approbatus pro Monialibus unius monasterii, neque tempore Jubilei censetur approbatus pro Monialibus alterius Monasterii. Vide ibid. n. 13.

15 Confessarius praesentatus ad excipiendas Confessiones monialium Regularibus subiectarum debet, vel absolute rejici, vel per totum triennium approbati, non vero ad tempus brevius. Vide ibid. n. 12.

16 Nulla ex monialibus subiectis Regularibus sentiens se non gravatam mortali culpa potest de venialibus valide confiteri Sacramentaliter cuicumque Sacerdoti non approbato ab Ordinario. Vide ibid. n. 14.

17 Confessarii monialium durare possunt solum triennio, quo elapso, non possunt amplius audire Confessiones in eodem monasterio per aliud tempus absque licentia Sacrae Congregationis, alias declarantur suspensi ab audiendis Confessionibus; S. C. Episc. in Comen. 4. Martii 1591. in Ragusina 2. Octobris 1626. & 27. Martii 1647. & saepe alibi. Quod habet locum etiam in Confessario Conservatorii puellarum, vel aliarum quarumcumque mulierum; Ead. Sac. C. Episc. 18. Martii 1649. & in Lucensi 25. Julii 1655. Confessarii vero Dominicani, & Cassinenses non possunt durare in hujusmodi Officio audiendi Confessiones monialium, nisi per biennium ex eorum Constitutionibus; Ead. S. C. Episc. 17. Novemb. 1645. & 8. Junii 1657. Si autem esset quis deputatus Confessarius ad aliquot menses per modum supplementi, poterit ille in generali deputatione Confessarium, quae postea fiet, ab Ordinario eligi in Confessarium ejusdem Monasterii ad integrum triennium, quia prohibitio Sacrae Congregationis de non eligendo monialium Confessario ultra triennium, cum sit odiosa, benigne, & in mitiorem partem est interpretanda, arg. cap. Odia 15. de Regul. Juris in 6. & cap. In panis 40. eodem in 6. ita ut intelligatur de deputatione Confessarii ordinaria, non autem de ea, quae fit per modum supplementi; Sic expresse D. Cajetanus de Alexan-

dis in Confessario Monialium capitula 6. §. 6. quaer. 3. & alii.

18 Confessarius, si expleto triennio ex dispensatione Sacrae Congregationis eligatur ad aliud triennium, non potest rursus expleto secundo triennio absque alia dispensatione eligi ad tertium triennium; Vide verb. Abbatissa n. 43. ubi sic fuit dictum in simili de ipsa confirmata ad aliud triennium per dispensationem, & fuit conclusum non posse eligi ad tertium triennium sine nova dispensatione, & fuit ad id allatum Decretum Sac. Cong. deputata ab Innocentio XII. pro causis Congregationis Cassinensium 26. Febr. 1694. in responsione ad quintum dubium.

19 Confessarii Monialium non possunt esse Vicarii Generales, quia moniales de ipsis non confiderent; Sac. Cong. Episc. in Sorana 23. Julii 1587. in Mutinen. 3. Febr. 1597. Neque Parochi, si exinde cura notabiliter pateret; Ead. Sac. Cong. Episc. in Venetiarum 26. Julii 1594. in Parmensi 7. Martii 1652. in Taurinensi 2. Aug. ejusdem anni, & saepe alibi. Neque minores conventuales, quibus id prohibitum fuit a S. Pio V. Ead. S. C. Episc. & Reg. in Ortonensi 30. Jun. 1599. & in Neapolit. 20. Mart. 1621. Neque Observantes Provinciae Reformatae S. Antonii Lusitaniae, quibus prohibitum fuit a S. C. sub die 7. Novemb. 1653. Et in generaliter Regulares, non solum non possunt esse Confessarii Ordinarii, sed neque Capellani Monialium Ordinarii subiectarum; S. Cong. Episc. in Pistorien. 16. Maji 1593. Unde Ordinarii non possunt uti opera confessoriorum Regularium etiam pro confessoribus extraordinariis, nisi in casu necessitatis; Ead. S. C. Episc. 18. Decem. 1601. apud Nicol. in Floscul. verb. moniales n. 38. & sub die 1. Octob. 2902. apud Barbolam lib. Juris Saecles. univ. cap. 44. num. 127. Et ad Tamburin. de Jure Abbat. disp. 16. q. 2. n. 4. refert duas Epistolae Sacrae Congregationis directas Patriarchae Veneto in quarum prima die 17. Martii 1592. ei prohibuit propter praedictum Parochianorum, & detrimentum animarum, & in altera die 22. Febr. 1593. id ei concessit, ubi non adstet tale praedictum, & detrimentum animarum; idem etiam concessit S. C. Conc. in una Salutiarum in responsione ad primum die 20. Sept. 1642. Sic pariter licet regulariter Canonici Praetentarii non possint deputari confessoribus monialium, ubi non valeat utriusque muneris satisfacere, ex adductis a Pignatell. tom. 7. consule. 13. a. n. 1. potest tamen deputari, ubi valeat utrumque munus adimplere, ut censuit S. C. Concilii in Januen. 11. Septemb. 1666. apud eundem Pignatell. loc. cit. num. 4.

20 Praeter Confessarium Ordinarium debet etiam alius Extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno Monialibus offerri; Sic expresse statuit Concilium Trid. sess. 25. de Regular. & Monialib. cap. 10. ibi: Praeter Ordinarium autem Confessorem alius Extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter anno offeratur.

21 Potest tamen Confessarius Extraordinarius eis concedi Superioribus per plures vices, quam ter in anno, quia Concilium Tridentinum statuendo, quod Confessarius Extraordinarius offeratur bis, vel ter in anno, non limitat Superiorum facultatem solum ad tres vices, sed solum indicat, quod per pauciores vices non debeat, non autem, quod per plures non possit; Sic decisum fuisse refert ex Gallego Bordonis resolut. 5. num. 11. Pellizar. de Monialib. cap. 10. numer. 250., & alii.

22 Moniales nequeunt reculare unum Confessarium Extraordinarium, seu Ordinarium, & alium petere, nisi assignata iusta causa reculationis; tunc enim, ipsa iusta causa interveniente, possunt ipsum reculare, quia is comparatur Parochio, quem ex iusta causa populus reculare potest, arg. cap. ut circa exactiones 4. de election. in 6. cum similibus; Bordon. in Miscellan. decis. 166. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. cap. 6. §. 6. quaest. 5., & §. 13. quaest. 5., & alii passim.

23 Possunt tamen Moniales etiam sine causa reculare Confessarium Extraordinarium, nullum alium loco ipsius petendo;

quia Confessarius Extraordinarius inductus est in earum favorem; quisque autem potest sine causa Iuri suo renunciare; Cap. Si diligenti 12. de foro competent., & Cap. Si de terra 6. de privilegiis, ibi: Cum liberum sit cuique Iuri suo renunciare; Tum quia dicit Regula 61. Juris in 9. Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in eius dispensatione retorquendum; Sic Monacell. part. 1. tit. 9. formul. 4. numer. 4. Donat. par. 1. reg. Regular. tom. 4. tract. 13. q. 23. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. cap. 6. §. 13. quaest. 5. Bordon. in Miscellan. decis. 166. Tamburin. loc. cit. disp. 26. quaest. 1. num. 8. Pellizar. loc. cit. cap. 16. n. 270. & alii.

Moniales quamvis, si nolint, non teneantur omnes Confessario Extraordinario confiteri, per adducta num. anteced. Tamen coram ipso debent omnes successive se praesentare, etiam quae confiteri nolunt, ne discerni possit, quanam indigeant, nec ne? Sic expresse statuit Sacra Congr. Episcop. in Tornacensi 19. Octobris 1621. in Canariensi 26. Julii 1651. apud Pignatell. tom. 6. consule. 35. num. 235., & novissime mandante Clemente XI. statuit pro Monialibus Urbis Eminentissimus Cardinalis Vicarius Gasper Carpineus in suo Edicto 12. Decemb. 1708. quod ut scitu dignum, hic ad litteram datur.

EDICTUM

Normam praescribens Confessariis Ordinariis, & Extraordinariis Sanctimonialium quoruncumque Monasteriorum Almae Urbis observanda m.

Gasparo per la misericordia di Dio Vescovo di Sabina, della S. R. E. Cardinale di Carpegna, della Santita di Nostro Signore Vicario Generale &c.

Vendo determinato il Sacro Concilio di Trento nella Sessione 25. cap. 10. de Regular., & Monial. doveri dare alle Monache due, o tre volte l'anno il Confessore straordinario: Qui omnium Confessiones audire debeat: Piu volte coll' esempio delle Ordinationi fatte dal Glorioso S. Carlo Borromeo, che si leggono negli Atti della Chiesa di Milano: e invero alle risoluzioni della Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regulari; anfinche la suddetta disposizione del Sacro Concilio abbia pienamente il fine, e l'effetto, per il quale e stata istituita, con varj Editi emanati dal nostro Tribunale di stato ordinato, che tutte le Monache siano obligate a presentarsi al suddetto Confessore straordinario: e benché sia in arbitrio loro di confessarsi al medesimo, debbano per d' far quell'atto, et regulariter Canonicus Praetentarii non possint deputari confessoribus monialium, ubi non valeat utriusque muneris satisfacere, ex adductis a Pignatell. tom. 7. consule. 13. a. n. 1. potest tamen deputari, ubi valeat utrumque munus adimplere, ut censuit S. C. Concilii in Januen. 11. Septemb. 1666. apud eundem Pignatell. loc. cit. num. 4.

Praeter Confessarium Ordinarium debet etiam alius Extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno Monialibus offerri; Sic expresse statuit Concilium Trid. sess. 25. de Regular. & Monialib. cap. 10. ibi: Praeter Ordinarium autem Confessorem alius Extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter anno offeratur.

Potest tamen Confessarius Extraordinarius eis concedi Superioribus per plures vices, quam ter in anno, quia Concilium Tridentinum statuendo, quod Confessarius Extraordinarius offeratur bis, vel ter in anno, non limitat Superiorum facultatem solum ad tres vices, sed solum indicat, quod per pauciores vices non debeat, non autem, quod per plures non possit; Sic decisum fuisse refert ex Gallego Bordonis resolut. 5. num. 11. Pellizar. de Monialib. cap. 10. numer. 250., & alii.

Moniales nequeunt reculare unum Confessarium Extraordinarium, seu Ordinarium, & alium petere, nisi assignata iusta causa reculationis; tunc enim, ipsa iusta causa interveniente, possunt ipsum reculare, quia is comparatur Parochio, quem ex iusta causa populus reculare potest, arg. cap. ut circa exactiones 4. de election. in 6. cum similibus; Bordon. in Miscellan. decis. 166. D. Cajetanus de Alexandris loc. cit. cap. 6. §. 6. quaest. 5., & §. 13. quaest. 5., & alii passim.

Possunt tamen Moniales etiam sine causa reculare Confessarium Extraordinarium, nullum alium loco ipsius petendo;

Primo, che in occasione, che si concede secondo il solito Confessore straordinario a qualche Monastero, debbano come sopra presentarsi al medesimo tutte le Monache, incominciando dalla Superiore, le Novizie, Educande; ed altre Secolari, che colle dovute licenze vi dimorano; sotto pena alle Superiore della privazione del loro Offizio, ed alle Monache della privazione della voce attiva, e passiva per un anno; siccome sta disposto dall' Editto emanato sotto li 18. Luglio 1603. a' ordine della san. mem. di Clemente VIII. ed alle Secolari sotto pena di esser licenziate dal Monastero.

Secondo, che per tutto il tempo, che dura la facultà concessa al Confessore straordinario, non ardisca il confessore ordinario in qualsivoglia modo impedirlo, ne accostarsi al Monastero, e molto meno sentire le Confessioni di alcuna Monaca, ancorchè sia la Superiore, Novizia, o Conversa, ne di altra per-

persona, che dimbra nell'istesso Monastero, ne queste debbano confessarsi al medesimo, sotto pena della privazione dell'Officio al detto Confessore, ed alle Monache sotto le pene suddette, come parimente fu ordinato nel medesimo Editto.

Terzo per conservare la pace nelli Monasteri, e per buona direzione, e profitto spirituale delle Religiose, ordina la Santità sua alle Monache, e Secolari sudette sotto le medesime pene, ed a tutti li Confessori, Ordinarij, e Straordinarij, Secolari, e-Regolari di qualsivisa Monastero di quest'Alma Città, sotto pena di Carcere, ed altre ad arbitrio, che finito, e terminato, che hanno il loro Offizio, non debbano più accostarsi alli Monasteri, nelli quali hanno sentito le Confessioni Sacramentali, nè tenere corrispondenza con qualsivisa Monaca, inclusa anche la Superiora, Novizia, Educanda, o altra, o altra, che dimora nelli suddetti Monasteri, benchè sia per lettere, ed in materie di Spirito: essendosi osservato coll'esperienza, che simili corrispondenze, e direzioni spirituali partoriscono confusione, e scissure nelle Comunità Religiose, e quel ch'è più, la poca obbedienza alli Confessori Ordinarij, e Straordinarij attuali.

Finalmente la Santità sua ordina, che il presente Editto sia universale a tutti li Monasteri, e Case d'Obblate di quest'Alma Città, anche quelli governati da' Regolari, e che hanno Protettori particolari, ancorche fossero gli Eminentissimi Sig. Cardinali.

Volendo, che il presente Ordine intimato, che sarà alli Monasteri, e loro Confessori, con lasciarne la copia, o l'esemplare, che dovrà star sempre affisso nel Monastero, e nella stanza del Confessore, abbia la medesima forza, come se fosse a ciascheduno, o ciascheduna personalmente intimato.

Dato in Roma dalla nostra solita Residenza a questo di 12. Decemb. 1708.

G. Card. Vicario.

N. A. Can. Cugio Sagr.

- 38 Confessarius Extraordinarius nunquam datur pro moniali particulari. Eadem Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Panon. 39 mitana 27. Maii 1603. Nec perpetuus, neque ad tempus. Eadem Sacra Congr. Episcop. in Januensi 27. April. 1657. ex dist. 40 sess. 25. cap. 10. Nisi per sacram Poenitentiarum pro una vice tantum, vel de licentia Sacrae Congregationis, ut decrevit die 1. Septembr. 1645. & 11. Januar. 1647. apud Pignatell. 41 loc. cit. num. 235. Potest tamen Episcopus ex aliqua speciali ratione concedere Extraordinarium etiam moniali alicui particulari, puta in articulo mortis pro serenitate moribunda, quia cum in tali periculo animarum saluti omnibus medijs sit succurrendum, talis ingressus est rationalis iuxta exigentiam; fucc. unic. de statu Regular. in 6. & necessarius, juxta Concil. Trident. sess. 25. cap. 5. Donat. prax. reg. Regular. tom. 4. tract. 13. qu. 29. Passerin. de statu homin. tom. 2. quest. 187. n. 291. Monacell. loc. cit. n. 6. Bordon. in Miscell. decif. 47. D. Cajetan. de Alexandris loc. cit. cap. 6. §. 13. q. 4. & alii.
- 42 Confessarius Extraordinarius potest deputari a Superioribus quolibet anni tempore, & ad dies sibi beneficos, prout suadent circumstantiae hic, & nunc concurrentes, quia cum Concilium Tridentinum nihil determinet, neque circa tempora, in quibus fieri debet deputatio, neque circa dies pro audiendis Confessionibus concedendos, utrumque relinquatur arbitrio ipsorum Praelatorum; Praxis tamen fere communis est, ut dicta deputatio fiat unoquoque quadrimestri, & quoad dies alicubi determinantur quindecim, alicubi plures, alicubi minores, & alicubi nulla fit temporis praefinitio: Unde in hoc servanda est consuetudo cujusque Diocesis, aut Ordinis, cum consuetudo habeat vim Legis, cap. cum tanto 12. de consuetudin. Dies autem determinati verb. gr. quindecim, si non obitet, vel consuetudo, vel statutum aliquod particulare, incipiunt currere a die capti exercitii, quia tempus respiciens actum incipit cum ipso actu, ut tradunt Glossa in cap. Anteriorum 28. caus. 2. quest. 6. Imola, Baldus, & alii.
- 44 Tempore deputationis Confessarii Extraordinarii expedit, quod Ordinarius non accedat ad Monasterium: Immo pro monasteriis Urbis hoc praecipitur expresse Confessarius Ordinarius sub poena privationis vocis activae, & passivae, & privationis Officii, & sub eisdem poenis prohibentur moniales omnes ipsiis confiteri pro tali tempore. Sic in adducto Editto

sub num. 37. §. 3. Idem pro Confessariis Ordinis Minorum de Observant. disponunt Statuta Sambucana cap. 11. §. 17. num. 12.

Sic etiam expedit, quod Confessarii omnes, tam Ordinarii, quam Extraordinarii, tam Saeculares, quam Regulares, completo suo officio, & ministerio, non amplius ad dd. monasteria accedant, neque ob motum directionis, & consentientiae spiritualis, neque correspondentiam etiam per litteras ob tale motum tenere cum aliqua moniali, inclusa etiam Superiori, Novitia, Educanda, aut alia quacumque inibi degente. Immo pro monasteriis Urbis hoc expresse praecipitur omnibus dictis Confessariis sub praedictis, aliisque poenis. Sic in dist. Editto §. 3.

Praelati Regulares in Regnis Hispaniarum tenentur saltem semel in anno deputare pro Monasteriis sibi subiectis Confessarium Extraordinarium, aut saecularem, aut Regularem alterius diversis Ordinis; alias ipsi potuerunt deputare Episcopi. Sic expresse statuit novissime Innocentius XIII. Constitut. 1. incipient. In supremo §. 19. ibi: „Cumque ex eodem Concilio Trident. Confessor Extraordinarius bis, aut ter in anno offerri monialibus debeat, qui omnium Confessiones audiat: Si in posterum Superiores Regulares quoad monasteria ipsi subiecta toties praedictum Extraordinarium Confessorem deputare neglexerint, vel si etiam ex proprio eodem ordine semper deputaverint, nec saltem semel in anno ad id munus elegerint Sacerdotem, aut saecularem, aut Regularem alterius diversis Ordinis Professore, in his casibus Episcopi pro suo arbitrio, & conscientia deputationem hujusmodi facere possint, nec illa quovis titulo, aut praetextu a Superioribus Regularibus valeat impetrari. Et iterum statuit idem Benedictus XIII. Constitut. 10. incip. Pastoralis Officii §. 7. graves poenas imponens Superioribus contravenientibus, ibi: „Et quia mentis, ac intentionis nostrae est, ut remota quavis diversa intelligentia, & interpretatione, praecise serventur ea, quae in eadem Innocentii Praedecessoris constitutione super assiguatione, seu deputatione Confessarii extraordinarii monialibus sub Praelatorum Regularium gubernio viventibus disposita fuerunt, statim quoque, ut Superiores, qui decretum illud quocumque titulo, vel praetextu non servaverint, vel ejus executioni aliquod impedimentum directe, aut indirecte praebuerint, ipso facto suspensionem ab eorum Officiis, nec non privationem vocis, tam activae, quam passivae incurrant. Et quod pro monialibus subiectis Regularibus deputentur Confessarii Extraordinarii, etiam qui ejusdem Ordinis non sunt Regulares, jam decreverat Sacra Congr. 12. Julii 1577. in Neapolitana apud Pignatell. tom. 6. consult. 85. n. 235. in fine.

Confessarii, & Capellani monialium possunt celebrare missas Sanctorum, de quibus ipsae recitant Officium, sed cum Missali Romano, & de communi, non vero Missas proprias eorumdem Sanctorum variis Ordinibus a Sacra Congregatione concessas; Sic decrevit, ac servari mandavit Sac. Congr. Rituum die 20. Novemb. 1717. approbante, & confirmante Clemente XI. die 1. Decembr. ejusdem anni 1717. ut apparet in ejus Bullario decret. 28. Sacrae Congr. Rit.

Pro Confessariis monialium, quamvis de Jure communi satis sit aetas ad Sacerdotium requisita, ut patet de Parochis, qui statim ac in Sacerdotio constituti, alia aetate non expectata, suarum Ovium utriusque sexus Confessiones excipiunt; Nihilominus Sac. Congr. Episcop. & Regular. in una Venetiarum 2. Maii 1617. & 7. Junii 1620. statuit, Confessarios monialium debere esse in aetate supra quadraginta annos; Quod pro Confessariis Ordinis Minorum de Observantia statuit etiam sua statuta Sambucana cap. 11. §. 17. num. 1. & hoc extendi debet etiam ad Confessarios Extraordinarios, prout pro Reformatis declaravit Sacra Congr. Concilii in Cosentina 26. Novemb. 1689. lib. 29. decret. fol. 345. Et juxta Epistolam Encyclicam sub die 16. Martii 1703. de mandato Sanctissimi directam omnibus Ordinariis Italiae, & Insularum adjacentium debent Confessarii Monialium esse aetate proventi, prudentes, Zelantes, & vita exemplari conspicui. Socii autem Confessorum debent esse aetatis ultra quinquaginta annos, vitaeque exemplaris, ut decrevit Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Nolana 21. Februar. 1617. & Alexander VII. Constitut. incip. Felici §. 9. statuit, quod Socii sint probatae vitae, & maturae aetatis.

Confessarii monialium non possunt ingredi clausuram ad sepeliendas moniales, vel pro celebrandis Exequiis. Sic expresse

preste decrevit Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Reatina 10. Martii 1577. in una Dominicanorum 30. Januarii 1582. in Olyssiponen. 11. Augusti 1620. Alias omnes culpabiles incurrunct Excommunicationem violatae Clausurae. Eadem Sacra Congr. Episcop. in Bononien. 20. Augusti 1596. apud Nicol. in Florent. verb. Sepultura num. 6. Et de facto Alexander VII. Constitut. incip. Felici §. 9. specificans actus ad licitum ingressum Confessarii in Clausuram non memorat ingressum ad peragendum Officium funeris, sed solum peragenda alia officia, & ministeria, ibi: „Ad haec Confessor Sanctimonialium, tam Ordinarius, quam Extraordinarius, minime ingrediatur septa monasterii, nisi ad Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae, & Extremae Unctionis ministranda monialibus, vel aliis personis infirmis ibi degentibus, necnon ad commendandam animam agonizantium. Ubi, ut vides, Pontifex utitur dictione Nisi, quae est exclusiva aliorum ceterorum pro Sperell. decif. 66. num. 32. Neque consuetudo excusat a censura inflicta adversus violatores Clausurae, nec ab ea, quae infligitur ab Alexandro VII. in d. Constitut. incip. Felici, quia Pontifex omnibus, & singulis etiam consuetudinibus quoad ea, quae statutis in dict. Constitutione adversantur, expresse, & specialiter derogat, subdola cuilibet facultate, & auctoritate aliter judicandi, & interpretandi, ac adjecta clausula decreti irritantis, ut patet in fine ejusdem Constitutionis: Unde sequitur, quod Episcopi, alicuique Superiores in hoc casu jam declarato per Sac. Congregat. & Summum Pontificem, non necessarios, non valeant licentiam concedere, nec permittere, & tolerare, quod praetextu consuetudinis (quae potius corruptela est) Confessarii ingrediatur clausuram ad Officium Funeris peragendum; Hinc Confessarii caute legant Auctores contrarium scribentes, & reflexe advertant, quod si pro tali Officio clausuram ingrediatur, Excommunicationem incurrant juxta supra laudata Decreta, ut recte firmant Pax Jordan, tom. 2. lib. 7. tit. 12. num. 88. vers. Item neque praetextu, & num. 173. Nicolius in Florent. verb. Sepultura num. 6. ubi citata decreta assert, Monacell. part. 1. tit. 9. formul. 3. num. 8. & 9. Matthaeucci Official. Curiae cap. 12. num. 79. & alii; Videantur etiam Pignatell. tom. 6. consult. 85. num. 234. Gavant. in Manual. Episcop. verb. Monialium Clausura n. 40. Barboza lib. 1. Jur. Eccl. univers. cap. 44. n. 133.

Confessarius monialium clausuram ingressus ad administranda Sanctissima Sacramenta, recta via, & absque diviculo eat, redeatque, nec in alia monasterii parte divagetur, etiam occasione visitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum administratio non est necessaria. Sacra Congregatio Episcop. & Regular. 13. Septemb. 1583. apud Barbotam in Summa Apostolic. decif. verb. Confessarius Monialium num. 2. Lezana in Summa quest. Regular. tom. 3. verb. Clausura num. 26. Gavant. in Manual. Episcop. verb. Monialium Clausura numer. 44. Cum aliqua Monialis laborat in extremis, conceditur Confessario pernoctatio in sua solita mansione, extra clausuram prope Monasterium, ut ingruente necessitate illico praesto esse possit vocatus. Eadem Sacra Congr. Episcop. 22. Decembr. 1592. apud Pignatell. tom. 6. consult. 85. num. 233.

Confessario Monialis infirmae confessionem audiente Cella janua aperta remaneat, & ambae comitantes ad eundem Cellam janua mentur, ita ut Confessarius, & infirma ab eis commodè cerni possint. Eadem Sacra Congr. Episcop. die 13. Septembr. 1583. & novissime Innocentius XI. per Epistolam Encyclicam ejusdem Sacrae Congregat. Episcop. sub datum Roma 21. Martii 1682. Confessarii quovis tempore de nocte in casu necessitatis possunt clausuram ingredi. Eadem Sac. Congr. 13. Septemb. 1583. Confessarius non potest ingredi clausuram ad audiendam Confessionem illius infirmae, quae potest accedere ad Sedem Confessionalem. Eadem Sacra Congr. 13. Septemb. 1583. Confessarii nullatenus ingredi possunt clausuram praetextu comitandi operarios, Medicos, Chirurgos, vel alios. Eadem Sacra Congr. Episcop. 13. Septembr. 1583. Confessarii non possunt ingredi clausuram ad contempendum Cellas Monialium, aut alia loca aqua benedicta in die Sabbati Sancti, aut quolibet alio tempore. Sacra Congregatio Episcop. 4. Septemb. 1596. Confessarii nequeunt ingredi clausuram ad exorcizandam Monialem energumenam. Sac. Congr. Episcop. & Regular. 1. Julii 1606.

Confessarius non potest ingredi clausuram Monialium ad inibi Missam celebrandam, ut pluries declaravit. Sacra Congr. Episcop. & signanter in Lancianensi & in Pistoriensi 16. Julii

1685. in Mantuana 13. Junii 1591. in Bononien. 2. Januar. 1601. 63 An autem Confessarius ingredi possit clausuram ad fumendam particulam consecratam ipsi in actu communicandi Moniales in Ecclesiam interiolem elapsam? Variant Doctores; Negativam sententiam tenent Bilsus in Hierung. Sacr. tom. 2. verb. Particula num. 45. §. 12. Calladus, cui adheret Quartus in rubric. Missal. part. 2. tit. 10. sect. 3. difficult. 4. & alii volentes, Particulam in tali casu esse colligendam a Monialibus, vel Abbatissa, & Confessario, seu Sacerdoti porrigendam, quia, dicunt ipsi, ingressus in Monasterium strictius prohibetur, quam tactus Hostiae consecratae in casu necessitatis. At hoc solum admitti posset, si unica Particula caderet intra clausuram, & ibi adisset Monialis communicanda, quae in tali casu genuflexa posset eam reverenter fumere; & sic communicare, ut tradit ipsemet Quartus loc. cit. & Clericatus de Eucharistiae Sacramento decif. 44. & alii. In casu autem, quo nulla adisset Monialis communicanda, varii Doctores, inter quos Clericatus loc. cit. D. Cajetanus de Alexandris in Confessario Monialium cap. 7. §. 6. quest. 7. recte dicunt, posse Confessarium ingredi ad fumendam talem Particulam, quia strictius obligat reverentia erga Sanctissimum hoc Sacramentum, quam Clausura; quia haec habetur ex precepto Ecclesiastico, illa vero ex precepto Divino, ut ex D. Thoma 3. part. qu. 83. art. 3.

Confessarius Monialium etiam Regularis non indiget speciali licentia ad ingrediendum pro necessitatibus sui Officii, modo per Monasterium non vagetur, sed expleto ministerio, statim exeat. Sac. Congr. Episcop. & Regular. in Comen. 9. Martii 1609. Confessarius debet ingredi clausuram cum cotta, & stola, & non aliter. Sac. Congregat. Episcop. in Luicen. 29. Martii 1589. & 22. Decemb. 1602. Et hoc per quocumque necessariam causam ingrediatur. Ead. Sacra Congr. Episcop. in Cajetana 28. Januarii 1627. apud Nicol. in Florent. verb. Clausura n. 34.

Confessarii Monialium, quamvis generaliter deberent ingredi absque socio pro ministrandis Sacramentis Poenitentiae, Eucharistiae, & Extremae Unctionis Monialibus infirmis, ex decreto Sacrae Congregat. Episcop. 13. Septembr. 1583. relato a Pignatell. tom. 6. consult. 85. num. 231. Tamen hodie Confessarius Regularis, non obstant antiqua consuetudine, absque socio ingredi non potest, sed debet ei assignari socius, qui ipsi assistat, & sit etatis ultra 50. annos, vitaeque exemplaris; Sac. Congregat. Episcop. & Regular. in Nolana 21. Februar. 1617. apud Lezanam tom. 3. verb. Clausura num. 27. Monacell. part. 1. tit. 9. formul. 5. num. 2. Barboza in Summa Apostolic. decif. verb. Confessarius monialium num. 14. & expresse Alexander VII. in citat. Constitut. incip. Felici §. 9. ibi; Nec unquam ingrediatur, nisi cum socio, qui sit probatae vitae, semperque maneat in ea parte monasterii, qua Confessorem videre, & ab ipso videri semper possit.

Confessarius Regularis monialium, ejusque socius (Confessio, ac Sacramentorum administrationis casibus exceptis) eisdem moniales absque Sacrae Congregationis licentia alioqui non possunt. Ead. Sac. Congr. Episcop. & Regular. in d. Nolana 21. Februarii 1616. apud eisdem loc. cit. Vide art. antec. num. 67.

Confessarii Extraordinarii monialium a monasteriorum, in quibus degunt, aut Religionis oneribus pro eo tempore dumtaxat, quo in confessionibus audiendis occupantur, excusantur. Ead. Sacra Congr. Episcop. & Regular. 10. Mart. 1593. apud Barbotam loc. cit. num. 7.

Habitatio Confessarii, licet debeat esse vicina, non tamen sit conjuncta, sed contingua monasterio, sed ab eo disjuncta, non solum per parietes, sed etiam per tecta; Sac. Congreg. Episcop. in Ariminen. 22. Januarii 1576. 19. Augusti 1578. 2. Januarii 1579. & 22. Januarii 1593. in Bononien. 3. Maii 1593. in Januen. 14. Novemb. 1603. in Mantuana 22. Novem. 1604. & saepe alibi, & expresse statuit Alexand. VII. in d. Constitut. incip. Felici §. 10. & 11. sub gravissimis poenis contra Superiores, & Confessores Regulares transgressores; & novissime Sacra Congreg. Concil. in Vixibonen. occidentalis 10. Septemb. 1722. ubi decrevit, quod Confessarii monialium non possint habitare in atrii monasteriorum muro circumvallatis contiguis monasteriis, & habentibus portam, quae clauditur; apud Urdayam in Miscellaneo primo Sacro, & profano litt. C. num. 238.

Confessarii monialium debent audire Confessiones ex Sede confessionali collocata, non quidem in Sacristia, aut alio occulto loco, sed in ipsa Ecclesia exteriori, ut habetur ex declarata

claratione Sac. Congr. Concil. in Camerin. 29. Novemb. 1605. his verbis: Confessionalia ex Sacristiis, & aliis locis occultis removeri debent, & collocari in Ecclesiis exterioribus Monialium, & in Aventina 7. Martii 1617. his verbis. Confessionalia Monialium in exterioribus Ecclesiis omnino collocentur, & si illa in hoc revertentes fuerint, interdici debent. Sic apud Barbofam in Summa Apostolic. decis. verb. Confessionalia n. 1. & 2. & idem statuit Ead. Sac. Congr. Conc. in una Salutarium in respons. ad 4. die 29. Septembr. 1642.

70 Confessarius monialium certa annua merces constitui debet, quae juxta morem, & qualitatem Religionis victui illius sufficiat, eademque merces monasterio, in quo degit idem Confessarius, si Regularis sit, persolvatur. Ceterum Ordinarii locorum prohibeant monialibus sub aliquibus poenis, non tamen censurarum, ne ultra mercedem illam aliquid communiter, vel privatim eidem Confessori, vel aliis quibuscumque Fratribus tribuant, eisdemque Fratribus, ne a monialibus etiam sponte oblatum, aut donatum recipiant, sub illdem poenis inhibeat. Sic Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub die 29. Novembr. 1605. apud Barbofam loc. cit. verb. Confessarius Monialium num. 10. Unde Confessarius accipere non debet a monialibus victum dietim, nec utensilia, vel lineam suppellectilem, sed tantummodo annuam provisionem. Ead. Sac. Congr. Episcop. in Bononien. 19. Junii 1601. in Januen. 28. Januarii 1603. in Recanaten. 19. Aprilis 1624. Quae non excedat duos Julios pro quolibet die. Ead. Sac. Congr. Episc. in Neapolitana 27. Septemb. 1652.

73 Confessarii Monialium nullo modo possunt comedere, reficere, aut cibum fumere in earum monasteriis, seu in locis, ubi sunt crates, vel rotae in monasterium respondentes, vel in locis adeo vicinis, ut videri, vel audiri possint a monialibus, neque ante portam clausuram, ut expresse pro omnibus Regularibus statuit Sac. Congr. Episcop. 13. Septemb. 1583. & Novis Martii 1590. in decreto Julii Sixti V. edito, jam relato supra art. 4. num. 14. ubi expresse mandat, quod ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum sumant, & solum eis permittit, in aedibus vicinis refectorem diurnam fumere diebus generalium Confessionum, si eorum conventus, in quibus degunt, nimium distent a monasterio monialium.

74 Confessarii monialium an possint eas absolvi in Foro conscientiae a Censuris occultis, & poenis Papae reservatis? Vide supra art. 3. a n. 19. ad 25.

75 Ad absolvendam monialem repentino accidenti correptam, & jam jam animam agentem, in defectu sui proprii Confessarii potest licite quilibet alius Confessarius, seu simplex Sacerdos prope Monasterium existens, seu casualiter transiens, clausuram ingredi sine ulla licentia expressa, & tali moribunda beneficium absolutionis impertiri; Si enim ex Decretis Sacrae Congregationis allatis supra art. 3. num. 84. potest quis licite sine licentia clausuram ingredi ad extinguendum incendium, vel ad succurrendum monialibus in aliis casibus repentinae ruinae, multo magis poterit Confessarius, seu simplex Sacerdos sine licentia clausuram ingredi ad absolvendam monialem in tali casu extremae necessitatis; Quod enim non est licitum in Legge, necessitas facit licitum; cap. Quod non est 4. de Reg. juris, & necessitas non habet legem; cap. Sicut 11. de consecrat. dist. 8. cap. Omnes 1. de Feriis, cap. Consilium 2. de observat. j. junior. cap. Consulisti 3. de Celebrat. Missar. In qualibet enim dispositione intelligitur excepta necessitas; c. Licet 6. de poenit. & remiss. Et ad hoc facit Concilium Tridentinum sess. 14. de Sacram. Poenit. cap. 7. ubi dat facultatem cuilibet simplici Sacerdoti, ut sine alia licentia, aut approbatione, possit absolvi Penitentem in articulo mortis consti tutum, etiam ab omnibus censuris, & casibus reservatis, addita ratione; Ne hac ipsa occasione aliquis pereat, quae ratio militat in nostro casu.

76 Confessarius sollicitans monialem est denunciandus Episcopo, vel Inquisitori Gregorius XV. Constat. incip. Diversi. Monialis sollicitata, si nolit denunciare Confessarium sollicitantem, non potest absolvi, quia remanet semper in peccato mortali, & in Excommunicatione majori quoties moraliter potens denunciare, id recusat, seu culpabiliter negligit, Communis. Moniali reculantem denunciare non potest Confessarius protrahere terminum ultra tempus vi Edicti praefixum ad denunciandum, quia nullam habet jurisdictionem super Legem Superiorum, ad quorum prudentiam spectat examinare protractionis necessitatem; Consent tamen Sayrus, Freitas, Acunha, & alii apud Dianam par. 1. tract. 4. resol. 27. posse ei concedi tempus consulendi peritiores, dummodo id

praeferatur absque longa temporis dilatione, & interim, data fide denunciandi, anolvi potest.

Monialis reculantem denunciare prae nimia verecundia alloquendi Episcopum, vel Inquisitorem, seu prae timore ne delegatur, aut alio simili respectu, potest denunciare per internum, seu per Confessarium, cui Episcopus, vel Inquisitor potest dare commissionem, ut recipiat in scriptis, & cum juramento denunciationem, sic declaravit Sacra Suprema, & universalis Inquisitio jussu Urb. VIII. 27. Septemb. 1624. apud Bord. c. 24. de Sollicitatione num. 89. his verbis: E quando il Penitente tuttavia persistesse nella medesima reculanza, N. S. si contenta, che dal Vescovo, o Inquisitore si dia autorità al Confessore di ricercare per scrittura, e con giuramento la dimanzia per poterla subito, a chi li avrà data l'autorità di pigliarla. Instructio Confessarii pro recipiendis hujusmodi denunciationibus exhibetur a Pignatell. tom. 1. consil. 104.

Alia ad rem, Vide verb. Sollicitatio.

His juvat addere novissimas resolutiones Sacrae Congreg. Concilii in Colonien. 16. Novemb. 1720. ubi de Edicto Archiepiscopi, in quo nonnullos casus referaverat, proposita fuerunt infra scripta dubia I. An Confessarii Regulares possint Seculares extra mortis periculum absolvi a casibus Ordinario reservatis, in casu. II. An Confessarii monialium exemptarum, & Praelatis Regularibus subjectarum possint eisdem, etiam extra mortis periculum absolvi a casibus Episcopi. reservatis, in casu. III. An supposito Edicto supra recensito Confessarius Regularis extra mortis articulum, absolvi possit Seculare complicem criminis carnalis externi mortaliter peccaminosi tecum commissi, in casu. IV. An supposito pariter eodem Edicto, Confessarius Regularis monialium exemptarum absolvi possit monialem complicem criminis carnalis externi mortaliter peccaminosi tecum commissi, in casu, Sacra Congr. censuit. Ad I. Negative. Ad II. Affirmative praeterquam quoad casus, quos Episcopus sibi reservaverit in materia clare spectante ad jurisdictionem delegatam. Ad III. Negative. Ad IV. Affirmative quatenus non sit violata clausura. Verum quoad duas ultimas resolutiones hodie attendi debet novissima dispositio Bened. XIV. in sua Constitut. quae incip. Apostolici muneris, quam attulimus tom. 2. verb. Complex peccati num. 19. Vide ibi. Confer etiam quae adducuntur tom. 1. verb. Approbatio pro confessionibus praeteritum Art. III. & verb. Confessarius artic. III. & verb. Sollicitatio.

Superiores monialium tenentur bis, aut ter singulis annis exhibere Confessarios extraordinarios monasteriis sibi subiectis; quibus tamen sic oblati non tenentur moniales confiteri peccata sua, sed solummodo se praesentare, ut saltem accipiant ab illis monita salutaria; patet jam ex dictis & allegatis supra a num. 32.

* Si vero aliqua monialis graviter aegrotet, ut sit in mortis periculo, petatque alium Sacerdotem, qui non sit ordinarius monasterii Confessor, huic a respectivo Superiore annuendum est. Si vero superior Regularis illum concedere noluerit, potest id praestari ab Episcopo. Quin etiam si aliqua monialis etiam extra praedictum casum postulet sibi per aliquod tempus alium Confessarium ab ordinario diversum, debet illi dari a suo Superiore. Quod si Superior Regularis id renuerit, tunc potest Episcopus satisfacere ejus petitioni etiam si requirat alterius Ordinis Regularem, vel etiam Sacerdotem saecularem ex approbata a Superiore ad confessiones monialium. Demum laudetur Superioribus earumdem monialium. ut si aliqua ex illis petat pro majori animi sui quiete & ulteriori progressu in via Dei, ut aliquando liceat sibi confiteri Sacerdoti ad excipiendas monialium Confessiones jam approbato, etiam si sit alterius Ordinis Regularis, vel Sacerdos saecularis, non sint difficiles ad praebendum assensum. Requiritur tamen semper, ut Confessarius ille extraordinarius sit ex approbata ab Ordinario ad Confessiones monialium audiendas. Postremo si Superiores Regulares non saltem semel in anno elegerint in Confessarium extraordinarium, vel Sacerdotem saecularem, vel Regularem alterius Ordinis, in eo casu devolvitur haec electio ad Episcopum. Haec oblatio Confessarii extraordinarii bis, vel ter in anno, sicut & caetera omnia, quae superius praescripta sunt, praestari debent etiam cum aliis mulieribus, sive regularibus, sive saecularibus, collegialiter degentibus, quae unicum habent Confessarium. Haec omnia ex variis S. Congregationis decretis olim stabilita confirmat Penitex in Bulla numer. 56. tom. 1.

tom. 2. incip. Pastoralis cura, de qua sermo est etiam tom. 2. hujus Biblioth. verb. Confessarius, Art. IV. a num. 29. ad plures seqq. *

85 Hic locum habere potest sequens Rescriptum Sacr. Congr. Episc. & Regul. ad Capitulum Cathedralis Alexandinae, a quo instabatur pro remotione Confessariorum Regularium a monasteriis monialium ex causis, & in casu, ut seq. utitur.

ALESSANDRINA.

Eminent. e Reverend. Sig. Sig. Patr. Colend.

Essendo alli 14. del corrente Mese passato all'altra Vita Montignor Alfonso Mirogljo Vescovo di questa Città, è subentrato questo nostro Capitolo nell'esercizio dell'ordinaria giurisdizione, e desiderando di riparare un disordine, a cui oltanto patentemente i Decreti di codesta Sagra Congregazione, ci troviamo in dovere, e ci diamo l'onore di rappresentare alle EE. VV. esservi in questa Città sei Monasteri, e non più, di Monache soggette alla giurisdizione dell'Ordinario, cioè cinque di rigorosa Clausura, ed uno senza tal legge, e tutti diretti da Confessori Regolari, a favore de' quali (come da diligente ricerca fattasi ne' Registri di questa Curia Vescovile) nè appare che siasi ottenuta la necessaria permissione delle EE. VV. nè siasi ad alcuno di essi dal Defonto Prelato spedite Patenti per tal' Ufficio, affine che in occasione di contrario ricorso alle EE. VV. potessero sempre i medesimi essere scusati col titolo, o sia pretesto di Confessori provisionali benchè uno di questi già da quattro anni successivi ritrovisi in tale esercizio nel medesimo monastero. Ed essendovi in questa Città Confessori Secolari, quali per dottrina, zelo, prudenza, e probità di costumi sono in calo di esercitare, come alcuni di essi hanno già per molti anni esercitato lodevolmente tale Ufficio, atretè le angustie del tempo, che non ci permettono di dare pronte, e costanti providenze in questo affare, abbiamo concordemente determinato di ricorrere alla Sovrana autorità delle EE. VV. supplicandole, come instantemente le supplichiamo, di dare al Vicario Generale Capitolare de' proximo eligendo quelli Ordini, che simeranno necessari, ed opportuni, non solamente per l'osservanza de' sovraaccennati Decreti di codesta Sagra Congregazione, ma ancora per uniformarsi alla universale lodevole consuetudine sovra questo proposito della Chiesa Metropolitana di Milano, e di tutte le altre Chiese. E baciandogli riverentemente il lembo delle Sagre Porpore con la più alta stima, e venerazione ci protestiamo.

Dell' EE. VV.

Alessandria 16. Aprile 1755.

Simil. Divotiss. ed Oblig. Servitori, Dignità, Canonici, e Capitolo della Cattedrale.

Reverendis. Signori.

„Nell'annesso memoriale dato a nome del Capitolo di codesta Cattedrale vederete quanto per parte del medesimo è stato rappresentato alla Sagra Congregazione. Questi Eminentiss. miei Signori per tanto, atretè il Voto dell' Eminentiss. Ferroni hanno commesso alla vostra vigilanza, che dobbiate chiamare avanti di Voi tutti li Regolari Confessori delle Monache soggette alla giurisdizione Vescovile, e da ciascuno di essi vi facciate esibire il documento di sua rispettiva deputazione, e quando non colti da simile documento la legittimità della provvista, non solamente vi siate lecito, ma dobbiate rimovere i Regolari dall'impiego accennato senza veruna dilazione, ed immediatamte deputare allo stesso Ufficio altri Sacerdoti semplici Secolari di grave età, e di vita esemplare, di sperimentata prudenza, e sufficiente Dottrina, e che dagli Eliminatori Sinodali verranno formalmente esaminati, ed approvati ad udire, le Confessioni delle Monache. Sarà per altro vostro debito precilo di procedere alla divilata remozione de' Confessori Regolari senza il minimo strepito, anzi usando tutta la maggior soavità, e circospezione per evitare l'ammira-

zione del Pubblico, ed insieme ogni confusione, e disordine, che potrebbe tornare ai Regolari. Così dunque esultate, e Dio vi prosperi.

Roma 12. Maggio 1755.

Al piacer Vostro G. Al. Card. Cavalchini.

P. G. Guglielmi Secret.

Reverendis. Signori.

Essendosi osservato quanto con lettera delli 22. Maggio proximo passato avete rappresentato in proposito dei Confessori Regolari di Monache, giacchè non regge ciò, che per parte di codesto capitolo fu esposto, specialmente in ordine alla copia dei Sacerdoti Secolari abili a sostenere tale impiego; Queiti Eminentiss. miei Signori commendando la Vostra prudenza praticata in questo proposito, mi hanno imposto di suggerirvi, che qual'ora vi possa riuscire di deputare qualche Sacerdote Secolare idoneo in luogo dei Regolari, procediate alla deputazione colle circospezioni inquisite nella precedente lettera; Quando poi la penuria di tali Sacerdoti Secolari renda necessaria l'opera dei Regolari, dovrete onninamente far supplicare questa Sagra Congregazione per impetrarne la facoltà opportuna, concedendovisi in virtù della presente la facoltà di farli continuare per modo di provisione per lo spazio di due, o tre mesi, acciò in questo tempo possino le Monache conseguire la necessaria licenza, senza la quale non dovete ulteriormente tollerarli. E quantunque alli Parochi, e Canonici sia generalmente vietato l'esercizio di Confessore di Monache, acciò non abbiano a mancare alle loro incombenze, tutta volta in qualche calo, in cui si rende compatibile l'uno, e l'altro impiego, e che possa il soggetto commodamente supplire ad ambedue, sogliono l'EE. VV. concedere la dispensa, quando sia richiesta, atretè la scarsità dei Sacerdoti semplici. Ve lo significo per vostra regola, e Dio vi guardi.

Roma 13. Giugno 1755.

Sottoscritta Al piacer Vostro G. Al. Card. Cavalchini.

P. G. Guglielmi Secret.

Novae Additiones ex aliena manu

Moniales ex Lege Foundationis, vel ex Consuetudine habere possunt eligendi Confessarium ab Episcopo approbandum, contra quam sentit hic Auctor num. 1. firmavimus in addit. ad verb. Approbatio pro Confessionibus artic. 3.

Gravis quaestio est, an Confessarius ordinarius Monialium ab Episcopo destinatus, & triennio elapso ex peculiari Indulto S. Congr. Episcop. & Regul. negotiis praefecte ad aliud triennium immediate sequens confirmatus, hoc altero triennio elapso, possit ab ipso Episcopo auctoritate ordinaria destinari ad tertium triennium, non secus ac posset, si secundo triennio non fuisset confirmatus a dict. S. Congregatione? Agit de hac quaestione Pellizar. de Monial. cap. 10. sess. 3. sub sess. 1. num. 172. & negativam opinionem refert Cardinalis de Lugo, Raldelli &c. affirmativam vero Diana, Naldi &c. cui ipse adheret: Concessum, inquit, alicui ob gratiam non est in ejus dispendium retorquendum; neque enim idem contrarios effectus operari potest. Addit & alias rationes in confirmationem affirmativae hujus sententiae, quas videas.

At negativa sententia amplectenda est, ex rescripto Sacr. Congregationis destinatae ab Innocentio XII. pro causis Congregationis Cassinensium 26. Februarii 1694. ad dubium quintum, quod refert Monacell. in Formular. part. 1. tit. 11. formular. 22. num. 12. tum laudat hic Auctor num. 13. Ex hoc enim habetur, quod Abbatissa confirmata ex gratia dict. Sacrae Congregationis ad secundum triennium, eligi nequeat ad tertium triennium, absque dispensatione; Neque ex hoc sequitur (recte ait Add. ad Pellizar. dist. tract. cap. 7. num. 47. editio nis Romanae anni 1751.) quod favor convertatur in odium, & quod privilegium & gratia Principis nihil operaretur supra jus commu-

comune; nam aliquid operaretur pro secundo triennio, & pro tertio triennio ea non converteretur in adium: Illa enim Regula potissimum valet, quando Regula, seu Privilegium concessum est a Principe motu proprio; Confirmatio autem Abbatisse pro secundo triennio solet concedi ad instantiam Monialium, quae dum petunt illam, consentur petere secundum naturam, quam habet de iure officium Abbatisse; scilicet ut subsequatur vacatio pro triennio subsequenti: Cur non idem dicendum de Conventuario? ut tenet *Auctor dict. num. 13.*

6 Tamen agatur de Monasteriis exemptis, & Regularibus subiectis, ad Episcopum pertinet cognoscere, tum approbare, an Conventarius Regularis debeat pmoctare prope ipsa Monasteria ex causa distantiae Conventuum, ut statuit Alexander VII. in Constitutione, quae incipit *Felici.*

7 Vide et alia de Conventuario praeterim extraordinario monialium apud Constitutionem S. M. Benedicti XIV. cui initium est: *Pastoralis curae.*

ARTICULUS VI.

Moniales quoad varia Miscellanea ipsas concernentia.

3 **M**oniales tenentur publice in Choro officium Divinum persolvere; tum ex antiqua Ecclesiae consuetudine, tum ex statutis fere omnium Religionum, tum ex Clement. 5. de celebrat. Missar. ubi praecipitur, quod in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & Regularibus, atque etiam Collegiatis Horae Canonicae devote psallantur, convenienterque celebretur Divinum officium. Diurnum pariter, atque nocturnum. *Communis.* Moniales Choro addicte, non obligatae ex vi Regulae ad Divinum officium, si absint a Choro tenentur sub mortali ad Horas Canonicas privatim recitandas ex consuetudine obligante ad mortale. *Est Jam fere Communis,* ut docent D. Cajetanus de Alexandris in *Confessario Monialium cap. 8. §. 1. quest. 5. Felix Potestas tom. 1. par. 2. n. 426. Tamburin. de Iure Abbat. disp. 14. quest. 1. num. 8. Lezana in Summa quest. Regular. cap. 12. num. 8. & cap. 25. num. 13. Navarr. de Orat. cap. 7. numer. 2. Sanchez in *Constit. lib. 7. cap. 2. d. 3. num. 6. Tambur. lib. 2. cap. 5. §. 1. numer. 13. Maltrius, Busemb. Diana, Reginaldus, Sioz, Malderus, Gavanti, Belloch. Porvell. Sporer tom. 3. tract. Append. de Horis Canon. cap. 1. num. 13.* cum pluribus aliis ab ipso citatis, & alii passim, ita ut Reginaldus opinionem contrariam vocet temerariam, Sanchez non probabilem, Diana prorsus improbandam, ut notat la Croix lib. 4. num. 1189. & Fr. D. Martinus Archiepiscopus Panormitanus in suo Pastoralis ad Moniales omnes Urbis, & Diocesis Panormitanae 20. Maii 1645. inventam a Patre Mendacii, quem citat, & sequitur.*

3 Felix Potestas loc. cit. n. 429. Unde quamvis moniales Clarissae non obligentur sub mortali ad talem privatam Horarum Canoniarum recitationem ex vi Regulae, cum Eugenius IV. Constituit. incip. *Ordinis tui,* declaraverit, quod in nullius transgressione ex centum & tribus praecipis contentis in Regula prima B. Clarae praeterquam eorum quatuor, quae concernunt principalia Vocis, Obedientiae scilicet, Pauperatis, Castitatis, & clausurae, & super electione Abbatisse, & depositione peccatum mortale incurrant; Tamen etiam ipsae obligantur sub mortali, sicuti omnes aliae ratione consuetudinis, quia Eugenius IV. in dict. Constituit. disposuit solum de praecipis, & obligationibus, quibus ultra vires erant particulariter ex Regula gravatae moniales Clarissae, non autem de consuetudine cunctis Religiosis utriusque sexus communi, qualis est de recitandis Horis privatim: Quis enim aunderet dicere, ut recte notat Felix Potestas loc. cit. num. 429. consuetudinem recitandi Horas Canonicas privatim obligare Religiosos Viros, & moniales omnes, exceptis Clarissis strictioris Regulae praeter aliis? Cum enim in vetustissimis scriptis non possit, a quo sit orta consuetudo, l. Si arbiter 28. ff. de probat. attendenda est observantia, quae declarat huiusmodi consuetudinem obligare. Immo potest observantia constituere Jus, & facere, quod id obliget, quod de se non obligat, l. Neque Societas 1. §. quibus & l. Nulli 3. ff. Quod cuiusque univers. Hinc quamvis non constet an consuetudo praedicta recitandi Divinum officium sit introducta animo obligandi, obligat nihilominus, quia observantia ita declarat, & decernit.

4 Moniales Choristae propter imperitiam donec discant ex-

pedite legere, iudicio Praelatorum, & Confessorum, vel Abbatissarum satisfaciunt dicendo officium laicorum; Sic concessit monialibus Clarissis sub cura Fratrum Minorum degentibus, & per communicationem aliis Clemens VII. in *compend. Privilegior. verb. Moniales §. 30.* & refert etiam Tambur. de Iure Abbatissar. disp. 15. quest. 1. num. 10. Insuper Innocentius IV. per Bullam 10. apud Pelliziar. c. 6. n. 16. & Felicem Potest. tom. 1. par. 2. n. 430. concessit monialibus sub cura Fratrum Minorum degentibus, & per communicationem aliis ut in casu, quo ex rationabili causa recitare non possint Horas Canonicas; satisfaciunt recitando officium Sororum Laicarum. Causa autem rationabilis erit, si monialis sit nimis agitata scrupulis, si capitis indispositionem patiatur, si sit nimis defatigata ex aliquo extraordinario labore, aut extraordinariam aliquam occupationem habeat, & huiusmodi: Sic citati Doctores. Vide verb. *Infirmus a num. 10.* Moniales in recitando Confiteor nihil mutare possunt, neque dicere *Tibi Mater; vobis Sorores,* sed debent dicere, ut in Breviario *Tibi Pater, vobis Fratres, Sac. Congr. Rit. 18. Augusti 1629.*

7 Moniales Clarissae, & Tertii Ordinis, siue sint sub cura Fratrum Minorum, siue sub Ordinariorum, aut aliorum Religiosorum cura, possunt uti Breviario, vel Patrum Conventualium, vel Patrum Oblervantium. *Ead. Sacra Congr. 30. Augusti 1687. in Rubric. particul. Breviar. Franciscan. num. 141.*

8 Indulgentiae generatim concessae Ecclesiis Fratrum pariter & monialium, tum in diebus Festis Sanctorum Ordinis, tum in aliis huiusmodi solemnitatibus cunctae aequae obtineri queunt a Christi fidelibus visitantibus Ecclesias monialium: quae sub sunt gubernio Ordinariorum. *De decreto Sac. Cong. Reliquis, & Indulgentiis praeposita die 27. Februarii 1673. ad instantiam Praefecti Sacrorum Apostolici per Riam declarationis expedito in Rubr. particularib. Breviar. Franciscan. n. 160.* Vide verb. *Indulgentia arr. 5. n. 19. & 20.*

9 Moniales ex dispositione Concilii Tridentini sess. 25. de Regularib. & Monialib. cap. 10. debent saltem semel singulis mensibus confiteri, & Sacram Eucharistiam sumere, ita: *Attendant diligenter Episcopi, & ceteri Superiores Monasteriorum Sanctimonialium, ut in Constitutionibus earum admonentur Sanctimonialia, ut saltem semel singulis mensibus Confessiones peccatorum faciant, & Sacrosanctam Eucharistiam suscipiant.* Unde quamvis ex dict. verb. *Admonentur Doctores apud Barbofam in d. Concil. Trident. cit. sess. 25. c. 10. num. 3.* colligant, Concilium ibi non obligare sub peccato mortali, Cajetanus, tamen, Navarr. Dicitill. & alii, quos refert, & sequitur Clericatus de Eucharist. Sacramen. dec. 49. num. 14. dicunt, Moniales teneri sub mortali ad mentuam Confessionem, & Communionem: arg. *Clement. Ne in agro 1. §. Sane, de statu Monachor. ubi praecipitur Monachis, ut singulis mensibus crimina sua confiteantur, & Sacram Eucharistiam suscipiant, quam Clementinam comprehendere etiam moniales tenent plures Doctores.*

11 Moniales speciali puritate mentis existentes, & ferventiori spiritu pollentes possunt a Superioribus, seu Confessoribus etiam ad Communionem quotidianam admitti; Sic expressit S. Cong. Concilii 12. Februarii 1679. in Decreto circa Communionem quotidianam approbato ab Innocentio XI. & ad litteram relato sub verb. *Eucharistia n. 41.* Vide ibi, num. 40. & 41. Nullatenus tamen permitti debet in feria sexta Parasceve. *Sac. Congr. Concilii in cit. Decret. & Sacra Congr. Rit. 9. Maii 1606. & 19. Februarii 1622.*

13 Moniales nequeunt se facere adscribi in Societatibus Rosarii, Chordae, Cincturae, & huiusmodi. *Sacra Congr. apud Pignatell. tom. 6. consil. 85. num. 213.* ibi: *Alp. Archiepiscopo di Zara d. 27. d. Octobris 1593. Non permitta, che le Monache si facciano scrivere tra le Confessore delle Compagnie del Rosario, o del Cordone, o d'altre.*

14 Sacra Congregatio Concilii censuit in *Placentina 9. Decemb. 1615.* per Episcopum fieri posse praecipuum Regularibus, ne absque sua licentia accedant ad Ecclesias Monasteriorum Monialium pro celebrandis ibidem Missis; aquod Pignatell. loc. cit. n. 165.

15 Regulares non debent infervire pro Capellanis in Ecclesiis Monialium, nisi in casu magna penuria Sacerdotum Sacularium, & tunc Religiosus deputandus de contentu sui Superioris debet esse etate, ac moribus gravis, nec tractare, & loqui potest cum Monialibus. *Sacra Congr. Episcop. in Sum. 27. April. 1604. in Parmen. 14. Julii 1607.*

Unde

16 Unde, si Regularibus ab aliquo Testatore reperitur injunctum onus celebrandi in Ecclesiis monialium; tale onus potest, immo, & debet transferri ad eorum Ecclesiam, vel alibi, pro ut laudando *Sac. Congr. Episcop. referripit Patriarchae Veneto 15. Julii & 2. Augusti 1592.* apud Monacell. p. 1. tit. 11. formul. 32. num. 2.

17 Episcopus potest prohibere Presbyteris Saeularibus, ne celebrent in Ecclesiis monialium exemptarum; & Regularibus subiectarum. *Sacra Congr. Concilii in Hyeracen. Visitacionis 26. Januar. 1692. in responsione ad septimum.* Capellanus autem sufficit, quod approbetur a Superiore Monasterii, ut in d. Hyeracen. in responsione ad nonum, apud Monacell. l. cit. num. 4.

19 In Ecclesiis Monialium non possunt sepeliri cadavera Saeularium absque licentia Sacrae Congregationis, & monialium copulativa; Sic pluries decrevit *Sacra Congregatio Episcop. & signanter in Montefeltrinen. 21. Novembris 1603. in Gravinen. 1. Octobris 1650. in Forosempionen. 23. Augusti 1652. & in Maceraten. 8. Novembris ejusdem anni 1652.* quae decreta iterum probavit *Eadem Sacra Congreg. Episcop. in Verellen. 18. Maii 1696. non obstante solito, referente Eminenti Cardin. Pamphil. & in Mantuana 14. Martii 1697.* Ponente Eminentissimo Acciajolo & in Camerinen. 6. Martii 1713. Ponente Eminentissimo Corsino.

20 Licentia Sacrae Congregationis requiritur etiam pro fabricando in Ecclesiis monialium sepulcro. *Eadem Sacra Congr. Episcop. in Ferrarinen. 13. Julii 1604.* Et concedi solet perlonis beneficium, vel cura elemosyna competenti. *Eadem Sacra Congr. Episcop. in Messana 6. Augusti 1601. & in d. Camerin. 6. Martii 1713.* Ponente Eminentissimo Corsino. Et tunc officium facit Parochus usque ad portam Ecclesiae, & non ultra. *Eadem Sacra Congr. Episcop. in una Observantium 5. Julii 1615.*

23 Nulla adest prohibitio sepeliendi moniales in Ecclesia exteriori, ubi est in usu. *Eadem Sacra Congregat. in una Carmelitarum 20. Septembris 1594.* Sed ubi non est in usu, debet fieri secreto de nocte, & cum solo sacerdote ac Ministris necessariis. *Eadem Sac. Congr. in Cremonen. 15. Martii 1595.* Nec non cum licentia Superioris. *Eadem Sacra Congr. in d. Carmelitarum 10. Septembris 1594.* Et omni casu debent moniales deferre cadaver usque ad portam Clausurae. *Eadem Sacra Congr. in Torcellen. 14. Decemb. 1618. & in Astoricen. 13. Januarii 1623.*

27 Moniales non possunt habere prospectum, nec retinere Crates correspondentes in Ecclesia Presbyterorum Saeularium, siue Regularium pro audienda Missa sub praetextu, quod non possint ob illarum paupertatem manutene re Capellanum; & Episcopus, ubi inveniat adeste, & retineri, debet omnino mandare, quod removeantur. *Sacra Congr. Episcop. in Trojana adversus Moniales Annunciate Foggiae ad relationem Eminentissimi Petrucci 27. Februarii 1603.* quae cum parere distulissent varii excusationibus, iterum recurrentibus Canonice Collegiatae, in quorum Ecclesia prospectus in vim concordiae retinebatur, *Eadem Sac. Cong. 16. Novemb. 1606.* referripit: *Episcopus omnino intra mensem Decreta Sacrae Congregationis exequatur, & procedat ad destructionem transitus.*

28 Moniales nequeunt uti Confessionario pro locutorio: Sic expressit S. Cong. Episc. de mandato Clementis XI. in Epistola Encyclica sub 30. Octobris 1706. Nec etiam possunt uti Feneſtella Communione ad loquendum cum exteris, *Ead. Sac. Con. in dict. Epistola Encyclica.* Sub tali prohibitione comprehenduntur Confessarii etiam Regulares cuiuscumque Ordinis: Sic declaravit *Eadem Sac. Congr. Episcop. 31. Martii 1707.* ut patet in Epistola directa Eminentissimo Archiepiscopo Mediolanensi impressa in Synodo Alexandrina fol. 539.

31 Feneſtella Communione deservire non potest pro Confessionario, neque per modum provisionis; *Sacra Congr. Episcop. in una Burgi S. Donnini 9. Augusti 1604.* Ibi ministratur Chrisma monialibus, & aliis in clausura degentibus; *Eadem Sacra Congr. ibidem.* Item velum Proſtentibus, & Conſecratio Professis; *Sacra Congr. Episcop. in Bononien. 17. Sept. 1617.* Alias debet esse semper clausa feneſtrelis ligneis interioribus, & exterius; *Ead. Sacra Congr. ibidem.* Debet esse lata paluo integro, & alta dimidio; *Sacra Congr. Episcop. in Pisana 13. Julii 1618.* Et ita restringi, ut non possit ad alium usum deservire; *Eadem Sacra Congr. Episcop. in Marsicana 5. Decemb. 1610.* Clavis feneſtrelae Communione debet semper retineri ab Abbatissa Monasterii; *Sacra Congr. Episcop. 30. Octobris 1705.* in dict. Epistola Encyclica.

Biblioth. Ferrar. Tom. V.

Collocutorium nullo modo debet esse in secundo Plano; 38 *Sacra Congr. Episcop. in Casalen. 6. Martii 1612.* Neque in 39 Ecclesia; *Eadem Sacra Congr. Episcop. in Perusina 17. Februarii 1587.* moniales nequeunt uti pro collocutorio Rota, vel Craticibus in Ecclesia existentibus; *Sacra Congr. Episcop. in Eugubina 22. Septembris 1651.* cum mandato carcerandi illos, qui ibi deprehenderentur in fragranti; *Eadem Sacra Congr. Episcop. in Casenaten. 7. Februarii 1653.*

42 Monialium famuli, & famulae habitantes in mansionibus intra atria Monasteriorum tenentur recipere Sacramenta ab illis Parochis, in quorum Parochia sita sunt Monasteria; *Sacra Congregat. Concilii in Vlixbonen. Occidentalis 19. Septembris 1722.* & jam decreverat in *Leodien. 14. Aprilis 1685. & in Spoletana 19. April. 1691.* ubi etiam quod ad dictos Parochos spectat eos allociare ad sepulturam.

43 Monialis Professio irrita est, quando fit postea Hermaphrodita; *Sacra Congr. Concilii in Spoletana 14. Martii 1722.* in responsione ad primum dubium; quo casu restituenda est ei dos; *Ead. Sac. Congregat. ibidem in responsione ad secundum dubium.*

45 Feneſtra particularium claudi debent, si prospectum habeant in clausuram monialium; *Sacra Congr. Episcop. in una S. Benedicti 15. Januarii 1602. & in Mediolanen. 5. Martii ejusdem anni 1602.* & saepe alibi. Cum cautela tamen, si domus erant Monasterii, vel si via. est intermedia; dubium enim est, an de Jure cogi possint; *Eadem Sacra Congregat. Episcop. in Agrigentina 23. Aprilis 1602.* apud Nicol. in *Floſcul. verb. Feneſtra n. 2.*

44 Feneſtrae vero, & quaevis alia foramina Regularium spectantia in hortum, vel clausuram monialium omnino claudenda sunt; *Eadem Sacra Congr. Episcop. in Amelienſi 23. Decembris 1603. & in Neapolitana 2. Decemb. 1639.* Feneſtrae tam altae sunt, ut ad lumen tantum serviant; *Eadem Sacra Congregat. Episcop. in una Civitatis Castellii 12. Martii 1601.* Nec tolerari debet, quod propter vicinitatem, & correspondentiam feneſtrarum Moniales possunt videre vicinos, vel videri; *Eadem Sacra Congregat. Episcop. in Nicoftraten. 16. Augusti 1594.*

47 Cella vacans assignari debet secundum antianitatem: Nec Superior Regularis potest aliter ordinare; *Sacra Congr. Episcop. in Ferrarinen. 3. Julii 1597. in Urbinaten. 8. Februarii, & in Januen. 5. Septemb. 1692. & 3. Julii 1693.* Et antianitas incipit a die Professionis, non Habitus suscepi; *Ead. Sacra Congr. in Paduana de anno 1608. 5. Julii 1645. in una Augustinenſi. Lombard. 7. Januarii 1650. in una Observant. 21. Augusti 1650. in una Observant. 21. Augusti 1654.* & saepe alibi.

49 Non obstantibus mandatis Superiorum; *Eadem Sacra Congr. in Mediolanen. 5. Februarii 1601. in Faventina 29. Aprilis 1603. in Aversaana 26. Januarii 1604. & 26. Julii 1648.* Nisi in aliquo Monasterio adestet consuetudo immemorabilis, quod Cellae vacantes distribuuntur, assignentur ad arbitrium Abbatissae, & discretarum; *Ead. Sac. Cong. Episcop. in Mutinen. 24. Januarii 1653.*

53 Concedi potest moniali Cellam aedificare, eaque uti sua vita durante, vel alia a suis consanguineis aedificata; *Eadem Sacra Congr. Episcop. in Casenaten. 2. Januar. 1601. in Vlixbonen. 16. Januarii ejusdem anni, in Mantuana 14. Februarii ejusdem anni, in Mexicana 31. Maii 1602. in Eugubina 15. Decemb. 1603. in una Civitatis Angelorum Indiar. 8. April. 1606.* & saepe alibi. Nec debet ab ea removeri pro faciendo valedudinario; *Eadem Sacra Congregat. Episcop. in Assisten. 9. Februarii. 1624. in CaesarAugustana 11. Maii 1635.* Non potest tamen illam vendere; *Eadem Sacra Congr. Episcop. in Mediolanen. 8. Novemb. 1625.* Licet vellet applicare pretium in utilitatem Monasterii; *Eadem Sacra Congr. in d. Mediolanen. Nisi de licentia Sacrae Congregationis, & consensu monialium; Eadem Sacra Congr. Episc. in una Venetiarum 3. Maii 1647.* Neque potest decernere, quod monialis antiana, quae cellam optare voler, teneatur aliquid solvere; *Eadem Sacra Congr. Episcop. in Januen. 22. Decemb. 1620.* Quod servari debet etiam in casu permutationis, ne via fraudibus aperiatur; *Ead. Sacra Congregat. Episcop. in Neapolitana 17. Novemb. 1628.*

56 Monialium nulli conceditur facultas disponendi de cellis suis post obitum; sed ea dum vacaverint Superiorum arbitrio aliis monialibus in Ordine superioribus distribuuntur; *Sacra Congr. Concilii in Aversaana 26. Januar. 1604.* apud Barbofam *in Summa Apostolic. decis. verb. Monialis num. 20. & lib. 1. Juris Eccl. univers. cap. 44. num. 59.* ubi dicit id etiam decimum fuisse.

X 2

- fuisse in Mutinensi 19. Aprilis 1615. Et tanto minus disponendi de suis bonis ea relinquendo huic, vel illi moniali; cum id sit contra votum paupertatis, ut notant communiter Doctores.
- 57 Moniales non debent dormire associatae; Sac. Congr. Episcop. & Regular. 21. Maii 1615. Moniales diebus bacchanalium, nec unquam uti debent Habitu virili, neque armamentis suis specie tractare; Sac. Congr. Episcop. in Ferrar. 27. April. 1604. ibi: Prohibeant Ordinarii, ne Moniales Monasteriorum, tam eis, quam Superioribus Regularibus subiectorum, in bacchanalibus, vel aliis temporibus recreationis utantur Habitu virorum, neque cuiusvis speciei sarmis se accingant; Est enim hoc odibile Deo, ut habetur in Deuteronom. 22. ibi: Non induetur mulier veste virili, nec vir natus veste foeminea, abominabilis enim apud Deum est, qui facit haec.
- 58 Monialibus non committitur clavis custodiae Sanctissimi Sacramenti, sed penes eum Sacerdotem semper esse debet, ad quem spectat cura illud administrandi; Sac. Congr. Concil. in Vallisoleana 12. Januarii 1604. Monialium in monasteriis reliqua assertari non debent, sed in exterioribus Ecclesiis; Sac. Congr. Concil. in Faventina 7. Martii 1617.
- 61 Dies Festus titularis quoties modeste, & sine abusu celebretur, non potest monialibus prohiberi, ne illum solemnizet; Sac. Congregat. Concil. in Hyeracen. Visitationis 26. Januarii 1692. in responsione ad 11. Prohibetur in Ecclesiis Monialium cantus simplex, vel figuratus Musicorum exterorum; Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in Decretis generalibus editis sub Gregor. XIII. relatis a Pignatell. tom. 6. consult. 85. num. 7. & in aliis Decretis a Barbosa lib. 1. Jur. Eccl. univ. cap. 44. num. 61. & in aliis posterioribus relatis a Gavanti. Manual. Episcop. verb. Monialium communes leges in addit. num. 6. Crispin. de visitat. part. 1. §. 42. num. 28. Episcopus prohibere potest, ne in Ecclesiis Monialium etiam interioribus canatur ab ipsis musica lingua vernacula, quantumvis cantuiculae, & verba spiritalia sint, sicuti potest id prohibere in omnibus Ecclesiis, & Oratoriis publicis; non obstant quacumque contraria consuetudine; ut censuit Sac. Congregat. Rinum in Hispan. 3. Septembr. 1695. & 24. Novembr. 1696. referente Eminentiss. Card. Colloredo in responsione ad quartum; quia cantus huiusmodi est contra Ritum Ecclesiae.
- 64 Moniales in Refectorio communi comedere, & in loco etiam communi laborare debent; Sac. Congregat. Concil. in Messanen. 1. Augusti 1663. Monialibus prohibetur cibum exteris parare, aut esculenta vendere, exceptis tamen rebus minimi momenti, pro infirmis scilicet parentibus, ac consanguineis dumtaxat; Sacra Congregatio Concilii 1. Julii 1606.
- 66 Moniales, completo Officio, possunt recitare aliquem Psalmum, Orationem, vel Collectam, quia hoc non est Officio addere; Sac. Rinum Congregat. 12. Januarii 1600. moniales, quae Breviario Romano uti consueverunt, non sunt compellendae ad recipiendum Monasticum; Eadem Sac. Rit. Congr. 6. Maii 1622. Moniales ipsae tenentur legere, vel cantare cantu firmo Divinum Officium, non vero earum Capellani; Eadem Sac. Rit. Congregat. 11. Maii 1635. Moniales, nec ad Chorum, nec ad Professionem admitti debent, nisi legere noverint; Sac. Congregat. Concil. in Girgeni 22. Januarii 1604.
- 70 Moniales nequeunt esse Commatres etiam per Procuratorem; Sac. Congregat. Concil. in Mediol. 3. Octob. 1677. ubi id prohibuit pro omnibus Regularibus, Vide verb. B. p. t. i. s. m. art. 7. a num. 41. ad 47. ubi ad id adducuntur Canones, Concilia, & Synodi.
- 71 Propter inconvenientia secuta ex parvis Caniculis, quae voluptatis gratia tenebantur in monasteriis monialium, facta fuit circa id prohibitio generalis, ne amplius intus habeantur, neque masculi, neque foeminae; Sac. Congr. Episcop. & Regular. in Neapolitana 12. Julii 1592. in Mutinensi 3. Februarii 1587. & in Iustitiana 22. Sept. 1651.
- 72 * In Monasteria Monialium introduci pueros, & puellas tenella aetatis vetandum est, ex more Romae obtinente. Institut. Eccl. 29. §. 24. *
- 73 Monialium & Monachorum cohabitatio, apud Maronitas usque recepta, prohibetur. Bened. XIV. tom. 1. Constit. 31. incip. Singularis §. 8.
- 74 Anglicanarum virginum a patria ob catholicam Fidem expulsa huiusmodi utilitas censetur, & Episcopis commendatur,

earum tamen Conservatoria a Sede Apostolica non approbantur tanquam vera monialium monasteria, sed tolerantur. Bened. XIV. tom. 3. Constitut. 7. incip. Quamvis iusto. Non sunt vera Religiose, earumque vota sunt tantum simplicia: Ordinariae Episcoporum auctoritati subdunt, & ab iis Confessarios, & Directores spirituales accipere debent. Ibid. §. 13. 14. Superioribus earum non licet virginem ullam ad Professionem admittere inconsulto Episcopo. Ibid. §. 18. Alia de monialibus. Vide Pignatell. tom. 6. consult. 85. per totum, Barbosa lib. 1. Juris Ecclesiastic. univ. cap. 44. per tot. Donatum tom. 4. praes. Reg. Regul. tract. 4. quest. 5. per tot. ubi plurima ad rem afferuntur Decreta Sacrae Congregationis, & vide ea, quae scripta sunt sub verb. Regulares art. 1. per tot. & signanter a n. 73.

Additio ex Auctore.

Monialium, & Monachorum cohabitatio, apud Maronitas usque recepta, prohibetur; Bened. XIV. tom. 1. Constitut. 38. incip. Singularis §. 8. Moniales & Monasteria egredi prohibentur quacumque de causa, inlubrata cuilibet dispensandi facultate; Idem Constit. 40. incip. Salutare §. 3. Moniales Portugalliae, & Algarbiae ad claustra revocantur, nec ultra ipsis permittendus est exitus; Idem Constitut. 21. incip. Cum Sacrarum. Moniales Ordinis S. Spiritus in Hispania, & Polonia existentes, subduntur locorum Ordinariis; Idem Constitut. 15. incip. Sepa Romanorum §. 3. Moniales Graeco Melchitae Regularum S. Basilii sequi debent; Idem Constit. 37. incip. Demandatum §. 23. Sub regimine Monachorum Congregationis S. Joannis de Soario, & immediata subiectione Ordinario, mediata vero Patriarchae Catholici, tamquam delegatis S. Sedis. Abbati autem Generali dumtaxat in defectum Episcopi, & Patriarchae Catholici; Idem ibid. §. 23.

Ad dicta sub verb. Moniales art. 4. num. 24. addenda sunt, quae tradit eruditissimus P. Gaudentius de Janua in egregio suo Opere novissimo anno 1748. Romae impresso de Visitatione cap. 4. dubit. 11. sect. 5. num. 31. ibi: Recolendum est itidem quod dictum fuit superius sect. 4. num. 27. a prohibitione alloquendi Moniales exceptos esse Superiores, tum Provinciales, tum Locales, Confessariosque Ordinarios, simul & Extraordinarios pro tempore exerciti nuneris; resolutione etenim ibi datam impugnat Monacellus aliter sentiens, & Confessariis, qui sint Presbyteri saeculares, constitens contrarium, quod nimirum Moniales extra actum Confessionis minime alloquantur, nisi aliqua necessitas, quae bonum publicum Monasterii respiciat, urget, prout par. 1. tit. 9. formul. 3. num. 11. Confessariis vero Regularibus hoc idem districtè praecipiens deinde form. 5. num. 1. & 2. ex relato per se Decreto in Nolana 21. Febr. 1617. quod ait reperiri in regesto, sed locum non citat; ubi factò quassit: „ Num Confessarius Regularis Monialium, eiusque Socius „ Confessionis, & Sacramentorum administrationis casibus „ exceptis, easdem Moniales abique S. C. Congregationis „ licentia alloqui valeant, ? Refertur data responsio: Negative. Verum hic considerandum obvenit, declarationem, huiusmodi emanasse a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium: supra quo non reflectit Monacellus. At eadem S. C. Episcop. ex motivo fortasse, quod non nisi cum maxima difficultate mandatum huiusmodi a Superioribus, & Confessariis observandum foret, illud, quatenus prius editum sustineatur, in posterioribus Decretis revocavit; excipiendo a communi Decreto non alloquendi Moniales Superiores dictos, atque Confessarios, tum Ordinarios Regularium, tum Extraordinarios respectivè, atque praecipiens locorum Ordinariis, ne Superiores in casu, Confessariosve ad Monasteria accedentes ullatenus vexent; in Decreto scilicet edito 20. Jul. anno 1640. in Alexandrina; & in Litera data de anno 1641. 22. Novembris Archiepiscopo Amalbitano, sicut & in data prius Episcopo Caputaqueni, sub die 27. Septembris ejusdem anni 1641. Quae omnia potuissent legere Monacellus apud Lantiscam V. Allocutio Monialium num. 7. prout plura legit, & citavit apud eundem, quoties ad sui interviant, & juvent intentum. Possit adduci sane Constitutio posterior Alexandri VII. Sacrosancta 50. in Bullar. tom. 5. data sub die 30. Martii 1688. in qua prohibitio praefata, sub praesenti ibi taxatis, extenditur ad Confessarios Ordinarios, & Extraordinarios, superiores item cuiuscumque gradus, seu Visitato-

res,

- res, tam Ordinarios, quam Delegatos, qui extra actum Visitacionum, aut Confessionum respectivè cum Monialibus, etiam Abbatis, Prioribus, aut Officialibus Monasterii fuerint, colloqui praesumpserint. Unde notandum venit illud verbum praesumpserint. Veruntamen Constitutio edita fuisse constat pro quiete, & utilitate Monialium Urbis, Regularium eura subiectarum; uti inibi, in titulo, & praebulo propter specialia motiva solerti Pontifici nota, qua ratione fortasse Monacellus, quem certo non latebat, eam allegare desit; licet Mattheuccius ipsam generaliter admittens Offic. Cur. cap. 11. num. 6. non advertat se contradicere sententiae, quam sustinuerat cap. 3. num. 13. Confessarios, videlicet, Superioresque in prohibitione alloquendi &c. minime includi; An vero etiam in Urbe Constitutio Sacrosancta exacte observetur non est meum investigare. Porto, quod in aliquibus actionibus, extra actum visitandi, atque audiendi Confessiones, valeant Regularium Visitatores, & quoque Confessarii alloqui Moniales, nec non ad colloquia accedere, invenitur decisum a S. C. C. recentius in Mediolanen. 2. Julii 1738. ad primum dubium videlicet, quod, Superior Regularis, vel ipsius Delegatus possit, & debeant intervenire contractibus per Moniales initis, eisdem private consensum praebere abque licentia, & interventu Protectorum, quatenus Moniales sint Regularibus subiectae; inter fol. pub. pag. 90. quod idem probatum legitur in fol. ejusdem Mediolan. antea expositae sub. die 22. Maii ipsiusmet anni pag. 82. §. Porro in fine. Et, quia forte pretendebant Episcopi, sive Ordinarii, Superioribus Regularibus in huiusmodi casibus necessariam praebere licentiam; oppositum habetur eisdem resolutionem in Lycien. Clausura 22. Septembr. anno 1702. ad dub. 18. & 19. Nempe; quod, Regularis Superior in quibusvisque contractibus, tam activis, quam passivis per Notarium, in locutorio Monasteriorum suo Ordini subiectorum regendis (salvo iure Episcopi tribuendi licentiam pro rogatione eorumdem) possit interesse eisdem contractibus, abque licentia Episcopi, & in absentia Superioris Regularis, Confessarius remaneat Vicarius dictorum Monasteriorum; inter fol. publ. ejusdem ann. pag. 136. & seq. Hac ille praefatis verbis Vide tom. 8. in Appendic. hujus Operis ubi habentur omnia resoluta dubia in dicta Lycien. Clausura 22. Sept. 1742.
- 13 Hic observanda venit novissima Encyclica Epistola Benedicti XIV. ut sequitur.

Lettera Circolare della Santità di Nostro Signore Benedetto Papa XIV. agli Arcivescovi, Vescovi, ed Ordinarij dello Stato Ecclesiastico, sopra l'accesso a' Monasterj delle Monache, che da taluni si fa senza le opportune licenze.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Non senza grave molestia dell'animo nostro ci è stato da Persone degne di fede riferito portarsi alle volte i Prelati locali Governatori delle Città del nostro Stato a' Monasterj delle Monache, e parlare ancora liberamente con esse, senza avere chiesta, ed ottenuta l'opportuna licenza da' Vescovi, ed Ordinarij de Luoghi, contravvenendo alle disposizioni Sinodali, o Constituzioni Episcopali, nelle quali vien prescritto sottole dovute pene il non accostarsi Monasterj delle Monache, e parlare con esse, senza le opportune licenze; e lo stesso praticarsi anche da' Prelati, e Governatori, che essendo Governatori da una Città, per qualche loro contigenza passano per un'altra, andando nella stessa maniera a' Monasterj delle Monache; pretendendo tutti i predetti di fare quanto fanno col fondamento d' essere essenti dalle particolari Constituzioni de' Vescovi, ed Ordinarij, che proibiscono l'accesso delle Monache senza le opportune licenze. Ne Noi abbiamo avuto difficoltà di prestar fede alle relazioni, ed espressioni, che ci sono state fatte; avendo pur troppo, mentre eravamo Vescovo d' Ancona, e governavamo co-

me Arcivescovo la Città di Bologna, stando a piè fermo in essa, veduto con nostro grave dispiacere succedere, così sotto gli occhi nostri, poco, o nulla curando le nostre ammonizioni, ancorchè fatte con qualche calore. Non può negarsi, che nulla, o poco vi sarebbe da fare se si avessero presenti le Resoluzioni fatte da questi nostri Tribunali, ed approvate ancora da' nostri Predecessori, avendo essi pensato a tutto ne' tempi passati. ed avendo essi in altri tempi anche levamente provisto a tutto. Ma perchè per lo più esse non si fanno, o se si fanno, si prende l'impegno d'operare a capriccio, resta il pelo in chi attualmente governa di rimetterle nella memoria degli Uomini, ad insinuazione Poiteranza. Ne' tempi passati non solo le Sacre Congregazioni col loro approvazione de' Sommi Pontifici nostri Predecessori anno stabilito quanto era d'uopo in ordine agli accessi de' Regolari, che col fondamento della loro esenzione pretendevano di poter andare a' Monasterj delle Monache sottoposte alla loro giurisdizione senza l'opportuna licenza del Vescovo, come può vedersi nel nostro Trattato de Synodo al lib. 7. cap. 41. num. 7. ove sono indicate, e riferite le accennate Resoluzioni; Ma altresì anno passato, e provisto al caso non che de' Prelati, e Governatori, ma de' Vescovi, che o passano, o per accidente si ritrovano dimoranti in qualche altra Città, o Luogo ed altro Vescovo sottoposto ed anno determinato, che non possano andare a' Monasterj delle Monache, e parlare con esse, senza prima aver fatte le dovute parti coll' Ordinario del Luogo; e queste indicate Resoluzioni sono anche indicate dagli Autori moderni, come può vedersi nel Pellizzario de Monialibus cap. 5. sect. 5. num. 210. nel Graziano discept. 392. numer. 1. nel Tamburrino de Jure Abbatiarum disp. 25. quest. 2. e nel Ferraris nella sua Bibliotheca tom. 5. verb. Moniales. art. 4. num. 34. La custodia della clausura delle Monache viene commessa dalle disposizioni Canoniche al Jus ordinario del Vescovo locale ne' Monasterj a lui sottoposti, ed al Jus delegato ne' Monasterj esenti, come fu stabilito dal nostro Predecessore Papa Bonifazio VIII. nel cap. Periculoso, de Statu Monachorum in sexto, che fu rinnovato dal Sacro Concilio di Trento nel cap. 5. sess. 25. de Regularibus, & Monialibus; effetto, e sequela di questa custodia della clausura è la proibizione, che veruno si accosti ai Monasterj delle Monache, e parli con esse senza la dovuta permissione, e licenza del Custode, il che porta seco, dover ciascheduno chiederla, ed ottenerla per poter andare ai Monasterj, e parlare colle Monache, e restare tutti sottoposti all'autorità direttiva della proibizione, come discorrono i citati Autori, e come ancora si deduce dalle passate Resoluzioni. Queste sono da Noi pienamente approvate; e quando mai vene fosse bisogno (il che non crediamo) anche per via di nuova Legge determiniamo non poter i Vescovi, che sono fuori della loro residenza, andare ai Monasterj delle Monache situati in altre Diocesi, e parlare con esse senza la dovuta licenza dell' Ordinario locale, e nemmeno potere i Vicelegati, i Governatori locali ancorchè Prelati, andare ai Monasterj delle Monache situati nel loro Governo senza la predetta licenza, nè tampoco ai Monasterj situati fuori del loro Governo in altri luoghi, ne' quali abitassero, o pe' quali in occasione di viaggio fossero obbligati a passare. Po' anzi s'è detto, essere tutti questi sottoposti all'autorità direttiva delle Constituzioni de' Vescovi proibendi l'accesso ai Monasterj delle Monache senza l'opportuna licenza; perchè essendo i predetti essenti dalla loro giurisdizione ordinaria, restano essenti dalla forza coattiva dalla loro giurisdizione, ch'è sottole che dire, dalle pene da essi imposte contro i trasgressori, giusta la risposta del nostro Predecessore Clemente III. nel cap. A nobis 21. de sententia excommunicationis: Ed acciò da questa esenzione non derivi qualche inconveniente, nel caso di cui si tratta, ordiniamo, che quando mai in avvenire (il che non crediamo) succedesse, che taluno de' sopradetti andasse ai Monasterj delle Monache, e parlasse con esse senza la loro licenza, contro lo stabilito ne' Sinodi Episcopali, o nell' Episcopali Constituzioni, o Bandi, ne diano parte a Noi, o alla Congregazione de' Vescovi, e Regolari, che non si lascierà di prendere le dovute misure per vendicare l'autorità Vescovile dispregiata; E tanto più volentieri ci appigliamo a questo

questo

questo temperamento, perchè lo vediamo abbracciato, ed stabilito, nel caso di doverci procedere dagli Ordinarii contra gli esenti, ed immediatamente soggetti alla Sede Apostolica, dal nostro Predecessore Giovanni XXII. nel cap. cum Mathæus, de Hereticis, nelle stravaganti comuni, e dall'altro nostro Predecessore Eugenio IV. nel cap. Divina, de privilegiis, pure fra le stravaganti communi. Ed ecco quanto abbiamo creduto necessario di dover fare, Resta ora a Voi, Venerabile Fratello, il conservare nella vostra Cancelleria questa nostra Lettera; notificarne il tenore nella maniera, che crederete più propria a chiunque dev'essere notificata, pubblicandola in quel modo, che vedrete opportuno; ed invigilare per l'esecuzione della medesima, mentre Noi abbracciamoci, diamo a Voi, ed al Gregge alla vostra cura commessa, l'Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die trigesima prima Octobris Millefimo septingentesimo quadragesimo nono, Pontificatus Nostri Anno decimo.

Si cura alicujus Monasterii subjecti Regularibus a S. Sede demandetur Tertio, v. gr. alicui Abbati, aut alteri in Dignitate constituto ob aliquam controversiam, vel ad placitum ejusdem S. Sedis, tum Episcopus nullomodo se ingerere possit in Monasterii sic depositi gubernio, nec quantum ad clausuram, & ad illam spectantia, quia ille Tertius in tali casu non consideratur, ut Regularis Superior, cujus potestas supplenda per Episcopum decernitur in Concilio, & Apostolicus Delegatus specialiter deputatus ad dicti Monasterii regimen independentem a quocumque Ordinario, & dependente ab ipsa sola S. Sede, prout declarat regulariter in Brevibus ad hoc expeditis, & invenitur generaliter decimum per Sac. Congreg. Episc. & Regular. 17. Januarii 1642. apud Nicol. in Florent. verb. Gubernator. num. 12.

Alia de Monialibus quoad Confessarios, vide supra ad verb. Confessarius. Quoad causas Professionum, vide infra ad verb. Professio Regularis. Quoad Matrimonium, & Sepulturam Educandarum in Monasteriis Monialium degentium, & respective decedentium, vide supra ad verb. Matrimonium a num. 43. ad 58.

A P P E N D I X.

Ad ea, quæ ab Antore dicta sunt Articulo II. addendam duximus maxime dispositionem Clementis XIII. Pontificis Maximi super expensis, quæ sunt a Monialibus Sacrificii Prefectis, per Chirographum a Sancta sua Ferdinando Maria de Rubens Patriarchæ Constantinopolitano, Vicariatus Urbis Vicegerenti, nunc S. R. Eccl. Cardinali dignissimo directum; Et ejus verba.

Monsignor Ferdinando Maria de Rossi, Patriarca di Constantinopoli, del Vicariato di Roma Vicegerente.

LE sagre Vergini dedicate a Dio ne' Chioftri, vestendo l'abito Religioso hanno avuto una giusta sicurezza di vivere affatto lontane da ogni sollecitudine temporale, e li nostri gloriosi Predecessori hanno avuta continua premura di dare opportuni providimenti, perchè niuna cosa le distogliesse da questo santo, e lodevole oggetto; quindi esse che hanno impedito tutto quello, che potea dal medesimo allontanarle, per ragione degli Offizj, che debbono ne' loro Monasterj adempire, e specialmente per quello di Sagrestana. Ma perchè li providimenti dati non s'efeguiscono, sono altresì gravissimi inconvenienti, che succedono, e che pur troppo ci sono itati rappresentati con replicati continui ricorsi. A questi inconvenienti volendo Noi rimediare, con la presente Cedola di moto proprio, ordinamo a Voi, che proibiate in nostro nome alle Superiore Religiose di permettere, che le loro Monache destinate all'Offizio di Sagrestane facciano in avvenire alcuna spesa in occasione delle Feste, che si debbano solennizzare nelle loro rispettive Chiese; Essendo mente nostra, che qual'ora le medesime Chiese siano battamente provvedute d'apparati proprj, si mettano questi in opera a spese comuni del Monastero; ma quando ne fossero prive, non si prendano le Religiose incaricate dell'

Offizio di Sagrestane altra cura, e sollecitudine, che quella di far disporre sopra gl'Altari que' sagri arredi, e suppellettili, che si trovano avere, con la maggior decenza compatibile alle forze dello stato economico del medesimo Monastero. Siccome però non intendiamo per rimanente d'impedire a' Monasterj facoltosi la celebrazione delle feste con la consueta pompa, purchè sia interamente Sagra, ed Ecclesiastica; così vogliamo, che generalmente si proibisca a tutti il framilchiarvi rinfranceschi di qualunque sorte, non solo perchè danno occasione a spese inutili, e di scandalo a' Secolari, ma perchè distruggono le Religiose da quella divozione, e raccoglimento, che debbono avere nel corso di tutto l'anno, e molto più ne' giorni con particolarità dedicati o alla venerazione del Santo Fondatore, o al Titolare, sotto la protezione de' quali vivono. Proibiamo ancora, che le Sagrestane, a proprie spese facciano in simili occasioni, ricognizioni, o regali a qualunque sorta di persone o dentro o fuori del Monastero. E vogliamo, che le Superiore restino incaricate dell'esecuzione elatta di questa nostra volontà; e che in caso di contravvenzione restino sospese dal loro impiego, riservando a Noi la facoltà di reintegrarle, quando attese le circostanze crederemo doverlo fare. Dato dal Nostro Palazzo Apostolico a Monte Cavallo quello di 30. Giugno 1759.

MONITORIUM.

Per Monitorium intelliguntur hic specialiter Monitoriales litteræ, seu Edicta, quæ a legitimis Ecclesiæ Superioribus eduntur, se conceduntur pro rebus, aut scripturis deperditis, aut subtractis, vel occultis, ad finem obligandi ad restitutionem illas habentes, & ad revelationem in certo scientes, sub pena excommunicationis majoris late sententiæ ipso facto incurrendæ, restitutione, vel revelatione non facta intra præfixum tempus. Talia Monitoria concedere potest in toto Orbe Summus Pontifex; Certissima. Item Episcopi in suis respective Diocesisbus; Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 3. & Communis Doctorum. Item Vicarius Generalis Episcopi vigore suæ generalis commissionis. Nicol. Garcias de Benefic. part. 5. cap. 8. n. 94. ubi adducit ad hoc duplicem Sacre Congregationis Cardinalium declarationem super dictum cap. Concil. quarum prima hæc verba continet: Vicarius Episcopi potest concedere litteras Monitoriales, de quibus in præfati Decreto. Secunda hæc alia verba continet; Vicarius generalis Episcopi potest has excommunicationes decernere, adhibita causæ cognitione, nec indiget speciali mandato Episcopi, & sic plurimis citatis tenet Barbosa supra dict. cap. 3. Trident. num. 5. contra Ugolin. Narbon. Campanil. & alios existimantes, Vicarium Generalem Episcopi non posse ex generali commissionem hujusmodi Excommunicatione, seu Monitoriales litteras decernere.

Item talia Monitoria concedere potest Vicarius Capitularis, Sede vacante, quia ad Capitulum transeunt omnia, quæ sunt Jurisdictione necessaria, ut est excommunicationis promulgandæ facultas; & sic expresse respondit Sacra Congreg. Concilii apud Garciam de Benefic. part. 5. cap. 8. num. 94. & Barbofam de Offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 96. n. 7. ibi: Stante hac declaratione quærebatur, an eadem potestas competat Vicario Capituli Sede vacante? Congregatio censuit affirmative, quia ad Capitulum transeunt ea, quæ sunt Jurisdictionis necessaria, ut est Excommunicatio &c. Et sic tenent communiter Doctores cum Barbofa d. allegat. 96. num. 10. & super Trid. d. sess. 25. cap. 3. num. 6.

Item tali Monitoria, prævia causæ cognitione, potest concedere etiam Vicarius Apostolicus, ut expresse decrevit Sacra Congreg. Concilii sub die 26. Octobris 1590. apud Barbofa in Summa Apostolic. decis. verb. Monitoria num. 1. & cit. alleg. 96. num. 10. Theophil. Raynaud. de Monit. Eccles. p. 1. c. 1. q. 10. vers. Omnia.

Item talia Monitoria possunt concedere Legati a Letero, & Nuncii Apostolici; Barbofa. cit. allegat. 96. num. 11. & super Trident. cit. cap. 3. num. 8. Raynaud. loc. cit. quest. 10. in princip. Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. resolut. 235. num. 2. Lazar. de Monitor. sess. 1. quest. 5. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 11. a num. 5. Ugolin. de potest. Episcop. cap. 46. in princip. Eleobar. in tractatib. secl. tract. 2. part. 1. §. 3. num. 65. & alii.

Talia

Talia autem Monitoria nequeunt concedere Abbates, aliique Prælati Ordinarii etiam exempti Episcopo inferiores, & immediate Sedi Apostolicæ subjecti, ac nullius Diocesis, sed pro illis obtinendis debent eorum Subditi Sedem Apostolicam adire; ut declaravit Sac. Cong. Concilii 22. Jan. 1598. apud Monacell. part. 1. tit. 6. formul. 11. num. 13. & referunt etiam sic decisum Barbofa in Summa loc. cit. num. 3. super Trid. loc. cit. num. 9. in dict. allegat. 96. num. 12. Ugolin. Garcias, & Campanil, & alii ibi citati.

Possunt tamen talia Monitoria concedere Generales Religionum, eorumque Visitatores, & Provinciales pro suis subditis, non vero Superiores locales, ut Piores, Guardiani, & alii similes, qui alios Superiores majores habent sicut Generales, quia Superiores locales non habent auctoritatem quasi Episcopalem; Tancred. tom. 5. tract. 4. quest. 2. n. 1. Felix Potestas tom. 2. part. 1. num. 3. Miranda, Rodericus, Fr. Emmanuel, citati, & sequuti a Barbofa super Trid. loc. cit. num. 10. & alii.

Post autem Superiores locales Monitoria edere in suis Conventibus, non quidem ad finem revelandi pro rebus aut scripturis deperditis, vel subtractis, sed pro aliis delictis, ut pro relictu Fugitivi, seu Apostate ad Conventum infra tres vel quatuor dies, & hujusmodi, docet cum permixtis Melphi de penit. cap. 28. quest. 1. & 2. & adducit dispartitum de excommunicatione pro rebus deperditis, seu subtractis, dicens, hæc reservari Prælati majoribus privative quoad Superiores locales, quia solet esse foeminiar, ac majori gravitate, & circumspectione exercenda; sed vide ipsum loc. cit. & Felicem Potestatem loc. cit. num. 3.

Monitoria pro revelandis rebus occultis conceduntur solum in subsidium, quando scilicet deficiunt probationes, & veritas alio modo haberi non potest; sic sentire videtur, Concil. Trid. cit. sess. 25. cap. 3. & sic expresse rescriptis Sacre Congregat. Episcop. in Savonem. 15. Januarii 1619. apud Nicol. in Florent. verb. Monitorium num. 2. & tenent communiter Doctores cum Barbofa cit. alleg. 96. a num. 14. & cit. sess. 25. cap. 3. a num. 18.

Monitoria hujusmodi sunt concedenda solum illi, cui interest, non autem aliis; Sic expresse statuit S. Pius V. Constitut. incip. Sanctissimus, ubi ordinavit, quod mandata in orna significavit pro rerum subtractarum, aut deperditarum restitutione, aut revelatione expediantur ad eorum distinctat instantiam, quorum civiliter interest; Barbofa. cit. allegat. 96. num. 24. & cit. sess. 25. cap. 3. num. 16. cum Ugolin. Lazzar. Riccio, Genuesi. ibi citatis, & alii passim. Hinc si essent concessa absque petentis intere se, essent revocanda, ut cum Lazzar. Franc. Leon. Aloysio Riccio tenet Barbofa cit. alleg. 96. num. 24. & cit. cap. 3. num. 17.

Monitoria hujusmodi non possunt concedi pro qualibet parva re; Sic Concil. Trid. cit. sess. 25. cap. 3. ibi: Non aliam quam ex re non vulgari, & S. Pius V. cit. Constit. incip. Sanctissimus, ibi: Et tamen ostendat, res ipsas (id quod præcipue in omnibus attendendum est) minime vulgares existere; Et sic Doctores communiter. Hinc Romana Curia non concedit Monitoria, nisi sub conditione, quod res perditæ, seu subtracta ascendant ad valorem quinquaginta aurearum, sive scutorum monetæ, licet fuerint separatim subtracta; & patet ex forma impressæ, ut testatur Nicolius in Florent. verb. Monitorium num. 4. Barbofa cit. allegat. 96. num. 30. referens ex aliis; in Curia Neapolitana Monitoria non concedi pro minori summa, quam quinquaginta Ducatorum; considerata tamen paupertate petentis, aliquando decerni in minori summa decem, viginti, vel triginta Ducatorum pro Episcopi arbitrio.

Potest tamen aliqua res in se parva, & levis esse gravis, & non vulgari in Jure ex circumstantiis, adeoque sufficiens ad concedendum Monitorium, ut si in Monasterio Religiosorum e Cella unius fuerit ablata res valoris v. g. duntaxat sex Juliorum, adest tunc sufficiens causa, ut Superior Provincialis, & respective Episcopus pro Monasterio sibi subjectis possit Monitorium concedere, quia quamvis talis materia sit in se levis, est tamen gravis, prout potest enervare Regularem disciplinam frangendo communem pacem, & destruendo publicum spirituale Monasterii bonum; Unde Superior ad hæc mala evitanda, & disciplinam Regularem fovendam, publicum Monasterii spirituale bonum, & communem pacem conservandum, potest Monitorium sub excommunicatione ferre, obligando subditum ad restituendum, vel revelandum; quamvis enim talis materia sit levis in linea iusti-

tiæ, evadit gravis ratione talis circumstantiæ; & in linea obedientiæ; Sic Tancred. tom. 5. tract. 4. quest. 2. cum Suarez Tamburin. de Jure Abbatissar. & aliis ibi citatis, Felix Potestas loc. cit. num. 12. & alii.

Item si plures v. g. grave damnnum intulerint, non simul, sed separatim, & singuli parum acceperint, non pertingens ad peccatum mortale, ut si plures in populari tumultu deprædati sint aliquam domum, aliquam vineam, tunc adest sufficiens causa concedendi Monitorium sub penas excommunicationis obligans singulos ad restituendum, & revelandum, quia licet singuli quid leve rapuerint, omnia tamen hæc levia notabile damnnum constituunt, quod, cum possint reparare, si singuli suum leve furatum, seu acceptum restituant, singuli peccant mortaliter decidendo, & consequenter singuli Monitorio ligantur; Barbofa cit. allegat. 96. n. 29. cum Suarez, Lazzar., Bonacina, Henrig., Genuesi. ibi citatis, Felix Potestas loc. cit. n. 19. & alii.

Monitoria hujusmodi non possunt concedi in Criminalibus, quia & afferunt infamiam notam, & inducunt periculum incurrendi Irregularitatem; Unde ex Stylo Curia Romanæ, & ex generali Diocæsanorum usu in ipsis Monitoriis, teste Barbofa cit. allegat. 96. num. 32. ponitur sequens clausula: Nolimus autem, quod ex revelatione hujusmodi, si eam fieri contingat, nisi pro civili interesse, & civiliter tantum agi possit, alias revelatio ipsa, neque in iudicio, neque extra, fidem faciat. Et sic tenent communiter Doctores cum Barbofa cit. allegat. 96. n. 32. Unde Sac. Congreg. Episcop. in Apruntina 22. April. 1616. expresse respondit, quod concedi non possunt Monitoria ad finem revelandi ad detegendum delicta, vel delinquentes; Neque pro reperendis testibus in causa criminali etiam ad defensionem; Ead. Sac. Congreg. Episcop. in Compsana 28. Novembris 1589. Nec talibus revelationibus uti possunt in causa criminali, licet adest; Ead. Sac. Congreg. Episcop. in Senogallien. 5. Julii 1619. apud Nicol. in Florent. verb. Monitorium num. 1.

Hinc petenti copias revelationum dari potest juramentum, quod illis non utetur nisi in iudicio civili; Sic rescriptis Sac. Congreg. Episcop. & Regular. Episcopo Marficano 21. Martii 1589. & Episcopo Terufino 5. Maii 1593. Et si revelationes contineant infamiam, vel aliquid aliud, ex quo oriri possit scandalum, non debet concedi, sed monito detentore, sit restituere nolit, repetitis testibus cum juramento, poterit excommunicari, ut respondit Sacra Congreg. Episcop. in Gallipolitana 7. Junii 1594. apud Monacell. part. 1. tit. 6. formul. 11. n. 11. ubi id docet cum Januensi, Lazzar. Platæc. ibi citatis; & cum multis aliis tenet Barbofa cit. alleg. 96. num. 33. ubi dicit, quod Monitoria non debent concedi, si sunt infamatoria alicujus particularis personæ.

Monitoria hujusmodi non sunt concedenda, quando certa sunt personæ, quia tunc ordinarie est agendum, & procedendum, ut deducitur ex Concil. Trident. cit. sess. 25. cap. 3. de reformat. & docet Franc. Leo, Giurba, Costa, Lazzar. Riccius, Campanil., Marta, Raynaud. citati, & sequuti a Barbofa d. allegat. 96. num. 25.

Monitoria hujusmodi possunt concedi tam ante ceptam, quam ea pendente, dum probationum terminus non elabitur; Lazzar. Campanil. Petrus Gregorius, Mandell. & alii citati, & sequuti a Barbofa d. alleg. 96. n. 38. & alii passim.

Monitoria hujusmodi potest promulgare ex officio Iudex Ecclesiasticus etiam nemine petente, v. g. contra detinentes res Ecclesiæ, si eas non restituant, vel contra non revelantes eos, quos noverint eas detinere; ut habetur in Extravagant. mic. 10. ann. XXII. de furtis, & docet Barbofa loc. cit. num. 23. & communis aliorum.

Monitoria hujusmodi non sunt concedenda ad instantiam nominatim excommunicati, seu publici, notorii peccatoris. Communis, arg. c. Immunitatem X. de Immunitate Ecclesiæ; ibi: Cam... frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem, cap. Sacerdotibus 2. Ne Clerici, vel Monachi: ibi Indignum est eis ab Ecclesia subveniri, per quos constat in Ecclesia scandalum generari; & cap. In audientia 25. de sentent. Excom. ibi: Cum frustra Ecclesie imploret auxilium, qui committit in ipsam. Hinc Concilium Mediolanense quartum tit. De foro Episcopali expresse id vetuit; ibi: Excommunicationum littere non concedantur... cuiquam Excommunicato, aut manifeste, aut notorie criminoso Et id etiam prohibuit Concilium Tolosanum part. 4. c. 1. num. 6. Nulle in Excommunicatione ferre, obligando subditum ad restituendum, vel revelandum; aut perditis, scilicetque hominis gratiam... Excommunicationes decernantur.

Moni-

Monitoria hujusmodi concessa pro habendis revelationibus publicantur tribus festis diebus, exceptis tamen diebus Nativitatis, & Resurrectionis, Ascensionis Domini, diebus Pentecostes, Corporis Christi, aliisque anniversariis solemnioribus diebus, nisi alia gravi de causa Episcopus aliter censuerit; Barbofa *cit. allegat. 96. num. 43.* cum pluribus ibi citatis, Monacell. *loc. cit. num. 1.* Nicol. *Lucubrat. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. post num. 23.* Guazzin. *in tract. ad defens. animar. lib. 2. defens. 2. cap. 17. num. 79.* & Concil. Mediolanen. *IV. part. 3. tit. 8. de foro Episcopali,* ibi: „Cum vero pro ratione praescripta aliquando conceditur (excommunicationum littera) ne tamen in Sanctissimis his diebus, in Nativitate scilicet Domini, Pascha Resurrectionis Ascensionis, Pentecoste, in celebritate Sacri Corporis Domini, & aliis anniversariis solemnioribus diebus ullo modo promulgentur, nisi Episcopus aliter censuerit.

26 Parochus autem, vel alius Ecclesiae Rector, dum publice in Ecclesia sententiam excommunicationis fulminat contra non resistentes, seu non revelantes, tenet manibus candellam accensam; & in fine candela in terram projecta, & extincta, pedibus eam conculcat, interim Campana Ecclesiae paulatim pulsante iuxta formam traditam a Joanne XXII in *Extravagant. commun. unica de furt.* Et exinde ut populus Caeremoniarum Ecclesiae significationem percipiat, & effectus excommunicationis magis pertimescat, statim ipsum instruit, quod ipse Parochus Christum excommunicantem, & projecto candela, ejusdemque extinctio, & Campanae pallatio excommunicatum quasi mortuum significant, utpote a Christi Corpore tamquam palmitem a vite praecidium, & quod conculcatio Candela pedibus facta demonstrat, excommunicatum sic ab Ecclesia ejectum, traditum esse Daemoni torquendum, & ab eodem, aliisque tartareis Ministris in inferno conculcandum, nisi resipiscat.

27 Monitorii vi nemo tenetur seipsum patefacere, aut denunciare, quia nemo se infamare debet; *cap. Quis aliquando 87. de poenitent. dist. 1. Barbofa cit. allegat. 96. num. 45. & sequent. & communis aliorum.* Qui tamen alienam rem furtivam, tenetur procurare, ut res restituatur Domino per amicum fidelem, aut per Confessarium; *Communis.* Non tenetur autem alienam rem restituere, neque vi monitorii, si effectus sit impotens ad solvendum, dummodo habeat animam restituendi, cum primum possit; quia impossibile, nulla est obligatio; *l. Impossibile ff. de Regul. Juris. & cap. Nemo potest 6. de Regul. Juris in 6. ibi: Nemo potest ad impossibile obligari;* Barbofa *loc. cit. num. 47.* & alii communiter Neque vi Monitorii restituere tenetur, si talem rem retineat in iustam compensationem; Barbofa *loc. cit. num. 49.* cum communi aliorum, dummodo concurrant omnes conditiones ad iustam compensationem requisitas, assignatas sub verb. *Compensatio;* Vide ibi.

31 Neque scientes hujusmodi detentorem tenentur vi Monitorii eum talem rem retinere ob iustam compensationem, aut non restituere ob impotentiam, quia cum in similibus casibus Monitorium non liget principalem, tanto minus ligabit minus principales, uti sunt scientes respectu detentoris; Barbofa *loc. cit. num. 72.* cum communi aliorum. Tenentur autem scientes revelare, & denunciare eum, si solum sit impotens restituere in totum, & non quoad partem, seu si solum ob partem habeat iustum titulum compensationis, & non ob totum, quia in tali casu, sicuti detentor non excusatur quoad totum, sed solum quoad partem a restitutione, ita nec scientes excusantur a revelatione; *Communis.* Item scientes eum denunciare tenentur, si dubitent de iustitia compensationis, aut de impotentia restituendi, nisi rationabiliter deponant dubium, quatenus nempe eam audierint a fide digno, quia possessio stat pro praepcepto Superioris, quod est certum, & excusatio est demataxat dubia; Barbofa *loc. cit. num. 72.* & alii communiter.

34 Nemo tenetur vi Monitorii alium denunciare, quando ex denunciatione praevidetur timet sibi aut suis usque ad quartum gradum aliquod grave damnum contra aliquod ex quatuor bonis hominis, videlicet animae, corporis, famae, & substantiae corporalis, quod iuxta debitum ordinem sit preferendum damno alterius, quia praepcepta humana, & positiva non obligant cum tanto incommodo; Diana *part. 9. tract. 8. resol. 48.* Bonacina *tom. 1. de obligat. denunciand. disp. 6. §. 3.* Felix Potestas *tom. 2. part. 1. num. 39.* & alii.

35 Nec quis tenetur ex vi Monitorii denunciare conjunctos

intra quartum gradum, etiam si non adsint alii testes. Qui enim de Jure compelli non potest ad testificandum contra ipsos, nec tenetur eos denunciare vi Monitorii, quia non debet Lex Ecclesiastica cedere in benignitate Legi civili, ut velit eos ligare, quos Lex Civilis non obligat. Lex autem Civilis non obligat ad testificandum contra ipsos supradictos, textu expresso in *leg. Quarta §. 4. de testibus, reat. lat. capit. Si testes 3. caus. 4. quest. 2. & 3. ibi: Item §. l. Quarta §. 4. Lege Julia publicorum judiciorum cavetur, ne invito denunciatur, ut testimonium dicat adversus Socrum, Generum, Viricum, Privignum, Sobrinum, Sobrinam, Sobrinove natum, eosque, qui priori gradu sint;* Tancred. *tom. 5. tract. 4. q. 20.* Felix Potestas *loc. cit. n. 30.* Pontas *verb. Monitorium cas. 12.* cum Eveillon. Angelo de Clavasio, Navarr. Suarez, Avila, & Barbofa *ibi cit.*, Diana *part. 5. tract. 13. resol. 67.* Raynaud. *de Monitoriis part. 1. cap. 3. quest. 20.* Lopez, Silvius, Baumius, & alii apud Dianam *part. 8. tract. 7. resol. 10.* qui cum Escobar id tenet, tam de constantibus, quam de affinibus, usque ad quartum gradum, quia si conjunctus ageret ut denunciator, aut talis contra sic conjunctos, orientur inter familias sic conjunctas plurimae dissensiones, & inimicitiae, & sic tolleretur domorum, & familiarum pax, & quies, quod cederet in maximum Reipublicis praedictum; ex qua ratione Raynaudus, & Diana *locis citatis* eos a denunciando eximunt, nedum in causis Criminalibus, sed etiam in Civilibus; Quod tamen respectu affinitatis non admittit *Sacra Congreg. Concil. in Fulginitate. 1. Decembris 1630.* penes Sellium in *Selectis Canon. cap. 10. n. 4.* & Barbofam *super Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. n. 12.* ubi attestantur fuisse a dicta Sacra Congregatione sic resolutum. *Revelare tenentur scientes ita ut non eximantur ab excommunicatione comminata in litteris Monitorialibus Apostolicis, quando veritas haberi aliter non potest, nec attenditur excusatio respectu offinitatis in hoc casu.*

Qui inhabiles sunt ad testimonium ferendum, ut infames, & hujusmodi, tenentur revelare, praeterim cum deficiunt alia probationes, quia eorum testimonium non omnino invalidum est, nam etsi non probent, faciunt tamen praesumptionem; Glossa *verb. Ad testimonium in cap. 1. de testibus in 6.* cum citatis a Farinac. *part. 3. quest. 62. num. 274.* Barbofa *cit. allegat. 96. num. 62.* cum aliis ibi citatis.

Monitorii vi revelare nemo tenetur id, quod dumtaxat scit sub secreto naturali ad finem habendi ad id consilium, vel auxilium sub tali sigillo sibi communicatum, ut solet accidere in Medicis, Chirurgis, Pharmacopolis, Obstetricibus, Advocatis, Procuratoribus, Tabellionibus, & hujusmodi, qui secreta infirmorum, clientum, & aliorum sub naturali sigillo recipiunt, quia obligatio servandi tale arcanum, seu sigillum est Juris naturalis, contra quod non potest obligare Monitorium, quod est praepceptum, seu Jus dumtaxat Ecclesiasticum; Sic Barbofa *cit. allegat. 96. num. 63.* & Communis Doctorum cum S. Thoma *part. 2. quest. 70. art. 1. ad 2. ubi sic praecise dicit; Quandoque vero sunt talia, quae quis prode creto committuntur. Et tunc nullo modo tenetur ea prode ere etiam ex praepcepto Superioris, quia servare fidem est de Jure naturali. Nichil autem potest praecipere contra id, quod est de Jure naturali.* Excipe tamen casus, in quibus agatur de impediendo futuro damno Reipublicae, aut tertiae personae privatae, quod aliter evitari non possit; Aut de revelando impedimento occulto, Matrimonium dirimentem, quia in his casibus tenentur Medici, Chirurghi, Pharmacopola, Obstetrices Advocati, Procuratores, Tabelliones, & alii omnes revelare secretum naturale, ut tales mali exitus antevertantur, nam bonum publicum praevalet bono particulari, seu privato, & Jus naturale innocens, ne grave damnum patiat, praevalet Juri naturali, quod habet nocens, ne reveletur, & validitas, seu bonum Sacramenti obligat ad detegendum impedimentum dirimens etiam sub solo naturali sigillo cognitum, ut sic evitetur nullitas ejusdem Sacramenti, continuus concubitus, aliaque gravissima mala inde obventura; Eveillon. *tract. de excommunicat. & Monitor. cap. 23. art. 2. §. 1.* Barbofa *cit. alleg. 96. num. 63.* Navarr. in *Canon. Inter verb. 55. caus. 11. quest. 3. conclus. 6. n. 222.* Valentia *tom. 3. in Summa Sanctae Thomae disp. 1. quest. 10. punct. 5.* Pontas *verb. Monitorium cas. 8. in fine,* Bonacina *tom. 1. de obligat. denunciand. a num. 1.* Aretin. in *pract. crimin. pag. 164.* Melphi in *pract. crimin. verb. Testes,* Felix Potestas *loc. cit. num. 57.* ubi testatur de communi.

Nemo

29 Nemo tenetur denunciare ea, quae certo non scit, quia alioquin se exponeret periculo levitatis, & patientem exponeret in bonis Domini cum aequali, seu paulo majori damno, quod fortasse injuste pateretur. Hinc Monitoria, seu Edicta loquuntur de scientibus: scire autem proprie est veritatem visu, vel alio corporis sensu perceptam vere, & realiter retinere; Barbofa *cit. allegat. 96. num. 66.* cum Reginald., Lazzar. Campanil., Bonacin., Ugolin., Homob. & aliis ibi citatis. Unde nemo revelare tenetur ea, quae audit a personis levibus vel ignotis, aut nihil certum scientibus; Barbofa *loc. cit. num. 67.* cum Navarr., Sanchez, Reginald., Bonacina ibi citatis, & alii passim. Neque quis revelare tenetur, quae audit ab eo, qui jam denunciavit, quia ex quo Judex jam factus est certus, certiorari ulterius non oportet; *cap. Eum qui 32. de Regul. Juris in 6.* ibi: *Eum qui certum est certiorari ulterius non oportet.* Barbofa *loc. cit. num. 68.* cum Navarr. Graf., Sayr., Avila, Lazzar., Bonacin. ibi citatis, Felix Potestas *loc. cit. num. 54.* Fr. Emmanuel in *Summa part. 1. cap. 76. num. 7.* & alii.

32 Nemo denunciare tenetur id quod in Judicio probare non potest, quia quod probari non potest, se habet, ac si nesciretur; Barbofa *loc. cit. num. 52.* cum Navarr. Lazzar., Avila, Bonacina, Escobar Sayr., Hering., Gutier., Genuent., Ugolin., Raynaud. ibi citatis. Excipiuntur tamen aliqui casus respicientes alias materias. Primus casus exceptus, est, quando agitur de iis, quae respiciunt Fidem, & Christianam Religionem, ut Haeresis, vel Blasphemia haeretica; in his enim denunciatori habetur pro teste, in illis nisi testi creditur; *cap. In omni negotio 4. de testibus,* Barbofa *loc. cit. sub num. 52.* cum Zazzar., Diana, Baum., Genuent., Bonacina, & alii ibi citatis. Haeretici enim quamvis occulti, & probari non possint, sunt denunciandi; ut patet ex propositione quinta inter damnatas ab Alexandro VII. 24. Septemb. 1665 ibi: *Quavis evidenter tibi confiter Petrum esse haeticum, non teneris denunciare, si probare non possis.*

34 Secundus casus exceptus est, quando agitur de iis, quae respiciunt bonum publicum, ut sunt conditiones Patriae, machinationes, Conspiraciones in Principem, seu Superiorem, Crimina laeae Majestatis, Simoniae, Subornationes in Electionibus, Omicidia occulte grassantia, falsificationes monetae, & similia. Haec enim dicuntur crimina exceptata, pro quibus solum Monitoria concedi, ut reveletur occultus delictus delinquens notorii criminis ad finem ipsum in aliorum exemplum puniendi, & sic consulendi bono Communitatis; Unde talia delicta sunt denuncianda, etiam si sciantur sub secreto naturali, & probari non possint; Tamburin. *lib. 6. Decalog. cap. 2. §. 4.* Bonacin. *tom. 1. de obligat. denunciand. disp. 6. num. 5.* Felix Potestas *loc. cit. num. 62.* Barbofa *loc. cit. num. 62.* cum pluribus ibi citatis.

35 Tertius casus, exceptus est, quando Monitoria, seu Edicta non praecipunt denunciationem, sed testificationem; tunc enim tenetur quis revelare, & testari, seu deponere tamquam testis, si juridice interrogetur, quamvis probare non possit, cum in Edicto praecipitur simpliciter, & absolute testificatio; Barbofa *loc. cit. num. 52.* cum Lazzar., Avila, Sayr., Bonacina, Genuent. ibi citatis, Felix Potestas *loc. cit. num. 73.* Bordon. *part. 3. resol. 101. num. 49.* & alii passim.

36 Quartus casus exceptus est, quando Monitoria, seu Edicta non praecipunt denunciationem, sed testificationem; tunc enim tenetur quis revelare, & testari, seu deponere tamquam testis, si juridice interrogetur, quamvis probare non possit, cum in Edicto praecipitur simpliciter, & absolute testificatio; Barbofa *loc. cit. num. 52.* cum Lazzar., Avila, Sayr., Bonacina, Genuent. ibi citatis, Felix Potestas *loc. cit. num. 73.* Bordon. *part. 3. resol. 101. num. 49.* & alii passim.

37 Non tenetur denunciare vi Monitorii ad finem restitutionis qui rite rem praescripsit, quia per usucapionem, & praescriptionem res fit propria usucapientis, & praescribentis; unde sicuti non tenetur restituere, ita nec denunciare; Navarr. *consil. 35. num. 8. de sentent. excomm. Avilla de Censuris part. 2. cap. 5. disp. 5. dub. 1. illat. 3.* Barbofa *loc. cit. numer. 82.* Raynaud. *de Monitor. part. 1. cap. 2. quest. 7.* Monacell. *part. 1. tit. 6. formul. 11. num. 9.* & alii passim.

38 Non tenetur denunciare, qui rem habet sibi debitam, quamvis adsint Creditores ipsi anteriores, quia Judex Ecclesiasticus intendit tantum obligare restitutionem illius, quod non potest retineri sine peccato, qui autem habet rem sibi vere debitam, illam retinet sine ullo peccato; Comitulus *respons. moral. lib. 3. quest. 39.* Diana *part. 3. tract. 5. resol. 10.* Bibliothec. Ferrar. *tom. 8.*

Raynaud. *de Monitor. part. 1. cap. 2. quest. 6.* Barbofa *loc. cit. num. 81.* Monacell. *loc. cit.* & alii

Nec etiam tenetur denunciare, qui bona fide rem alienam pretio numerato emit a latrone, negata, aut non sperata restitutione pretii; Rebell. *de obligat. justitiae part. 1. lib. 2. quest. 9. num. 6.* Sanchez *de Matrimonio. lib. 2. disp. 41. a num. 27.* Sayr. in *Clavi Regia lib. 10. tract. 2. cap. 1. num. 5.* Raynaud. *de Monitor. part. 1. cap. 2. quest. 10.* Barbofa *loc. cit. num. 83.* Monacell. *loc. cit. num. 9.* Guazzien. in *tract. de defens. animar. lib. 2. defens. 2. cap. 16. a num. 65.* & alii plures; Quamvis enim juxta dicta in verb. *Emptio & venditio art. 2. a num. 1.* Emen, bona fide rem furtivam, seu alienam teneantur eam restituere Domino, nec possit ab ipso reperere expensum, pro ea, juxta communiorem Doctorum sententiam, attamen juxta dicta *ibidem. num. 7.* est revera etiam probabile, quod talis emptor possit rem furtivam reddere futi ad periculum recuperandum, seque indemnem servandum, ut praeter ibi citatus tenet Philiarth. *de Offic. Sacerdot. part. 2. lib. 6. cap. 18.* Valentia *2. disp. 9. 6. punct. 4.* Rebel. *de obligat. justitiae part. 1. lib. 2. q. 9. n. 3.* Torres *tom. 2. disp. 13. dub. 2.* Bonacina *de contractibus disp. 1. de restitut. quest. 4. punct. 2.* apud Barbofam *cit. allegat. 96. num. 83.*

Detinens mala fide scripturam alienam, quatenus eam abstrulit, tenetur vi Monitorii eam reddere Domino cum aequali suo damno, aut paulo majori, non tamen cum damno longe majori damno ipsius Domini; Tamburin. *lib. 9. decalog. c. 3. §. 3. a n. 19.* cum Molina, Lessio, Azorio, Valentia, Navarr., Bonacina ab ipso citatis, Diana *part. 9. tract. 3. resol. 48.* Felix Potestas *tom. 2. part. 1. num. 114.* & alii, Et ratio primae partis, est, quia actio injusta obligat ad amovendum damnatum ab innocente, & ad ponendam aequalitatem; Unde detinens mala fide alienam scripturam, tenetur eam reddere Domino cum aequali, seu paulo majori damno in suis bonis, damno in sua vita, aut sua fama, damno in vita, aut fama Domini? In damno enim aequali; seu paulo majori potior est ratio innocentis; Quamvis enim simpliciter, & absolute loquendo multo plus valeat vita, aut fama propria, quam vita, aut fama alterius, adeoque caeteris paribus, & quando uterque est innocens, propria sit preferenda alienae, non sic tamen, quando non adest paritas, & aequalitas utriusque, sed unus est nocens, & alter innocens, quia in tali casu multo plus valet vita, aut fama innocentis, quam nocentis; adeoque, itane tali disparitate, & inaequalitate, vita aut fama aliena innocentis est preferenda vitae, aut fame propriae nocentis.

Ratio autem secundae partis, nempe quod non teneatur scripturam reddere cum suo damno longe majori damno ipsius Domini, est, quia iustitia commutativa nihil aliud praecipit, quam ut ponatur aequalitas, & sic injustus scripturae detentor excusatur a restitutione ob impotentiam ponendi aequalitatem; Si enim ex restitutione scripturae sequatur infamia restituents, ad eam non tenetur, si damnum Domini sit solum in in bonis temporalibus, quia jactura famae, utpote superioris ordinis, est longe major jactura bonorum temporalium, utpote inferioris ordinis; Sicuti etiam non tenetur restituere, si suum damnum sit circa bona ejusdem ordinis, sed multo, & longe majus damno Domini, ut si damnum Domini sit quinquaginta aureorum, & suum sit centum aureorum & ultra; Sic Doctores supra citati.

Cum hac tamen advertentia, quod si injustus detentor possit suam infamiam, seu suum majus damnum evitare restituendo scripturam, medio secreto amico, tenetur omnino restituere, alias ultra grave peccatum incurrat excommunicationem latam in Monitorio; *Communis.*

Detinens bona fide scripturam alienam non tenetur eam reddere cum suo, aut suorum notabili damno etiam minori damno Domini Scripturae, quia cum talis scripturae detentio non sit ei culpabilis, non potest obligari ad ejus restitutionem cum notabili suo, aut suorum detrimento, *arg. cap. Cognoscites 2. de Constitutionibus;* ibi: *Rem qua culpa caret, in damnum vocari non convenit;* Diana in *Summa verb. Testis n. 6.* Busemb. *lib. 4. de statibus cap. 3. dub. 6. num. 1.* Felix Potestas *loc. cit. num. 16.* Tamburin. *loc. cit. numer. 24.* & alii plures apud ipsum.

Si autem dictus bonae fide detentor possit suum, aut suorum notabile damnum evitare, restituendo per se, aut medio secreto amico, seu prudenti Confessario, vel alio modo, tenetur ex iustitia id facere, quando avertit Scripturam esse alienam.

alienam, alias tenebitur ad omnia damna; quæ sequentur a die habitæ notitiæ, seu factæ advertentiæ, quod scriptura esset aliena, quia a tali die inceptit esse injustus detentor; Unde cum potuerit, & noluerit restituendo, ut debebat, dictam scripturam, damna impedire, gravem culpam commisit contra justitiam ex re accepta, adeoque tenetur ad restitutionem; Tamburin. loc. cit. num. 8. ibidem cap. 1. §. 9. num. 6. & cap. 2. §. 1. num. 7. cum aliis ibi citatis, Felix Potestas loc. cit. num. 117. & 118. contra Bulliemb. loc. cit. ubi eum aliis dicit teneri restituere dictam scripturam solum ex charitate, & non ex justitia, adeoque non obligari ad damna inde secuta.

54 Detinens scripturam publicam continentem acta producta, & effecta in Judicio, tenetur vi Monitorii eam tradere, sicuti & testis eam revalere, quia talis scriptura spectat ad Justitiam publicam ministrandam; Communis. Detinens scripturam communem reo, & actori, quatenus spectat ad Jus utriusque, non tenetur vi Monitorii eam tradere, sicuti nec testis revelare, quando intervenire potest pro Jure alterius contra Jus proprium, quia cum talis scriptura sit utriusque communis, cæteris paribus, melior est conditio possidentis; Communis.

55 Detinens scripturam propriam spectantem ad suum Jus, & ad sua bona, non tenetur vi Monitorii eam tradere, sicuti nec testis revelare, quia Monitorium fertur contra retinere res scripturas alienas, & spectantes ad Jura & bona Actoris; Non enim potest quis obligari ad tradendam, seu revelandam arma sua inimico; Communis. Detinens scripturam spectantem ad Jus & bona Actoris, si sit certus de sua justitia & quod Actor, atenta ejus potentia, seu opulencia, uterur injuste talia scriptura contra ipsum tunc durante eo periculo, non tenetur vi Monitorii ea tradere, sicuti nec testis revelare, quia Monitorium datur ad impedienda, & non ferenda mala; talis autem consignans, seu revelans dictam scripturam in data hypothesi, non solum cooperaretur ad malum temporale sui, sed etiam ad malum spirituale, idest peccatum Actoris, sicuti cooperaretur ad peccatum detinens gladium alterius si illum ei consignaret in contingencia, qua esset certus, aut probabiliter crederet, quod esset eo ulturus ad aliquem occidendum; Communis; Si autem detinens scripturam spectantem ad Jus, & bona Actoris, non sit certus de sua justitia, nec quod actor ea uterur injuste, sed solum sit dubius, tunc tenetur dictam scripturam consignare, quia in dubio possessio stat pro Creditore; de cujus Jure, & bonis est scriptura, qui non est privandus sua scriptura, ex dubia sui malitia, nam in dubio quilibet est præsumendus bonus; arg. cap. In cunctis 52. caus. 11. quest. 3. & cap. Mandata 6. de præsumptionibus Et a fortiori tenetur detinens dictam scripturam actori consignare, & testis revelare, si actor habeat Jus quamvis litigiosum ad rem, in ordine ad quam intervenit scriptura qua tunc est injustus detentor in præjudicium actoris cui ex Justitia debetur sua scriptura, ut possit suum Jus prosecui; Si expulsi se Felix Potestas loc. cit. num. 111. & alii passim.

56 Detinens transcriptum non authenticum scripturæ spectantis ad actorem, non tenetur vi Monitorii illud consignare, sicuti nec testis revelare, quia simplex transcriptum non authenticum non facit fidem, & Monitorium debet intelligi solum de scriptura authentica, & faciente fidem; Barbosa cit. alleg. 96. num. 51. in fine, cum Suarez, Filiuc. Bonac. Machado, Homobon. ibi citatis.

57 Sciens aliquem detinere scripturam alienam, ex quo ipso, solo præsentem tamquam confidente communicavit dictam scripturam cum suo Advocato, vel Procuratore, non tenetur vi Monitorii revelare, quia id faciendo incurreret infamiam, omnes enim; qui id sciunt, recusant ejus amicitiam, & tamquam infidelem, & infamem refugerent; Monitorium autem non obligat ad revelationem scripturæ, quando ex tali revelatione sequitur infamia; Diana part. 9. tractat. 8. resolut. 48. in fine. Tancred. tom. 5. tractat. 4. q. 18. Felix Potestas loc. cit. n. 121. & alii passim.

58 Cum quis, ne Creditores, aliqua sua bona adjudicent, illa vendit in confidentia cuidam suo amico, hic amicus, si talis venditor monitus nolit satisfacere creditoribus, & nullum ipse sequatur notabile damnum, tenetur vi Monitorii revelare talia bona, quia est particeps peccati talis vendentis, quando enim non revelat, est causa, cur talis vendens non solvat, sicuti censetur causa peccati, qui occultat bona sibi a fure, ad custodiendum tradita; Bonacina tom. 1. dispnt. 6. de obligat. denunciand. punct. 5. §. 6. num. 7. Felix Potestas loc. cit. num. 183. ubi recte subjungit, quod qui occultant bona ne

ob as alienum, vel ob delictum patrum capiantur a Creditoribus, aut a Fisco tenentur ex vi Monitorii revelare, quia talia bona non possunt occultari, aut retineri in fraudem Creditorum, & Fisci, quibus de Jure sunt applicata. Idem dicit de contractibus fidei initis in fraudem Creditorum, vel Fisci.

Nemo tenetur denunciare vi Monitorii, quando tempore publicationis, & excommunicationis debebat extra Territorium Episcopi excommunicantis. Communis per textum in cap. Ut animarum 1. De Constitutionibus in 6. ibi: Cum extra Territorium Jus dicenti non pareatur impune, & cap. Romana 5. de sentent. excommunicat. in 6. ibi: Porro excommunicationem sententiæ... subiectos ejusdem jurisdictioni Archiepiscopi tantum ligant. Qui autem ad dictum Territorium revertitur, seu ibi domicilium figit, nondum facta tertia Monitorii promulgatione, tenetur revelare, si Monitorii sit certior effectus, quia talis revera est subditus illius Episcopi tempore, quo urget ejus præceptum. Pontas verb. Monitorium caus. 19. n. 2. Felix Potest. loc. cit. n. 203. cum Bonacina cit. disp. 6. de obligat. denunciand. & alii passim. Item denunciare tenetur qui exit a tali Territorio jam facta prima Monitorii promulgatione, licet exeat animo non revertendi, sed perpetuo alibi habitandi, quia satis est eum subditum fuisse illius Episcopi cum prima monito promulgata est, quandoquidem per Monitorii citationem ad revelandum Jurisdictioni perpetuatur, cap. Proposuit 19. de foro competenti, & Glossa ibidem verb. Præventus, ubi expresse dicit: Sic ergo patet, quod per solam citationem perpetuatur Jurisdictione, tam Ordinarii quam delegati; & ad id citat l. Si quis 7. ff. De judiciis, & l. ubi cap. est 30. ff. de Jurisdictione. omni. judic. & quinque alias Pontificias Decretales. Pontas loc. cit. num. 3. Barbosa cit. Allegat. 96. num. 73. cum Henriq. Sayr. Lazzar. Genuesi, & aliis ibi citatis.

Item a fortiori tali Monitorio ligatur Reus delicti v. g. furti, propter quod promulgatum est Monitorium, etiam promulgatum sit post ejus discessum a tali Territorio, quia remanet subditus ratione delicti, in cujus enim Territorio quis deliquit, ejus Jurisdictioni subijcitur, licet alias ei subiectus non sit; cap. Postulasti 14. cap. Proposuit 19. cap. Licet 20. de foro competenti. c. De illis 1. de raptoribus; cap. Placuit, quest. 3. & Authent. Quia in Provincia, Cod. Ubi de criminibus agi oportet, ubi sic expresse habetur; Quia in Provincia quis deliquit, aut in qua pecuniarum aut criminum reus sit illic etiam Juri subiacet. Unde Episcopus loci, ubi talis commissit delictum furti, & hujusmodi, potest eum in alieno Territorio citare, requirendo v. g. consensum Episcopi illius Territorii, ut permittat citationem per nuncium, aut litteras, vel ut ipse per suos Ministros notificet delinquenti Monitorium ab Episcopo loci delicti latum, cui si non obtemperet, excommunicationem Monitorii incurrit, alias quilibet facinorosus excommunicationes justissimas facile subterfugere posset, & Episcoporum potestatem contemnere, & ab eorum Jurisdictione quoad delictorum punitionem se eximere malitiose in alias Dioceses ausu gerendo, quandoquidem ibi plecti non posset ob crimen ibi non commissum, quod nullum de est concedendum, cum fraudis, & dolus nemini patrocinari debeant; textu expresse c. Sedes 15. cap. Ex tenore 16. de Reservatis, cap. Ex literis 2. de dolo, & contumacia, cap. Tria 12. de Clericis non residentibus; & l. In fundo, ff. de rei vindic. l. Cum hi, ff. de transact. & l. Si Legatarius, Cod. De Legatis; cum similibus; Sic Pontas verb. Monitorium cas. 19. num. 4. Felix Potestas loc. cit. num. 213. & sequent. & alii passim.

Superiores Regulares possunt suos subditos per Monitorium citare, & censuris ligare ubicumque etiam extra eorum Territorium existant, sive deliquerint extra, sive intra eorum Territorium quia Monachus, seu Regularis, ubicumque sit, semper est sub Jurisdictione Abbatis, seu Superioris, quem vice Dei super caput suum imposuit; ex cap. Statutum 3. caus. 19. q. 3. & cap. Si Religiosus 27. de elect. in 6. Diana part. 5. resolut. 34. Villalobos tom. 1. tractat. 16. diff. 16. n. 6. Felix Potestas loc. cit. num. 214. & sequent. & alii communiter.

Regulares scientes rem, de qua loquitur Monitorium Episcopi, non tenentur denunciare, & si non revelant, non sunt excommunicati, quia sunt exempti a Jurisdictione Ordinarii, adeoque quoad hoc non tenentur eis parere, nec possunt suis Censuris ligari; arg. cap. Ut animarum. 2. de Constitutionibus, in 6. & cap. Romanas, de sentent. excomm. in 6.

cum similibus, Barbosa citat. alleg. 96. n. 80. Marcell. Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiastici cap. 2. n. 14. & Communis aliorum (a).

69 Obligati ad denunciandum, si non denuntient intra terminum in Monitorio præscriptum, qui solet esse quindecim dierum, peccant mortaliter, & incurrunt excommunicationem, nisi ignorent Monitorium, vel sint legitime impediti, aut alia justa causa excusetur; Communis. Qui autem intra terminum præfixum non revelarunt ob ignorantiam Monitorii, vel ob legitimum impedimentum, aut ob aliam justam causam, istis cessantibus, tenentur revelare, etiam si elapsum jam sit tempus ad revelandum præfixum, quia terminus non apponitur ad finiendam obligationem denunciandi, sed ad eam sollicitandam; Barbosa. dist. allegat. 96. num. 76. cum Navarr. Suarez. Eicobar. Reginald. Lazzar. Diana, Raynaud. Bonacina, & aliis ibi citatis.

70 Mortuo Superiore etiam Papa intra terminum Monitorii, seu Edicti, expirat Monitorium, seu Edictum; Sicuti etiam expirat, si Superior Jurisdictionem amittat, quia mandata Superiorum expirat morte mandatis, sive res sit integra sive non, quando non dantur per modum Legis universalis, sed simpliciter præcepti, ut sit in Monitorio; Caballut. Juris Canon. Theor. & prax. lib. 5. cap. 15. in fin. Grassius decis. aur. lib. 4. cap. 2. n. 26. Leander de Censuris tractat. 1. disp. 4. q. 23. Tancred. tom. 5. tractat. 4. q. 7. num. 5. Felix Potestas loc. cit. num. 51. Pontas verb. Monitorium cas. 16. & alii.

71 Si autem Censura jam fuerit contracta ante Superioris mortem, non tollitur per ejus mortem, ut tenent supracitati Doctores, sed per abolitionem, quæ in Monitoriis solet reservari, & a nullo potest dari, & impendi, nisi satisfacta parte, nempe nisi obediat. Quæ satisfactio peracta, seu obedientia præstita, etiam executor Monitorialium Papalium potest ab ea absolvere, ut resolutum fuisse asserunt Raynaud. & Marc. Ant. apud Barbosa. cit. allegat. 96. n. 42. Et etiam Confessarii privilegiati, aut Regulares, qui satisfacta parte habent privilegia absolvendi in foro conscientie ab omnibus excommunicationibus reservatis Pontifici, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, & aliis sex Casibus intra Italiam, & extra Urbem de mandato Clementis VIII. reservatis ut patet ex adductis sub dict. Absolutio art. 1. a n. 41. & verb. Excommunicatio art. 7. n. 2. Ab excommunicatione, vero lata, & sibi specialiter reservata in Monitorio ab Episcopo, non possunt Regulares absolvere sine speciali ejusdem facultate ut patet ex adductis sub dict. verb. Absolutio art. 1. n. 42. sed potest absolvere solus ipse Episcopus, vel ejus Delegatus, vel ejus Successor, pro quo venit etiam Capitulum Sede vacante, & in casu appellationis potest ab ipsa absolvere Metropolitanus, & Legatus Sedis Apostolicæ, & Summus Pontifex semper, ut patet ex adductis sub dict. verb. Excommunicatio art. 7. a num. 3. ad 7.

Nota additiones ex aliena manu.

DE Prælati vere, & proprie nullius Diocesis, quæ sit est inter Doctores, an concedere valeant Monitoria, de quibus hoc in articulo agitur. Affirmant non nulli, ea motivatione, quod Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 3. de Reformatione, tamen si jus concedendi hæc Monitoria videatur concedere Episcopis, nomine tamen Episcoporum veniunt & Prælati vere & proprie nullius; Vide Raynaud. de Monitor. part. 1. cap. 1. quest. 8. tum ab eo citatos. At prævaluit opinio negativa, quam ultra allegatos ab Auctore hic num. 8. innixi pluribus Resolutionibus S. Congregationis ejusdem Concilii interpretis sequuntur Callemart. ad Concil. loco citato, Fagnan. in cap. Accedentibus num. 25. de Excess. Prælator. Cardin. Petra ad Constit. 4. Callixti III. sect. 7. n. 64. & sequent. Clement. Concord. Pastoral. part. 2. cap. 21. num. 2. & seq. Utitur enim Concilium non modo dictione taxativa, sed & universaliter negativa: a Nemine, præter quam ab Episcopo, quæ dicitio negat omnia possibilis, & magis negat, quam affirmativa affirmat. Cui ad majorem expressionem subiungitur, vigoreque addit dicitio profusus, quæ est precisi-

(a) Nota. Quæ in hoc Articulo a num. 27. ad 68. Auctor adducit, ex laxioribus Casibus potissimum hausit. Quare legendi sunt Pontas in diction. Cas. Conscient. & Raynaudus de Monitor. Biblioth. Ferrar. Tom. 7.

sa, absolutamque excludendi voluntatem in proferente demonstrat. Quocirca etiam Prælati vere & proprie nullius venire soleant nomine Episcoporum; Fallit id, ubi contraria, ut hic, est voluntas loquentis.

Quod ait Auctor num. 12. esse Monitoria illis tantum concedenda, quorum interest, id non est ita intelligendum, ut interesse petentium ipsa Monitoria sit plane exploratum. Recte enim Raynaudus de Monitor. part. 1. cap. 1. quest. 12. In dubio quoque (ait) potest ei concedi Monitorium, si aliqui periclitarentur res, pro qua Monitorium petitur, ita ut nisi tunc obtineretur Monitorium, esset postea futurum, ut comperisset. & declarato juridice petentis jure, dilapidata & averisa fuisset.

Nec est indistincte verum, quod asserit Auctor numer. 21. concedi haud debere Monitoria, quando personæ sunt certæ, propterea quod suppetunt tunc remedia ordinaria. Distincte nam est materia spiritualis a materia temporali, & in materia hac temporali distingui debent personæ Ecclesiastica a Laicis.

In materia spirituali si Episcopus opportunum id esse censuerit, poterit urgere per Monitorium personam certam ad præstandum quod debet, maxime ubi alia media non sint ad manum, vel difficiliora appareant. Hæc enim materia quum per se & directe pertineat ad Judicem Ecclesiasticum, non prohibetur ipse uti medio efficaci, cujusmodi est Monitorium ut adigat ad præstandum circa eam quod ratio postulat; Raynaud. de Monitor. part. 1. cap. 1. quest. 8.

In materia temporali idem juris obtinet, si Persona sit Ecclesiastica. Subest enim hæc Persona foro Ecclesiastico. Nil propterea vetare potest quominus adigatur ea ad præstandum quod debet, adhibito valde efficaci medio, scilicet intentata per Monitorium excommunicatione; Idem Auctor ubi supra Confer etiam Suarez. tom. 5. p. d. 20. sect. 1. num. 13. & Avvil. 2. p. caps. disp. 2. dub. 1. conclus. 2.

At res aliter in materia hac temporali se habet, si Persona sit Laica. Hoc enim in casu locum sibi vindicat, quod indistincte & male dicitur, non posse concedi Monitorium ubi Persona est certa. Ratio autem est, quod Persona Laica habet Judicem proprium, adeoque coram eo conveniri potest, & debet via ordinaria, ubi est certa. At quum persona quæ læsit occulta est & incerta, tunc Judex secularis cogitur ferri, propterea quod vim non habet aliter urgendi conscientiam, quam per præceptum, caretque vi coactiva interius. Quapropter recurri debet ad Judicem Ecclesiasticum, qui per censuram generalem etiam Personas incertas potest ad officium compellere; Raynaud. ubi supra.

Vide & alia de Monitoriis apud mox laudatum Auctorem. 10.

MONOPOLIUM.

Monopolium est sic dictum a verbo Græco Monos, quod est Unum, & Poleo, quod significat vendere, ut observant Silvester in Summa verb. Monopolium, Brugiot. Institut. crimin. lib. 2. tit. 16. num. 3. Urfaya Institut. crimin. lib. 2. tit. 4. num. 7. & alii. Unde Monopolium est, quo unus, vel plures Mercatores inter se propria auctoritate conveniunt, ut coemendo merces certi generis eas carius divendant efficiendo impræudicium Republicæ, ut vix alibi inveniri possint. Sic in re Communis.

Monopolium committitur multipliciter, & 14. modos recenset Azeved. Recopil. lib. 8. tit. 14. leg. 4. per tot. Armendar. autem ad leges Navarr. lib. 3. tit. 20. de Confratr. num. 2. fecutus ab Urfaya Institut. crim. lib. 2. tit. 4. num. 9. duodecim modos numerat, nempe quando illicitæ pactioes concurrunt aut paciscuntur, ut species diversorum corporum negotiationis, non minoris, quam inter se stupuerint, aliqui vendant. 2. Quando homines congregati inter se conspirant, & impediunt ne aliquis deponat in tali casu, quæ forte concernit Dominum talis loci, Civem, aut alium. 3. Si quis conetur impedire, ne quis exerceat negotiationem vini, aut alterius rei præter eum etiam in vim rescripti Principis. 4. Si aliqui conveniunt, ne deferant frumentum in Mercatum proximum, ut Dominus illius Loci vendat suum, vel ut homines illius loci prius suum vendant. 5. Si aliqui conveniunt, quod aliqui habent possessionem Ruri nullum præstetur auxilium, ne quis laborat in possessionibus illius. 6. Si Artifices inter se paciscuntur, ne ullus ipsorum in illa arte intruat alios, nisi filios, aut nepotes illorum. 7. Si ipsi paciscuntur, ne recipiant aliquem ad-

discitem nisi immensum det pretium singulis annis, & quod non ostendat ei, nisi remaneat per tres annos, id, quod possent docere eum in uno anno. Si Cives conveniant, ut officina, & Stationes tali pretio, & non minori locentur, vel si locatores equorum conveniant, quod non locabunt equos, nisi tali pretio, vel si Domini Domorum conveniant, ut augeatur in immensum pensio Domorum. Si Mercatores agant, ne alius deferat frumentum, vel vinum, seu alia venalia, donec ipsi vendiderint, vel quod naves aliorum impediatur, vel retineantur. Qui dat arrhas in emptionem omnium aromatum Civitatis, ut postea ipse carius vendat. Item si quis emat totum frumentum, ut alii ab eo emant. Si Mercatores ne Morum, vel alii conveniant, ne emant jugerum, vel arpentum lignorum, vel alias merces, nisi in tali pretio. Si Artifices conveniant, ne quis, quod alteri commissum sit opus, impleat, aut ne injunctam alteri sollicitudinem alter incipiat Paul tom. 1 lib. 3. rubr. 30. num. 32.

Monopolium committunt, qui statuunt, ne quis accedere possit ad aliud Molendinum, vel ad coquendum panem ad aliud furnum, quam ad illud talis Domini. Decian. lib. 7. cap. 21. num. 21. Conciol. resolut. crim. verb. Monopolium resolut. 1. num. 2. Cohell. ad Bull. bon. Regim. c. 31. sub. n. 228. Urfaya loc. cit. num. 28. & alii.

Item ex eadem ratione Monopolium committunt Laniones qui certam tantum quantitatem carnis ad Laienam deferunt, ut illam carius vendant. Jodoc. in prax. crimin. c. 132. Urfaya loc. cit. n. 29. & alii.

Item Monopolium committunt Aromatarii statuentes, quod nullus ex eis possit dare Ceram hereditibus Defuncti pro illius exequiis, nisi prius solverint eidem Aromatariis totum id, quod defunctus debebat. Farin. in Pragm. crimin. verb. Monopolium resolut. 1. n. 4. Urfaya loc. cit. n. 30. & alii.

Pecuniam undique congestam ita ad se redigentes, ut quasi Monopolium pecuniae facere videantur, Monopolii poenis sunt puniendi, S. Pius V. Constit. 118. in eam §. 3. Quicumque. Nicol. in Flosc. verb. Pecunia n. 2.

Mercatores conventionem conspirantes, ut non nisi pretio summo, seu rigorofo vendant, & non nisi pretio infimo emant, Monopolium committunt, & peccant contra Justitiam cum obligatione restituendi quia Republica videtur habere Jus, ne fiant hujusmodi Monopolia in damnum ipsius; Quamvis enim tale pretium summum respectu venditionis, & pretium infimum respectu emptionis per se sicut intra limites justitiam, quia, ipsa exclusa, plures Mercatores venderent, & respective emerent pretio medio, & alii interdum venderent pretio infimo, & emerent pretio summo; quod cederet in maximum Republicae beneficium. Unde cum talis iniqua Mercatorum conventio privet Rempublicam hoc maximo beneficio, ad quod habet Jus, videtur esse omnino contra Justitiam, & obligare ad restitutionem. Sic tenent Rebellus Sotus, Navarrus, Palatius, Ledetima, uterque Medina, Valentia, Armilia, Silvester, Conradus, & alii apud Salas, dub. 37. num. 3. & apud Card. de Lugo tom. 2. disp. 26. sect. 12 num. 172. ubi eum Diana subjungit, quod id maxime locum habet, quando aliquid sub haeta venditur contra Molinam, Lessium, Aragon, Bann, Vegam, Angles, & alios dicentes tales Mercatores non peccare contra Justitiam, nec obligari ad restituendum.

Nostra autem assertio innititur Juris Regulæ a Gregorio IX. laudatæ in cap. Si culpa 9. de injuriis, & dato: ibi: Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur: & ex l. Subemus, unica Cod. de Monopoliis, ubi gravissime prohibetur sub poena privationis omnium bonorum, & exilii perpetui, ne alii quis, aut aliqui obtineant, ut per ipsos solos merces aliqua vendantur, & sub poena quadraginta librarum auri prohibetur, ne Mercatores inter se conveniant de non vendenda merce infra certum pretium, vel de non emenda ultra tale pretium. Et ne Artifices alique operarii conveniant, ne unus prosequatur opus ab alio captum, & hujusmodi; Vide in cit. cod. dictam legem, ubi plura similia Monopolia prohibentur sub poena privationis omnium bonorum, & exilii perpetui ibi: Si quis autem Monopolium ausus fuerit exercere, bonis propriis exspoliatus, perpetuitate damnatur exilii. Vide verb. Emptio art. 1. n. 44. & 45.

Possunt autem Principes, seu Magistratus ex justa causa licite concedere uni, vel pluribus, ut ipsi soli certas merces vendant, ut sic illi curam, & sollicitudinem habeant providendi de abundantia mercium copia populo necessaria, vel de

aliqua mercium specie populo valde utili, quia sine tali privi, legio non reperiretur, qui vellet talem mercium abundantiam vel speciem ad Republicam beneficium, & commodum providere, ne se exponeret periculo amittendi magnos sumptus sine lucro. Sic etiam licite conceduntur Typographis, & Bibliopolis privilegia, ut ipsi soli vendant tales libros. Sicut & inventoribus alicujus machinae, seu artificii Republicae utilis justissime in primum suae inventionis talia privilegia conceduntur, cum sic ad Republicam beneficium foveatur, & promoveatur alacritas, & industria Inventorum, Auctorum, Typographorum, quorum alacritas, & industria potius in maximum Republicae detrimentum remoraretur, si alii, qui non laboraverunt, possent eorum merere menses, & in labores eorum introire aequo libere ac ipsi vendendo eorum operas.

Immo Principes talia, & similia privilegia, v. g. quod pauci soli private quoad alios possint vendere quaedam specialia victualia, aromata, tabaccum, & hujusmodi, vendere solent ad subveniendum necessitatibus urgentibus in bonum commune. Ad ejus tamen justitiam, & ad evitandum Monopolium debent concurrere conditiones, quas diximus requiri sub verb. Gabella, ad impositionem Tributi, seu Gabellae, & considerandum est, an bonum commune, ad quod talia privilegia venduntur, & utilitas communis, quæ ex tali venditione resultat, præponderet damno, & gravamini, quod subditis ex tali venditione accrescit. Alias sicut Tributum, seu Gabella, sic talis venditio injusta est cum obligatione restituendi tam ex parte venditoris, quam ex parte ementis talia privilegia. Sic expresse Card. de Lugo t. 2. disp. 26. sect. 2. num. 171. Molina, Pessius, Salas, & alii passim. Vide verb. Gabella.

Additio ex Autore.

Monopolia super segetibus, leguminibus, olivis, & hujusmodi, rigorosis sub poenis prohibentur: Benedict. XIV. tom. 2. Constit. 53. incip. Quo die. Monopolii nomine non intelligitur licita & honesta mercatura qua merces in uno loco emptæ, ad alium locum vendendæ deferuntur; Idem ibid.

Nova additiones ex aliena manu.

Varii varie definiunt Monopolium. At opus haud est de accurata hujus vitii definitione allaborare, quum ex modis, quibus Monopolium committitur, facile quid sit cognosci possit.

Prostat hanc in rem saluberrima Imperatoris Zenonis constitutio, quæ habetur in leg. unice. Cod. de Monopol. Ex ea facili negotio quot Monopoliorum species, & quæ tam Monopolis, quam illis, qui se pactis labem Monopoli cam sapientibus constringunt, poena infligenda sit, colligere licet.

Sunt autem Monopolii species palmarie tres. I. quod quis Monopolium committat, quando certum Mercaturæ genus, e. g. vestium, librorum &c. sibi arrogat, ut vendere solus possit. II. incurrit crimen hoc ii, qui illicitis habitis conventionibus conjurant, vel paciscuntur, ut species diversorum corporum negotiationis non minoris, quam inter se stauerint, vendantur. III. Edificiorum artifices, vel ergo labi, aliorumque diversorum operum Professores, & Balneariores crimen hoc incurunt, quando pacta inter se componunt, ne quis Artifex, quod alteri commissum est opus, persiciat, aut injunctam alteri sollicitudinem alter intercipiatur; Vide dict. leg. unice. tum, quæ in ejus Comment. habet Brumem.

Nota vero, prohibita esse Monopolia, si per ea certorum Mercatorum promoveatur commodum, bonum vero publicum damno afficiatur. Cæterum res aliter se habet, si tendant Monopolia in utilitatem Republicæ, ejusque commodum inde augeatur; Tunc enim privatis non minus consensu Principis, quam Principibus ipsis honesta Monopolia exercere fas est hoc sine, ut sufficiens copia rei adit, quæ carere nequimus, & ut ea Mercatorum sordibus subtracta equo semper comparetur pretio; Cofet Stryk. Juridic. dissert. vol. 3. disp. 16. cap. 2. num. 116. & plurim. sequent.

MONTES PIETATIS.

Montes Pietatis sunt æraria, aut granaria publica piorum hominum liberalitate ad hunc finem erecta, ut ad ipsa tamquam ad Montem confidenter reuere possint indigentes, & ea in promptu sint ad mutuandum sub pignoratione ipsis indigentibus, & occurrendum usuris, quos pro sua indigentia Usurariis præsertim Judæis solvere cogebantur; Communis.

Ex quo enim plurimi usurarii, & præsertim Judæi observantes temporum, & personarum calamitates ex aliorum inopia messem facerent, suas per immoderatas in mutuis usuras brevi fere totam sortem absorbendo, & pauperes Christianos fere ad extremum depauperando. pietate, & misericordia motus B. Barnabas Interamnenensis mei Seraphici Ordinis Min. de Observantia, primus omnium Perusii Montem Pietatis excogitavit, promovit, atque erexit; ut sic pauperes Christiani deales a dictorum immoderatorum usurariorum oppressionibus redimeret. Cum enim Perusii sub Pio II. Sum. Pontifice Conciones ad populum haberet, hoc plus inexcogitatum remedium adinvenit, ut ex cumulo pecuniarum pie collecto exinde Monte pietatis nuncupato mutuum præstaretur egenis, accepto pignore, & denariolo, vel summa aliqua per singulos menses detentæ pecuniæ convertendis in stipendium Ministrorum, aliaque ad id necessaria. expensis. Adinventionis consilium inuit cum Patre Fortunato de Cepolis Perusino ejusdem Ordinis Minorum de Observantia, Viro utriusque juris peritissimo, qui rem hanc, insolitam mature perveniens, insuperque Academia Magistratos consulens, omnibus illis, nemine dempto, excogitatum approbantibus, statuit id opus plurimum esse laudabile, ac pium, ab omni censuræ labe alienum, adeoque summopere promovendum. Inde dictus Beatus Barnabas cepit ea in Urbe declamare contra infatigabilem Hebræorum cupiditatem fere totum suis usuris pauperum Christianorum sanguinem exigentem, ac suis ferventissimis, qua privatis, qua publicis exhortationibus pios viros, & divites Cives animare ut collectis, ac collatis elemosynis, cumulum, seu montem erigerent perpetuo conservandum, ex quo miseris pauperum sublevandis pecunia erogarentur in eundem Montem iterum congerenda. Nec nimium ei insudandum fuit, ut Perusinos animos de se pietatis operibus satis addictos ad id inclinaret. Ad primam enim concionem ita liberali, ac prompta manu suas pecunias, ac facultates Cives congregaverunt, ut ad ditissimum, ac copiosissimum montem, eumque omnium primum; illic erigendum abunde sufficerent; Wading. tom. 14. alias 9. ad annum 1474. n. 11.

Vix autem excellentissimum hoc misericordiarum genus, & Sacrum pauperum levamen innotuit, statim plures habuit acerrimos Contradictores, hujusmodi Montem Pietatis tamquam usurarium damnantem, eo quod ultra sortem quidpiam exigeretur. Qua propter re ad publicam concertationem coram eorum Magistratu Civitatis, Magistris, & Scholasticis Universitatis, Clero, & Religiosis Ordinibus. deducta, ac acerrime discussa, & tandem merito pro Minoribus (quorum præcipui defensores erant dicti Beatus Barnabas, & Fortunatus) lata sententia, confirmata. Cives, præmissa solemnibus supplicatione, uno, alacrique animo piissimum adinventum, & egregie propugnatum, ac defensum a Minoribus de Observantia Opus plene stabilierunt; Wading. loc. citat. numer. 12.

Eximium hoc Perusinarum Pietatis opus plurimæ præsertim Italiæ Urbes secuta; ubique id frudentibus Minoribus, & signanter S. Jacobo de Marchia, Beato Marco a Bononia, Beato Angelo a Clavasio, Beato Bernardino a Feltria, Michaeli, a Carcano. Antonio Vercellensi, alios Pietatis Montes. erexere Wading. l. c. n. 13. Sed ubique non pauci contradictores oblitere qua veritas, qua scriptis, & in specie Cajet. tom. 2. Opuscul. 6. Sotus lib. 6. de justitia quest. 1. art. 6. & Sylvester verb. Juris 5. quest. 4. & eouique processit contentio, ut sermonibus publicis, & conscriptis variis libris, fuerit respondendum, & tamquam liciti, & sine labe usurarum tales Pietatis Montes fuerint propugnandi, uti pro talibus juxta Minorum de Observantia. piam sententiam recognoverunt plures Summi Pontifices, scilicet Pius II. Paulus II. Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI., & præcipue Leo X. qui in Concilio Lateranensi sels. X. Sacro approbante univer-

sali Concilio, relatis variis sententiis, & re mature examinata, dictos Montes Pietatis, uti a dictis Sanctis, & in magna ob Sanctitatis opinionem exificatione habitis Viris adinventos, & promotos. & a supradictis Summis Pontificibus approbatos, licitos, & pios, atque meritorios etiam cum Indulgentiarum acquisitione esse definit, edita ad id expresse Constit. incipient. Inter multiplicis, in qua §. 4. sic habet: Nos. . . . sacro approbante Concilio, declaramus, & definimus, Montes Pietatis antedictos per Respublicas institutos, & auctoritate Sedis Apostolicæ hæcenus probatos, in quibus pro eorum impensis, & indemnitate aliquid moderatum ad solas Ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illorum conservationem (ut præfertur) pertinentium pro eorum indemnitate duntaxat ultra sortem absque lucro eorumdem Montium recipitur, neque speciem mali præferre, nec peccandi incentivum præstare, neque ullo pacto improbari; Quinimo meritorium esse, ac laudari, & probari debere tale mutuum minime usurarium putari, licereque illorum pietatem, & misericordiam populis prædicare, etiam cum Indulgentiis a Sancta Sede Apostolica eam ob causam concessis; Wading. loc. cit. n. 13.

Quinimmo. Leo X. in eadem Constitutione §. 5. sub poena & Excommunicationis latae sententiæ prohibet, ne quis de cætero contra dictos Montes prædicet, aut verbis, vel scriptis audeat disputare, ibi: Omnes autem Religiosas, & Ecclesiasticas personas, qui contra præsentis declarationis, & sanctionis formam de cætero prædicare, seu disputare verbo, vel scriptis ausi fuerint, Excommunicationis late sententiæ poenam privilegio quocumque non obstante, incurrere volumus.

Hinc tales Montes Pietatis a Concil. Trid. sess. 22. cap. 8. de reformat. inter alia opera pia connumerantur.

In dictis Montibus Pietatis tres potissimum nunc leges existunt. Prima, ut mutuum usque ad certam quantitatem detur non divitibus, sed pauperibus. Secunda est, ut Mutuatarii dent pignus a Ministris Montium custodiendum, & exinde vendendum, si præfixo tempore mutuum non restituant, ut ex pretio Montes recuperent suam sortem, & mutuatarii residuum, si quod sit, tamquam suum recipiant. Tertia, quia pro custodia, & conservatione pignorum, pro conductioe domus, pro alimentis, & stipendiis Ministrorum, & aliis ejusmodi, expensæ continuæ fiunt, quæ si ex ipsis montium pecuniis deducerentur, summa capitalis in Republica pauperum detrimentum brevi deficeret, exigitur a singulis Mutuatariis sine ipsorum montium lucro aliquid exiguum ultra sortem, v. g. duo, vel tres anno pro centum.

Unde a Summis Pontificibus non permittuntur Montes Pietatis ut plurimum erigi, nisi ad præscriptum Concilii Lateranensis, & præsertim, ut recipi non possit, nisi quid moderatum pro expensis Ministrorum, & ipsorum montium, non excedens summam trium pro centenariis, ut declaravit Sacra Congreg. Concil. in Avenionensi. 26. Maii 1612. in Tuderina 17. Augusti 1626. in Theatina 5. Julii 1627. in Lucerina 27. Maii 1645. Et in Mutinensi de Finali 22. Augusti 1637. censuit, lucrum pignorum non posse permitti ultra tria pro centenariis, & cum clausula, si dicta summa sit necessaria pro Ministrorum salario, & aliis expensis Montis subeundis; vel bina, ut in Cremon. 31. Maii 1580. & in Vercell. 8. Octob. 1628. vel singula tantum, si sufficiant, ut in Messanen. 11. April. 1685. & in aliis sæpe, rejecta opinione contraria. Quinimmo die 28. Augusti. 1582. declaravit, nullo modo permitti debere, ut detur pecunia Monti ad finem consequendi ex ea aliquos fructus licet minimos. Et si quæ sub hac conditione mutuata inventiatur, omnino restituantur. Et Sacra Congreg. super Episcopis, & Regularibus declaravit, quod si mons manuteneri, solvendo etiam mercedem Operariis, & aliis Ministris. ex suis propriis redditibus, nihil exigere potest pro mutuis, alias summummodo tantum id, quantum est necessarium pro supradicta manutentione, & expensis necessariis loci, & ministrorum, juxta Constitutionem Leonis X. in Concilio Lateran. Ita in Cotrone. 28. April. 1599. & in Faventina 6. Septembris. 1604. Dummodo non excedant tria pro quolibet centenariis, ut in Viglevanen. 19. Januarii 1607. & in Derthonen. 11. Augusti. 1625. vel ad summum quaterna, ut in eadem Cotrone. 28. April. 1599. ad litteram Pignatelli. tom. 4. consulti. 135. num. 4. Qui ibidem sum. 5. ad primam controvertiam. An impedienda sit licentia erigendi montem, qui volentibus apud ipsum

ipsum deponere proprias pecunias solvat lucrum ad rationem quinque pro centenario, idque lucrum pro sui indemnitate exigat a suis Mutuatiis? Sic præcisè subiungit: At nihilominus ob causam necessariam sublevationis pauperum confluverunt ex Indulto Pontificis aliquando dictam summam concedere, & inspecto fuit concessum Monti Pietatis Bononiæ, Mutinæ, Veronæ, & Ferrariæ, ut in Indulto, quod legitur apud Pasqualig. *decif. moral.* 183. num. 6. Idque ratione lucri cessantis, & damni emergentis, seu indemnitate ipsorum deponentium, ut latius post alios firmat Pasqualig. *num. 11.*, & seq. ubi etiam num. 18. respondet ad *Cap. Sper eo, de usur.* quod confirmat *decif.* 184. per tot., & *decifion. seq. num. 6.*, & 7. Unde non nisi cum temeritate asseri potest; Summos Pontifices, eorumque, ac Curia Romanæ Officiales, qui diligentissimi esse solent, ac prudentissimi, errasse, ut ponderant *Salon. quest. 78. sub num. 3. art. 2.*, & latissime comprobat *Fragos. de Regim. Reipubl. Eccl. part. 1. lib. 7. tota disp. 20.* Hæc ille.

11 Ad secundam autem controversiam: An idem Mons Pietatis exponens postea Mutuatiis diſtas pecunias possit exigere ab iis septem pro centenario? Idem Pignatell. *loc. cit. numer. 13.* merito respondet, posito, quod Mons erigatur sub conditione, quod deponentibus solvat quinque pro centenario, sequi quod totidem exigere possit a suis Mutuatiis cum reliquis duobus, quæ sunt omnino necessaria pro omnibus expensis faciendis pro Montis conservatione, juxta cit. Constitutionem Leonis X. incipient. *Inter multiplices.* Et sic tenent Abbas in *Cap. In Civitate circa suam, de usuris, Alexander in leg. Item qui §. 1. num. 2. ff. de patris, Rosignol. de Mutuo, & usuris contract. 3. disp. 151. §. 1. numer. 2. Azorius part. 3. lib. 5. cap. 9. quest. 2. citans alios, Reginald. lib. 25. cap. 11. num. 209. Phillarch. lib. 5. Offic. Sacerd. cap. 21. §. Quoad primum, Seacc. de commerc. §. 1. quest. 1. num. 151., & 162. cum seq. Molina tom. 2. de Instit. disp. 325. Bonacina tom. 2. disp. 3. de contract. quest. 3. punct. 12. num. 3. Lessius de justit. dub. 23. num. 194. Filiuc. tract. 34. tom. 2. cap. 9. num. 183., & Pasqualig. *decif. mor.* 186. a. num. 4. *decif.* 187. num. 2., & 3. *decif.* 188. cum binis seq., & *decif.* 204. num. 2. Ita ut ea *decif.* 186. numer. 5. adeo hanc sententiam veram existimet, ut oppositam censent non posse probabiliter sustineri.*

12 Montis Pietatis ministri in necessitate præferendi sunt aliis indigentibus; Rosignol. *de Mutuo & usuris contract. 3. disp. quest. 5. num. 3.*, & alii.

13 Montis Pietatis Ministri pauperes disponentes de bonis montium in proprios usus tenentur servare omnes condiciones, quas servant alii pauperes; Rosignol. *loc. cit. num. 6.*, & alii passim.

14 Montis Pietatis ministri deponentes de bonis montis in præjudicium pauperum tenentur ad compensandum eis, si constet quinam fuerint. Secus, ad exonerationem debiti erga ipsum montem; Rosignol. *loc. cit. num. 5.* Vide ipsum ibi, ubi *sub num. 2.* concludit, & probat, quod Montis Pietatis Ministri possunt impendere partem non necessariam subventioni pauperum in proprios usus; immo etiam partem aliquam necessariam, si ipsi vere sint pauperes. Et *sub num. 3.* concludit, & probat, quod Montis Pietatis ministri possunt pecuniam montis, non solum in proprias necessitates, sed etiam in propria negotia impendere, quando non est necessaria ad usus pauperum; Dummodo tamen nullum subit periculum amissionis, & eveniente casu, quo mons ipsa pecunia indigeat, sit prompta, ac parata; alias supervenientibus pauperibus, tunc certe illi providere tenerentur alia pecunia, vel non providendo, tenerentur ad compensationem damnum ipsi pauperibus provenientium; & ratio conclusionis est, quia ex hoc nulla oritur læsio in Montem, nec gravamen in pauperes. Non primum, quia nihil obest monti, si pecunia ibi servetur mortua, sive implicetur. Non secundum, quia jam sufficienter omnibus pauperibus provisum suppeditur. Non de facili tamen est id consulendum, & ad praxim reducendum, cum non pauca subsint pericula in detrimentum Montium, & gravamen pauperum.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 Montes, quos vocant pietatis constituuntur in Urbibus, ut hac ratione publicis necessitatibus, vel pauperibus consulatur. Justitia autem horum montium pendet ex legi-

bus, quibus constituti sunt, vel exercentur. Agendum idcirco de speciebus eorum saltem usitatoribus, & quid de illis sentiendum sit, paucis exponendum.

Prima species est, quum acervus ille publicæ pecuniæ gratis indigentibus distribuitur, ita ut debitores nihil restituerent, ultra sortem teneantur. De ejus autem justitia non est quod verba faciamus, nam ea per se patet.

Altera species est, quum pecunia ea lege distribuitur indigentibus, ut præstent ultra sortem modicum quid pro modo, & ratione pecuniæ acceptæ, & temporis; ad solvenda stipendia eorum, qui montem regunt, & ad explicanda ea omnia quæ necessaria sunt ad montis conservationem. De justitia autem hujus speciei, quamvis olim in utramque partem maxima animorum contentione fuerit disputatum, probata tamen ea fuit a Paulo II., & aliis Pontificibus, tum demum a Leone X. in Concilio Lateranensi sess. 10. ut refert *Auctor. num. 5.*, & sequent.

Cavendum tamen in hac specie, ne plus exigatur, quam sit necessarium ad montis conservationem. Illud enim quod superexigitur, licet videatur rebus Montis accrescere, illicitum est, & restitutioni obnoxium, quia Concilium Lateranense eatenus permittit ultra sortem aliquid præstari, quantum Montis salva maneat, ut indicant verba illa: *abique Montium hujusmodi lucro*, & ut refert *Cajetanus*; ita Paulus II. Legato suo Perusino scripsit.

Idque procedit etiam hoc quod superexigitur erogandum sit in usus pios; Confer *Clericat. decif. Miscellan. 42. numer. 5.*

Curandum, & illud est, ne majores expensæ fiant, vel plures Ministri adhibeantur, quam opus sit ad rem Montis administrandam, ne pauperes videntur gravioribus exactio-nibus: Hoc enim si non usurarium, injustum saltem est. Controversia vero non levis est, an ad justitiam hujus speciei montium requiratur, quod institutores ipsorum montium renuncient dominium pecuniæ, aut tritici in communitem pauperum, vel obligent se civiliter, & perpetuo, vel pro multo tempore ad mutandum egenis Civitatis, aut Populi? Et quidquid senserint *Lopez Salon.* alique, prævaluit opinio negativa, quam tenet inter alios *Card. de Lug. disput. 25. numer. 190.*, & sequent.

Tertia species est eorum montium, quorum ararium constat ex pecunia sortem conductâ, vel sub censibus accepta, eaque propter coguntur it, qui ad hanc mensuram accedunt, non solum reficere sumptus, & expensas Montis, sed etiam usuras, vel census, quæ Mons patitur, ut necessitatibus accipientium possit succurrere. Hanc etiam speciem licitam esse tenet post alios *Card. de Lug. loc. cit. num. 197.*, & sequent. Sed non est facile permittenda.

Si vero, qui Montibus conferunt pecunias, nil ultra sortem accipere possunt titulo depositi, vel mutui, nisi quantum eorum interfit.

Quid si Mons usuras a Creditoribus recuperaret veluti injuste, & indebite exactas? teneretur eas restitueri ipsis pauperibus, qui coacti fuerunt easdem ipsi Monti solvere, idque quia titulus ille damni emergentis non est titulum reduceretur, & consequenter condicere Pauperes valerent; *Leg. 1.*, & 2. ff. de *Condit. sine caus. l. 17. in fin. ff. Commodati, leg. 1. Cod. de Re judic.*

A D D E N D A.

Vide, Amice Lector, quam consona sit Ferrariana doctrina n. 16. expressa cum sana Theologia. Ait ipse: Montis Pietatis Ministros partem fructuum, vel in proprios usus, vel etiam in propria negotia impendere posse; at sana Theologia docet, hujusmodi Ministros, quibus pro Ministerio debitum stipendium assignatum est, nullum dominium habere in bona Montium Pietatis, sed meros administratores esse, ac Custodes cum necessariæ tum etiam superfluxæ portionis ac custodire, & administrare oportere quidquid ad hujusmodi Montes pertinet juxta determinationem Superiorum, aut Magistratum, qui hujusmodi locis piis præsent, ac jus in illorum bona obtineant. Si Domini non sunt, sed meri Ministri, ergo bona Montium pro arbitrio in eleemosynam erogare non valent; eleemosynam enim ex nostris, non ex alienis bonis distribuere in pauperes debemus. Ac multo minus in propria negotia impendere hujusmodi bona possunt. Hoc

Hoc enim etiam cum fideli administratione pugnat, & cum ipsa Montium Pietatis institutione, quæ in favorem pauperum, non Ministrorum facta est, Accedit etiam, hujusmodi doctrinam periculi plenam esse, quippe quæ viam aperit illis abutibus, qui occasione dedere Constitutioni Benedicti XIII. quam hic integram recensemus.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. Jam dudum non sine ingenti animi dolore apud nostras perturbat frequens rumor de nonnullis in hac alma Urbe nostra alieni aris, & pignorum depositariis, arca-riis, custodibus, subcudibus, exactoribus, rationariis, & computorum scriptoribus, aliisque huius generis Officialibus, & Ministris, qui fide sui data, suique muneris commo- modo nefarie abutentes, ut voluptatibus, aliisque execrandis male agendi occasionibus casuque improbe obtemperarent, vitiosaque alacris, & liberius indulgerent, rem ac pecuniam sibi creditam, aut depositam, inque arca servatam, pro arbitrio usurpantes, pignora apud se custodita iterum oppignoraverint: quod non solum in Camera Nostræ Apostolicæ, sed in Montis Pietatis, & publicarum ad numulario perti-nentium menarum, cæterorumque lecorum, & piorum, operum damnum longe gravissimum redundavit, propterea quod infames fraudulenti hujusmodi Officialis, qui rem suam declexerant, omnino impares essent integrandis, ac restituendis pecuniis, quas ipsi, propria vel alieno commo- modo infer-vientes, antea pessumdederunt, sciensibus, & de compa-cto cum iis participantibus, doloque operam suam contere-nibus rationariis, computorum scriptoribus, subscriptoribus, aliisque earumdem menarum, & locorum piorum Ministris, & Officialibus.

§. II. Nobis etiam innotuit, jam dictos Officialis, maxime suæ temeritati confisos, ut actionem Criminales vaser-rime declinarent, vel saltem sua crimina callide palliarent, seque justis penis, in quas incurrisissent, prava arte subdu-cerent, perimulos speciosos, & omnino falsos prætextus excogitantes, quos ipsi, propria vel alieno commo- modo efu-gerent, quas ob suas culpas se mereri optime ipsi agno-scabant.

§. III. Nos propterea, quibus ex pastoralis Officio, hu-militati nostræ divinitus injuncto maxime incumbit invigila-re, & sollicite providere, ne hujusmodi crimina impune committantur; opportunum, & necessariam duximus his de rebus sententiam exquirere a Nobis speciatim indicatæ parti-cular Congregationis nonnullorum huius nostræ Curie Ro-manae Præsulum, multa rerum cognitione, integritate, & do-ctrina præstantium, quorum sepenumero coram dilecto fili-o nostro Hannibale Tituli S. Clementis Presbytero Cardina-li, & S. R. E. Camerario congregatorum, suffragiis ad nos ac-curate perlatis, undequaque inherentes, hujusmodi fraudu-lentos Ministros acriter insurgendo, ipsi ique juris vigorem etiam acriorem efficiendo, iustum in eos iudicium promul-gare decrevimus.

§. IV. Nos ergo vestligis Decessoris Nostri Pii Papæ V. in-sistentes, qui præ cæteris in sua Constitutione incipiente: *Postquam*, Kalendis Novembris Anni Millelesimi quingente-simi septuagesimi in lucem edita, deceptoribus, luxuriose vi-ventes, propriisque absumptis substantiis aliena appetentes, qui variis coloribus grande as alienum, ipse restitutionis faci-ende extorquentes Proximo suo illudum, seu veros fures & latrones, ultimo supplicio puniendos mandavit, hac nostra perpetuo observanda Constitutione in quocumque huius ge-neris delinquentes paribus quoque penis tamquam in veros fures, & latrones animadvertendum esse decernimus, idque effectum ipso omnino fieri volumus, & mandamus.

§. V. Itaque itatumus, & jubemus, ne ullus ex Deposi-tariis, vel arcariis aris publici Camerae Nostræ Apostolicæ, & præsertim Depositariæ generalis, vestigalium generalium & particularium utriusque Annone, frumentariæ, nimirum, & Græciæ viugo dictæ, Depositariæ Urbanae, Montique Pietatis, ac menæ S. Spiritus, & Dutariæ Apostolicæ sum-

man quantulamcumque ejusmodi aris, & pecuniarum in- suum, vel alienam commodum quovis modo convertere un- quam possit, inque usum ab eo diversum transferre, ad quem generatim in iisdem locis, tanquam suata, & fidei custo- dia, servatur; itaut si aliquis ex jam dictis Depositariis & arcariis hanc legem nostram quomodocumque prævaricatus, eamque pecuniam in usum, & commodum proprium, vel alienum convertere ausus fuerit, tanquam reprobis, & in-fidelis minister, interque infames & reipublicæ proditores connumerandus damnari, & puniri possit ac debeat, ut gra-vissimi furti, & atrocissimi reus secundum leges communes, & Romanæ Urbis Statutisque Ecclesiasticis edicta, contra la-trones jam promulgatas ratione habita pecuniarum, quas in suum, vel alienum usum, & commodum clam, & furtive converterit. Idque ad eandem regulas in iisdem edictis etiam in furto magno præscriptas fieri debeat; quocirca eorum tam Camera nostra Apostolica, vel quilibet ex locis Piis, ac Menis prædictis; & quilibet Dominus, ac creditor pec-uniæ, vel rei depositæ damnum subisse compertum fuerit. Ubi vero nullum damnum illatum inde fuerit; nihilominus jam dicti Depositarii & arcarii, inter infames habendi, ob culpam infidelitatis, duplicata pena pecuniaria summa, quam in suum, vel alienum commodum converterint, puniri debeant. Sed præterea penis etiam corporalibus gravibus, & gravissimis, arbitrio Judicum cumulate plectantur, ratio-ne habita qualitatis, & circumstantiarum singulorum casuum, & factorum, quas deprehendere contigerit.

§. VI. Similiter volumus, decernimus, & jubemus, ne computorum & rationum scriptores montis Pietatis, & men-æ S. Spiritus recipere, aut recipiendum, & solvendum cura-re, vel facere possint quocumque mandatum, vel scriptum illorum, qui nullas pecunias re ipsa ibidem depositas, vel servatas habuerint. Si autem habuerint, eadem mandata, & scripta recipi & solvi possint pro ea tantum summa, quæ deposita ibidem extiterit. Quod si jam dicti computorum, Scriptores, & rationarii contrafecerint, tunc in eos pro cedi possit, & debeat penis a Nobis in arcarios, & depositarios statuta.

§. VII. Præterea sancimus, & declaramus, hæc, quæ a Nobis lata Lege disponuntur, in eos pariter locum habere, qui auxiliares, cooperatores, & quocumque alio modo con-cilii, complices, ac participes infidelitatis sortendum ar-cariorum, & depositariorum extiterint: qui quidem con-cilii, & complices, ac participes secundum suam complicita-tem, & participationem in singulis factis, et casibus, iisdem penis omnino puniri debeant, quibus puniendi essent, vel punirentur precipui, et principales rei eadem forma, quæ statuta reperitur in publicis edictis superius memoratis, contra reos cooperatores, auxiliares, complices, & parti-cipes olim evulgatis.

§. VIII. Quia vero gravissimum esset crimen infidelitatis, ab iis computorum Scriptoribus, et rationariis commissæ, qui ut facilius pecuniam, sub bona, et publica fide sibi credi-tam et depositam, in proprios, vel alienos usus conver-terent, vel curarent, ut ab aliis converti posset, sive alia qua-cumque de causâ in contractis codicibus, et libris, ut scriptu-rarum regula ab ipsis pro illorum officio bene exercendo pos-tular, nomen, vel nomina depositorum nequaquam delatibe- rent; hac nostra pagina perpetuum robur habitura, declara-mus, decernimus, et statuimus, singulos, et quocumque rationarios, et computorum Scriptores, qui hoc modo in suo officio exercendo peccaverint, vel factum simile fraudis, et in-fidelitatis commiserint, vel committerentur curatè comperti fuerint, vel qui cujuscumque nominis veritatem describendo, seu minore summa ea, quæ vere deposita esset, tam nos-træ Camera Apostolicæ, quam alterius cujuscumque do-mini, & creditoris pecuniæ depositæ, in codicibus & libris descriptis, damno insequuto, vel non sequuto, iudicari, & re ipsa puniri debeant ad regulam, & gradum penæ pec-uniariæ & corporalis, superius impositæ, in factis, & casibus contra depositarios, & arcarios, secundum qualitatem & circumstantias eorum insitit. Ad hæc sancimus, & sta-tuendo declaramus, factum commissionis, vel omissionis, tanquam dolum, & fraudulentum semper habendum, ma-loque animo, & sine cogitatum, quocumque culpe ob-noxius contrarium non probaverit, & contare curaverit.

§. IX. Ne autem exactores Camerales, si præcipue, qui in vestigalibus generalibus, & particularibus utriusque An-none frumentariæ, & græciæ, inque Monte Pietatis, & Men-

Menſa S. Spiritus pecunias a debitoribus exigere, exactaque principalium Dominorum arbitrio ſervandas deponere debent, fide ſibi data, ſuique Officii commoſo abuti, ſive aſ, & pecunias exactas, perque eos non depositas, in ſuum, vel alienum commodum convertere unquam poſſint, præſentium tenore diſtincta mandamus, ut totas integre, & promp- te, quemadmodum ex officio tenentur, ſtatim ac per illos exactæ fuerint deponere debeant, decernentes, ut qui eas non depoſuerint, vel in alienos uſus pro arbitrio converte- rint, ſequito inde, vel non ſequito damno Cameræ noſtræ Apoſtolice veſtigialium utriuſque Annonæ, frumentariæ ni- mirum, & graſciæ, Montis Pietatis, & Menſæ S. Spiritus, in ſingulis caſibus ſevero iudicio iudicentur, & puniantur ad legem, et normam a Nobis decretam, et ſtabilitam contra depoſitarios, arcarios, rationarios, et computorum Scri- ptores, ut ſupra.

§. X. Volentes etiam pro noſtris viribus impedire, ne fraudes, quæ complures factæ fuerunt in custodia pignorum Montis Pietatis, rurſum impoſterum fiant, et committantur, præſentium tenore jubemus, caſtodes, et ſubcuſtodes pigno- rum ejuſdem Montis, æque ac judicialium Depoſitariæ Ur- banæ, æſtimatorum, ſubæſtimatorum, aliorumque Mini- ſtrorum, ad ſervitium pii operis Montis Pietatis in memorato Officio Depoſitariæ Urbanæ electorum, qui fide ſibi data, commoſo, quod eis proprium munus ſubminiſtrat, inique abutentes, clam, et dolose pignus aliquod etiam parvi pretii ſubtraxerint, vel ex una custodia in aliam tranſulerint, priuſ- quam, vel poſtquam oppignoratum fuerit, illudque ſibi uſurpaverint, vel aliis tradiderint, inque alia custodia oppi- gnaverint, vel ejus ſpeciem, et qualitatem immutaverint, remve oppignoratam conſuxerint, ſive unam pro alia de- ſcribentes dolum, et factum fecerint, fraudemve quancum- que, falſitatem, aliamve ſimilem actionem circa dicta pi- gnora commiſerint, ipſo facto penam ultimi ſupplicii incur- dere debeant, nulla eis excuſatione ſuffragante, etiam parvi pretii, et valoris rei, in qua delictum commiſerint. Judi- ces vero in poenas ferendo qualitatem, et circumſtantias facti reſpicient.

§. XI. Decet quam maxime, ut præ oculis noſtris ſimili- ter debitum ſollicitudinis habeamus, quod Nobis, ut in cæ- teris, incumbit erga opera, et loca pia, quorum Nobis, ut Patri, et Tutori custodia commiſſa eſt. Quare præſentibus noſtris volumus, et ordinamus, ut omnes Depoſitarii, Syn- dices rationarii, et exactores Eccleſiarum, Capitulum, Colegiorum, Domuum, Conventuum, Monafteriorum regularium utriuſque ſexus, et cujuſcumque loci, et Operis pii, vel Congregationis, aut Capituli, qui in proprio officio, et miniſterio exercendo, aliquam ex prædictis actionibus, et fraudibus committentes, quæ damnantur, et puniuntur in Depoſitariis, arcariis, rationariis, et exactoribus Cameræ noſtræ Apoſtolice, in veſtigialibus generalibus, et particu- laribus utriuſque Annonæ frumentariæ, et graſciæ, ac Montis Pietatis, Menſæ S. Spiritus, et Depoſitariæ Urbanæ in- ſervientibus, aliisque Officialibus ſupra commemoratis, quo- vis modo deliquerint, omnes, et ſinguli iſdem poenis cum ſuis complicitibus omnino ſubjaceant, quæ in eodem Depo- ſitariis, Arcariis, Exactores Camerales, alioſque ſuperius nominatos inſiſte fuerunt, itaut de utriſque par iudicium fe- ratur iſdem modis, et ſermiter, quæ ſuperius præſcriptæ fuerunt.

§. XII. Quia vero zelus Juſtitia, quo intus incendimur, nos monet, ut has provisiones noſtras pleniffimo effectui man- dandas, quam primum curemus. Nos ſupradictis Reis om- nia ſubterfugia, et prætextus eripere decrevimus quos ſæpe numero iudicium Criminale ſagaciter declinat, vel rigo- rem poenarum vitaturi, ſtudioſe conquirunt, mala, et fal- ſa quarundam regularum legalium interpretatione freti, quas factis peſſime aptant; propterea decernimus, et ordi- namus, ne ullus, ex jam dictis Depoſitariis, Arcariis, Ex- actoribus, Rationariis, Syndicis, et Cuſtodibus, aliſive, ex nominatis Officialibus, et Miniſtris, qui quocumque modo contrafecerint, et quancumque ex memoratis, expreſſe illicitis, vitatis, ac criminofis actionibus commiſerint, unquam poſſit eſſe, vel haberi immunis, et liber ab actione crimi- nali, et eo minus excuſari in aliqua parte delicti, neque ab- ſolvi, aut liberari a quacumque poena ſub prætextu cujuſvis ſecuritatatis ab eo data pro indemnitate Cameræ noſtræ Apo- ſtolice, Montis Pietatis, Menſæ S. Spiritus, vel alterius loci, alique operis prædictorum. Nullo pacto etiam ei poſſit, aut

debeat ſuffragari ſpecioſum velamen adminiſtrationis, cal- culorum facie adorum, et rationum non redditatum, ſimi- lesque emendicæ exceptiones, et prætextus, quæ omnia frivola, levia, leviſſima, et nulliusvis momenti eſſe decla- ramus, tanquam dolo malo delinquentium ſuggeſta, et excog- itata. Quotietcumque ergo aliquis ejuſmodi pecuniam in proprium, vel alienum uſum, et commodum convertere, auſus fuerit, vel ei ſolvendum curaverit, qui in Monte Pie- tatis, vel in Menſa Sancti Spiritus nullam antea pecuniam vere depoſuerit, quive rei, et pecuniæ depoſitæ, & exactæ eſſe debitor deprehenſus fuerit, atque impos- compertus rei ablata, ſtatim, & ſine ulla mora reſtituendæ, de eo, tan- quam de homine infami, ac vero latrone iudicabitur, & om- nino ad diſpoſitiones edictorum punietur, ut dictum eſt ſu- pra, nulla ei prædictarum, & ſimilium diſpoſitionum ullo pacto ſuffragante.

§. XIII. Si aliquis ex ſupradictis Miniſtris, Officialibus, depoſitariis, Arcariis, Exactoribus, Syndicis, aliſive ſupe- rius nominatis debitor extiterit, inque aliquod ex delictis jam expreſſis incidere, aliena pecunia depoſita exacta, vel in arca ſervata pro arbitrio ſuo uſus, Rationario, & compu- torum Scriptore id ſciente, nec præſidi, & ſuperiori patefaciente, cui ea omnia pate fieri volumus; tunc rationarius, etiam ſi facti concius non fuerit, poenis etiam corporalibus, & graviſſimis, ad qualitatem, & circumſtantiam facti puniatur, niſi clare, & evidenter oſtenderit, ſe rem eidem præſi- di, & ſuperiori antea patefaciſſe.

§. XIV. Quia noſtra intentio fuit, & eſt præſenti Conſtitutione providendi Cameræ noſtræ Apoſtolice, atque om- nium S.R.E. Imperio ſubditorum indemnitati, non tam pro factis in hac noſtra alma Urbe impoſterum fortalte eventuris quam pro quibuscumque aliis, quæ in toto Statu Eccleſiaſti- co, tam mediate, quam immediate Nobis, & huic Sanctæ Sedi Apoſtolice ſubjecto, comprehenſis etiam quatuor S.R.E. Legationibus Bononiæ, Ferrariæ, Romandiolæ, & Urbini, evenire poſſint; ideo volumus, & decernimus, ut hæc eadem Conſtitutio noſtra in omnibus, & ſingulis ſuis partibus, & diſpoſitionibus, inque omnibus, & ſingulis ca- ſibus, & factis, in ea comprehenſis, & expreſſis, locum, robur, vim, & vigorem habere, & plenæ executioni mandari debeat, etiam extra hanc almam Urbem noſtram, in omnibus Civitatibus, & locis Status Eccleſiaſtici, itaut delinquentes in iſdem quatuor delegationibus ſevero iudicio iudicentur ſecundum Leges, & dicta, quibus in iſdem legibus iudicantur, & puniuntur latrones, & ad normam, & tenorem præſentis noſtræ Conſtitutionis, ut decrevimus, & ordinaviſſimus ſupra.

§. XV. Quandoquidem pariter noſtra intentio omnino eſt, ut provisiones huc uſque memoratæ, inque hac alma Urbe noſtra Camera Apoſtolica, Monte Pietatis, menſis publicis, locis, & operibus Piiſ unam eandemque vim, & robur, ſemper obtineant, culpæque, fraudes, & damna impedire debeant, quæ in præjudicium Communitarum totius Status Eccleſiaſtici committi poſſunt; hinc Nos in caſibus, & factis congruis mandamus, & ordinamus, ut omnes, & ſin- gular diſpoſitiones, ſuperius expreſſæ, locum habeant contra Exactores, Camerarios, Depoſitarios, aliſive Mini- ſtros, & Officiales cujuſlibet Communitarum noſtri Status Ec- cleſiaſtici, aliquam ex prædictis actionibus, & delictis com- mittentes, contra quos propterea iudicari, & procedi de- beat, non auditis, neque attentis frivolis exceptionibus, & prætextibus ſuperius enumeratis; ſcilicet ex forma, & mo- do, quæ contra Officiales, & Miniſtros Camerales, aliſive ſuperius nominatos præſcribuntur.

§. XVI. Quamvis ordinamenta, & ſanctiones præſentibus litteris noſtris hæcenus recentita, contra delinquentes in ca- ſibus in poſterum eventuris promulgaverimus, non ideo ta- men intendimus a debitis poenis, juſtiſque animadverſioni- bus eximere eos rationarios, computorum Scriptores, Arca- rios, Exactores, Cuſtodes, Depoſitarios, Syndicos, Camerarios, aliſive Officiales, & Miniſtros jam enunciatos Camera noſtræ Apoſtolice, veſtigialium generalium, & particularium utriuſque Annonæ, frumentariæ nimirum, & graſciæ; Montis Pietatis, Menſarum publicarum, Datarie Apoſtolice, & Depoſitariæ Urbanæ, & Communitarum Status noſtri Eccleſiaſtici, qui olim quomodocumque ali- quam ex ſupradictis actionibus, & fraudibus commiſiſſent, de quibus facta eſt mentio, in omnibus, & ſingulis caſibus expreſſis. Volumus quæ, ut iſdem ob delicta olim commiſ- ſa

ſa iſdem omnino puniantur, quæ ſecundum leges commu- nes, vel municipales, & edicta locorum, & provinciarum contra tales fraudatores, & delinquentes inſiſte eſſent.

§. XVII. Itaque pro omnium, & ſingulorum præmiſſo- rum celeri, & omnimoda executione mandamus dilecto filio noſtro S.R.E. Cardinali Camerario, necnon Theſaurario Generali Cameræ noſtræ Apoſtolice, nunc & pro tempore exitentibus, ut contra omnes, & ſingulos prædictos Mini- ſtros, & Officiales, qui aliquod ex memoratis delictis in- damnum, & præjudicium ejuſdem Cameræ noſtræ Apoſto- lice, directe, vel indirecte redundans, illorumque officia reſpiciens, quoquo modo, ut dictum eſt ſupra, commiſerint, aut committi, & perpetrari curaverint, vel in illorum per- petratione rem, & complicitatem aliquam habuerint, cu- juſcumque conditionis, & qualitatis extiterint, videlicet, tam ſæculares, quam Eccleſiaſticos, & quomodolibet pri- vilegiatos, aut exemptos, ad debitas in eos poenas, tam per ſe, quam per ſuos Locumtenentes, Judices, atque alios ar- bitrios illorum, prout necelſitas caſuum exegerit, in partibus etiam delegandos, & ſubdelegandos, ut procedant, procedant mandent, & juxta præſentem noſtram Conſtitutionem, Juſtitia mediante, deveniant, & deveniri faciunt.

§. XVIII. Injungimus itidem pro ulteriori præmiſſorum implemento: tam hujus Almæ Urbis noſtræ Governatori, & Curiaſ Camera Apoſtolice generali Auditori, cæteriſque Urbis Judicibus, ad quos de jure ſpectat; quam omnibus etiam, & ſingulis noſtris, & Sedis Apoſtolice in quibuscumque Provinciis, Legatis, & Vicelegatis, necnon quarumcumque Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & lo- corum, Nobis, & eidem Sedi, tam mediate, quam imme- diate ſubjectorum Governatoribus, Prætoribus, Capitaneis, Commiſſariis, & aliis quibuscumque Judicibus, quavis etiam ſubdelegata potestate ſingentibus, ut præſentibus noſtris invio- labiliter in ſuis iudiciis obſervent, necnon contra delinquen- tes prædictos ſua iurisdictioni ſubjectos, ad formam earum- dem præſentium omnino procedant, omniaque in eisdem litteris contenta plenarie executioni demandent.

XIX. Poſtremo decernimus, has litteras nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut inten- tionis noſtræ defectu notari, minulque ſub quibuscumque ſimi- lium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus comprehendî, vel illis derogari ullo modo tacite, vel expreſſe unquam poſſe, niſi de illis, earumque totis tenoribus, ac datis de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem impor- tantes, mentio, & expreſſio facta fuerit, aliterque factas derogationes nullius roboris, & momenti fore, & tanquam tales a nemine attendi, nec ulli ſuffragari poſſe, atque ita, per quoſcumque Judices, tam ordinarios, quam delegatos, & de latere Legatos, iudicari, & deſiniri debere, ſublata eis; & eorum cuilibet alter iudicandi, & interpretandi facultate, decernentes irritum, & inane quicquid ſecus in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum, atque hæc noſtra Conſtitutione con- tentorum, & Statutorum, vel circa ea a quoquam quavis au- thoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Legibus, ac Urbis, & Romæ Curie Tribunalium, aliarumque Curiarum noſtri Eccleſiaſtici Status, ac Legationum prædictarum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, ſtylis, conſuetudinibus, quas, ſi quæ forent, per præſentes revocamus, nullasque, & in- validas eſſe declaramus; Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum forſan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & Ferrar. Biblioth. Tom. V.

individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſu- las generales idem importantes, mentio, ſeu quavis alia ex- preſſio habenda, aut aliqua exquisita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihilo penitus omiſſa, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent, eidem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, ad effectum præſentium, illiusque alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuscumque.

§. XX. Volumus autem, ut elapſis tribus reſpectu dictæ noſtræ Urbis, & quindecim diebus reſpectu totius prædicti noſtri Status Eccleſiaſtici poſtquam præſentes valvis Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum ejuſdem Ur- bis, & in Acie Campi Floræ per aliquem ex noſtris Curto- ribus aſſiæ, & publicatæ fuerint, omnes, & ſingulos, tam in Urbe, quam in toto Statu Eccleſiaſtico, & Legationibus exitentes perinde obligent, & ardeant, ac ſi unicuique eorum perſonaliter, & nominatim intimata fuiſſent; utque earum tranſcriptis etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta munitis, eadem proſus fides in iudicio, & extra adhi- beatur, quæ eidem præſentibus, ſi exhibitæ, vel oſtentæ eſſent, adhiberetur.

§. XXI. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis, Sanctionis, Legis, Statuti, Decreti, Declarationis, Diſpoſitionis, & juſtionis infringere, vel ei temerario auſu contraire. Si quis autem hoc attentare præ- ſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milieſimo ſeptingenteſimo viſimo nono, ſexto Kalendas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

MORIBUNDUS.

Moribundus nequit licite reſpuere remedia ordinaria ad ſanctam; Quicquid enim tenetur vitæ ſuæ pericli- tando mediis ordinariis optulari; Sanchez conſi. lib. 5. cap. 1. diſc. 34. Buſembau, & la Croix lib. 2. num. 201. & lib. 3. p. 1. num. 769. & 775. Henno tom. 1. traſt. de conſcientia diſp. 3. queſt. ult. conſuſ. 3. reſol. 4. & alii paſſim. Non tenetur autem pro vita conſervanda ad remedia extraordinaria, & nimis dura, ut ad abſciſſionem cruris, & hujusmodi, niſi talis mori- bundus eſſet perſona neceſſaria Reipublicæ, vel Eccleſiæ, quia tunc teneretur ratione boni communis; Layman lib. 3. traſt. 3. part. 3. cap. 1. num. 5. Sanchez, Victoria, Lugo, Gobat cum Buſemb. & La Croix lib. 3. part. 1. num. 769. & 775. & alii paſſim.

Moribundus, qui petit Confeſſarium, licet, ipſo adve- niente, ſam obmutuerit, & nulla dare poſſit ſigna Pœnitentia, poteſt, & debet abſolvi ſaltem ſub conditione; Com- munis cum la Croix lib. 6. part. 2. num. 156. Vide verb. Ab- ſolutio art. 2. num. 1.

Moribundus, qui nullum Pœnitentiæ ſignum dedit, nec dare poteſt, ſi ipſe prius probe, & Chriſtiane vixerit, & Sacra- menta frequentaverit, probabiliter abſolvi poteſt ſub condi- tione; Vide d. verb. Abſolutio art. 2. a num. 4. ad 7. ubi plu- rimi ad id citantur Doctores, & efficaciæ dantur rationes; atque hic adde, hanc opinionem in praxi amplectum eſt Clementem VIII. qui ex remoto loco videns quemdam e fab- rica S. Petri cadentem, ſtatim ei abſolutionem ſub conditione impertitus eſt, dicens: Si es capax, ego te abſolvo a peccatis tuis; teſte Diana part. 3. traſt. 3. reſ. 3. traſt. 6. reſ. 20. Immo juxta varios, ſi Moribundus non haberet (a), niſi Sacerdo- tem mutum, quanvis certum ſit, formam in verbis conſiſte- re,

(a) Nota, Aſſertio Auctoris de Sacerdote muto nutibus, aut ſcripta forma abſolvente, improbanda omnino videtur do- ctiſſimis Centoribus; & quidem jure, atque merito. Nam explorata in Theologia res eſt, Sacramentum pœnitentiæ verbis perſici a Sacerdote prolatis non abſolutione nutibus, aut ſcripto data. Id enim ex Apoſtolica traditione, & ex Conci- liis Tridentino, & Florentino evidenter patet. En Tridentini verba ſeſſ. 14. cap. 3. Docet Sancta Synodus, Sacramenti pœ- nitentiæ formam, in quod præcipue vis ipſius ſita eſt, in illis Mi- niſtri verbis poſtam eſſe: Ego te abſolvo &c. Hac idem de- ſignatum prius fuerat in Concilio Florentino decreto pro Ag-

menorum inſtructione edito. Si certum eſt, ut vel ipſe Fer- raris indicat, ex Chriſti inſtitutione verbis a Sacerdote pro- latis hujusmodi Sacramentum perſici oportere, & ſi in hi- tota viſ formæ hujus Sacramenti ſita eſt, ergo in nutibus viſ hujusmodi deſideratur; ergo in verbis non prolatis, ſed ſcri- ptis eadem viſ deest; ergo Sacerdos mutus nutibus, vel ſcri- pta forma abſolvendo Sacramentum pœnitentiæ non conſicit, vel ſaltem vehementer ſuſpectum facit. Id vero licitum non eſt ex Theologorum omnium conſenſione; perinde enim eſſet, ac Sacramentum ſimulare, vel certo nullitatis pericula exponere.

te, tamen ante causam necessitatis extremae melius est, ut talis Sacerdos nutribus, vel scribendo formam cum abolveret, quam ut omnino retraheret: quia sicuti Moribundus, qui supponitur dolere de peccatis, absolvi potest etiam non praesertim signis expressis: ita praefata absolutio non videtur reprobanda: tum quia recurrunt dicta loc. citat. verb. Absolutio.

Moribundus a quolibet Sacerdote, & probabiliter etiam a Laico in articulo mortis absolvi potest ab excommunicatione, & Interdicto personali; Diana, Layman, Alloza, & alii cum la Croix lib. 7. num. 130. qui dicunt, probabile esse, quod tunc sic absolvere possit omnis etiam Laicus (a), quamvis esset haereticus, dummodo dispensandum non sit; Licet enim sententia communior, & probabilior sit cum Arriaga, dicit. 39. num. 5. & Lugo disp. 18. num. 7. quod Laicus, absente Clerico, ne quidem in articulo mortis valide absolvat a Censuris, oppositum tamen probabiliter tenent graves Auctores, quos referunt Diana part. 3. tract. 4. res. 133. Moya dis. 7. q. 1. num. 8. La Croix loc. cit. eo quod putent, piam Matrem Ecclesiam, quae id etiam Laico delegare potest, pro eo articulo nosse eum, quem poenitet, privari beneficio sepulturae, & communibus suffragiis. Immo Sanchez in decal. lib. 2. cap. 13. num. 13. Marchinus, aliique multi cum Dicast. decis. 3. n. 12. apud La Croix lib. 7. num. 130. putant, Laicum teneri pro tali casu absolvere a Censuris, quia secundum supra allegatos Doctores probabile est valere talem absolutionem, nec potest obesse, neque nullum sequitur inconveniens, & aliunde moribundo praestatur magnum beneficium, ut nempe participet suffragia Ecclesiae, & sepulturam Ecclesiasticam obtineat.

Moribundo, si sit periculum vomitus, dari potest parva particula Eucharistiae, quae stomachum alteratur non creditur, aut si de hoc ipso sit dubium, securitatis gratia dari potest particula non consecrata ad experiendum (b), an possit retinere consecratam, nec ne? & si retineat non consecratam, danda est etiam consecrata; si vero non consecratam rejiciat, non est ei danda consecrata. Si autem independenter a cibo perpetuo evomat, nullo modo est ei danda Sacra Communio, nisi forte per sex saltem horas liber a vomitu extiterit; Sic expresse docet Sanchez apud Dian. part. 5. tom. 3. resolut. 53. Busembau, & La Croix lib. 6. part. 1. num. 586.

Moribundo puero doli capaci, qui sciat distinguere Eucharistiam ab alio cibo, probabiliter est dandum Viaticum, quamvis nondum esset sanus ad Communionem admissus; Layman tract. 4. de Eucharist. cap. 4. Suarez disput. 40. sect. 1. Busemb. & La Croix lib. 6. part. 1. num. 586. & 647. Lugo disp. 13. sect. 4. num. 38. ubi num. 40. contra Sanchez addit, quod, si de capacitate pueri sit dubium (c), possit nihilominus dari,

etsi non sit necesse, & sic tenent etiam Dicastill. Diana, Tamburini, cum la Croix lib. 6. num. 648.

Si moribundus sit communicandus, & desit Stola, vel Alba, potest in tali casu ei dari communicatio sine ipsis. Vide verb. Infirmus num. 19.

Moribundus tenetur ex praecipito Divino Eucharistiam sumere per modum Viatici; & hoc etiam non sit jejunus. Vide verb. Eucharistia num. 34. verb. Viaticum num. 4.

Et licet jejunus, adhuc recte adhibetur formula Accipe, Viaticum &c. Vide d. verb. Eucharistia num. 35. verb. Viaticum num. 6.

Moribundus, qui mane communicavit sanus ex devotione (d), an superveniente periculo, teneatur eadem die per modum Viatici communicare? Vide dict. verb. Eucharistia num. 36.

Moribundo post 7. vel 8. dies potest iterum dari Viaticum, etiam si non sit jejunus, dummodo nequeat jejunus sumere, & periculum mortis recurrat. Vide dict. verb. Eucharistia num. 37.

Moribundo, quando morbus, & periculum diu protrahitur, potest iterum post 7. vel 8. dies dari Viaticum, quamvis non sit jejunus. Vide dict. verb. Eucharistia num. 38.

Moribundo dari potest, & debet Viaticum etiam in die Parasceves: Vide dict. verb. Eucharistia num. 39.

Si moribundus ob tussim, vel aliam causam sumere non possit Viaticum, non debet ad illum deferri S. S. Eucharistia devotionis causa. Vide dict. verb. Eucharistia num. 50.

Pro consecrando Viatico dando moribundo non est licitum Sacerdoti non jejuno celebrare; Vide verb. Infirmus num. 28.

Aliqui tamen tenent contrarium. Vide dict. verb. Infirmus num. 29.

Pro Viatico dando moribundo non debet consecrari Hostia extra Sacrificium, etiam in necessitate; La Croix lib. 6. p. 1. num. 610. ubi cum Dicastill. decis. 10. num. 344. testatur de communi contra Majorem putantem id esse licitum. In simili necessitate Major docet, esse licitum Sacerdoti Latino consecrare in fermentato, quam sententiam Tannerus, & alii non audent damnare; Attamen oppositam sententiam docet Communis cum Dicastill. & La Croix loc. cit. num. 610. quia praecipitum Viatici non obligat cum tanta difformitate Ritus.

In defectu Sacerdotis Latini potest Moribundus sumere Viaticum a Sacerdote Graeco consecratum in fermentato. La Croix loc. cit. Tamburini, cap. 2. §. 9. num. 12. & alii. Moribundus an si nequeat sumere Viaticum sub specie panis, sit ei dandum sub specie vini? Variant Doctores. Nugus enim, & Ochagau. tenent affirmativam sententiam, quia, dicunt ipsi, praecipitum Divinum de sumendo Viatico praevalet humano

(a) Nota. Falsum omnino putatur posse omnem Laicum ab Excommunicatione aliique Censuris moribundum absolvere; scimus enim id afferuisse Sylvestrum, ac nonnullos alios Theologos; sed facile falsitatis convincitur horum opinio: tum quia iis tantum absolvendi a Censuris potestas competit, quibus a Christo Domino jus ligandi, atque solvendi concessum est, quod sane Laicis minime convenit: tum etiam quia Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 7. ait: In articulo mortis omnes Sacerdotes, quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis, aut censuris absolovere possunt. Ex iis autem verbis eruditus Continuator Tournely colligit, Nec Laicum, nec Clericum, qui Sacerdos non sit, a Censuris absolovere posse: tum quia Concilium Tridentinum non loquitur nisi de Sacerdotibus; tum quia potestas absolvendi a Censuris in periculo mortis non datur, nisi ut quis etiam a peccatis absolvi possit, solus autem Sacerdos a peccatis absolvere potest; tum quia usu receptum est, ut solus Sacerdos in hoc etiam mortis discrimine absolutionem a censuris impendat, non autem Clericus, nisi is forte censuram tulerit, eamque iacinto relevarit valeat.

(b) Nota. Potest alia via experiri, an possit moribundi stomachus consecratam particulam retinere; nec unquam permittendum est, ut non consecrata particula experimentum fiat, tum ob periculum, quod occurrere fortasse posset idololatriae; tum etiam ne debita erga Sacram Eucharistiam veneratio hac via minuat.

(c) Nota. In dubio de pueri capacitate ad rite discernendum inter sacrum Viaticum, & alios cibos, Eucharistia praebenda eidem non debet. Etsi enim scimus, ut in antiqua Ec-

clesia, ita etiam nunc in Ecclesiis aliquibus Orientalibus pueris quoque Eucharistiam administrari, tamen Latina Ecclesia a multis saeculis constituit, ut nonnulli discernentibus cibum Eucharisticum distribuatur, ut debitum in sanctum Sacramentum obsequium, ac veneratio fervaretur. Ubi ergo dubium est, num puer id revera intelligat, atque discernat, ex Ecclesiae institutione sacro Viatico refici Puer ille non debet: Cum hoc non sit Sacramentum necessitatis, & cum ex praxi Ecclesiae constet, Sacramentum hujusmodi non communicari nisi iis, quos Ecclesia noverit ita capaces, & in Religionis institutis instructos, ut caelestem, & Angelorum panem a vulgari cibo discernant. Atque hinc patet etiam, injuria num. 22. asseri, in dubio, an Adulti amentes utantur ratione, dandum eis Viaticum esse. Cum enim hoc Sacramentum necessitatis non sit, in dubio administrandum non est.

(d) Nota. Vide haec de re Benedictum XIV. de Synodo Diocesana lib. 7. cap. xi. ubi recensita eorum opinione, qui ajunt, etiam hominem, qui mane communicaverit, incidendo inopinato in mortis periculum teneri denuo se reficere Eucharistico cibo; illorum, qui dicunt, recipere iterum Eucharistiam sine periculo non posse, & denique illorum, qui putant, posse dicto homini Viaticum dari, sed nullo ad id adigi praecipito, ita concludit: In tanta opinionum varietate, Doctorumque discrepantia, integrum erit Parocho eam sententiam amplecti, quae sibi magis arriserit, quin fas sit Episcopo in Parochum animadvertere, qui praefato egrotanti Viaticum denegavit &c.

mano de co immunicando solum sub specie panis, & id probabile censent Diana, Escobar, & alii apud La Croix loc. cit. num. 611. Negativam autem probabilis docent Fagnanus, Suarez, Diana, Amicus, Lugo, Tamburini, Dicastill. Platell. citati, & secuti a La Croix loc. cit. num. 611. dicentes, non teneri moribundum in tali casu sumere Viaticum sub specie vini, non quod praecipitum humanum praevalet Divino, sed quia Divinum non obligat, nisi quando observari potest cum debita reverentia, & principalibus ritibus, & quasi substantialibus Ceremoniis ab Ecclesia praescriptis.

Perpetuo amentis moribundo non est dandum Viaticum, S. Thomas quest. 80. art. 9. in Opuscul. La Croix lib. 6. part. 1. num. 654. quia, ut ibi notat, id prohibet Rituale Pauli V. In dubio an adulti amentes utantur ratione, Gobat tract. 4. num. 173. 417. & 418. La Croix loc. cit. num. 665. & alii dicunt esse eis dandum Viaticum, quia in dubio favendum est potius homini, pro quo institutum est Sacramentum, cum certo ipsi profuit, & probabiliter possit etiam causare primam gratiam.

Amentibus, qui usum rationis habuerunt, nec sciuntur amisisse illum in mortali, dandum est Viaticum, S. Thomas loc. cit. Catechism. Roman. de Euch. cap. 11. num. 2. La Croix loc. cit. num. 656. quia hoc ipso, quod nec sciatur amisisse usum rationis in mortali, praesumendum esse esse in gratia, quia potuerunt vel sine ulla, vel cum levi tantum culpa amisisse. Gobat loc. cit. num. 151. cum communi, ut testatur La Croix loc. cit.

Phreneticus, aut Deliranti, sive ex mania, sive ex morbo, si quando alligatur accipiat cibos, debet etiam alligato dari Viaticum. S. Thom. Averla, Sanchez, Diana, Gobat, sicuti & citati a La Croix loc. cit. num. 660. Si autem sit dubium, an reverenter suscipitur sit? faciendum est experimentum cum una, vel altera particula non consecrata, & si aliquam reverenter suscipiat, danda est ei etiam consecrata. (a) La Croix dist. num. 660. cum Layman, Caitrop. Diana, Gobat ibi citatis.

Moribundo in defectu Parochi potest dari Viaticum a quolibet Sacerdote, sive Saeculari, sive Regulari, & in defectu Sacerdotis etiam a Diacono. Communis cum Layman lib. 5. tract. 4. cap. 7. Busemb. & La Croix lib. 6. part. 1. num. 479. Immo Suarez, Coninch, Layman, Praepositus, Dian. & alii apud Busemb. & La Croix loc. cit. num. 479. dicunt, in articulo mortis in defectu supradictorum posse ei dare Viaticum etiam a Laico. Quod tamen ob contrariam consuetudinem non est facile practicandum, ut docent Lugo, Bonac. cum ipsis Busemb. & La Croix loc. cit.

Pro consecrando Viatico dando Regulari infirmo in domo privata consanguineorum, seu aliorum saecularium non potest ab alio Regulari erigi ibi Altare portatile, & sacram peragi, & inde Viaticum ipsi ministrari absque licentia Ordinarii, aut Parochi. Sic expresse Sacra Congregat. Concilii in Messanen. Privilegii 20. Septembr. 1698. lib. 48. decret. pag. 471. ubi propositis dubiis. Primo: An Regularis Theatinus poterit licite erigere Altare portatile, Sacrum peragere, & Sanctis Viaticum ministrare alteri Regulari infirmo in domo privata illius consanguineorum absque licentia Ordinarii (b), aut Parochi? Secundo, An possit Ordinarius in hoc, & similibus casibus procedere contra Regulares etiam ad Censuras? Respondit ad 1. negative. Ad 2. affirmative, sed in praesenti non molestandum. Sic refert Eminentiss. Petra tom. 3. commentar. ad Constit. XI. Alexandr. IV. n. 33.

Moribundo, si fuerit Catholicus, & non constet esse in mortali, dandum est Sacramentum Extreme Unctionis, etiam si illud non petierit, nam hoc ipso censetur interpretative voluisse, & petisse, quod alii Christiani, etiam si de eo Sa. Ferrar. Biblioth. Tom. V.

cramento nunquam audierit. Busemb. & La Croix lib. 5. p. 1. num. 163. & alii passim.

Moribundus tenetur ultra Sacramentalem Confessionem aeternam contritionis perfectae elicere, licet enim constitutus in articulo mortis non teneatur confiteri cum contritione perfecta, eo quod moraliter certum est Sacramentum Poenitentiae cum attritione ad justificationem sufficere, quemadmodum liquet ex Tridentina, sess. 14. cap. 4. (Vide verb. Poenitentiae Sacramentum,) & ex propositionibus 14. & 15. ab Alexandr. VIII. damnatis, ac sub verb. Propositiones damnatae allatis: tamen ad id tenetur ex alio capite, quia scilicet quilibet Fidelis tenetur praesertim eo puncto, in quo agitur de summa rerum, & momento, a quo pendet aeternitas, sine salutis prospicere, atque consulere omni meliori quo fieri potest modo, qualis est elicendo praeter Confessionem Sacramentalem actum contritionis perfectae; nam non sumus infallibiliter certi de Ministro Baptismi, ac de ordinatione Sacerdotis &c. pro quo tamen elicendo cavere debet Moribundus, ne obrui sinat ab iis, quae Diabolus descendens tunc magnam habens iram, sciens quia modicum tempus habet, impie evomit, ac invidie opponit; sed fiducialiter ad supernum auxilium confugiat, aut firmiter fideliterque sibi suatum habeat, viticera misericordiae non desit sperantibus in Deum, & fore miserationes ejus super omnia opera ejus Ps. 144. versic. 9. idcirco opem suam largiter, fortiterque in corda Fidelium effundere medio pretiosissimo, ac sanctissimo Redemptoris Jesu Christi Sanguine pro totius mundi salute ineffabiliter, & incomprehensibiliter dato.

Moribundi possunt, immo etiam quandoque tenentur contrahere Matrimonium. Vide verb. Impedimenta Matrimonii art. 2. n. 18.

Moribundum in articulo mortis constitutum nec licite, nec valide posse absolvi a Sacerdote excommunicato vitando, seu degradato. ant haeretico mordicus defendit Fagnanus in cap. Non est vobis XI. de sponsalibus per tot. ubi adducit ad id expressam declarationem Sacrae Congregationis Concil. in haec verba: Episcopus Valentinus petiit declarari, utrum poenitentes in articulo mortis constitutos possit in casibus reservatis absolovere quilibet Sacerdos, etiam excommunicatus, & denunciatus, ut tenuit Navarr. de regulis Confessoriorum cap. 27. num. 272. vers. Quod per eadem verba fol. 551. Et Congregatio Generalis Card. Moroni, Alciat. Senonem. M. Ab. S. Sixti censuit non posse; quia communis opinio videtur illa, quod tales excommunicati non possint etiam in hoc casu necessitatis. Quam sententiam confirmant illi Cardinales auctoritatibus tredecim celeberrimorum Auctorum, nempe Magistri Sententiarum, S. Thomae, Scoti, Durandi, Capreoli, S. Antonini, Thurecrematae, Baccon. Alexandri de Ales, Richardi, Abbatis, Decii, & Navarri. Et postea explicant quod sensu debeat intelligi hac de re Concilium Trident. Nec obstat cap. 7. de casuum reservatione, quia debet intelligi de omnibus Sacerdotibus in unitate Ecclesiae viventibus, referendumque ad eos Sacerdotes, de quibus eodem cap. 7. in prima, & secunda parte agitur, qui habent ordinariam, vel delegatam potestatem. Haec sunt propria dictae declarationis verba, ut testatur Fagnanus loc. cit. num. 2. Hanc negativam sententiam sequuti sunt S. Raymundus, Covarruvias, Joannes Medina, Panormitanus, Praepositus, Auctor Glossae Decreti Gratiani, Auctor Colloquiorum Condomensis Diocesis, & alii citati, & sequuti a Joanne Pontas verb. Absolutio casu 31. in fine, Matthaei Official. Cur. cap. 2. num. 19. Pignatelli. tom. 10. consulti. 163. num. 15. & alii innumi supradictae Cardinalium declarationi; Qua vera supposita, & a Summo Pontifice, ut supra exponitur, approbata, non esset ullimode ab ipsa recedendum.

At vero affirmativam sententiam, nempe posse poenitentem

(a) Nota. Si experimentum fiat cum particula non consecrata infirmis periculo exponitur actus idololatriae, qui licet materialis sit respectu illius, permitti tamen non potest. Falsum quoque est, quod num. 27. asseritur de Laico, qui possit necessitate urgente Viaticum deferre. Tantum enim in sacram Eucharistiam venerationem exposcit Ecclesia, ut Laicis etiam tactum sacrorum vasorum interdixerit; quis ergo credit permittere eisdem, ut Eucharistiam tangant, desecrantque ad infirmos? Non desunt sane in antiqua Ecclesia exempla Laicorum, qui Eucharistiam ad infirmos detu-

lerint; at alia nunc tempora sunt, aliae Ecclesiae consuetudines, aliae leges necessariae ad servandam, ac fovendam debitam huic Sacramento venerationem. Permittendum itaque, ut potius sine Viatico infirmus decedat, quam ut leges violentur ab Ecclesia latae, ne Laici Eucharistiae Sacramentum administrant.

(b) Nota. Nec Parochus, neque etiam Ordinarius licentiam concedere Regularibus potest, ut in domo infirmi Altare portatile erigant, ibique celebrent, ut inde Viaticum administrant; sed necessaria est Summi Pontificis licentia.

tem in articulo mortis, in defectu alterius Sacerdotis habilis, licite, & valide absolvi a Sacerdote excommunicato vitando, seu degradato, aut heretico, sicut Paludanus, Sylveiter, Sorus, Melchior Canus, Toletus, Azorius, Bonacina, & Auctor Colloquiorum Dioecesis Antuerpiensis apud Pontas loc. cit. Reiffenstuel lib. 5. decretal. tit. 7. §. 8. num. 408. testans de communi; La Croix lib. 6. part. 2. num. 1560. testans cum Ariaga de communissima; Barbosa in Concil. Trident. sess. 14. de Sacrament. Poenitent. cap. 7. numer. 13. cum Cano, Navarro, Toletus, Comitolo, Azorio, Reginaldo, Coninch, Riccio, Bonacina, Layman, Suarez, Molina, Torreblanca, Fagundes, Bossio, & Hurtado ibi citatis; Rosignolus de Poenitentia part. 1. quest. 7. art. 6. a numer. 10. ad 14. cum aliis ibi citatis, Felix Potestas tom. 1. part. 4. cap. 5. num. 3245. & tom. 3. part. 1. num. 171. cum aliis ibi allegatis, Gobat tom. 1. tractat. 7. numer. 129. Sporer tom. 3. part. 3. cap. 6. quest. 6. num. 724. testans cum Layman, Card. de Lugo, & aliis de communissima Doctorum, qui, præsertim Gobat, & Sporer, ac alii intelligunt super allatam declarationem Sacre Congregat. Concil. apud Fagnan. loc. cit. de absoluteione data ab excommunicato vitando, degradato, heretico, aut Apostata in præsentia alterius Sacerdotis carentis illis vitiis, quæ utique absoluteio esset & illicita, & invalida, juxta etiam dicta sub verb. Absoluteio art. 1. num. 51. & 52. At si nullus omnino adeffet alius Sacerdos, esset & licita, & valida, quia verba Concil. Tridentini cit. sess. 14. cap. 7. amplissime, & generalissime expriment, quod in illo articulo extremæ necessitatis, ne hac occasione aliquis pereat. . . omnes Sacerdotes, quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt: Qui autem omne dicit, nihil excludit, leg. Hoc articulo 29. ff. de hæredib. instituen. Leg. Si cui seruo omnes 52. ff. de Legatis 1. leg. Poenam meam omnem 7. ff. de poena legata, cap. Si Romanorum 1. dist. 19. cap. Solita 6. §. Nobis, de majoritat. & obediunt. & ibi Glosa verb. Inducumque, expresse dicens: Qui dicit omnia, nihil excipit. Verba enim generalia generaliter sunt intelligenda; cap. Quia circa 22. de privilegiis cum similibus; & ubi Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; Leg. Non distinguemus 32. ff. de receptis abivris, leg. Preses 3. de officio Presidis, leg. De prætio 3. ff. de Publiciana in rem action. cit. cap. Quia circa cum similibus.

34. Tum quia credendum non est, quod Ecclesia voluerit deserre poenitentes in tali extrema necessitate constitutos, sed potius tamquam pia mater voluerit illis succurrere hoc salutari præsidio, habitando Sacerdotes etiam reclusos ad absolvendum in defectu aliorum, sicut etiam per adversarios habilitantur simplices Sacerdotes nondum ad Confessiones excipiendas approbati, ex cit. sess. 14. cap. 7. Concil. Trident. hac potissima ratione, Ne hac occasione aliquis pereat; Unde in consimili extrema necessitate pia Mater Ecclesia permittit, quod Baptismus possit recipi etiam ab heretico, & excommunicato; cap. Præter 6. §. Verum dist. 32. cap. Si quem forte 40. caus. 24. quest. 1. cum similibus, adeoque censendum est, quod permittat in extrema necessitate recipi etiam posse Poenitentiam; cum Baptismus parvulorum, & Poenitentia morientium sint Sacramenta necessitatis, secundum Glossam in cap. Non est vobis XI. de Sponsalib. verb. Baptismus parvulorum; uti videtur innui etiam in ipsomet cap. Non est vobis, ubi tempore Interdicti Anglii impositi, interdicuntur omnia divina, & Sacramenta, præter Baptismus parvulorum, & poenitentiam morientium: Hinc in rubro, & in Summa dist. cap. Si quem forte, sic habetur: In extremo positus etiam ab heretico poenitentiam accipere valet; Nam quod non est licitum in Lege, necessitas facit licitum; cap. Quod non est 4. de Regul. juris. Necessitas enim non habet Legem; cap. Sicut 11. dist. 1. de consecrat. cap. Omnes 1. de feriis, cap. Consulisti 3. de Celebrat. Missar. cap. Consilium 2. de observat. jejunior. cum similibus. Unde Sacri Canones passim clamant, morientibus poenitentiam non esse denegandam, cap. Si quis de corpore 6. cap. Si recedunt 7. cap. Is qui poenitentiam 12. cap. Agnovimus 13. cap. Presbyter 14. dist. 26. quest. 6. cap. Quod in te 11. de poenitentiis, & remissionib. cum similibus.

35. Hinc attenda pie matris Ecclesie, ac tot Sacrorum Cano, num benigna interpretatione, & innumera Doctorum copia,

(a) Nota. Hic rideas oportet Rutillanas nugæ, quas Auctor ex inadvertentia fortasse recentiavit, & quas nullus sanæ mentis admittat.

neon pene communi, ac communissima opinione, testibus supra allatis Auctoribus pro sententia affirmativa, concludendum est posse Moribundum in extrema necessitate articulo mortis, in defectu alterius Sacerdotis habilis, absolvi a Sacerdote excommunicato vitando, degradato, heretico, aut apostata; Et allata Sacre Congregationis declaratio intelligenda videtur de absoluteione data a Sacerdote excommunicato vitando, degradato, heretico, aut apostata in præsentia alterius Sacerdotis carentis dictis vitiis, quæ utique absoluteio, ut dicebatur, esset & illicita, & invalida; Non autem de absoluteione data ab ipso in defectu alterius Sacerdotis habilis, ut eam explicant Gobat, & Sporer locis citatis, & alii, quia adhuc verificaretur de ipso quod esset Sacerdos juxta concessionem Concilii: Omnes Sacerdotes, cum ejus Sacerdotalis character sit indelebilis; & in tali casu extremæ necessitatis, Ne juxta piissimam mentem Concilii, hac occasione aliquis pereat, Ecclesia tollit omne impedimentum Canonicum ex parte Sacerdotis, eique dat omnimodam jurisdictionem ad id necessariam; cum interpretatio semper faciendâ sit in benigniorem partem; cap. Cum tu 16. de testibus, cum similibus. Si autem auctoritative, & clare constaret, quod mens Sacre Congregationis, & Summi Pontificis esset, quod neque in defectu alterius habilis Sacerdotis possit Moribundus in tali extrema necessitate articulo mortis absolvi a Sacerdote excommunicato vitando, degradato, heretico, aut apostata, non esset ab ipsa sententia negativa recedendum, quia in claris non admittitur interpretatio, ut docet communior Doctorum post Glossam in cap. Cum dilectus 3. de consuetud. verb. Nec juri communi, & colligitur ex L. Licet Imperator 74. ff. de Legatis 1. & leg. Ille, aut ille 25. ff. de Legatis 3. & ubi expresse habetur Lex, cessat omnis opinio, cap. Sicut 2. dist. 15. cap. Si quis eorum 3. dist. 30. Cap. Cuncta per mundum 17. caus. 9. quest. 3. cap. Canonum statuta 1. & cap. Quoniam 13. de constitutionum. cum similibus.

36. Hic abs re non erit advertere ex Rutilio Benincasa, & variis gravibus Auctoribus tacito nomine ab ipso allegatis in suo libro, cujus titulus Almanacco perpetuo & c. part. 4. tract. 5. cap. 14. (a) quod Moribundi deficere solent morte naturali ferre semper in Maris detumescencia, seu refluxu. Quando autem intumescat & detumescat Mare, ad id explorandum, (premissis quod Maris fluxus, & refluxus, intumescencia, & detumescencia unus sit ex mirabilibus effectibus, quos Lunæ minare minus, seu Luna mirabiliter præstat, & quod in unoquoque suo lunari die aquas crescere, & decretere faciat, ut sequitur, id est sex horis, & uno horæ quinto eas crescere, alii sex horis, & uno horæ quinto eas decretere efficiat, & ita successive de reliquo sui diei spatio, ac consimiliter de aliis suis diebus) prælaudatus Auctor proponit exemplum, dati diei, in quo quis exoptat scire quæ supra, ac tabulam perpetuam, quam ad diem propere sciendam subnectit, etiam exponit: Unde ea ibi pro opportunitate ab exoptantibus regule praxim, utrique Medico, & Infirmary, ad propositum perutile non minus, ac Nautis ad iurum, de facili legi, vel transcribi poterit, additendo tamen, librum hujusmodi pluribus scater erroribus, ne in ipsos dilabamur.

His ad le, quod fel. rec. Summus Pontifex Benedictus XIV. 37. anno 1747. die 5. April. Constitution. incipient. Pia Mater Catholica Ecclesia, ampliavit Episcopis facultatem imperitendi Benedictionem cum Indulgentia Plenaria Fidelibus in mortis articulo constitutis, etiam per alios, tam in Civitatibus, quam in Dioecessibus ab ipsis subdelegatos; Ubi enim prius Episcopis hanc facultatem petentibus concedebatur ad solum triennium: & hac lege, quod per seiplos immediate hanc Benedictionem cum Plenaria Indulgentiæ applicatione agrotis in articulo mortis constitutis largirentur, nec ipsi necessitate urgente, & quidem nocturno tempore, alium Sacerdotem in singulis peculiaribus casibus subdelegare possent; Nunc Pontifex eam ipsis ampliat, & concedit ad vitam, ut latius in ipsa Constitutione: declarans intuper, quod etiam plures pios Sacerdotes, sive Seculares, sive Regulares. pro necessarium fore judicabunt, in eorum Civitatibus subdelegare valeant, qui dum ipsi Antistes aliquo legitimo impedimento detinebuntur, quamvis hujusmodi impedimentum diurno tempore occurrat, eorum vice dictam Benedictionem cum

quæ Indulgentiæ Plenariæ applicatione præfatis agrotis impertiantur; Alioquin similiter per Dioecesis Sæculares, ad Regulares Sacerdotes, quotquot necessariis judicaverint, aut prædictum effectum deputare, & subdelegare possint; Necnon eisdem a se deputatos removere, ac alios in eorum locum pro suo arbitrio, & prudentia subdelegare valeant; Hanc eandem facultatem statuit esse in posterum concedendam, omnibus Episcopis, qui eam a Romano Pontifice postulaverint; Et similiter omnibus Prælati Inferioribus Territorium separatim habentibus, cum vera qualitate nullius, & activa in Clerum, & populum jurisdictione; Dummodo ipsi Prælati hanc gratiam postulant, Sancta Apostolorum limina præscriptis temporibus viderint, & relationem status suarum Ecclesiarum Apostolicæ Sedi exhibuerint, & debitum juramentum in prima eorum assumptione ad dictas Prælaturas præstitierint, juxta præscriptum ab ipso Pontifice in sua Constitutione incipient. Quod Sancta.

38. Affertur modus pro prædicta Benedictione impertienda ab ipso Benedict. XIV. traditus, & approbatus in allegata sua Constitutione incipient. Pia Mater. Habens igitur prædictam facultatem, vel simile privilegium, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic domui & c. ac deinde ægrotum, cubiculum, & circumstantes aspergat aqua benedicta, dicendo Antiphonam Asperges & c. Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, & absolvat: Si Confessione non petat, excitet illum ad eliciendam actum Contritionis: de hujus Benedictionis efficacia, & virtute, si tempus ferat, breviter admoneat, ac de aliis, prout videbitur expedire, instruat, ut ibi latius; Tum piis ipsum verbis confortetur in ipem erigens fore, ut ex divina munificentia largitate eam poenarum remissionem, & vitam sit consecutus æternam. Et postea dicat.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit Cælum, & Terram.

ANTIPHONA.

Ne reminiscaris Domine delicta famuli tui (vel ancillæ tuæ) neque vindictam sumas de peccatis ejus. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Pater noster & c.
Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos a malo.
V. Salvum fac servum tuum (vel ancillam tuam, & sic deinceps.)
R. Deus meus sperantem in Te.
V. Domine exaudi Orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus nobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, & Deus coram consolationis, qui neminem vis perire in Te credentem, atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum N. quem tibi vera fides, & Spes Christiana commendant. Visti eum in salutari tuo, & per virginitatis Passionem, & Mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem, & veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui Te Judicem propitiatum inveniat, & in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Tum dicto ab uno. ex Clericis adstantibus, Confiteor & c. Sacerdos dicat, Misereatur & c. Deinde .

(a) Nota. P. Lucius Ferraris hic advertit, quod eruditissimus P. Franciscus Maria Campioni in Instructione ad Confessarios cap. 41. num. 12. refert ex Cardinali Albitio de Inconstantia in Fide cap. 18. & 19. quod prædicta declaratio Sacre Congregat. Concilii adducta a Fagnano, ac num. 32. supra relata, non reperitur in Regestis Concilii, quod argumentum est, aut nunquam emanasse, aut expunctam fuisse, ut contrarium communi sententiæ, occasione cujusdam Episcopi, qui in examine interrogatus, an Sacerdos nominatim excommunicatus posset absolvi in articulo mortis, respon-

Dominus noster Jesus Christus Filius Dei Vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat Confessionem tuam, & restituat tibi Stolum primam, quam in Baptismate recepisti: Et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, Indulgentiam Plenariam, & remissionem omnium peccatorum tibi concedo, in nomine Patris & c.

Per sacrosancta humane reparationis Mysteria remittat tibi Omnipotens Deus omnes præsentis, & futuræ vitæ poenas, Paradisi portas aperiat, & ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat Te Omnipotens Deus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque Confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos Benedictionem ei impertiat.

Ad dicta sub num. 35. in fine, advertendum est, quod eruditissimus P. Franciscus Maria Campioni in Instructione ad Confessarios cap. 41. num. 12. refert ex Card. Albitio part. 1. de inconstantia in fide cap. 18. & 19. quod prædicta declaratio Sacre Congregationis Concilii adducta a Fagnano supra num. 32. non reperitur in Regestis Concilii, signum, quod vel non emanavit, vel fuit expuncta, ut contraria communi sententiæ, occasione cujusdam Episcopi, qui in examine interrogatus, an Sacerdos nominatim excommunicatus posset absolvi in articulo mortis, respondit affirmative. Unde fuit excitatum murmur ob doctrinam Fagnani, & dubio delato ad Innocentium XI. hic justit suppressit questionem, neque amplius dubitari de opinione affirmativa, nempe poenitentem in articulo mortis in defectu alterius Sacerdotis habilis licite, & valide absolvi posse a Sacerdote excommunicato vitando, seu degradato, aut heretico (a).

Novæ additiones ex aliena manu.

Moribundus, qui & Agonizans dicitur, is est qui ex superante jam morbo, & natura prostrata animam efflatura de proximo est. Viventibus, & non mortuis accenseri debet. Quinimo sanæ mentis præsumitur, nisi de contrario constat; eaque propter testamentum, & codicillos condere, tum contractus inire valet; Stryk. juridic. dissert. vol. 1. disput. 5. cap. 1. n. 9. & plur. sequent.

Vim magnam habere solet confessio Moribundi, eo quia nemo præsumitur in articulo mortis velle mentiri. Sed nec in præjudicium Tertii, nec in sui & hæredum commodum credendum esse Moribundo tradunt Klock. vol. 2. consil. 43. num. 28. & sequent. Quæstia consil. 40. num. 20. Pacianus de Probat. lib. 1. cap. 53. num. 46. Mevius ad Jus Lubecens. part. 2. tit. 2. articulo. 24. n. 11. Præsumptionem. autem, & indicium aliquod hinc etiam casibus facere confessionem moribundi, non est dubitandum; Mascard. de Probat. conclus. 1229. n. 1. & 8. Farinac. Prax. criminal. lib. 1. tit. 5. quest. 46. num. 17.

Quid si Judex in agone confiteatur se pecunia corruptum tulisse sententiam? Obligare se suosque hæredes ad poenam tripli expressam in Authent. Novo jure C. de Pen. Judic. qui mal. judic. nequaquam vero præjudicium creare Tertio, ut sententia proinde sit rescindenda, sequitur ex mox dictis. Idemque dicendum de Arbitrio; Mascard. de Probat. conclus. 949. n. 23. & sequent. Farinac. dist. qu. 46. n. 77.

Nec Testis moribundi confessio, quod fallum tulerit testimonium, quidquam obstabit, si prolata jam sit sententia; secus autem re adhuc integra; Vide Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 53. n. 46. Farinac. dist. qu. 46. n. 84.

De

dit affirmative. Unde fuit excitatum murmur ob doctrinam Fagnani, & dubio delato ad Innocentium XI. justit suppressit questionem, neque amplius dubitari de opinione affirmativa, nempe poenitentem in articulo mortis in defectu alterius Sacerdotis habilis licite, & valide absolvi posse a Sacerdote Excommunicato vitando, seu degradato, aut heretico. Præfens Sacerdos sit non præcisus, qui tamen nolit, aut non advertat necessitatem absolvendi, non puto invalidam fore datam a præciso absoluteionem, ut asserit Ferraris num. 33.

- 11 De Proxena contractus simoniaci, an ipsi tale scelus in agone confitenti sit credendum, quaritur? Negat Stryk. *juridic. dissert. vol. 1. disput. 5. cap. 3. n. 3.*
- 12 Circa contractus duplici modo Moribundi confessio considerari potest, vel prout obligationem adstruit, & obligatoria dicitur, vel prout obligationem destruit, & liberatoria nuncupatur. Confessio obligatoria a Moribundo dupliciter emittitur, vel ratione sui ipsius confitentis, vel ratione Tertii. Ratione sui ipsius, si se certæ alicui Personæ asserat obligatum ad certam quantitatem. Ratione Tertii, si alterum sibi obligatum profiteatur. Confessio liberatoria semper uno modo emittitur, ut si quod alter debebat acceptum dicatur. In una vero; & altera Confessione diversum jus ab eo, quod inter vivos constitutum, hic in Moribundi persona obtinet.
- 13 Confessio obligatoria, sine expressione causæ non attenditur regulariter. At ea emissa a Moribundo, attendi debet; *Mascard. de Probat. conclus. 345. numer. 3. Damboud. practic. civil. cap. 173. num. 10. & sequent.* Sed an ea possit revocari a Moribundo, tum an hæres possit probare non subesse causam, vide apud *Hann. ad Wessembec. tit. de Confess. n. 5.*
- 14 De alterum obligando si confessio loquatur nihil valet. Sed si emanaverit a Moribundo, præsumptionem quamdam facit pro confitente, & hæredibus; *Struv. Synagm. jur. civil. tit. de Confess. thes. 24. Brunemann. repetit. Paratit. Wessembec. dict. tit. de Confess. qu. 2.*
- 15 Confessio liberatoria, si agatur de dote, vim non habet, si intra tempus legitimum opponatur exceptio non numeratæ dotis. At facta a Moribundo opponi hæc exceptio nequit, nisi facta sit in fraudem Legis, vel Tertio præjudicet; *Stryk. juridic. dissert. vol. 1. disput. 5. cap. 3. num. 13. & plur. sequit.*
- 16 Hactenus de Confessione Moribundi in civilibus. Agendam paululum de ea in criminalibus. Prima occurrit questio, an standum sit confessioni vulnerati de Auctore cædis? Eam non probare, sed tantum indicium facere tenent non pauci. Sed & questio est, an faciat indicium ad torturam? Negat cum aliis *Stryk. loco citato cap. 4. num. 2. & plur. sequent.* & quidem etiam si juramento id asseruerit Moribundus. Monet vero *Stryk.* teneri hæredem ad accusandum eum, quem Moribundus suæ cædis Auctorem dixit.
- 17 Quod dictum est de Confessione Moribundi circa homicidium, id ipsum obtinet de Confessione ejusdem circa beneficium, & alia id genus delicta.
- 18 De effectu excupationis factæ a Moribundo, mire inter se dissentiunt Doctores. Conter *Stryk. ubi supra cap. 4. tit. 3. & plur. sequent.* qui & de Moribundo fatente se delictum, commississe dissentit.

M O R T I S A R T I C U L U S .

Additio Auctoris e II. Editione .

- 1 Mortis articulus in Servis Dei, illustris, & sanctimonia conspicuus apparere debet. *Benedict. XIV. tom. 1. Constit. 141. incip. Sollicitudini nostræ §. 5. & 7.* In mortis articulo constituti quorumcumque peccatorum abolitionem, & Censurarum relaxationem a quocumque Presbytero obtinere possunt. Idem tom. 2. Constitutio. 34. incip. *Pia Mater.* Idem Indulgentiam plenariam facile concedi optat Ecclesia. Idem *ibid.* Mortis acceptatio inculcatur tamquam opus injunctum pro consequenda plenaria Indulgentia in mortis articulo. Idem *ibid.*

M U L T A E .

- 1 * Multas pecuniarias Episcopus sibi addicere non potest quantumvis pauper sit sine licentia Sedis Apostolicæ, ut ex pluribus argumentis S. Congregationis evincitur in *Tractatu de Synodo Diœcesana lib. 7. cap. 53. §. 2.* Sed debent in usus pios applicari illæ multæ, quas Tridentinum infixit Clericis non residentibus aut concubinariis. *ibid.*
- 2 Si quas vero multas Diœcesana Synodus alicui certo loco pro applicaverit, Episcopi non possunt illas sibi obtinere ab Apostolica Sede, etiam si sint pauperes: quia Sedes Apostolica juris alteri quæsito præjudicium non infert. *ibidem §. 3.*
- 3 Has vero multas antequam applicentur suæ destinationi,

deponendas esse penes administratorem fidelem, jussit Sac. Congregatio in sua Encyclica ad omnes Episcopos, die 5. Februarii 1670. *Ibid. §. 4.*
Alia vide verb. *Episcopus*, art. 6. a n. 63. ad 67. & verb. *Pœna*, art. 5. n. 50. ad 72.

M U L I E R .

Additio Auctoris e II. Editione .

Mulieres ad ministerium Altaris nullatenus sunt admittende. *Benedictus XIV. tom. 1. Constit. 57. incip. Et si Pastoralis. §. 6.* Mulieres mensurali morbo laborantes arceri nequeunt a Sacramentis, aut ab ingressu Ecclesiæ: Idem *Constitut. 107. incip. Omnium Sollicitudinum §. 3. 14. & 39.* Ad rem, alia plurima vide v. *Femina.*

M U N D U S .

Mundus dictus est a verbo Greco *Kosmos*, quod latine ornatum significat: unde nos a perfecta absoluteque ejus elegantia ipsum vocamus mundum, eo quod nihil eo sit mundius, pulchrius, & ornatus. *Plinius lib. 2. cap. 1. & 4. Beyerlinck Theatr. vitæ humanae tom. 5. verbo Mundus.*
Mundus in Sacra Scriptura quinque potissimum modis usurpatur. Primo pro rebus ipsis, creatis, quibus tota hæc machina visibilis constat. *Joann. cap. 1. num. 10. ibi: Mundus per ipsum factus est*, idest tota universitas, ex eodem cap. n. 3. *ibi: Omnia per ipsum facta sunt.* Secundo accipitur mundus pro statu præsentis, quo inter homines vivitur. *Joann. cap. 1. num. 9. ibi: Omnium hominum venientium in hunc mundum. In mundo erat &c. & cap. 9. num. 5. ibi: Quando sum in mundo; & n. 39. ibi: Ego in hunc mundum veni; & cap. 13. num. 1. ibi: Sciens Jesus, quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo; idest de hoc statu vitæ mortalis; & cap. 17. num. 15. ibi: Non rogo ut tollas eos de mundo; sed ut servas eos a malo; idest non rogo ut auferas eis vitam, per quam tollantur de hoc Mundo. Tertio accipitur pro omnibus hominibus sive bonis, sive malis *Joan. cap. 14. num. 31. ibi: Ut cognoscat Mundus quia diligo Patrem*, idest cognoscat omnes homines. Quarto accipitur pro hominibus mundanis, quo vocamus mundanos; quia ea sola, quæ in præsentis vident, desiderant; *Joann. cap. 17. num. 9. ibi: Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo; idest non pro hominibus mundanis, ibid. num. 14. Non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo; idest isti non sunt mundani, sicut nec ego.* Quinto accipitur pro rebus, quæ in mundo sunt & solum habentur his, & concupiscuntur ab hominibus mundanis, scilicet divitiarum, honores, dignitates, & similia. *Epistol. 1. Joan. cap. 2. num. 16. ibi: Omne, quod est, in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Et sic de pluribus aliis consimilibus Sacra Scripturæ textibus supradictam quintuplicem Mundi acceptionem comprobantibus.*

Celebris est autem tam apud veteros, quam apud novos Philosophos, & Theologos alia quintuplex mundi acceptio: nempe pro Mundo Archetypo, Intellectuali, Elementari, Mundo magno, & Mundo parvo, *Mundus Archetypus* est Divina Mens, in qua sunt omnes formæ, & exemplaria rerum faciendarum; unde *Boetius l. 3. de Consolation. metr. 9.*

In cuncta Supremo Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse, Mundum mente gerens, similique ab imagine formans.

Mundus Intellectualis dicuntur ipse Cælestes intelligentiæ sine omni materia & corpore, sunt enim Substantiæ spirituales statu incorruptibiles, duratione æviterne, intelligendi virtute sagacissimæ, rerum omnium creatarum verticem, & eorum eximius suis præcellentis, & dotibus complectentes. *Mundus Elementaris*, est, qui componitur ex quatuor Elementis, & corpore cælesti, quod etiam Elementum vocat Aristoteles. *lib. 3. de Cælo cap. 1. text. 1. Meteor. 1. cap. 3. & initio lib. de Col. Mundus magnus* qui propria Universum, vocatur, est tota creaturarum collectio. *Mundus parvus*, est homo qui ab Aristotele 8. *physicor. cap. 2.* dicitur, a quodam verbo

verbo græco *Mundus compendiatas*, quem Græci vocant *microcosmum*, idest minorem mundum eo quod sit omnium rerum epilocus, & comprehendit, & omnia in unum confluentium naturarum possessionem, & totius universitatis summam in se continet. Habet enim homo, dicit S. Gregorius *hom. 29. in Evangel.* aliquid omnis creaturæ, ibi *Omnis autem creaturæ aliquid habet homo; habet namque commune esse cum lapidibus vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis.*

Mundus captus pro universa rerum omnium complectione & distributione, de quo præsertim hic est sermo, variis illustratur titulis. Dicitur enim *Machina* propter mirandam ejus structuram, & artificium. Dicitur *Orbis* propter figuræ rotunditatem. Dicitur *Universum* vel ex eo quod universas, seu omnes creatas res complectatur, & involvat; vel ex eo quod Mundus ab uno Deo formatus *Universum* dicitur quasi verum unum, seu ad unum Deum ordinatum. Dicitur a Latinis *Mundus*, & a Græcis *Kosmos* propter ejus munditiam, elegantiam, & pulchritudinem.

Mundus ex Aristotele *lib. de Mundo cap. 2.* & ex Possidonio in *Meteoris* definitur *Compages e cælo, terraque coagmentata, atque ex iis naturis, quæ intra ea continentur*; idest ex iis corporibus naturalibus, quæ intra cælum, & terram, comprehenduntur.

Mundus de facto est unicus; non repugnant tamen plures. Communis inter Catholicos cum Scoto *lib. de 1. princ. p. c. 3. n. 11. & de verum p. incip. quest. 10. num. 23.* & colligitur a pars ex Sacra Scriptura, quæ quoties de mundo loquitur unius tantum meminit; sic *Joan. cap. 1. n. 10. Mundus per ipsum factus est*, & *capitulum albi*, ut patet ex relictis adductis *sup. a n. 2. & Genes. cap. 1. num. 1. In principio creavit Deus non Cælum, & Terras, sed Cælum & terram*; unde S. Augustinus *lib. Retractat. quæst. cap. 3.* retractat se, quod dixerit anteibi duos esse Mundos.

Hinc nullimode audiendi sunt Manichæi, qui plures inveherunt Mundos, quamvis finitos; Nec sequaces Democriti, qui cum ipso innumerabiles Mundos esse asseruerunt; Nec qui infinitos Mundos excogitarunt, ut Metrodorus, Anaximander, Anaximenes, Archelaus, Aristarchus, Xenophanes, Leucippus, Epicurus, & Anaxarchus, quem (utrefert Plutarchus *lib. de tranquill. animi*) cum Alexander Macedo de mundorum infinitate differentiæ audivisset, illacrymans fertur: rogantibusque ob id amicis, num aliquid lacrymandum ei accidisset? An non justum est nos fieri debere, respondit, si cum infiniti mundi eum perhibeantur, nondum unius Domini simus?

Secunda autem pars, nempe quod non repugnet plures Mundi, clare patet, quia nulla pote t asseri implicantia, nec ex parte Dei, qui cum sit potentia infinita, & inexhausta, tam potens est hodie ad alios creandos, quam fuit ante Creationem istius ad istum creandum. Neque ex parte creabilium; adeoque plures Mundi non repugnant, sed sunt possibiles. Unde sententia negans hanc plurium mundorum possibilitatem tamquam falsa, erronea merito fuit reprobatæ & damnata ab Universitate Parisiensi sub Stephano ejusdem Civitatis Episcopo, uti videre est apud Magistrum Sententiarum in fine *Quarti.*

Mundus non fuit creatus ab æterno, ut senserat Aristoteles 7. & 8. *Physicor.* sed ab initio temporum, Est de fide. *Genes. enim 1. n. expresse habetur: In principio creavit Deus Cælum & terram*; idest ab initio temporum, ut exponit S. Augustinus *quest. 112.* & alii communiter; *Proverb. cap. 8. numer. 22. Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quidquam faceret a principio.* *Joan. cap. 17. num. 5.* ubi Christus alloquens Patrem dicit: *Nunc clarifici meum Pater apud te ipsum claritate quam habui priusquam mundus esset; & cap. Firmiter credimus 1. de Summa Trinitat. & Fide Catholica, ibi: Ab initio temporis utramque de nihilo condidit Creaturam spirituales, & Corporales, &c.*

Mundus probabilis creatus est verno tempore in æquinoctio, luna plena & die Dominico. Sic declaratum est omnium consensu in Concilio Palæstino de mandato Victoris Pape congregato a Theophilo Episcopo Cæsariensi, in quo fuit conclusum: *Nunc ergo investigavimus quomodo in principio factus fuerit mundus, idest die Dominico verno tempore, in æquinoctio, quod est octavo kalendarum Aprilium, luna plena; per ipsum tantummodo tempus & elementa resurgunt.* Sic apud Paravicinum in *Polyantæ Sacror. Canonum, verbo creatio mundi.* Et Magister Historiæ Scholasticæ in Historiâ

libri *Genesios*, asserit *dogma esse Ecclesiæ, mundum esse creatum in Martio.* Et Ecclesia ipsa Hymno ad matutinum Dominicæ canit.

*Primo die, quo Trinitas
Beata mundum condidit,
Vel quo resurgens Conditor
Nos morte victa liberat,*

Et antiquitus ante ejus reformationem sic canebat .

*Primo dierum omnium
Quo mundus exeat conditus,
Vel quo resurgens Conditor
Nos morte victa liberat,*

Et sic tenent SS. Eusebius, Athanasius, Cyrillus Hierosolymit. Nazianzenus, Damascenus, Ambrosius, Augustinus, Theodoretus, alique plures Sancti, & Classici Doctores, quos 20. numero citat Toriellus, 25. Alcanius Martinengus; & longe plures Molina, Genebrardus, Clarius, Delrius, a Lapide, & Saliarius apud Tirinum *tom. 1. cap. 9. Chronie. Sacr.* ubi solide probant hanc sententiam, quam tuerent plures alii moderniores, ut Beyerlinck *loc. cit.* Fraisen, *de mundo quest. 3. conclus. 2.* Boyvin. *tom. 1. Theolog. q. 1. in fine de creatione mundi; & tom. 2. Philos. disp. 1. cap. 3. quest. 4.* Dupalquier *tom. 4. Philosoph. disp. 1. de mundo q. 4 conclus. 1.* Goudin. *tom. 3. Philos. quest. 1. de mundo artic. 2. quest. 2.* & plurimi alii, cujus sententiæ fuerunt etiam veteres Poetæ; unde Virgilius *lib. 2. Georgic.* hæc habet:

*Nec alios prima nascentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem
Crediderim: Ver illud erat, Vel magis agebat.
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.*

S. Hieronymus tamen, Lirantus, Tostatus; Scaligerus, Petavius, Uferius, Toriellus, Strauchius, Fortunatus, Brixia, & alii volunt quod probabilis mundus creatus fuerit in æquinoctio autumnali; quia dicunt ipsi, mundus creatus est eo tempore, quo fructus maturi erant. ut sic menta apponeretur homini, & animalibus, ut patet *ex cap. 2. nu. 9. Genes. ibi: Produxitque Dominus Deus de homo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suave; & ex cap. 3. n. 6. ibi: Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit; deditque viro suo, qui comedit;* Fructus autem maturebant tempore autumnali, & non tempore veris, adeoque &c. Tum quia annus antiquus Hebræorum ante eorum exitum ab Ægypto incipiebat ab æquinoctio autumnali, adeout nova sanctione opus fuerit, ut annum Ecclesiasticum ab æquinoctio verno Hebræi suspicarentur, ut patet *Exodi cap. 12. num. 2. ibi: Mensis iste, quo nimirum Hebræi egressi fuerant de Ægypto, sit vobis principium mensium anni.* Tum etiam quia ramum virentis olivæ attulit Columbus in arcam undecimo mensē, *Genes. cap. 8. num. 5. & sequentibus;* cum autem mensē Januario, qui undecimus esset, si a Vere annus inchoaretur, non vireat, signum est mundum non fuisse creatum in æquinoctio verno, sed autumnali.

At istæ rationes adductæ ab asserentibus mundum probabilis creatum fuisse in æquinoctio autumnali, vel nihil contra nos probant, vel potius nostræ favent sententiæ asserenti mundum probabilis creatum fuisse in æquinoctio verno. Et revera prima eorum ratio nihil probat contra nos, sed potius nostræ favet sententiæ, quia in illa sic bene temperata Regione, in qua creatus est homo, primaque animantia terrestria, plures fructus in vere, & salubres herbarum abundant; Immo in bene temperatis Regionibus Orientis, & præsertim ubi Paradisus Terrestris fuit constitutus, plurimæ arbores toto anno fructibus graves sunt aliis incipientibus, aliis maturefcentibus, aliis omnino maturis, uti etiam videre est in pluribus Europæ Provinciis; Et ex iis, quæ fructibus aliquando spoliantur in Oriente, plures sunt quæ in verno, quam quæ in autumnali æquinoctio maturos fructus habent, ut experientia demonstrat, nam ante finem æstatis fere omnes fructibus spoliata, & nuda sunt. Secunda autem eorum ratio non subleat, quia ut recte ostendit eruditissimus Tirinus *l. 1. in Chronico Sacro cap. 5.* apud Hebræos annus antiquus inchoabatur ab Æquinoctio verno; & secundum hunc calculum.

lum processerunt omnes anni a mundo condito usque ad ingressum ipsorum Hebræorum in Ægyptum; In Ægypto vero seclæ accommodarunt calculo Ægyptiorum, qui annum suum inchoabant a mense *Toth*, qui fere respondet nostro Septembri, ut patet ex traditis sub verb. *calendarium num. 35*. At statim ac ex Ægypto egressi sunt, iussit Deus ipsis Hebræis, ut annum, sicut antea, rursus a Vere inchoarent, ut patet *Exodi cap. 12. num. 2*. per ipsamet verba adducta ab adversariis *supra num. 11*. Vide ipsum *Tirinum loc. cit.* ubi multa adducit ad rem etiam de initio anni Civilis, & anni Sabbatici, ac Jubilæi. Nec etiam urget tertia adversariorum ratio, quia *Oliva hyeme quoque media*, adeoque toto anno viret. Tum quia teneriores illius ramusculi quales columba decerpisse videtur, in calidioribus illis Regionibus exeunte portus hyeme, quam æstate succrescunt.

33 Probatur autem nostra conclusio ex Sacra Scriptura. *Genes. enim cap. 1. num. 11*. habetur: *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum*; ergo eo tempore creata est terra, quo incipit germinare herba; nam si creata fuisset in autumno, ut voluit citati adversarii, aut in æstate, ut cum aliis voluit Gerardus Mercator de *methodo demonstrationis temporum cap. 1*. apparuisset cum herbis, plantis &c. Unde Theodoretus in *questione 72. super Exodum*, cum hanc proposuisset dubitationem; *Cur prima die mensis Deus iussit erigi tabernaculum?* eam solvit his verbis: „ Propterea quod eodem fere tempore Deus creaturas condidit, cujus rei fidem facit arborum germinatio; *Germinet*, inquit, *terra herbam virentem &c.* incipiente enim Vere prata florere solent, segetes fœmina concipiunt, arbores fructum emittunt. Et *S. Ambrosius cap. 4. lib. prim.* Hexameron sic expresse dicit. In hoc principio, quo Pascha jussu Dei celebrant Judæi, Coelum & terram fecit Deus, quod inde mundi capî oportebat exordium, ubi erat opportuna omnibus verna temperies; unde & annus mundi imaginem nascentis expressit, ut post hybernas glacies, atque hyemales caligines, serenior solito verni temporis splendor eluceat. Dedit ergo formam fructus annorum curricula mundi primus exortus, ut ealege annorum vices surgerent, atque initio cuiusque anni produceret terra nova feminum germina, quo primum Dominus Deus dixerat: *Germinet terra herbam &c.*

34 Tum quia valde verisimile, & credibile est, eodem tempore fuisse formatum primum Adamum, quo postea Christus secundum Adamum, & eodemtempore fuisse mundum, primo creatum, quo fuit postea recreatus, & redemptus per Christum; atqui constat, Christum incarnatum, & mortuum esse, & resurrexisse in aquinoctio verno: ergo in hoc verno æquinoctio fuit conditus mundus. Tum etiam quia vernum tempus comparatur juventuti, & autumnum senectuti, adeoque illud aptius est ad nascentis mundi ætatem, cum in illo, generante terra, virentibus herbis, florentibus arboribus, & quasi revirescentibus animantibus, mundus quodammodo renascens, eodem tẽ tempore primum a Deo esse conditum non obscure declarat; & e contra autumnum magis corruptioni, quam generationi rerum conveniat, cum in ipso arborum folia decidant, virore, vigoreque suo privata omnia paulatim flaccescant, & ad interitum ferantur.

35 Mundus non fuit creatus in instanti, sed revera sex dierum naturalium spatio; Sic S. Joann. Chrysolom. *Homil. 3. in Genes. S. Ambrosius lib. 1. Hexameron cap. 7*. S. Basilii *homil. 2. in Genes. S. Gregor. Naziazenus orat. 48.* & S. Gregor. *Magnus lib. 32. Moral. cap. 10.* quibus subscribitur omnes fere alii Sancti Patres, ac Scholastici, excepto S. Augustino, qui *lib. 4. de Genes. ad Litt. cap. 21*, existimavit, mundum creatum fuisse in instanti, & totum simul, juxta illud Ecclesiastici *cap. 18. num. 1*. *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul*. Probatur autem nostra conclusio ex Sacra Scriptura, quia Moyses *Genes. 1.* asserens mundum successive sex dierum intervallo factum, historice scripsit, ergo debet intelligi non mystice, & metaphorice, ut illum interpretatur S. Augustinus, sed vere literaliter, ut eum intelligunt fere omnes alii Sancti Patres, & Scholastici. Tum quia si omnia creata fuissent simul, & in eodem instanti, terra nunquam fuisset *inanis & vacua*, ut habetur *Genes. 1.* nec fuissent aliquando tenebræ super faciem abyssi, ut testatur ipse Moyses *cit. cap. 1. Genes.* Si autem aliquando fuerunt tenebræ, etiam aliquando non fuit lux, adeoque non omnia facta sunt simul in eodem instanti. Tum etiam quia Moyses *Exodi 6. 20. num. 10. & 11.*

rationem asserens; cur Judæi religiose observare deberent diem Sabbathi, non aliam allegat, nisi quod sicut Deus per sex dies mundum creavit, & requievit septimo, ita possent ipsi per sex dies operari, & die septimo admittendum Deum ab omni opere servili cessare debent, ibi; „ Memento, to, ut diem Sabbathi sanctifices; sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua; septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est; non facis omne opus in eo tuo, & filius tuus, & filia tua servus tuus, & ancilla tua, jumentum tuum, & advena qui est intra portas tuas; sex enim diebus fecit Deus Cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, & requievit in die septimo idcirco benedixit Dominus diei Sabbati, & sanctificavit eum; „ Atqui hæc ratio infirma est, si Deus in instanti, & non per sex dies produxisset mundum: ergo concludendum est, Moysen fuisse *litteraliter* locutum, & non *mystice, & metaphorice*, proindeque mundum non fuisse creatum in instanti, sed successive sex dierum spatio.

Objicies cum S. Augustino *loc. cit.* illud Ecclesiastici *c. 18. n. 1*. ubi expresse dicitur: *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul*. Ergo non successive sex dierum spatio, sed in instanti creatus fuit mundus. At respondetur, quod illa particula *simul* idem ac *pariter* seu *universaliter*, & nullo excepto, significat, ita quod nihil omnino sit quod non fuerit a Deo creatum, ita ut illa particula *simul* non denotet simultaneitatem universitatis, seu collectionis, ut patet ex aliis Sacræ Scripturæ textibus, in quibus hæc particula *simul* collectionem significat: Sic *Psal. 13. n. 3*. *Omnes declinaverunt, simul in vias falsas sunt*. *Plal. 48. n. 11*. *Simul insipientes, & stultus peribunt*. *Job cap. 21. n. 26*. *Et tamen simul in pulvere dormient*, & *cap. 34. n. 15*. *Deficiet omnis caro simul*, cum pluribus similibus. Vel potest dici, quod omnia simul facta sunt secundum materiam, nempe rudem, & informem, quæ primo mundi die omnis simul producta fuit, non omnia simul facta sunt secundum formam.

Nec valet intulare, quod ipsemet Moyses testatur, Deum omnia produxisse simul simultaneitatem temporis; *Genes. enim c. 2. n. 4*. expresse dicit, *siæ sunt generationes celi, & terra, quando creata sunt in die, quo fecit Deus cælum, & terram, & omne virgultum agri &c.* adeoque &c. Non valet inquam, quia illa particula *in die* tantum non determinate pro unico die, sed indeterminate pro quocumque illorum sex dierum, quibus res aliquæ iterum fuerunt formate; sicque *in die* lumi potest divisiim pro quolibet die, quo aliquid formatum est. Vel respondetur ut supra, omnia quidem fuisse producta in die unico quoad materiam, non vero quoad formam, sicut explicat S. Gregorius *l. 32. Moral. cap. 10*. ubi hanc agitans questionem; post plura concludit: *Qui diversis diebus creatum cælum & terram, virgultum, herbamque narraverat, nunc uno die facta manifestat: ut liquido ostenderet, quod creatura omnis simul per substantiam exiit, quamvis non simul per speciem processit*. Quod deducitur ex ipsomet Moysè in *cap. 1. Genes.* ubi dicit, quod lux facta sit primo die, sol vero quarta die; non quod Lux fuerit primo die sine sole, & dies sine cursu solari, sed quia licet Sol fuerit creatus prima die, & cum illo lux quoad substantiam, sicque per cursum vigintiquor horarum incoeperit a mundi exordio dies naturales distinguere: tamen Sol & Luna dicuntur facta die 4. non quoad dictam substantiam, sed quoad speciales influxus, & ad munus discriminandi tempora, menses, dies, & annos per motum in Zodiaco, qui tali die datus est Soli, aliisque planetis; Et ideo dixit Deus *sunt luminaria non quidem simpliciter, sed ut dividant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, ut luceant in Firmamento Coeli, & illuminent terram Genes. cap. 1. n. 14. & 15.* sic *Gen. c. 9. n. 13*. dicit Deus post Diluvium: *Arcum meum ponam in nubibus*, non quidem quantum ad substantiam; nam talis arcus apparebat etiam ante diluvium, sed ut esset in signum fœderis, & pacis, ibi: *Et erit signum fœderis inter me, & inter terram*. Unde ex S. Scriptura potius deducitur, quod mundus creatus sit successive spatio dierum sex, quam in instanti. Quam nostram opinionem, posthabita illa S. Augustini, videtur sequi Ecclesia; siquidem in hymnis, quos canit in vespertinis precibus singularum hebdomadarum dierum, laudat Deum de singulis operibus, quæ particulatim ipse per singulos dies perfecit.

In primo igitur die producta fuerunt Coelum Empyreum, Angeli, terra, aqua, lux, & infernus. De Coelo, terra, aqua, & luce habetur expresse ex *c. 1. Gen. a. n. 1. ad 5.* De Ange-

lis quamvis non habeatur expresse ex Scriptura, habetur tamen in Conc. Lateran. in *c. Firmiter credimus 1. de Summa Trinit. & Fide Catholica*, ubi definit, Angelos non ante, ut voluerunt aliqui, neque post mundum, ut censuerunt alii, sed simul cum Mundo ab initio temporis creatos fuisse, ibi: *Qui sua omnipotentis virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, Spiritualem, & Corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam, ac deinde humanam, &c.* Fuit enim creatum Coelum non vacuum, sed coelestibus incolis plenum, nempe spiritualibus substantiis, quas Philosophi *Intelligentias*, & Scriptura *Angelos* vocat; & per ipsum coelum primo die creatum non intelliguntur omnes orbis coelestes, sed solum Empyreum, ut recte docent S. Clemens, Theodoretus, Origenes, Alcuinus, Rabanus, Lyranus, Abulensis, & alii. Item Infernus, quamvis non exprimitur a Scriptura, quo die fuerit creatus merito tamen creditur creatus primo die cum terra, in cujus centro est; sicut enim Deus primo die divisit lucem corpoream a tenebris corporalibus, ita separavit lucem spiritualem, idest Angelos bonos, a tenebris spiritualibus, idest a Demoniis, qui Duce Luciferi rebelles facti Deo, eodem illo primo die e Coelis detrusi sunt in Infernum, quem sibi idem tempus ipsis in centro terræ cum suo igne, et sulphure Deus paravit, ut recte doctissimus *Tirinus in cap. 1. Genes.* et fere communis aliorum.

39 Secundo die factum est Firmamentum; habetur expresse ex *c. 1. Genes. a. n. 6. ad 8*. Per firmamentum autem intelligendum est Coelum stellatum, et omnes orbis Coelestes illi vicini tum superiores tum Crystallinum, et primum mobile, tum inferioris, qui sunt septem orbis planetarum: unde per ipsum firmamentum intelligitur id quod in medio aquarum, et ex medio aquarum, seu ex mole aquarum productum, ipsas autem mutuo separat, seu dividit ut habetur *Genes. cap. 1. n. 6. ibi: Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis*. Per aquas autem, quæ sunt supra firmamentum, non intelliguntur nubes, neque Coelum Crystallinum, sed veræ, et propriæ aquæ: uti creatæ sunt primo die omnes conjunctæ, et ejusdem speciei, quæ per firmamentum productum secundo die fuerunt tantum separate, ut patet *Genes. cap. 1. n. 7. ibi: Fecit Deus firmamentum, divisitque aquas, quæ erant sub firmamento ab his, quæ erant super firmamentum, & sicque remanserunt veræ, et propriæ aquæ super firmamentum, divisa virtute servatæ incorruptæ, tum ad ornatum universi, tum ad oblectamentum sanctorum, tum præsertim ad perpetuum Dei laudem, et gloriam, juxta illud *Psal. 148. n. 5. ibi: Et aquæ omnes, quæ super Cælos sunt, laudent nomen Domini; & illud Daniel. cap. 3. n. 60. ibi: Benedicite aquæ omnes, quæ super Cælos sunt, Domino*. Sic fere omnes Sancti Patres, & Doctores citati, & sequenti *Tirino in cap. 1. n. 7. Genes.* & in *Psal. 148. n. 5.**

40 Tertio die facta est congregatio aquarum, & productio herbarum, & plantarum, textu expresse in *cap. 1. Genes. a. num. 9. ad 13*. Congregatio autem aquarum facta est in unum locum, inquit Scriptura, ut apparet arida, & ipsam aridam vocavit Deus *Terram*, congregationesque aquarum appellavit *maria*, ibi: *n. 9. & 10. Dixit vero Deus: congregentur aquæ quæ sub Cælo sunt in locum unum, & appareat arida. Et factum est ita; & vocavit Deus aridam Terram, congregationesque aquarum appellavit Maria*. Quo vero ad productionem herbarum, & plantarum, clare patet, Deum die tertio dedisse terræ virtutem germinandi herbas, & producendi plantas, sive arbores fructibus graves, aliis incipientibus, aliis maturis, & aliis omnino maturis, juxta dicta supra *n. 12.* dicit enim Scriptura *cit. cap. 1. Genes. num. 11. & 12. Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum. . . . & protulit terra herbam virentem, & facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundum speciem suam.*

41 Quarto die producta sunt astra, nempe Sol, Luna, & Stella; & quidem ut illuminent orbem; Sol in die, & Luna cum Stellis in nocte; Sicque dividant diem, ac noctem; Ac pariter ut sint in signa annorum, mensium, & dierum, et tempelatum veris, æstatis, autumnii, et hyemis, ac etiam pluviarum, serenitatis, ventorum, et hujusmodi, textu aperto in *cit. capitulo 1. Genes. a. numer. 14. ad 18. ibi: Dixit autem Deus, sicut luminaria in firmamento Coeli & dividant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, ut luceant in firmamento Coeli, & Ferrar. Biblioth. Tom. V.*

illuminent terram; Et factum est ita; & sicque Deus duo luminaria luminare majus, ut præset diei, & Luminare minus, ut præset nocti, & Stellis. Primum luminare magnum est Sol sic dictus; vel quia solus ex omnibus sideribus sit tantus, vel quia, cum est exortus, obscuratis omnibus, solus apparet, ut notat *Cic. lib. 2. de nat. Deor.* seu quia solus ita lucet, ut ex eo dies sit, ut observat *Varro lib. 4. de ling. lat.* Secundum luminare magnum est Luna, sic dicta ex eo quod sola nocte luceat, unde *Nocticula* etiam dicitur, ut advertit *Varro l. 2. de ling. lat.* et etiam *Cicero lib. 2. de Nat. Deor.* Per hoc autem quod Luna dicatur luminare magnum, non sequitur quod sit major aliis planetis, cum illa penes molem ceteris Planetis minor sit, sed dicitur *Luminare magnum*, quia post Solem, majorem, et efficaciorum, influxum in inferiora habet, quam ceteri alii Planete, etiam quia major videtur, quoniam vicinior est terræ.

Quinto die producti sunt pisces, et aves, textu expresse in *cit. cap. 1. Gen. a. n. 20. ad 23.* ibi: *Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram sub firmamento Coeli. Creavitque Deus Cete grandia, & omnem animam viventem, atque motabilem, quam produxerunt aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum*. Ipsi pisces, et aves producti sunt ex aqua, ut docent S. Hieronymus, Augustinus, Cyrillus, Damascenus, et alii communiter, et patet ex adducto Scripturæ textu, et ex Hymno qui dicitur in Vespertis feræ quintæ, *Magnæ Deus potentis, qui ex aqua ortum genus, (ut in hymno antiquo) qui fertili natos aqua (ut in hymno novo correcto) parim relinquit gurgiti, parim levat in aera*. Nec obstat dissimilitudo inter pisces, et aves, quia ut recte notat S. Augustinus *lib. 3. de genes. ad Litt. cap. 3.* pisces facti sunt ex aqua densiori, aves vero ex subtiliori, unde sunt magis temperamenti aerei, quam aquæ. Per cete grandia creata, et adducta in textu, intelliguntur pisces grandiori corpore existentes. Unde nomen *Cete* est commune omnibus magnis piscibus.

Sexto die producta sunt animalia terrestria, et deinde homo, qui et Dominus ceterorum constitutus est, ut habetur expresse ex *cit. cap. 1. Gen. a. n. 24. ad 30.* ibi: *Dixit quoque Deus: producat terra animam virentem in genere suo, jumenta, & reptilia, & Bestias terre secundum species suas. factumque est ita; & fecit Deus Bestias terre juxta species suas, & jumenta, & omne reptile terre in genere suo. & vidit Deus quod esset bonum, & ait: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præstet piscibus maris, & volatilibus Coeli, & bestijs, universæque terræ, omni que reptili quod moveretur in terra &c.*

Adam igitur, et Eva ambo producti fuerunt in sexta die: quamvis enim aliqui putent, solum Adamum factum fuisse sexta die, et Evam factam fuisse postea, hoc tamen non est probabile, quia Deus in fine sextæ diei cessavit ab omni opere, & requievit die septimo ab omni opere, quod paravit, ut habetur expresse ex *c. 2. Genes. n. 2.* ubi *n. 3.* insuper subjungitur, et *benedixit diei septimo, & sanctificavit illum, quia in ipso cessaverat ab omni opere suo, quod creavit, ut faceret*. Quamvis autem post opera sex dierum loquatur Moyses de formatione Evæ; hoc non officit, quia ibi nempe *Genes. cap. 20. n. 21. & seq.* narrat solum quomodo producta fuerit, narrando vero ea, quæ facta sunt in sextæ die, expresse dicit; *masculum, & feminam creavit eos, Benedixitque illis Deus, et ait: Crescite, et multiplicamini &c.* sic *Genes. cap. 1. n. 27. et 28.*

Adam productus fuit ex limo terræ, *gen. cap. 2. n. 7. ibi; 25. Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ: Adam enim in Hebræo significat præcilius de terra, et dicitur Adam de Adama, quod significat terram, ut tradit Toitatus in *cap. 5. gen. ante questionem primam*, sicut a Latinis dicitur homo ab humo, ut tradunt communiter Doctores. Adam formatum fuisse in campo Damasceno loco quodam campestri juxta civitatem Hebron, quæ non erat quando Adam formatus est, sed multo post condita fuit in loco distanti ab Jerusalem, 16. milliariibus, sive octo leucis, tradunt varii apud Toitatum in *cap. 1. Genes. q. 22.* et in *cap. 13. q. 833.* Dicuntque ipsi, Adam ibidem vixisse postquam ejectus fuit de Paradiso, ibique etiam sepultum fuisse, quod tamen non admittit ipse Toitatus in *cit. cap. 138.* et multi alii, ut infra patebit.*

Adam creatus fuit in ætate perfecta, qua posset generare, nam formati, Adam, et Eva, dixit illis illico Deus: *Crescite, et multiplicamini Genes. cap. 1. n. 28.* Non tamen certo

conflat in quibus annis initio mundi computanda esset ætas juvenilis apta perfectæ ad generandum: Aliqui enim eam reponunt inter trigessimum annum, et quadragesimum, dicuntque in ea ætate Adamum creatum fuisse, qua Christus resurrexit: Alii vero dicunt, vitam pro tunc fuisse longissimam, et quamlibet ætatem fuisse longiorem, quam nunc, ideoque pueritiam, et adolescentiam fuisse longius productas, tardiusque accessisse juventutem: unde volunt eam computari debere circiter quinquagesimum annum, qua ætate dicunt formatum fuisse Adamum, ex quo inferunt, et quidem meo videri probabiliter, quod Adam longius vixerit aliquo modo omnibus hominibus, quia licet Mathusalem vixerit nongentis sexaginta novem annis, et Adam tantum nongentis triginta, cum tamen ætas, qua creatus est, correspondeat quinquagesimo anno, sic vita Adam longior fuit ætate saltem perfecta vita ipsius Mathusalem.

28 Eva producta fuit de costa Adami, textu claro in cit. cap. 2. gen. num. 21. & 22. ibi: *Tulit unam de costis ejus, & replevit carnem pro ea, & edificavit Dominus costam, quam tulit de Adam, in mulierem.* Et quidem producta fuit ex costa Adami, seu de latere ejus, ut advertunt Sancti Patres, & Interpretes, ne aut Domina si de capite, aut Ancilla, si de pedibus sed de medio produci debuit; ut societas viri mulier intelligatur. Nec ex sola costa, sed etiam ex carne Adami producta fuit Eva, ut notant communiter Doctores, id deducentes ex verbis ipsius Adami *gen. cap. 2. n. 23. ibi: Dixitque Adam, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.*

31. Costa illa quamvis fuerit Adamo necessaria, ut erat caput naturæ humanæ, et ut ex ipsa formaretur Eva, erat tamen ei superflua quantum ad integritatem individui, quia ut recte ex communiori Doct. rum advertit Tostatus in cap. 13. *gen. cap. 2. n. 357. 358. et 359.* Adam habuit a principio plures costas, quam nos, et plures in uno latere, quam in alio; et ablata illa, manserunt ei tot quot nobis, et pares in utroque latere dispositæ ordine suo: et ratio est, quia si Adam tot costas habuisset quot nos, mansisset Adam deficiens in una costa, quod non est dicendum, ne admittatur defectus in formatis a Deo, præferent in eo, qui fuit primus, & supernaturaliter formatus; Tum quia Deus replevit carnem pro ea, quod non fecisset; si costa illa fuisset Adamo necessaria quoad integritatem individui, quia ibi posuisset aliam costam. Cum ergo Deus carnem produxerit loco dictæ costæ; sequitur, quod illa costa fuerit illi superflua, & adhuc sine illa tot haberet costas, quot nos, ne maneret defectus in individuo sic perfecte constituto, & minores haberet costas, quam natura exigit ad sui perfectionem, & integritatem, ad quam 24. requiri tradunt Physiologi, & Medici, dicentes, corpus nostrum 24. costis duodenis utrovis in latere esse constructum & coagmentatum. Tum etiam quia si illa costa fuisset necessaria Adamo quantum ad integritatem individui, deberet resurgere in ipso Adamo, sicut manus abscissa alicui resurgit in ipso; & tunc non resurgeret in Eva; unde non posset resurgere Eva, quia id quod materialiter ipsa erat, resurgeret in Adamo: Quod non est dicendum, quia ipsa resurgit in Eva, cum sit de integritate ejus individui, tamquam principalis materia ipsius, ut notat Tostatus cit. q. 357.

32 Unde concludendum est cum ipso Tostato cit. q. 259. & communiori Doctorem, quod Adam formatus fuit cum pluribus costis in uno latere, quam in alio, nempe ut dicunt etiam alii plures cum tredécim in sinistro latere, sicque habuit plures costas, quam nos; eratque in ipso una superabundans, quam Deus produxerat ex industria, ut illam postea detraheret, & formaret inde mulierem; qua ablata, et inde formata Eva, remansit in utroque latere, Adami par costarum numerus, et fuerunt tot quot in nobis; sicque illa costa erat superflua Adamo quo ad integritatem sui individui, quamvis ei fuerit necessaria, ut erat caput naturæ humanæ, ut ex ipsa formaretur Eva. Unde non videtur sequenda opinio aliquorum volentium, quod femina habeant unam costam plusquam viri, ut inter alios tenuit D. De Ivigne in novo Dictionario Theologico historico &c. Gallico idiomate impresso, verb. Adam. Hoc enim dato perfectus esset corpus feminae, quam viri, quod est contra rationem, et experientiam.

33 Solus Adam creatus fuit, et ex ipso Eva, quia conveniens fuit formari foeminam ex masculo, ut generis humani unicuique esset principium. Unde S. Paulus *Act. cap. 17. n. 26.* dicit, quod Deus ex uno homine fecit omne genus hominum.

Hinc solum peccatum Adæ, et non Evæ transit in omnes homines, ut dicit Apostolus *ad Roman. c. 5. n. 12.* ibi; *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pervenit, in quo omnes peccaverunt:* ubi ut vides, Apostolus non facit mentionem nisi de peccato Adami, et nullimode de peccato Evæ, quamvis ipsa prius peccaverit, cum comederit, et dederit viro suo, qui et comedit; Ratio autem hujus, est, quia licet Eva peccaverit, et quidem gravissime, tamen peccatum ejus non potuit transire in nos, neque per ejus peccatum venit mors in nos; nec dicimus nos peccasse in Eva, sicut in Adamo; quia Eva non est principium totius humani generis, sicut Adam: solus enim Adam est principium totius humani generis, quia in illo solo fuit tota natura humana; nam, quidquid pertinet ad naturam humanam, in quocumque sit fuit in Adam, et ideo vere est principium, quia totam naturam continet in se; In ipso enim erat id, quod ipse erat, et in eo fuit quidquid derivatum est in alios, scilicet Evam, et posteros, quod non potest dici de Eva, quia non fuit in ea tota natura humana aliquando, quia non fuit in ea tota natura humana, neque aliquid ejus, neque fuit principium totius humani generis, sicut Adam, quia non est principium totaliter nostri, sicut Adam, quia in ipso fuit id, quod nos accepimus ab Eva, et quod accepimus ab eo; nam quod accepimus ab Eva, erat in ipso, in quantum de eo formata fuit Eva, et quod ab ea derivatum est per commixtionem, in ipso erat; et ita nihil nos habemus, aut accepimus, quod non fuerit ab Adam, et aliquid accepimus, quod non fuit in Eva, ac per consequens ipsa non est principium totius generis humani, neque quantum ad nos, sicut est Adam. Ideo rectissime dixit Apostolus, quod omnes in Adam peccaverunt, et non dixit, quod peccaverunt in Eva, quia in illa non fuit tota natura humana, sicut fuit tota in illo, et per hoc Adam peccans, non solum peccabat ut unus singularis homo, sed ut homo continens in se omnes homines, quia omnes eramus in eo: in quantum omnes descendimus ex eo; et sicut si omnes peccaremus, omnibus imponeretur poena, ita cum omnes essemus in Adam, omnes peccante illo, peccavimus, et omnes obligationem mortis contraximus, sicut ille, ut dicit Apostolus *cit. Epist. ad Rom. n. cap. 5. n. 14.* ibi; *Regnavit mors... etiam in eis, qui non peccaverunt in similitudine n. prævaricationis Adæ.* De Eva autem non potuit id dici, quia ipsa erat solum ut persona singularis, et non ut continens totam naturam humanam, et ideo cum non essemus in ea, non peccavimus omnes, peccante ea, sed solum ipsa peccavit, eique soli solum fuit peccatum imputatum.

Adam Corpus secundum aliquos veteres Ecclesia Patres, dicitur formatum ex quatuor mundi partibus, eo quod in xta græcum Idioma singula vocabuli *Adam* litteræ inchoent singulas quatuor mundi præcipuas partes, nempe Orientem, Occidentem, Aquilonem, & Meridiem, ut expendit S. Cyprianus, vel quisquis est auct. *libri de montibus Sina, & Sion adversus Judæos*, ibi: *Hebraicum Adam in latino interpretatur, Terra caro facta, eo quod ex quatuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit terram, sicut scriptum est: Palmo mensus sum Cælum, & pugno comprehendendo terram, & sinxi hominem ex omni limo terræ, ad imaginem Dei feci illum: oportuit illi: ex his quatuor cardinibus orbis terræ nomen in se portare Adam. Invenimus in Scripturis per singulos Cardines orbis terræ esse a conditore mundi quatuor stellas constitutas in singulis cardinibus: Prima Stella orientalis dicitur Anatole; Secunda occidentalis dicitur Dyssis; tertia Aquilonis dicitur Aretos; quarta meridiana dicitur Mesembria. Ex nominibus Stellarum quatuor de singulis Stellarum nominibus tollit singulas litteras principales. De Stella Anatole A. De Stella Dyssis D. De Stella Aretos A. De Stella Mesembria M. in his quatuor litteris Cardinibus habes nomen Adam. Idipsum confirmat S. Augustinus tract. 9. & 20. in Iohannem, ubi sic ait: In Adam vocabulo quatuor orbis terrarum partes, per Græcas applicationes demonstrantur: Si enim Græce dicantur Oriens, Occidens, Aquilo, Meridies, sicut eas plerisque locis Scriptura commemorat, in capitibus verborum invenis Adam; Et idem docent Salmeron *Prolegomeno 7. in Evangelicam historiam*, Syxtus Senensis *lib. 3. Bibliothecæ*, Pererius in *primis Genesis*, & alii.*

Adam vocavit uxorem suam Evam, eo quod futura esse mater mater sanctiorum viventium; *Genes. c. 2. n. 20.* ibi: *Et vocavit Adam nomen uxoris sue Evæ, eo quod mater esset sanctiorum viventium;* In Hebræo habetur *Hava* quod descendit de *Hai* idest vita, quia ut reddidit ratio in littera, ipsa est mater sanctiorum viventium: ante committam culpam denominaverat Adam uxorem suam nomine naturæ, scilicet *Viraginem*, quia de viro sumpta, *Genes. cap. 2. num. 23.* ibi: *Hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est:* nunc vero post committam peccatum denominat eam *Evam* a miseria, quia miserorum omnium mater futura erat, & *miseros facit populos peccatum*, ut expresse dicitur *Proverb. cap. 14. n. 34.* & advertunt Liramus in *cap. 3. Genesis*, & Abulenſis *ibidem q. 22.* Hinc pie aliqui dicunt apte vocari *Evam*, quasi hoc nomine alludat ad Ejulationem parvulorum ex Eva prognatorum; masculi enim recenter nati ejulando dicunt *A*, Feminae vero dicunt *E*, unde Poeta.

Dicunt E vel A quotquot nascuntur ab Eva.
Adam extra Paradisum fuit formatus, & Eva intra Paradisum, *cap. illud autem 9. distinet. 40.* ubi ex Ambrosio *lib. de Paradiso cap. 4.* sic expresse habetur: *Illud autem animadvertere: extra Paradisum vir factus est; & mulier intra Paradisum, ut advertas, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra Paradisum factus, hoc est inferiore loco vir melior invenitur, & illa, quæ in meliori loco, hoc est, in Paradiso facta est, inferior reperitur.*

Non autem ideo formata fuit Eva in Paradiso, quia dignior, sed quia fuit formata de latere Adami existens in Paradiso. Sic expresse Tostatus in *cap. 13. Genes. q. 136.* & alii passim. In ipso autem terrestri Paradiso semel tantum posuit Deus Adam, licet alicui videatur, quod bis, ex quo bis id indicitur in *cap. 2. Genesis*, ubi *num. 3.* dicitur: *Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio; in quo posuit hominem, quem formaverat, & infra num. 15.* dicitur iterum: *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis:* hæc enim ad unam tantum positionem referri debet, nam utitur Scriptura anticipatione, ut recte, & late ostendit Doctissimus Abulenſis in *cap. 13. Genesis q. 199.*

Adam, & Eva violato Dei præcepto de non comedendo fructu ligni scientiæ boni, & mali, appetens scientiam divinæ similem, juxta fallam Diaboli serpentis promissionem. *Genes. c. 3. n. 5.* ibi: *Sic enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperiantur oculi vestri, & eritis sicut Dei scientes bonum, & malum,* eiecit sunt de Paradiso, *Genes. cit. cap. 3.* Unde *ibidem num. 15.* dicitur iterum: *scientiam, qua Deo similis fieret, frustra expetitam, pulchra scientia, & sarcasmo exprobat: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum.*

Qua vero die, qua hora Adam, & Eva comederint de fructu vetito, qua item expulsi sint e Paradiso, non satis constat. Beda enim, Marianus Scotus, & plurimi alii apud *Tirinum tom. 1. in Chronico Sacro cap. 48. concl. 5.* dicunt, Adamum, & Evam eadem die, & creatos a Deo, & lapsos, & Paradiso expullos fuisse, nempe *die 23. Martii.* Alii apud *Gervasium Tilberien. lib. de Otis imperialibus decisive prima, & Abulenſis in cap. 13. loc. cit. q. 606.* dicunt per septem tantum horas mansisse in Paradiso, & propter hoc volunt, quod septem sint Psalmi Penitentiales, ad signandas septem illas horas. Alii apud *Abulenſem loc. cit. q. 608.* tenent, quod Adamus, & Eva fuerint de Paradiso eieci hora decima, & manserint novem horis in Paradiso, quia Christus tantum duravit tormenta patiendo, quamdiu fuerunt Adam, & Eva in Paradiso; & ideo quia Christus perseveraverit usque ad horam nonam diei, & tunc expiravit: sic Adam, & Eva perseveraverunt novem horis in Paradiso, & hora decima eieci sunt. Alii tandem apud *Abulenſem loc. cit. q. 611.* Pererium *q. 2. in tertium cap. Genes. & Fraſſen tom. 2. tract. 3. Theol. disp. 3. art. 2. q. 2.* sustinent, quod non fuerint eodem die formati, & de Paradiso eieci, sed pluribus diebus in Paradiso mansisse: quæ opinio teste Fraſſen, & Pererio *loc. cit.* & aliis, est communior inter Doctores. Et hæc sententia videtur conformis ipsi Sacræ Scripturæ. Ex quo enim Serpens *Genes. cap. 3. num. 1.* dixerit Evæ, *cur præcepit vobis Deus, ut non comederitis de omni ligno Paradisi?* signum est, quod per aliquot dies observaverit Adam, & Evam ex omnium Arborum fructibus solitos fuisse comedere, uno excepto fructu arboris scientiæ boni, & mali, a quo videbat eos sese religiose abstinere; Quod utique Eva confirmat videtur, dum *Genes. cap. 3. num. 2.* Serpenti respondit: *De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur, dicens enim vescimur, nihil aliud dicere voluit, nisi vesci solemus; quamvis tamen Hebræice legatur vescimur in futuro tempore.*

Tum quia non videtur verosimile tam multa, & varia, quæ inter creationem Adam, & ejectionem ejus a Paradiso narrantur facta *cap. 1. 2. & 3. Genesis*, intra unum solum diem, coarctari; Primum quidem formatus est Adam extra Paradisum: deinde in Paradisum introductus est, fuitque ei datum a Deo præceptum de non comedendo de ligno scientiæ boni, & mali: Post hæc adducit Deus omnia animalia ad Adam, quorum singulis considerata cusulque coram vi, & natura, congruentia nomina imposuit: cumque in eis nullum reperiretur Adamo simile, & idoneum ad societatem vitæ prolesque generationem adiutorium, ex ejus latere formata est Eva, & sibi tradita in adiutorium, & uxorem: Deinde cum adhuc versarentur ambo in Paradiso sine ullo, aut nuditate suæ pudore, aut externi incommodi, vel molestiæ perpeffione. Serpens multis sermonibus tentavit Evam, quæ ejus falsis decepta promissis, arborem veritatem adivit, ejulque curiose inspectata, & considerata pulchritudine, decerpit fructum, comedit, potexitque ad Adam, & suis blanditiis eum induxit ad manducandum: sicque peccavit ipsa, & Adam, & sibi apertis oculis, cognita sua nuditate erubuerunt, feceruntque sibi perizomata; & post hæc omnia venit Deus ad eos post meridiem, & graviter redargutos eiecit de Paradiso. Tam multa autem, & varia longa facta in unum solum diem includi potuisse non est verosimile, sicque probabilibus est Adam, & Evam non uno solo die mansisse in paradiso, ut videtur sensisse Sanctum etiam Augustinum *lib. 11. de Genes. cap. 31. & lib. 2. de peccatorum meritis, & remissione, c. 21.* ubi dicit: *Primos parentes ante peccatum usque usque ceptis Paradisi fructibus,* clare innuit, plus uno die eos in Paradiso mansisse; Et clarius idem significat S. Gregorius *lib. 4. Dialogor. cap. 1.* his verbis: *In Paradiso assueverat homo vrbis Dei, & Beatorum Angelorum Spiritibus, cordis munditia, ac celsitudine visionis interesse.*

Hinc satis probabile varii conjectantur, illos in Paradiso octo diebus, & octavo die, quo fuerunt creati hoc est feria sexta hebdomadæ secundæ e Paradiso fuisse eiectos, nam spatium octo dierum videtur congruens, & sufficiens fuisse ad supradicta omnia commode explicanda, ut non minus probabile videtur etiam *Tirino loc. cit.* Idque consonat eis, quæ Sancti Patres edocent, nempe Adamum eodem die creatum, & lapsum, inquam, non numero, sed hebdomadæ, idest sexto secundæ hebdomadæ recurrente, ut expresse dicit Fraſſen *loc. cit. q. 2. conclus. in fin.* Habet pariter consonantiam cum eo, quod secundus Adamus, Christus nempe, pro expiando primi Adami crimine pertulit; etenim sexta die Adamus est creatus, & e Paradiso eiectus: eadem quoque passus est Christus, itaque Sanguine cælestis Paradisi janua Adamo, & posteris reſeravit. Secundo in ejus die exordio ille fuit ex luto formatus, hic idem ad tribuq. raptus, & sordidissimis fœdatus lputis. Tertio, hora ejus diei tertia inductus est Adamus in Paradisum, & Christus tertia hora, a mortis accepta sententia, Urbe Jerosolyma eductus est ad supplicium. Quarto, inter sextam, & nonam horam Adamus, & Eva protenderunt manus ad excipiendum fructum, qui nobis mortem intulit, hoc ipso tempore Christus manus extendit in Cruce, sanguinem fudit, & mortem obiit, quæ nobis vitam æternam conciliavit. Denique ad auram illius diei Deus eiecit Adamum, & Evam vetiti latrones fructus e Paradiso terrestri; Christus autem latronem penitentem in cælestem Paradisum eodem tempore, sicut promiserat, induxit. Hæc ille. Et consimiliter habet *Tirinus loc. cit. c. 48. concl. 5.* ubi sic expresse dicit: *Igitur mortuus est Christus tum die mensis, tum hebdomadæ feriæ (quidni & hora) eadem qua Adam eiectus est de Paradiso: Ita Irenæus, Origenes, & Alcuinus: Sicut Crucem eadem meridiei hora, forsân, & puncto horæ, quo Adam ad pomum ligni vetiti manum extenderat: eodem quoque quo Isaac a Parente immolatus pene fuerat: Eodem die mensis, feriæ, & hora: Latro resitutus est Paradiso, quo Adam inde eiectus, inquit S. Chryſostomus; Eodem Eva, & Maria Ave, inquit idem Chryſostomus, & Cyrillus Alexandrinus: Rursus eodem die, & hora apertus, & clausus fuit Paradisus, inquit Hugo Floriacensis: Hæc ille, qui multa alia habet ad rem, merito ibi videnda. Arbor, a cujus fructus comestio fuit prohibita Adamo, & Evæ; probabilius fuit malum, seu pomum, ut colligi videtur ex *Cant. c. 8. num. 5.* ubi sic habetur; *Sub arbore malo suscitavi te,**

ibi corrupta est mater tua, ibi violata est Genitrix tua: At verisimile est speciem diversam fuisse ab omnibus malis nostris seu Citreis seu aureis, seu vulgaribus; nam si fuisset ejusdem speciei & naturae cum aliis aliquibus Paradisi arboribus, facillime potuissent Adam, & Eva Dei prohibitionem eludere, & Satanæ tentationem superare, comedendo de fructu alterius arboris ejusdem speciei, totaliter impune, & sine ullo periculo, cum ipsis non fuerit interdicta comestio nisi de fructu ligni scientiae boni, & mali in medio Paradisi existentis, ut patet *Genes. cap. 2. num. 16. & 17. & cap. 3. n. 2. & 3.* Ita Salsianus, Cornel. a Lapide, & Bonfrerius citati, & sequenti a Tirino in *cap. 2. Genes. Littera C.* & sic tenet Frassen *tom. 2. Theolog. tract. 3. disp. 2. art. 1. q. 4. conclus. 2.* & alii plures.

47 Unde omnino rejicienda est erronea opinio eorum, qui existimabant, arborem illam fuisse mulierem, ut refert Moses Barcephala *lib. de Paradiso cap. 19.* ubi sic habet: *Nomulli existimant non fuisse illam veram, & naturalem arborem, cujus fructum gustaverit Adam, sed venerunt ample xam, quo cum uxore ille corpus miscuit, camque ob rem ajunt partum mulieris esse per Dei sententiam doloribus factum obnoxium: neque aliud voluisse illud præceptum, ne edatis de illa arbore, quam ne coeatis, sed sancte, & absque venere vivatis.* Cujus delirii auctorem fuisse Origenem (a), affirmat Anatassius Sinaita *lib. 9. in Hexæmeron*, his verbis: *Nefandorum autem effectior, sicut obscenarum perpetrator Origenes existimavit eam arborem esse mulierem.* Falsitatem autem hujus opinionis demonstrat communis Sanctorum Patrum, & Catholicorum Doctorum sensus, qui omnes teste Barcephala *loc. cit.* & Tostato in *cap. 4. Genes. q. 2.* asserunt expresse quod primi parentes in Paradiso virgines manserunt & de Paradiso virgines exierunt, per quod apparet etiam falsitas eorum Hebraeorum, qui apud Tostatum *loc. cit.* quod Cain, & Abel in Paradiso geniti sunt, asserentes quod formata muliere, & adducta ad Adam, immediate cognovit eam carnaliter, alioquin fuissent transgressores præcepti sibi statim dati immediate post suam creationem *Genes. cap. 1. num. 28. ibi: crescite, & multiplicamini.*

48 Quod autem Cain, & Abel geniti fuerint extra Paradisum terretrem, habetur expresse ex revelatione facta S. Methodio Martyri, quem multum sequitur magister Scholasticarum Historiarum: Ipse enim, ut refert Tostatus *loc. cit. quest. 2.* dum esset in carcere, oravit & petiit a Deo, ut aliqua ei de principio, & fine mundi revelaret, quod sic factum est, ut ipsemet scribit, & ait, nempe quod primi Parentes virgines de Paradiso egressi sunt, deinde anno quintodecimo vitæ Adæ natus est Cain, & Soror ejus Calmana; & forte tanto tempore a copula vacaverunt, quia erant dolentes de peccato, quod contra Deum egerant, & de amissione felicitatis vitæ in Paradiso pro se, & tota posteritate. Deinde a Deo mandatum habuerunt de procreatione liberorum post alios quindecim annos, quo scilicet trigésimo anno vitæ Adæ natus fuit Abel, & Soror ejus Delhora; Hac ille. Alij autem, inter quos Doctissimus Calmet in *Dictionario Sacrae Scripturae t. 1. verb. Abel, & Cain* volunt probabilius, Cainum primogenitum Adæ, natum fuisse anno primo mundi, & Abelem anno secundo.

49 Eva quolibet partu geminos pariebat, ut dicunt Judæi, masculum & feminam, & postea illi duo erant vir, & Uxor; Tostatus in *Genes. cap. 4. quest. 10.* Cain editus est cum Sorore sua appellata Calmana, sive ut alijs placet Azura, seu Azurum; Calmet *loc. cit. verb. Cain.* Tostatus *loc. citat. quest. 2.* & Abel cum gemella sorore sua vocata Delhora, seu ut dicunt illi Aviran, seu Decla, vel Edocta, Calmet *loc. cit. verb. Abel.* Tostatus *loc. cit. quest. 2.* De his autem nihil ex Sacra Scriptura, ex qua expresse solum habetur, quod Adam, & Eva tres genuerunt filios, nempe Cainum, Abelem, & Seth. *Genes. cap. 4. num. 1. cap. 5. num. 6.* & postquam genuerunt Seth, habuerunt adhuc filios, & filias, *Gen. cap. 5. num. 7. ibi: Et facti sunt dies Adam postquam dedit Seth octingenti anni, genuitque filios, & filias.* Et ut quidam dicunt apud Tostatum in *c. 5. Genes. q. 5.* fuerunt triginta filij, & totidem

(a) Quidquid sit de Origene, utrum docuerit lignum Adæ prohibitum fuisse accessum ad Hevam nec ne, certo certius est. Encratitas, Marcionitas, Gnosticosque illos, qui nuptias damnabant, in hoc veritas contra expressum, peccatum scilicet Adæ illud fuisse, quod contra expressum Dei mandatum

filiae, quorum nomina non exprimuntur. Eruditissimus autem Clericatus in suis *spiciis vulgari idiomate scriptis verb. Evæ.* habet, quod apud antiquos Scriptores relatos a Patre Menochio *Centuria 1. cap. 74.* duæ fuerint valde contrariæ opinionones: una quod Adam, & Eva genuerint dumtaxat quatuordecim filios, duodecim masculos, & duas feminas, quarum prima fuit uxor Cain, & secunda uxor Seth, cum ejus geminus Frater Abel fuerit a Cain occisus. Altera, quod Eva pepererit inter masculos, & feminas plusquam duo mille filios, siquidem ipsa vixit nongentis, & quadraginta annis, & secundum traditiones hebraicas, ipsa pariebat quolibet anno duos geminos filios, masculum, & feminam, & sæpe sæpius etiam tres. Rejicitis tamen ipsis duabus opinionibus, prima tamquam nimis restricta, & secunda tamquam nimis ampla, tertiam suam adducit concludens, quod Eva inter masculos, & feminas genuerit circa trecentum filios.

Nec etiam sequenda est opinio eorum, qui censuerunt, 50 arborem illam fuisse frumentum, atque ideo Christum quoque suum corpus in pane dedidit; ut quæ re contractum esset debitum; eadem & exsolveretur: nec etiam sequenda alia aliorum volentium, arborem illam fuisse vitem, & idcirco Sanguinem suum dedidit Christum in vino pro expianda primorum parentum noxa: frumentum enim seges, non arbor dicitur, ut neque vitis, recte ait Barcephala *loc. cit.* & Frassen *cit. conclus. 1.*

Necque vera videtur sententia aliorum volentium arborem illam fuisse ficum, eo quod Adam, & Eva statim ab ejus elu nudos se agnoscentes, ex folijs ficus tamquam arboris sibi præ alijs vicinioris ad tegendam suam nuditatem vestem sibi confecerunt, ut habetur *Genes. cap. 3. num. 7. ibi: cumque cognovissent se esse nudos, confecerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizonata:* quæ sententia licet non contemnenda, utpote defensa a S. Athanaasio, Theodoro, Gennadio, Mose Barcephala, & alijs apud Frassen *cit. conclus. 1.* tamen improbat a Tostato in *cap. 13. Genes. quest. 164.* hac convincenti ratione; quia statim ac comederunt fructum, illius dolore, ac pudore penitus suffusi, cognoverunt se ob id maxima bona amisisse, & maxima mala incurrisse, unde summo horrore & odio concepto erga illam arborem, & qua tantum exitium sibi obvennerat, sic ab ea corde, animo, & pede recesserunt, ut nec manum ad folia ejus extendere audent, ne majus adhuc ali- quod dampnum ex ea in se attraherent, præsertim cum Eva serpenti responderit *Genes. cap. 3. n. 3. de fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit nobis ne comederemus, & ne tangeremus illud; ne forte moriamur.* Hinc concludit Tostatus: *Certum est, quod non audent jam post peccatum tangere illam arborem, ne majus malum inde eis accideret; ergo cum acceperunt folia ficus, certum est, quod arbor ficus non erat lignum scientiæ boni, & mali.*

Adam, & Eva e Paradiso ejeti, probabilius eam regio- 51 nem, quæ nunc Judæa, & Palestina dicitur, incoluerunt: Sic ex vetustissima Hebræorum traditione affirmat S. Basilus in *cap. 5. Ezechielis* expresse dicens: *Obtinuit fama quadam in Ecclesia memoriam conservans non scripto proditam, quæ talis est, quod prima utique Judæa hominem h. abebat incolam, nimirum Adam, simul acque excedit deliciis Paradisi in hac terra collocatum ad mitigandam jaçturam bonorum, quibus fuerat exutus.* Idem sentit Rupertus *lib. 3. c. 31.* & ex eo Tostatus, & uterque ex S. Hieronymo, contententes, Adamum in Judæa commoratum fuisse, ibique sepultum ut refert, & sequitur Frassen *loc. cit. q. 2. conclus. 2.* & plures alij id deducentes ex varijs conjecturis, & præsertim quod ibi penitentiae agendæ causa habitavit Adam, & Eva, ubi & penitentes mortui sunt, ac sepulti, mortuos autem eise in Judæa, & Palestina demonstrat vetus Hebræorum traditio, & Sancti Patres, ex quibus eruitur sequens conclusio, nempe:

Adam in monte Calvario, a Cranio, seu Calvaria ipsius 52 ita nominato probabilius tumulatus fuit. Sic fere communis Sanctorum Patrum traditio, teste Tirino in *cap. 5. numer. 1. Isaac*, & ita præ ceteris sentit Tertullianus *c. 7. p. 339.* (b) in carne contra Marcionem, ubi sic habet:

uxorem suam Hevam cognoverit. Vid. S. Clem. Alex. l. 3. Strom.

(b) Neque carmen contra Marcionem factus est Tertullianus, neque sermo de Resurrectione Christi Sanctum Cyprianum habet Auctorem.

Golgotha

Golgotha locus est capitis, Calvaria quondam Lingua paterna prior sic illum nomine dixit: Hic hominem primum suscepimus esse sepultum. Hic patitur Christus, pro sanguine terra maledicit. Hicvis Adæ ut veteris possit cum sanguine Christi Commixtus stillantis aquæ virtute lavari.

Ipsi subscripserunt S. Cyprianus *sermone de resurrectione Christi*: Nos, inquit, ad Christum pertinentes, cujus sanguine conspersa creditur Adami calvaria, qui sub loco ubi crux Domini fixa est humatus traditur ab antiquis. Origenes *tractatu 35. in Mattheum*: Venit ad me traditio quadam, quod corpus Adæ primi hominis sepultum est, ubi crucifixus est Christus, ut sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificantur, ut in loco illo, qui dicitur Calvarie locus, idest locus capitis, caput humani generis resurrectionem novit cum populo universo per resurrectionem Domini Salvatoris; qui ibi passus est &c. S. Chrylостomus *hom. 24. in 19. cap. Joannis*: Exiit in eum qui dicitur Calvarie locus, ubi quidam dicunt Adam & mortuum, & sepultum esse, & Jesum, ubi mors dominata est, ibidem trophæum erexit: per Crucem, quam tulit contra mortis tyrannidem. S. Augustinus *serm. 71. de tempore*; Etiam hoc Antiquorum relatione refertur, quod & Adam primus homo in ipso loco ubi crux fixa est, fuerit aliquando sepultus; & ideo Calvarie locum dicitur esse, quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultum. Et vere fratres non incongrue creditur, quia ibi erebus sit medicus ubi jacebat egrotus, & dignum erat, ut ubi occiderat humana sup. rbia, ibi se inclinaret divina misericordia: & sanguis ille pretiosus etiam corporaliter dum dignatur pulverem antiqui peccatoris stillando contingere, redemisse creaturam. Himmò & Hieronymus ipse, licet aliter sentire videatur in Epitaphio S. Paulæ, tamen scribens nomine Paulæ & Eutochii ad Sanctam Marcellam *epistola 17. ait*: In hoc urbe, immo in hoc tum loco, & habitasse dicitur, & mortuus Adam, unde & locus in quo crucifixus est dominus noster. Calvaria appellatur, scilicet quod ibi sit antiqui hominis Calvaria condita: ut secundum Adam, idest Christi sanguis de Cruce stillans, primi Adam, & jacens Protoplasti peccata dilueret.

Nec valet objicere illud Josue *cap. 14. num. 15.* ubi habetur: Nomen Hebron ante vocabatur Cariath Arbe; Adam maximus inter Enacim ibi situs est: Quod & in capite Hebron 2. *caus. 12. quest. ex S. Hieronymo*, & in *cap. unaquæque 3. ead. caus. 13. & q. 2.* ex S. Augustino aliterur; Et S. Hieronymus in epitaphio S. Paulæ expresse dicit: *Cariath Arbe idem est ac civitas virorum quatuor Abraham, Isaac, Jacob, & Adam magni, quem ibi conditum, juxta librum Iesu Nave Hebræi avertunt: Licet plerique quartum patrem Calib, cujus latere memoria monstratur, adeoque Adam in Hebron, & non in Calvario seu Golgotha fuit tumulatus. Non valet, inquam, quia nomen Adam aliquando est nomen proprium, illius primi hominis, & aliquando est nomen commune significans quemcumque hominem.* Unde *Genes. cap. 5. num. 2.* dicitur, *Masculum & Feminam creavit eos, & benedixit illis, & vocavit nomen eorum Adam:* & ubi *nos. sal. 4. n. 3.* dicitur *Filii hominum usquequo gradis corde,* in hebræo dicitur *Filii Adam,* & ita poterit accipi littera, & tunc non intelligitur de primo Parente, sed de homine magna stature, idest de uno Gigante, qui habitabat in Hebron & erat Pater aliorum Gigantum, in quo sensu tenent multi Hebræorum apud Abulenstem in *cap. 13. Genes. quest. 138.* In ipso igitur *cap. 14. num. 15. Josue*, nomen Adam tribuitur cuidam homini, cui peculiariter erat nomen Arbe, qui, sicut legitur *ibidem c. 15. num. 13.* erat Pater Enac gigantantis, ibi; *Cariath Arbe patris Enac.* Cum autem Arbe fuerit statura major, vel dignitate præcellentior suis filiis, qui *cap. 13. Numerorum* dicuntur monstra quedam de genere giganteo, ibi: *Vidimus monstra quedam filiorum Enac de genere giganteo.* Is Arbe merito dicitur maximus inter Enacim, & ipse est, qui fuit sepultus in Hebron, & non Adam primus parens, qui, ut dicebatur, probabilius creditur tumulatus in Golgotha, seu Calvario, ut sentit etiam S. Hieronymus scribens ad Marcellam per adducta ejus verba *supra num. 53.* quamvis in *cit. Epitaphio S. Paulæ, & cap. Hebron* videatur sentire contrarium, & ut sentit etiam S. Augustinus *serm. 71. de tempore* per ejus verb. allata *supra d. num. 53.* quamvis pro contraria opinione citetur in *cap. unaquæque 3. caus. 13. q. 2.* ubi tamen non ex propria, sed alioquin opinione id aliter, ut patet ex præcis ejus verbis, ibi:

Et contra Adam (ut asseritis) in Civitate Arbe tumulatus est. Non negaverim tamen, quod sit etiam satis probabile, quod in Josue *cit. cap. 14. n. 15.* accipiatur Adam maximus pro primo parente, quem Sacra Scriptura excellenter, vel appropriate vocavit solum Adam, qui est maximus, cum sit pater, & origo totius generis humani, & situs sit inter Enacim, idest sepultus in urbe Hebron in terra Gigantium, ut vult Tostatus citatus in *cit. cap. 14. Josue quest. 10.* asserens, quod ille sit verior, & communior sensus, quem fere omnes Catholici tenent: Nam, ut proseguitur ipse, Adam vixisse perhibetur apud Urbem Hebron, & ibi finivisse dies suos, ibique sepultum fuisse cum Eva conjuge sua, & ibi quoque formatum fuisse; sic quoque testantur etiam gentes quæ nunc habitant apud urbem Hebron; Et ab antiquo hujus testimonium est vallis quoque quadam apud urbem Hebron, quæ ab incolis vulgariter vallis lacrymarum appellatur, eo quod Adam centum annis Abel filium suum occisum severit, quousque ab Angelo admonitus est, ut cognosceret Evam uxorem suam: De hoc in libro de situ Terræ Sanctæ: de hoc etiam Josephus libro primo antiquitatum; & quia in nullo alio loco tactum fuerat de Sepulchro Adæ, voluit hic tangere Scriptura. Et concordat ista expositio valde superiori litteræ: Nam urbs Hebron vocata est Cariath Arbe, idest Civitas quatuor virorum, scilicet Patriarcharum: de tribus eorum, scilicet Abraham, Isaac, & Jacob constabat *Gen. cap. 39.* quod ibi sepulti erant, de Adam autem nequaquam: ideo additum est hic de quarto viro, & dicitur quod iste est Adam maximus, idest Protoplastus. Quidquid autem veritas sit, constat, quod littera nostra intenderit istum sensum: nam si littera nostra intendisset pro aliquo homine, non posuisset nomen Adam, quod apud Latinos ponitur tamquam proprium: sed diceretur homo maximus ibi situs inter Enacim, & tamen posuit Adam, ideoque intellexit de illo primo, quem vocat Adam, & non hominem nomine latino communem, Sic totaliter ad litteram Tostatus, *loc. cit.*

Paradisus est vox ex hebræo Parden deducta: Parden enim 56 hebræice significat pomarium, aut viridarium juxta illud *cantor. 4. Emissiones tue Paradisi* (hebræice Parden) *malorum puniceorum,* ex qua voce Græci *Paradisos,* & Latini *Paradisus* effecerunt; & Græci hanc vocem *Paradisus* ab Orientalibus, & Persis sua pomaria, & viridaria, seu hortos, *Paradisos*, nuncupantibus, derivatam volunt; ac Septuaginta Interpretes etiam hæc voce *Paradisus* *Genes. 2. num. 3.* uti sunt ad viridarium Eden, idest hortum deliciarum significandum, ut notat Calmet in *Dictionario verb. Paradisus.* Unde in hebræo Paradisus non vocatur hortus absolute, & simpliciter, sed hortus deliciarum, scilicet *Ganeden,* quia Gan significat hortum & Eden significat delicias, ut observat Tostatus in *cap. 13. Genes. q. 8.* Hinc subsequitur ipse *ibidem* quia locus ille, quem Scriptura *Genes. 2.* vocat Paradisum, erat locus deliciarum plusquam esset alius in tota terra, tractum est, ut vitam beatam in Cælo, in qua sunt maxima delicia, & omne bonum, vocem *Paradisum*:

In quam parte mundi fuerit constitus Paradisus terrestris, 57 non satis constat, cum variæ fuerint, & sint circa hoc Scripturum opinionones, quibus brevitate gratia relictis, dicimus, quod probabilius Paradisus terrestris constitus fuit in confinibus Mesopotamiæ, & Arabiæ Orientalis parum longe a Chaldæa, & Syria Damascena. Sic communior inter Recentiores sententia, teste Frassen *tom. 2. Theolog. tr. 3. disp. 2. art. 1. q. 2.* eamque pluribus probant Sixtus *Genes. lib. 5. Bibliotheca annotatum. 34.* Cornelius a Lapide in *2. cap. Genes. Maldonatus in cap. 27. Matth. vers. 44.* Genebrardus *lib. 1. Chronographia;* Pererius *lib. 3. in Genes. n. 122.* & plures alii. Et hoc colligitur ex Sacra Scriptura; *Genes. enim cap. 2. n. 8.* ubi vulgata nostra habet: *Plantaverat autem Deus Paradisum voluptatis,* hebraica dicit, *plantaverat Deus Paradisum in Eden:* Eden autem fuisse in finibus Mesopotamiæ, vel Syriæ deducitur ex eadem Sacra Scriptura *4. Regum c. 19. num. 12.* ubi habetur, quod Eden Regio jungitur cum Colana, Aram, & Resph, quæ sunt in finibus Mesopotamiæ, vel Syriæ, ut tradunt fere cuncti Scriptores, adeoque cum Moyles asserat, Paradisum fuisse plantatum in Eden, stat clarum quod in confinibus Mesopotamiæ, vel Syriæ, ubi est Eden, constitus fuerit Paradisus terrestris.

Tum quia ex *cap. 4. Genes. num. 16.* egressusque Cain a facie Domini habitavit profugus in terra ad Orientem plagam Eden, idest versus Orientem ultra Mesopotamiæ Eden, ubi erat Paradisus, ut plures explicant cum Genebrardo *lib. 1. Chrono-*

Chronographia. Frassen *loc. cit. conclus. 2.* T. ostatus in *cap. 4. genef. 9. 9.* Hinc Paradisum terrestrem constum esse in regione Eden sustinent plurimi Patres tam Græci quam Latini, ac etiam plerique Hebræi apud Malvendam *lib. de Paradiso cap. 18.* inter quos Moles Barcepha *lib. 1. de Paradiso cap. 21.* sic expresse habet; *Diximus Eden esse regionem spatiosam, amplam, amaranam variam; Paradisum vero locum esse pulchrum, fructuosum, præstantibus, laudabilibusque arboribus, præ quibus aliis in tota Eden locis ornatum; Paradisum enim ejus regionis, quæ Eden dicitur, partem esse inter alias omnium præstantissimam, laudabilissimam, atque cultoribus suis commodissimam.* Et Eusebius, ac S. Hieronymus in descriptione hebraicarum Urbium, & regionum sic aperte, & clare concludunt: *Eden Sacer Paradisi locus ad Orientem, quod in voluptatem, deliciasque transfertur.*

Quanta fuerit latitudo, & longitudo Paradisi terrestris incerta res est; certum est tamen, quod debuerit esse sufficientis latitudinis, & longitudinis, ut capere posse homines, qui in ipso victuri erant, & ut ipsi homines per diversa loca vagarentur: Unde volunt aliqui, quod ambitus terrestris Paradisi sit quasi centum leucarum, & longitudo quasi triginta leucarum, vel paulo plus, quia in circulo, vel rotundo ita se habet longitudo, quæ est diameter ad lineam circumferentialem. Sic refert Abulenſis in *capit. 2. genef. quest. 9.* qui tamen in *genef. cap. 13. quest. 98.* sic habet: *Quibus apparet, quod Paradisus esset terra aliquantulum lata, tamen non multum: non enim videtur quod oporteret habere majorem magnitudinem, quam habeat insula, scilicet in latitudine tres, vel quatuor leucas, in circuitu autem duodecim, aut parumpulus: quamvis eruditissimus Vincentius Fuga in compendio notitiæ Orbis Sacri, & profani in principio de ipsius Abulenſis opinione sic dicat; Circa Mesopotamiæ fines Dominus hunc hortum plantavit, latitudine, si Abulenſis credimus, duodecim mille passuum, ambitu sex & triginta mille. Frassen autem *loc. cit. ant. 2. quest. 3. concl. 1.* concludit, quod probabilius est, Paradisum terrestrem nec ita arctum, nec ita spatiosum fuisse, ut ad quindecim, aut viginti leucas excolescit: & colligit ex S. Augustino *lib. 8. in genef. cap. 10.* ubi ait; *Neque enim exiguus locus erat Paradisus, quem totus fons irrigabat; & ex Moſe Barcepha *lib. de Paradiso c. 15. & 28.* ubi habet Paradisus dicebatur accommodatissimus ad habitationem, oblectationemque hominem; sed quanta fuerit hujus amplitudo, satis arguit fluvius magnus, qui ex ipso effluebat, & postquam elapsus esset, dividebatur in quatuor flumina; si enim fluvius ipse magnus erat, manifestum est Paradisum, quem irrigabat, magnum spatiosumque fuisse.**

Paradisus terrestris adhuc subsistit; sic communior & probabilior Sanctorum Patrum, aliorumque Doctorum opinio, inter quos præsertim S. Epiphanius *lib. 5. adversus hæreses cap. 5. S. Augustinus *lib. 2. de peccato origin. di. cap. 23.* Tertullianus *lib. de Anima cap. 55.* Sixtus Senensis. Delrius, Belarminus, Gregorius a Valentia, Malvenda, Suarez, & fere omnes tum veteres, tum recentiores, ut testatur sapientissimus Tirinus in *cap. 5. genefis vers. 24.* & fatentur apud ipsum *ibid.* etiam Pererus Viegas, Cornelius a Lapide, Salsanus, & alii adducti ab ipso in *cap. 2. genefis vers. 8.* & colligitur ex *cap. 4. num. 5. Ecclesiastici* ubi ex preſe dicitur, *Henoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum, ut det gentibus penitentiam, & ex 4. Regum cap. 2. num. 1.* ibi; *Factum est autem cum levare vellet Dominus Eliam per turbinem in Cælum; & num. 11.* ibi; *Et ascendit Elias per turbinem in Cælum, id est aereum, et ex regione aeris mox translatus est in Paradisum terrestrem, ut docent passim sacri Interpretes, et præsertim Doctissimus Tirinus in 4. Regum cap. 2. vers. 11.* ubi dicit, quod Paradisum, adhuc extare tenent præter jam citatos, etiam S. Irenæus, Isidorus, Hieronymus, Justinus S. Thomas, et Abulenſis, ac adhuc Henoch, et Eliam extare et vivere in Paradiso terrestri, ut in fine mundi contra errores, et falsitates Antichristi prædicent hominibus penitentiam, et eos in vera Fide, et lege confirmant, tenet et testatur de communis Eruditissimus Clericatus nelle *Spiche vulgari idiomate raccolte verb. Elia, & Henoch* juxta illud *cap. 44. num. 5. Ecclesiastici* de Henoch, ibi: *De det gentibus penitentiam, et prædicationem Malachie cap. 4. num. 5.* de Elia, ibi; *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & convertens cor patrum ad filios; & cor filiorum ad patres eorum, ubi ad probationem existentie adhuc Paradisi terrestis, et superviventie inibi Henoch, et Elie refert sequentem successum,**

qui ex ipso hic literaliter ad uberioem notitiam datur.

Graziolo è quel successo del Venerando Fra Benedetto d'Arezzo, uno dei primi Religiosi, e Figliuoli spirituali del glorioso Patriarca S. Francesco d'Assisi, che si legge nell'istoria Cronologica dei Padri Francescani di Gerusalemme, scritta dal Padre Fra Giovanni da Calaurra, Minor Osservante della Provincia di Burgos nel libro secondo, e da noi raccolto nella nostra prima età del mondo *Rag. 13. pag. 124. & 125.* Il successo è questo. Essendo stato mandato esso Vener. Fr. Benedetto d'Arezzo oltre il mare nell'Africa a predicare la Santa Fede a' Saracini, ed a reggere diversi Conventi ivi fondati di Frati del suo Ordine, dopo avere faticato per molti anni con gran profitto dell'Anime, e vantaggio della Religione, risolse ritornare in Italia, per ritirarsi a vivere in una povera Cella, ed attendere alla contemplazione dell'eterna vita. Ottenne da alcuni Marinari, benchè infedeli, d'entrare nella loro Nave, che stava per partire a momenti verso l'Italia, come da lì a poco si fece. Alla metà del viaggio insorse una tempesta così fiera, che facendo temere a quei Mori il naufragio, per iscarsarlo, cominciarono a gittare in mare tutte le Mercanzie, che nella Nave avevano, e fatti rabbiosi da tale sfortuna, essendo infedeli, presero anco il povero Frate Benedetto gettato nel Mare, e caduto nell'acqua, fu subito preso per un braccio dal suo Angelo Custode, e sollevato in aria fu portato nel Paradiso terrestre, ove erano li due Santi Profeti Elia, ed Henoch. Quelli restarono ammirati nel vedere un tale Religioso, vestito così poveramente, con una sola Tonica, e si alpra. Gli andarono incontro, lo salutarono, e gli richiesero, chi fosse, e come capitato in quel luogo? Fra Benedetto diede notizia ai medesimi della Religione instituita da S. Francesco nella Chiesa Cattolica, il suo passaggio, e dimora fatta nell'Africa, il suo ritorno intrapreso verso Italia, la tempesta insorta nel mare, in cui era itato gettato fuori della Nave, a guida d'un altro Giona, dai Saracini, e che dal suo Angelo, cavato dall'onde, era itato portato in quel luogo. Richiedendo anch'esso, chi loro fossero? risposero, che erano Elia, ed Henoch, quali stavano in quel luogo benedicendo il Signore, e lo condussero in diverse parti a vedere le delizie di quella abitazione. Mentre Fra Benedetto itava mirando, ed ed osservando quanto quei due Santi Vecchi gli dicevano, e mostravano, fu preso di nuovo nelle braccia dell'Angelo, e con gran velocità portato per aria, fu collocato in Italia sulla riva del mare, e porto d'Ancona. Nello stesso tempo giunsero nel medesimo porto alcune altre Navi, che viaggiavano di conserva con quella affondata: e sapendo i Marinari, che in essa vi era Fra Benedetto, restarono stupiti vedendolo sul porto sano, e salvo, mentre lo tenevano con tutti gli altri annegato. L'interrogarono in che modo avesse compiuto il viaggio? ed egli raccontò a loro la mirabile provvidenza Divina, e la custodia di lui tenuta dal suo Angelo Custode. Andò poi il Ven. Fra Benedetto al più vicino Convento de' suoi Frati, ove fu ricevuto con somma Carità e gaudio di spirito, coll'aver inteso le vicende del suo viaggio. Ma quei buoni Padri più solleciti della Santità della loro vita, che di scrivere le cose maravigliose vedute nel Paradiso Terrestre da Fra Benedetto, altra non notarono, che il successo suddetto, quale però ci serve d'attestato, che li Profeti Henoch, ed Elia sono conservati in vita per tanti secoli dall'onnipotenza del Signore in quel luogo felice, incognito a' mortali.

Nec valet objicere illud *Genef. cap. 9. num. 19. & 20.* ibi: *62* *Operisque sunt omnes montes excelsi sub universo coelo; quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat; adeoque Paradisus Terrestris aquis Diluvii dissipatus est; sicque modo non amplius extat. Non valet, inquam, quia in eodem cap. 7. gen. dicitur, universos homines aquis Diluvii interitisse, & remansisse solum Noe, & qui cum eo erant in Arca, & tamen nemo admittit Henoch fuisse in Arca reclusum, neque Diluvii aquis peritisse, adeoque sicut in hac universalì provisione, aquis Diluvii interierunt omnes homines præter Noe, & qui cum eo erant in Arca, excipitur Henoch, ita excipitur Paradisi Terrestris locus ab universalì terræ illuvione. Tum quia valde probabile est, quod Paradisus Terrestris tempore Diluvii servatus fuerit immunis, aquis undique ad latera sese attollentibus, & quasi in murum soliditatis, ut contigit Israelitis in mari rubro *Exodi cap. 14. num. 22.* ibi: *Et ingressi sunt filii Israel per medium siccis maris: erat enim aqua quasi murus a dextra eorum, & a sinistra; ac pariter in Jordane, ut patet *Josue cap. 3. & 4.***

Mundi tempora, seu ætates, alii dividunt in sex, & alii 63

in septem: In sex inter alios sic dividit Tirinus *tom. 1. in Cronico Sacro cap. 7.* ibi: Prima ætas mundi cepit ab Adamo, & duravit usque ad finem Diluvii *annis 1656.* Secunda cepit a fine Diluvii, & duravit usque ad egressum Hebræorum ex Agypto *annis 837.* Tertia cepit ab egressu Hebræorum ex Agypto, & duravit usque ad quartum annum regni Salomonis, quo conditum cepit fuit Templum, *annis 480.* Quarta cepit a quinto anno regni Salomonis, seu secundo anno ab inchoato templo, & duravit usque ad destructum, & exultum idem Templum; vel potius usque ad finem Captivitatis Babilonicæ *annis 452.* Quinta cepit a relaxata captivitate Judæorum, & initio Monarchiæ Persicæ, & duravit usque ad Messiam adventum, seu Incarnatum Filium Dei, *annis 525.* Sexta cepit a primo Christi adventu, duravit usque ad secundum illius adventum ad Judicium, & interitum universi, de quo die nemo scit. Septima non jam in Mundo, sed in Coelo inchoabitur atas a die extremi Judicii duratura usque in perpetuas æternitates. In septem autem ætates inter alios sic dividit Vincentius Fuga in *Compendio notitiæ Orbis sacri, & profani in principio: Prima mundi ætas, seu ejus infantia cepit ab ejus exordio, & duravit usque ad universale Diluvium *annis 1656.* Secunda, seu pueritia cepit ab universalì Diluvio, & duravit usque ad ortum Abraham *annis 382.* Tertia, seu adolescentia cepit ab ortu Abraham, & duravit usque ad ortum Moysis *an. 425.* Quarta, seu juvenus cepit ab ortu Moysis, & duravit usque ad Samuelis Prin. I. *an. 476.* Quinta, seu virilitas cepit a Principatu Samuelis, & duravit usque ab Babilonicæ captivitatis solutionem *an. 577.* Sexta, seu senectus cepit a soluta captivitate, & duravit usque ad Nativitatem Christi *annis 536.* Septima, seu decrepitas cepit a Nativitate Christi, & durabit usque ad finem, seu interitum Mundi.*

Quia tamen in calculandis, & numerandis annis ab Orbe condito usque ad Christi Nativitatem effluxit tot sunt fere sententiæ, quot capita, adeo ut, teste S. Hieronymo *in. Epist. ad Tit. cap. 3. inter eos, qui ex Hebræico fonte numerum deducunt annorum Mundi, vix unus, vel alter reperitur, qui alteri in omnibus consentiat; Hinc celeberrime opiniones de Mundi ætate subijimus, ut quisque seligat eam, quæ magis ex illis sibi placuerit.*

Celeberrime opiniones de numero annorum, qui ab Orbe condito ad ætam Christi vulgarem fluxerunt, pront traduntur a doctissimo P. Fortunato a Brixia in *Philosophia sensuum mechanica tom. 2. tract. 1. dissert. 4. sect. 7. §. Epochæ 2.* sunt sequentes.

Secundum Vulgatam	3951.
Secundum LXX. Interpretes	5200.
Secundum Samaritanos	4305.
Secundum Josephum Hebræum	5970.
Secundum Constantinopolitanos	5508.
Secundum Antiochenos	5493.
Secundum Alexandrinos	5501.
Secundum Scaligerum	3950.
Secundum Petavium	3983.
Secundum Salsanum	4154.
Secundum Vossium	5598.
Secundum Marianum Scotum	4193.
Secundum Langium	4042.
Secundum Calvinium	3950.
Secundum Gerardum Mercatorem	3966.
Secundum Spondanum, Tornielium, & Baronium	4052.
Secundum Ricciolum	5634.
Secundum Hebræos Vulg.	3761.
Secundum Uferium, & Lancellottum	4004.

Ætates Mundi annos continent

I.	
Secundum Vulgatam	1657.
Secundum Josephum Hebræum	2256.
Secundum Uferium	
Secundum Petavium	1656.
II.	
Secundum Vulgatam	367.
Secundum Josephum	1267.
Secundum Uferium	426.
Secundum Petavium	366.

III.	
Secundum Vulgatam	
Secundum Josephum	
Secundum Uferium	
Secundum Petavium	430.
IV.	
Secundum Vulgatam	480.
Secundum Josephum	962.
Secundum Uferium	480.
Secundum Petavium	519.
V.	
Secundum Vulgatam	487.
Secundum Josephum	521.
Secundum Uferium	476.
Secundum Petavium	474.
VI.	
Secundum Vulgatam	530.
Secundum Josephum	534.
Secundum Uferium	536.
Secundum Petavium	538.

Ad uberioem calculationis annorum, & ætatum mundi cognitionem, advertendum est, quod apud Chronologos, & Scriptores usus Epochæ, seu Ære invaluit. Epocham autem iuxta vim Græci vocabuli inhibitionem, vel remoram significat; sunt enim Epochæ veluti puncta quedam fixa, a quibus annorum series apud varias nationes numerari incipit, ut tradit Eruditissimus Purchotius *institut. philosophic. part. 2. sect. 2. cap. 9. Epochæ seu Ære insigniores:* Unde Epochæ nomine intelligitur communiter a Chronologis principium aliquod insignis nimirum eventus, vel rerum, regnoturque notabilis mutatio, ex qua veluti cardine anni deinceps numerantur. Æra quoque pro hujusmodi insignium rerum eventu, sicuti Epocham usurpat: Cum enim Hispani annos numerare soleant ab Exordio Regni Augusti, idque in Kalendaris suis per primas horum vocabulorum litteras *A. E. R. A.* scriberent, delumpto icilicet *A.* a prima littera dicti vocabuli *Ab;* & *E.* a prima littera dicti Vocabuli *Exordio;* *R.* a prima littera dicti vocabuli *Regni;* & altera *A.* a prima littera dicti vocabuli *Augusti;* hinc Æra nomen formatum perhibetur & usus invaluit, ut id omne, ex quo annorum series inchoatur, Æra deinceps diceretur, ut inter alios erudite notant Purchotius *loc. cit. vers. quarta est Epochæ, seu Æra Hispana, & Pater Fortunatus a Brixia *loc. cit. section. 7. vers. Epochæ nomine.**

Epochæ distinguuntur in sacras, & profanas; Sacra dicuntur illæ, quæ ex documentis, & Scripturis Sacris eruntur: profana vero illæ, quæ ex documentis & historiis mere profanis repetuntur. Inter Epochas Sacras, præcipua a Christi nativitate desumitur: quamvis enim hæc omnibus fere recentior sit, ipsa tamen, ut egregie advertit Petavium *Rat. Tempor. part. 11. lib. 1. cap. 4. veluti limes, & cardo Chronologiæ est, communisq; terminus, in quem Chronologorum omnium ratiocinia, sic tanquam ab viarum ambagibus in idem computum deducuntur.*

Hæc autem Christi nativitas Epochæ, vel vera est, vel vulgaris. Epochæ Christi vera ab eo anno incipit, in quo Christi nativitas reipia contigit, de quo anno non parvum inter Chronologos adeest dissidium; Epochæ Christi vulgaris, utpote a vulgo communiter usurpata in annis Christi computandis post Dionysium Exiguum ejus inventorem, incipit a primo die Januarii anni 46. Juliani, seu reformationis Julii Cæsaris, qui annus congruit cum anno 4714. periodi Julianæ, adeo ut in illo Systemate Christi Nativitas vulgo referatur ad diem 25. Decembris anni 45. Juliani, periodi Julianæ 4713. Quamvis tamen accuratiores Chronologi cum Lancellotto apud Purchotium *loc. cit. §. verum,* ostendant, Christi Domini nativitatem quadriennio ante hanc Epocham Dionysianam contigit, nempe die 25. Decembris anni Juliani, seu reformationis Julii Cæsaris 14. periodi Julianæ 4709. Mundi 4000. anno 4. Olympiadis 193. ab urbe condita 749. anno imperii Augusti a morte Julii Cæsaris 40. a Victoria Actiaca 27. anno Regni Herodis magni 36. Sic ille. Unde probabilior videtur hæc Epochæ, quam illa Dionysii Exigui Abbatis natione Scytæ, in moribus Romani, qui primus omnium circa initium sexti Ecclesiæ sæculi annos a Christo nato numerare cepit: nam ante Dionysium Exiguum Christiani annos numerabant, vel per Olympiades Græcorum, vel per Romanorum Consulatus, vel ab Urbe condita, vel etiam ab impii Dio-

Diocletiani persecutione; quapropter Æra vulgaris Christianorum appellata est a Chronologis Dionysiana, ut tradit Purchotius leg. cap. §. Epochæ Sacre, varf. Verum ut ad munem.

69 Cum autem nequeat certo assignari, quænam ex supra recentis, & relatis opinionibus de annis ab Orbe condito ad Æram Christi vulgarem effluxit sit verior, ipsi omnibus in sua probabilitate relicti, hic præstat adducere solum id quod Romana tenet, & servat ecclesia, ac canit in Martyrologio Vigiliæ Nativitatis ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, nempe: a creatione Mundi, quando in principio Deus creavit Cælum, & terram, quinquies millesimo centesimo nonagesimo nono; A Diluvio vero anno bis millesimo nonagesimo quinquagesimo septimo: A Nativitate Abrahamæ anno bis millesimo quinquagesimo octavo, & egressu Populi Israel de Ægypto anno millesimo quingentesimo decimo: Ab unctione David in Regem anno millesimo trigentesimo secundo, Hebdomada sexagesima quinta juxta Danielis prophetiam, Olympiade centesima nonagesima quarta: Ab Urbe Roma condita anno septingentesimo quinquagesimo secundo: Anno Imperii Octaviani Augusti quadragesimo secundo, toto Orbe in pace composito, sexta Mundi ætate, Jesus Christus Æternus Deus, Æternique Patris Filius, mundum volens adventu suo piissimo consecrare, de Spiritu Sancto conceptus, novemque post conceptionem decursis mensibus, in Bethleem Judæ nascitur ex Maria Virgine factus Homo.

70 Æra Epochæ sacre habentur supra num. 63. & 64. in adductis juxta diversitatem Chronologorum, & Scriptorum diversis mundi ætatibus, diversisque earum initialibus, ac finalibus annis.

71 Inter Epochas profanas præcipua, ac prima est, quæ desinitur a Trojæ excidio, quia ea, quæ Trojanum bellum præcesserunt, nullo certo temporis spatio definiri possunt, cum teste Diodoro Siculo proem. lib. 1. nullum certitudinis fulcrum, cui fidamus, ad nos pervenerit. Hæc itaque Epocha incæpit anno Julianæ periodi 3530. ante vulgarem Christi Æram 1184. Sic Doctissimus Petavius, lib. 9. de Doctrina temporum cap. 31. & cum eo Genebrardus, Sigonius, Panvinius, Ricciolus, alique celeberrimos Chronologi citati, & secuti ab eruditissimo Patre Fortunato a Brixia loc. cit. §. Epocha tertia.

72 Secunda inter profanas est Epocha Olympiadum, seu ludis Olympiacis apud Græcos præsertim celeberrima, quæ incæpit anno periodi Julianæ 3938. a Trojana clade 408. mundi 3228. ante vulgarem Æram Christi 776. ut ex Thucydide, Xenophonte, Petavio, & Eusebio tradit dictus Pater Fortunatus loc. cit. §. Epocha quarta, & dictus Purchotius loc. cit. §. Epocha profana.

73 Quid autem fuerint Olympiades, & ludi Olympiaci? vide verb. Kalendarij n. 59.

74 Tertia est Epocha ab Urbe Roma condita, quæ secundum Varronem incæpit anno tertio Olympiadis sextæ, periodi Julianæ 3961. post dirutam Trojam 432. mundi 3251. ante Epocham vulgarem Christi 753. Quamvis M. Portius Cato, & Valerius Flaccus uno anno tardius, quam a Varrone statuatur, eam incæpisse contendat; & Julius Frontinus duobus annis tardius quam a Varrone assignetur, incæpisse arbitretur. Sic dictus Purchotius loc. cit. & dictus Pater Fortunatus loc. cit. §. Epocha quinta.

75 Quarta est Epocha, seu æra Hispanica, sic dicta, quia Hispani usque ad annum salutis 1383. eam in annis computandis adhibuerunt, cum quatuor initialibus illis litteris A. E. R. A. unde nomen æra desumpsit juxta dicta supra nu. 65. & ipsa incæpit anno periodi Julianæ 4675. a Trojano excidio 1146. ab Juliana anni calligatione 8. ante vulgarem æram Christi 38. ut inter alios tradunt dictus Purchotius loc. cit. & dictus Pater Fortunatus loc. cit. §. Epocha quinta.

76 Quinta, & ultima profana Epocha (aliis brevitate gratia relicti apud Chronologos videndis) est Arabum & Mahometanorum, cujus initium sumitur a fuga Mahometis, seu Mahomedis Arabi, qui cum ob falsæ suæ doctrinæ, & sceleris in discrimen vocatus, de vita periclitaretur, ex Mecha Arabiæ urbe in Medinam fugere coactus fuit. Hæc illius Pseudo-prophetæ persecutio, & fuga contigit anno vulgaris æræ Christi 622. periodi Julianæ 5335. die 16. Julii feria sexta, seu die veneris recurrente, quæ idcirco apud Mahometanos, seu Turcas est sacra, festiva, & solemnis; Et ab hac Mahometis persecutione, & fuga suos annos numerant Turci, &

Arabes, eosque annos Hegiræ, sive persecutionis appellant. Mundus ab antiquis Geographis dividebatur in tres solas 77 præcipuas partes, nempe in Europam, Asiam, & Africam, quæ omnes simul ob id vocantur Mundus vetus: A recentioribus autem dividitur in quatuor, addita ipsis tribus antiquis America; quæ communiter appellatur Mundus novus, sub quo alii adhuc moderniores comprehendunt additam quintam partem, Magellanicam ab ipsis appellatam, ut inter alios notat Abrahamus Ortelius in Theatro Mundi in principio, & D. de Ivisné in novo dictionario Theologico Historico & c. idiomate Gallico scripto verb. Magellan.

Europa sic dicta est, ut volunt aliqui, inter quos dictus 78 Ortelius verb. Europa, ab Europa Filia Agenoris Phœnicæ Regis, rapta a Jove in forma Tauri, ut fingit Ovidius lib. 2. Metamorph. & ducta in dictam partem. Seu, ut volunt alii, sic appellata est a quodam Rege nuncupato Europo, qui inter primos ibi imperavit. Ita D. de Ivisné loc. cit. verb. Europe, & alii plures.

79 Asia sic dicta est, ut volunt aliqui, inter quos dictus Ortelius loc. cit. verb. Asia, & D. de Ivisné loc. cit. verb. Asia ab Asia Nimpha, Filia, ut finxerit antiqui Poetæ, Oceani, & Thetidis, & muliere Japeti potentissimi. Seu, ut dicunt alii, sic nuncupata est ab Asio Filio Menæi Lydi. aut ab Asio celeberrimo Philolopho. Ita de Ivisné, & Ortelius locis citatis, & alii plures.

80 Africa sic dicta ab Afro filio Patriarchæ Abraham, & Ceturæ, qui inibi habitavit. Ita Joseph lib. 1. Antiquit. cap. 15. seu, ut tradunt alii, sic nominata est quasi Aprica a sua proprietate, eo quod sit aliis magis Soli exposita, & minus frigore in ipsa regnet. Ita de Ivisné loc. cit. verb. Afrique, & Ortelius loc. cit. verb. Africa, ubi in fine subiungit, quod in ipsa continue conspiciuntur novæ formæ animalium, & monstruosæ Creaturæ; Unde ortum est vulgare adagium: Semper aliquid novi fert Africa: & addi potest aliud: Africa monstrum parit.

America novus Mundus communiter appellata, sic dicta 81 est ab Americo Vesputio Florentino, qui sub auspiciis Emmanuelis Regis Portugalliæ anno 1497. usque ad continentem, seu terram firmam penetravit insulas inibi existentes prius a Christophoro Colombo Januensi anno 1492. Ferdinandi Hispaniarum Regis copis, & opibus munito adinventas. Ita D. de Ivisné loc. cit. verb. Americ. Vesput. & Americ. ubi in fine addit, quod brevi quinquæ, aut sex annorum spatio Hispanorum medio plusquam decem milliones illorum Gentilium ad veram Catholicam fidem conversi sunt, & quod unus solus Religiosus mei Seraphici Ordinis Minorum de Observantia sacra Unda Baptismatis lavit, ac initiavit usque ad 140000. & sic etiam referunt alii plurimi.

82 Et revera non parva pars illius novi adinventi, & ad fidem Catholicam conversi orbis debetur meæ Seraphicæ Religionis, ut clare demonstrant illius in immensum dilatatæ Regionis Historici, & Nostri Franciscani Annales ad annum 1492. & 1493. ex quibus juvat hic asserre, quæ refert ex Haroldo Eruditissimus noster P. Justus Rehn in suo egregio opere Canonico Politico tom. 2. part. 2. sect. 2. a n. 59. ad 62. præcisus his verbis.

83 Res maxima parvis initiis hoc anno feliciter incæpta fuit, in qua Christi Catholica Fides propagationis suæ, & Catholici Reges Hispaniarum dilatati in immensum Imperii, non parvam partem debent Fratribus Regul. Obs. S. Francisci. Cum enim Christophorus Columbus Ligur, acris ingenii Vir, & nauticæ artis peritissimus, terras quas ultra Occidentalem oceanum esse didicerat, in animum induceret arte sui detegi posse, ingenti ejus Europæi Principis gloria, lucroque, qui auctoritate sua, & sumptibus rem aggrederetur, Januani H. Lusitania, Henrico VII. Angliæ, & Carolo VIII. Galliæ Regibus suam in ea re operam obtulit: sed passus ab his repullam, ad Ferdinandum, & Isabellam Catholicos Reges se contulit: verum, cum his quoque res ipsa incredibilis, & experientia magnis sumptibus certo constituta, operæ exitu incertissima videretur, Columbus in Bethicam abiit, sui propositi plenus, sed omnis auxilii jam plane desperabundus.

Cum autem, disponente Deo, casu invenisset Fr. Joannem Perezium a Marchena Minoritam, qui tunc canobioalum Arabiæ, non illius Lusitanici prope Ulyssiponam, sed alterius D. pass. ab oppido vulgo dicto Paolos de Moguet, Guardianus gubernabat. Hunc porro Cosmographiæ studio, eadem, quæ Columbum, cogitatio frequenter subibat,

bat, & vehemens desiderium, animas illas, quæ in tenebris, & in umbra mortis sedebant, ad veræ Fidei lumen reducendi, habuitque non adeo parum auctoritatis in aula, ut qui Regiæ Confessionibus excipiendis aliquando servivit: latus ergo Columbi occurru observationes suas, & vota huic aperit, collatque tabulis hominem tunc omni spe delitutum eoulque animavit, ut cum ipsius ad Ferdinandum Talavericum tunc Regiæ Confessionum, & ad ipsam Regiam litteris Granatæ rediret. Quo demum ipse Perezius ad rem recte percipiendam a Regina vocatus, frequenti Majestatis suæ colloquio, rem gloriosam, utilem, sanctamque aggrediendam firmissimis rationibus persuasit, & adductis in auxilium præter Talavericum Cardinali Mendozio, Ludovico a S. Angelo, & Alphonsio Quintavilla, qui tunc apud Reges volebant, impetravit, ut certis conditionibus Colombo numerarentur septendecim aureorum millia, & traderentur una navis, duæque Zelotes, centum & viginti militibus, ceterisque necessariis instructæ.

84 Cum his ille, Non Angusti Gadibus ancoras contraxit. 33. dierum navigatione per varias minores insulas V. M. miliariorum spatio Carimbranam detexit, quam auctorum suæ fortunæ honori, Hispaniolæ nomine consecrare voluit: ubi cum quidquid indagine dignum videri posset, accuratissime perlustrasset, notassetque præsertim, aurum apud indigenas vix non pro luto haberi, in Hispaniam regressus Ferdinand. Regem Barcinone convenit: Cum quo, quid egerit, quantumque in vastissimis illis Regionibus, non modo fide, & moribus erudiendis, & integris provinciis, regniisque detegendis, atque in Catholicæ Fidei Catholicorumque Regum fidelitate inter molestissimas turbas, & aperta rebelliones continentibus, ipsorumque Hispanorum similitudibus compescendis (quibus res maxima non semel in desperationem deductæ fuerunt) Deo, & Principibus præstitissent Fratres S. Francisci, tum anno proxime sequenti, tum aliis succedentibus referemus.

85 Et ad annum 1493. Christophorus Columbus, quem anno præcedenti lætum illum a se detectæ Hispaniolæ Nuncium ad Ferdinandum Catholicum Regem Barcinonam tulisse diximus, alteram hoc anno navigationem aggressus est, acceptis navibus, personis, & rebus, quæ numero, et qualitate sufficere videbantur, ut insulam illam, atqueque Hispanorum Regum imperio subjugaret, Fideique Magistris, qui barbaras nationes ad veræ Fidei normam erudirent, præstiterim. Franciscanos, ac præ aliis Joannem Perezium a Marchena, quem diximus præcipuum primæ navigationis promotorem fuisse, qui stramineum imprimis tugurium construxit. in eoque Rem Sacram omnium primus fecit, & SS. Eucharistiæ Sacramentum reposuit, atque ita hæc prima omnium Occidentalis Indiæ Ecclesiarum fuit.

86 Secundam vero huic proximam idem Perezius operæ tumultuario sub invocatione S. P. N. Francisci, adjuncta pro consolatibus habitatione, construxit in ea Civitate, quam Columbus mox ædificavit, insula nomine S. Dominici, ob sui patris memoriam, qui Dominicus nominabatur. Hoc vero canobium ipse Columbus in gratiam Perezii, cui suam fortunam post Deum acceptam ferebat, ditior factus, magnificentius et polito lapide construxit; & omni necessariis suppellectilibus, pro sua in S. Franciscum pietate, & incolarum itatu exornavit, crescente in dies erga Fratres Insularum devotione, quos sacris documentis, & religiosissimæ vitæ exemplis ad fidem, & pietatem inducebant. F. Franciscus Haroldi in Epitome Histor. Ord. Min. ad annum 1492. & 143.

87 Magellanica sic dicta est a Ferdinando Magellano Lusitano, qui hanc nuncupatam quintam Mundi partem advenit, & nomine Regis Hispaniarum conquistavit anno 1520. Ita D. Antonius Chiufole in sua Geographia sub titulo Mundi antiqui, & moderni, italice scripta tom. 2. cap. 18. §. 15. De Ivisné l. c. verb. Magellan. Abrahamus Ortelius leg. capitul. verb. il Mondo, & alii passim, notantes, quod major, & maxima hujus Magellanicæ partis portio est adhuc incognita.

Mundus ad uberiorem ejus intelligentiam dividitur adhuc in quatuor partes, nempe in Continentem, Insulam, Peninsulam, & Isthmum. Continens, seu terra firma intelligitur pro quavis terra, quæ nec est Insula, nec Peninsula, nec Isthmus. Insula est terræ portio undequaque aqua circumdata Peninsula, seu græcè Chersonesus est media Insula circumdata quidem aqua, sed ex una parte annexa, seu uni-

ta terræ. Isthmus est terræ portio valde stricta inter duo maria inclusa, uti est terra in medio Americæ inter mare Septentrionale, vulgo Mare del Nort, & mare pacificum, vulgo Mare del Zun.

Mundus quatuor habet spatia, seu plagas, quæ communiter a Latinis vocantur Quatuor Mundi Plagæ, sive Mundi Cardines. Ubi enim oritur Sol, vocatur Oriens: Ubi Sol occidit, appellatur Occidens: Ubi Sol reperitur circa meridiem nominatur Meridies: & Plaga contra Meridiem nuncupatur Septentrio.

88 Et secundum has quatuor Mundi plagas Cardinales quatuor etiam sunt venti principales, vocati venti Cardinales; Ventus enim, qui spirat ab Oriente vocatur Eurus, seu Subsolanus: Ventus, qui spirat ab Occidente, appellatur Zephyrus, seu Favonius: Ventus, qui spirat a Meridie, nominatur Austus, seu Notus. Et ventus, qui spirat ab Septentrione, nuncupatur Boreas, seu Aquilo.

89 Præcipua, & celebriora inter alia Mundi systemata nunc in scholis tum Astronomicis, tum Physicis vigentia, tria sunt; nempe systema Ptolemaicum, Copernicanum, & Tichonicum. Systematis autem nomine intelligitur communiter Constitutio, seu dispositio quædam universi, ejusque partium inter se, explicandis moribus, ceterisque phenomenis accommodata. Cum enim Astronomi diu observassent diversos Astrorum aspectus, quædam sibi finxerint systemata, seu hypothèses, quibus motuum illorum rationes redderent, eorumque apparentias salvarent, ac totam Mundi fabricam positione, & ordine omnium sui partium repræsentarent.

90 Primum igitur, & vetustius systema inter tria prædicta est Ptolemaicum, sic dictum a Ptolemaeo veterum Astronomorum facile Principe, qui sæculo Christi secundo floruit, & dicto systemati ultimam complementum dedit, ob idque ab ipso denominatum, quamvis ipse non fuerit illius primus Auctor, cum tale systema tenuerint Plato, Aristoteles, Eudoxus, & clarissimi fere omnes Astronomi ipso Ptolemaeo Antiquiores.

91 Systema Mundi Ptolemaicum in centro universi globum, tertaqueum immobilem itatuit, quem ordine ambiunt spheræ primo aeris, & secundo ignis; Deinde succedunt orbis Planetarum hoc ordine, nempe prius orbis Lunæ, deinde Mercurii, Veneris, Solis, Martis, Jovis, Saturni; ac postea sequitur firmamentum, seu Cælum Stellarum fixarum, quibus adjunctur Cæli duo Crystallini, & primum mobile, qui sunt Cæli sine Stellis; sicque undecim orbis in Cælesti illa spheræ regione juxta hanc hypothèsim, seu systema numerantur; Et quamvis Ptolemaeus nullam penitus de Cælorum soliditate mentionem fecerit, omnes tamen hujus hypothèsis, seu systematis Patroni, Cælos solidos, & consistentes voluerunt; arbitrari fieri non posse, ut ea, quædam admiramur, constanti lege astrorum motus in tubæ, quædamque substantia peragantur.

92 Hoc systema fere ab omnibus antiquis fuerat receptum: ac nostris huic temporibus fere ab omnibus rejicitur, cum experimento impertum sit, omnino repugnare, quod tota Regio Planetica debeat esse solida, ita ut Planetæ suis orbibus sint affixi, & nonnisi cum eis moveantur; Nam si regio planetica non esset solida, et si ipsi planetæ affixi essent Cæli solidis, non possent ex uno Cælo in aliud descendere abique penetratione, quæ naturaliter est impossibilis, cum tamen certum sit, planetas nunc ascendere, & nunc descendere: Nam Mercurius, Venus, & Mars aliquando sunt supra Solem, & aliquando infra. Tum quia tot orbis, seu Circuli Excentrici, & Epicycli, seu parvi circuli constituti a Ptolemaicis ad Planetarum phenomena explicanda ipsimet planetarum phenomenis contradicunt, ut patet de incremento, & decremento luminis Veneris, & Lunæ, & de pluribus aliis hujusmodi, quæ post systema a Tichone adinventum, omnes fere Astronomi repugnare fatentur.

93 Secundum Mundi systema inter prædicta est Copernicanum, sic dictum a Nicolao Copernico Canonico Vormiensi Torunæ in Borussia, idest Prussia Polonica nato anno 1473. die 19. Februarii, qui in hoc systemate stabiliendo, illustrando, ac perficiendo continuo 30. annorum labore, ac studio, nempe ab anno 1500. ad annum 1530. incubuit. Hoc tamen systema, licet non ita purgatum, & clarificatum jam tenebant Pythagoras, Heraclides Ponticus, Nicetas Syracusanus, Ephantus, Leucippus, Plato, alique vetustissimi Philosophi, & Astronomi, & postquam fuit plene illustratum, ac

ac perfectum a Copernico, ipsam sequuti sunt plurimi re- centiores, ut Joachinus Reticus, Keplerus, Galileus, Simon Serrinus, Philippus Lansbergius, Imael Bullialdus, Renatus Cartesius, Nevtonius, & alii, qui omnes hanc communiter appellatam Copernicanam Hypothesim pro suis viribus, & ingeniis omnino tuentur.

96 Hoc Copernicanum systema Solem in centro universi immobilem constituit, circa quem vult, quod primo moveatur Mercurius, secundo Venus, tertio Terra conjunctim cum Luna, ac successive Mars, Jupiter, Saturnus. Ultra omnes has Planetarum ac terrae orbitas ponit sphaeram Stellarum fixarum omnino immobilem, & in immensum pene spatium diffusam. Ad salvandas Solis apparentias, tres motus tribuit terrae, ipsam veluti planetam mobilem constituens: Unum nempe circa propriam axem, seu centrum ab Occasu in Ortum 24. horarum intervallo, qui diurnus appellatur, eo quod ab eo constituitur. Alterum in magno Orbe, seu Zodiaco circa Solem, secundum feriem signorum, qui vocatur annus, eo quod unius anni spatio perficitur. Tertium denique Motum parallelismi, seu inclinationis, sic dictum, eo quod ipso mediante terrae axis in annua ejusdem revolutione sibi semper parallelus existit, eandemque Caeli partem perpetuo respicit, unde fit, ut dum terra motu annuo circa Solem convertitur, solitae tempestatum vicissitudines statim temporibus redeant: Hinc axis terrae sibi ipsi, & axi Aequatoris, seu Mundi semper parallelus in ea hypothesi concipiendus est; & appellatur ipsum motum inclinationis; quia terra, ut dicit ipse, modo in unam sui partem axi proximam, & modo in alteram oppositam parum deflectit.

97 At vero hoc Copernicanum Systema utpote manifeste contrarium Sacrae Scripturae, aliis ommissis rationibus, est tantquam Thesis penitus rejiciendum: Quod enim Sol moveatur, habetur expresse in pluribus Sacrae Scripturae locis, Genes. enim cap. 1. num. 14. Dixit Deus, sicut luminaria in firmamento Caeli, & dividant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos: quibus verbis aperte demonstrat, dies, noctes, & anni tempora horum magnorum luminarium Solis, & Lunae decursum, constitui; & maxime Solis, qui suo ad nos accessu, & recessu constituit signa quatuor anni temporum, Veris, Aetatis, Autumni, Hyemis, atque sua regulari circuitione horas, dies, noctes, menses, & annos ordinat, quod non posset facere si esset immobilis absque ullo penitus motu. Josue cap. 10. num. 12. 13. & 14. expresse habetur: Tunc locutus est Josue... dixitque coram eis; Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra vallem Ajalon: steteruntque Sol, & Luna donec ulcisceretur se gens de inimicis suis... stetit itaque Sol in medio caeli, & non festinavit occumbere spatio unius diei. Et Ecclesiastes cap. 1. num. 5. & 6. Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum revertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrans universa in circuitu pergit spiritus, & in circuitu pergit revertitur. Et Isaia cap. 38. numer. 8. Reversus est Sol in horologio Achaz decem lineis per gradus, quos descenderat; juxta id quod habetur etiam 4. Reg. cap. 20. num. 11. Et Matthaei cap. 5. num. 45. Christus ipse dicit; Qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos. Et Apostolus ad Ephesios cap. 4. num. 26. dicit: Sol non occidat super iracundiam vestram. Quod autem Terra firma stet, & non moveatur, habetur Paralipomenon lib. 1. cap. 26. num. 30. Ipse enim fundavit orbem immobilem. Et Psalm. 91. num. 1. Etenim firmavit orbem terrae, qui non commovebitur. Et Psalm. 103. num. 5. Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in saeculum saeculi. Et Proverb. c. 8. n. 29. Quando appendebat fundamenta terrae. Et Ecclesiastes cap. 1. num. 4. Terra autem in aeternum stat. Hinc jure merito Copernici, Pythagorae, Galilei, suorumque sequacium opinio de motu terrae, & Solis quiete tantquam contraria sacrae Scripturae anno 1633. sub Urbano VIII. proscribita est, ut temeraria, & haeretica apud Ricciolum lib. 9. Almagesti, & Fortunatum a Brixia in cit. Philosophia Mechanic. tom. 2. tract. 1. dis. 2. proposit. 3. ac Ursayam Instit. criminal. lib. 1. tit. 6. de crimine haeresis num. 2. ubi habet praecisa haec verba: Si aliquis hodie assereret, Terram esse mobilem, Solem vero orbis centrum, & immobilem, esset haereticus, quia contrarium a Sacra Congregat. Sanctissimae Inquisitionis definitum fuit die 22. Junii 1633. teste Caseri in syntagm. vetustat. ad d. diem 22. Junii.

Nec valet, quod Copernicani dicant, suam opinionem de terrae motu fulciri etiam pluribus Sacrae Scripturae textibus, ut Psalm. 76. num. 19. Commota est, & contremuit terra. Psalm. 81. num. 5. movebuntur omnia fundamenta terrae. Psalm. 93. num. 9. Commoveatur a facie ejus universa terra. Job. cap. 9. num. 6. Qui commovet terram de loco suo, & columna ejus concutitur; cum similibus. Non valet, inquam, quia isti Scripturae textus, & alii consimiles non sunt intelligendi de motu terrae vero, & proprio, sed de motu terrae metaphorico, nempe fumendo terram pro hominibus illius incolis, qui vel timore, vel stupore, aut laetitia ad occurrentia divinitus prodigia commoveantur, vel intelligendi sunt de motu violento, & extraordinario, quo Deo volente interdum terra concutitur, ut patet in tot terremotibus, quibus non solum Urbes, sed & interdum integrae provinciae sunt concussa, & evertae.

Nec valet instare, quod in tali metaphorico, & improprio, ac apparenti terrae motu essent intelligendi etiam Scripturae textus pro nostra sententia de terrae quiete, & Solis motu, quemadmodum navigantibus stare navim, ac littora moveri videntur, juxta illud Virgilii lib. 3. Aeneid. vers. 72. ibi: Provehimur portu, terraeque, urbesque recedunt; cum Scriptura saepe ad vulgi captum sese accommodet, ut cum Lunam vocat luminare magnum, Genes. cap. 1. num. 16. quamvis reipia sit luminare fere omnium minimum. Non valet, inquam, quia intelligentia de vero, & proprio motu Solis, & terrae quiete in textibus Scripturae pro nostra sententia ad ductis, est sic explicata, & definita ab Ecclesia ex supradictis. Non sic autem in illis pro contraria opinione allatis; Ad illud autem de Luna, quae vocatur Luminare magnum, reipon detur, quod sic appellatur ratione magnae efficaciae, quam praeceteris Astris, Sole excepto, qui vocatur Luminare majus, habet in sublunaria. Tum quia (quamvis ex illi Scripturae textibus, alitque rationibus a Copernicis allatis, defendi possit Copernicanum systema ut Hypothesis, ut anno 1620. concessit ipsamet Sacra Sanctissimae Inquisitionis Congregatio, ut testantur Purchotius loc. cit. cap. 3. vers. Respondeo primo, Patet Fortunatus loc. cit. §. Propositio tertia; & alii: quia in Hypothesi nihil omnino affirmatur, ut in rerum natura actu positum, sed tantum ut possibile, juxta illud Ciceronis lib. 5. qq. Tusculanarum, ibi: Licet aliquid fingere docendi causa: nec per talem hypothesim habetur terram revera moveri localiter: sed solum si terra localiter moveretur, quod tamen non est verum, optime omnia phaenomena tum ad Physicam, tum ad Astronomiam spectantia salvarentur, & facilius eorumdem ratio reddi posset: Nullimode tamen Systema Copernicanum de motu terrae, & Solis quiete defendi potest ut Thesis, seu assertio, cum id ex supra dictis constet esse ab Ecclesia proscrip tum. Illud autem est discrimen inter Thesis, & Hypothesim, quod Thesis rem ita esse, & revera existentem asserit, & concludit, & ut talem defendit: Hypothesis vero nihil omnino certo asserit ut revera actu existens, sed solum ex re certo modo constituta aliquid ut possibile deducit, sed an res ita sit, non decernit.

Tertium mundi systema inter praedicta, est Tichonicum, sic dictum a Tichone Braheo nobili Dano Astronomiae restauratore, qui cum animadverteret systema Ptolemaicum rationi, & experientiae, & Copernicanum Sacrae Scripturae, ac phaenomenis adversari, adhibitis pluribus peritissimis Mathematicis, libratris astrorum motibus, eorumque phaenomenis accuratis observationibus ingentique labore, & studio expensis, circa finem XVI. saeculi regnante in Danica Christiano IV. novum systema medium inter Ptolemaicum, & Copernicanum, ac satis verosimilius composuit.

Tichonicum igitur systema ponit terram, Lunam, & Solem ut Ptolemaeus, idest ponit terram ut vere immobilem pro centro Firmamenti Solis, & Lunae; At solem facit centrum orbium Saturni, Jovis, Martis, Venenis, & Mercurii ut Copernicus: Unde apud ipsum Firmamentum Stellarum fixarum locus est extrema Mundi pars, in cuius centro reperitur terra immobilis, circa quam moventur Luna, & Sol: circa Solem vero ceteri planetae. Tria quippe in hoc systemate Mobilia circa terram, tantquam circa centrum, vertuntur: Luna quidem, quae ipsi proxima est motu mensuro; Sol, qui est remotior, & quasi medius, motu annuo: Firmamentum denique, seu sphaera fixarum stellarum, quae remotissima est motu lento nempe 2500. annorum. Et hoc Tichonicum systema est nostris hinc temporibus communius receptum, ut

99

100

101

102

103

104

pote facilius systemate Ptolemaico, non habens tot Excentricos, idest circulos, qui non habent idem centrum ac terra, & Concentricos, idest circulos, quorum idem est ac ipsius terrae centrum; & utpote naturalius systemate Copernicano, finens in sua naturali quiete terram, quin eam ut planetam mobilem constituat, faciens nos veluti mulcas in terrae motu per aerem evolare.

104 Alia fere infinita reperuntur mundi systemata ab eruditissimis Philologis, & mathematicis adinventata. At hic solum placuit tria inter alia celebriora adducere; sinendo in reliquis quilibet sibi praefigat quot unquam positiones maluerit, pro certo habens, quod nemo quantumvis in his versatus, doctus, & eruditus poterit comprehendere, quomam mirifico artificio fuerit a Deo Univeris hic ordinatus; Unde ut recte notat Paulus Rubens in annotationib. ad decif. 320. Rota recentior. part. 9. tom. 2. num. 54. Astrologi, & Astronomi tam intrepide de planetis caelestibus verba facientes possent facere interrogari una cum Diogene, quandoquam de Caelo venisset? cum apposite currat illud vulgatum, quantum mentitur Astronomus, tantum mentitur Astrologus.

105 Mundus est rotundus, sive sphaericus. Colligitur in primis ex Sacra Scriptura: Proverbior. enim cap. 8. numer. 27. dicitur, quod Divina Sapiencia gyro vallabat abyssos, seu ut habet lectio hebraica, describerebat circum super faciem abyssus. Et Ecclesiastes, cap. 1. num. 5. & 6. habetur; Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum revertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem: Lustrans universa in circuitu pergit spiritus, & in circuitu suos revertitur; quae vera esse non possent, si Mundus non esset vere rotundus, & per se sphaericus. Tum quia innumeris Sacrae Scripturae locis Mundus nomine Orbis nuncupatur, ut patet Genes. c. 1. n. 5. ibi: In universo orbe fames praevalebit. 2. Reg. c. 22. n. 16. ibi: Revelata sunt fundamenta orbis. Esther c. 9. n. 28. ibi: Cunctae in toto orbe provinciae. Job. c. 9. n. 13. ibi: Curvantur qui portant orbem. Psalm. 32. n. 8. ibi: Omnes inhabitantes orbem. Proverb. c. 8. n. 26. ibi: Cardines orbis terrae. Sapiens. c. 1. n. 7. ibi: Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Isaia c. 18. n. 3. ibi: Omnes habitatores orbis. Lucae c. 2. n. 1. ibi: De des scriberetur universus orbis. Actor. c. 17. n. 28. ibi: In universo orbe terrarum. Ad Rom. c. 10. n. 18. ibi: In fines orbis terra verba eorum. Apocalypsis c. 3. num. 10. ibi: Quae ventura est in orbem universum; cap. 12. numer. 9. ibi: Qui seducit universum orbem, & sapissime alibi: Hinc ut habetur in Psalmo Aegyptiaco Cl. Kircherii, Rabbini Rama, & Abenezra in apice Arboris, quam vocant Zephyroth, circumlo postierunt completentem triangulum, in cuius centro oculus inspiciebatur cum hac inscripta gnome; Ex Archetypo Triangulo profluxit Mundus; Quo mathematico schematismo, ex viri doctissimi interpretatione non aliud indicare voluisse videntur, nisi Mundum sphaericam figuram donatum ex ineffabili unitate per binarium in ternarium profluxisse; ut traclit eruditissimus P. Fortunatus loc. cit. tom. 3. tract. 1. dissert. 1. prop. unica.

106 Mundi rotunditas experimento constat ex itineribus circa ipsam in orbem peractis, comprobaturque ex ortu, & occasu Syderum, eorumque apparitione, & occultatione; Siquidem Sol, aliaque astra cardius oriuntur iis, qui Occidentem versus pergunt, quam iis, qui ad Orientem. Id ipsum demonstrant Eclipses Solis, & Lunae, quae licet incipiant per universum orbem in eodem puncto, nihilominus tardius videntur ab Orientalibus, quam ab Occidentalibus, ut patet in Eclipsi Lunae, quae si hic apud nos incipiat tertia hora noctis, longe ab hinc triginta gradibus versus Orientem, incipiet tardius duabus horis, nempe quinta hora noctis, quod aperte ostendit Mundum esse rotundum ab Oriente ad Occidentem: sic etiam ejus rotunditas a Septentrione ad meridiem comprobatur ab iis, qui versus polos pergunt: secundum enim quod progredimur, vident aliquas stellas ante se, quas prius non videbant, & sic sensim cessant videre eas, quae retro remanent; quod clare demonstrat Mundum etiam a septentrione ad meridiem esse rotundum; Sicut etiam rotundum ex omni parte, quoniam si planus esset, & non rotundus, undique, & ubique conspicerentur eadem stellas, & in eodem situ, & Sol omnes simul illuminaret in eodem instanti, quo supra Horizontem appareret; Tum quia umbra ipsius terrae, quae in Luna Eclipsi rotunda appareret, manifeste ostendit corpus eam causans esse rotundum.

107 Mundi, & terrae rotunditas clarissime demonstratur a Geometris, & Architectis; Siquidem eorum perpendiculara ter-

ram semper ostendunt ad angulos inaequales; & si volunt duas componere turres ad perpendicularum, non sunt parallelae, sed viciniores intra se in fundamentis, quam in vertice, quoniam quo plus in altum tolluntur, eo magis dilatantur; uti arcus circulorum cum sunt, ac fiunt grandiores. Unde verificatur, quod quivis homo magis capite, quam pedibus currit; & qui terram circumiret, experiretur peragide capite pluriquam pedibus tres saltem perticas, vulgo Trabuchi, supra dimidiam, & eomagis quo grandior esset persona, cum minor, & exiguior sit circulus, qui pedibus, quam qui capite perficitur.

Ex Mundi, & terrae rotunditate clare deducitur vere dari, & extare Antipodes, suntque omnes illi terrae incolae, qui ex Diametro oppositi, seu ex Diametro pedibus incedunt, terramque premunt; Dicuntur Antipodes idest contrapedes, nam Antipos dicitur ab Anri quod est contra, & pes quasi contra pes, ut recte notat doctissimus Tostatus in Dent. cap. 7. quaest. 4. Dicli Antipodes sunt inter se ita ex Diametro oppositi, ut habeant Geographicas proprietates omnino oppositas; nam Polus uni conspicuus alteri est inconspicuus, unus Zenith est Nadir alterius; Dum uni Sol oritur, alteri occidit, cum uni est meridies, alteri est hyems, nox, dum uni est aestas, & dies maxima, alteri est hyems, & dies minima, & sic de aliis; suntque ipsi remotiores, qui reperiri possunt; nec puncto se movere possunt, quin amittant illam Diametralitatem, & quin unus alteri appropinquetur.

De eorum existentia dubitarunt olim plerique, inter quos etiam Lactantius lib. de Divin. Instit. cap. 24. Sanctus Augustinus lib. 6. de Civit. Dei cap. 9. Origenes, & alii tenentes ut impossibile, quod aliqui ex hominibus possent habere pedes contra alios, quia tunc essent capite intra, & pedibus supra, essentque sub terra, sicque in diverso Sole, & Luna, & hujusmodi; At revera nullus nunc est amplius de illorum existentia ambigendi locus, cum post adinventas varias insulas a Christophoro Colombo, & Nostro Joanne Perez anno 1492. ex supradictis a n. 82. & detectam Americam ab Americo Vesputio Florentino ann. 1497. jam experimento compertum sit, homines vere extare, qui obversa nobis ex Diametro vestigia premunt, nec stant pedibus supra, & capite infra, nec sub terra, sed sunt sicuti nos supra terram, quia ubique Caelum semper est supra, & ambulat ipsi uti nos capite Caelum versus, & pedibus infra, idest supra terram; sicque omnes dicimur esse supra terram, non quidem quia sumus ex ista parte, vel illa, sed quia sumus propinquiores Caelo quam ipsa terra, in qua sumus; Ponatur enim aliquis homo in quacumque parte orbis voluerimus, & pedibus illius protrahatur Diameter terrae transiens per centrum terrae, & transeat ad aliam extremitatem terrae, homo existens in illa extremitate, quam tangit alia pars Diametri, vocabitur Antipos alterius. Unde si unus homo sit in vero puncto Orientis, & alter in vero puncto Occidentis, illi distant ut Antipodes, & sunt sibi invicem veri Antipodes; & pariter si unus sit in vero puncto Septentrionis, & alter in vero puncto Austris, erunt sibi invicem Antipodes, & tunc isti Antipodes sic se habent quod uterque est supra terram; nam ille qui est in vero puncto Orientis, propinquior est Caelo, quam terra, quae est ibi in Oriente, & qui est in vero puncto Occidentis, propinquior est Caelo, quam terra, quae est ibi in Occidente: sicque omnes sunt supra terram, & nulli sub terra, quia infra eam nihil est, cum ipsa sit infra omnia, & ipsius centrum sit infimum in toto orbe; & omnes sunt sub Caelo, quia supra omnes res est Caelum, cum ultra corpora caelestia ascendendo nihil sit, & Caelum, sicut & terra, sit rotundum, & sphaericum propter easdem supra adductas Scripturae auctoritates, & fere easdem, aliaque rationes adductas de rotunditate Mundi, cum ipse, ut patet ex ejus definitione adducta supra num. 5. sit compages Caelo terraeque coagmentata &c.

Nec valet objicere, quod Zacharias Papa omnes Antipodum assertores damnaverit, iusseritque Vigilium, seu ut alii dicunt, Virgilium Episcopum, urgente S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, a Divinis suspendi ex eo dumtaxat quod Antipodes extare assereret; unde plures Sancti Patres, & veteres Doctores ipsos absolute negarunt. Non valet, inquam, quia Zacharias Papa damnavit solum eos, qui assererant extare Antipodes in altero Mundo distincto a nostro, sicque admittentes plures distinctos Mundos, quod Divinae repugnat Scripturae, quia si essent plures distincti Mundi, sequeretur

sequeretur, quod non omnes homines ex Adam geniti fuissent, quod non omnes a Christo Domino, qui in hunc Mundum tantummodo venit, fuissent redempti; quod alius Sol, et Luna extarent præter illa duo luminaria a Deo creata, et alia hujusmodi, quorum assertores merito damnari debuerant. Et quod in hoc sensu dumtaxat Antipodum assertores a Zacharia Papa damnati fuerint, patet ex Epist. ipsius Zachariae apud Baronium ad Utilionem Bavariae Ducem data, quam erudite expendit M. Velsius lib. 5. *rerum boicarum*, ut refert Ricciolus *scilicet in cap. 20. lib. 1. Almagesti*, et sequitur citat. P. Fortunatus *diēt. tom. 2. tract. 1. dissert. at. 1. sect. 7. §. Antipodes*. Immo dictus Vigilus, seu Virgilius Episcopus præfatus ob id a Divinis suspensus a Zacharia summo Pontifice, fuit vir Sanctissimus ab omni hæresi penitus immunis, fuitque inter Sanctos relatus a Gregorio IX. ut refert eruditissimus Dominus Berninus *tom. 2. fol. 390. historiæ omnium hæresium Italiane scripta*, ibi in margine; *Sanctus Vigilus relatus fuit inter Sanctos a Gregorio IX. vide Baron. ann. 734. num. 4. in fine, & num. 11. in margine*, ac vitam dicti S. Bonifacii *lib. 2. cap. 8.* ibique dictus Berninus concludit ex Baronio *cit. ann. 748. per tot. fãllis* fuisse dictas accusationes allatas, ut prætenditur, a San. Bonifacio ad Zachariam Pontificem contra S. Virgilium. Hinc in prædicto sensu intelligendi sunt Sancti Patres, alique veteres Doctores, qui Antipodes negaverunt, quia suis temporibus nondum experimento compertum fuerat in hoc eodem Mundo homines extare, qui obversa nobis ex Diametro vestigia premunt ratione rotunditatis Mundi, seu Cœli, et Terræ.

111 Ad uberiorem hujusmodi captum reflectatur, quod terra rotunda, seu sphaerica pendeat in medio aeris sine ullo sustentaculo, et quod Cœlum pariter rotundum, et sphaericum sit undique distans æqualiter a terra; unde si hæc perforaretur ex una parte ad aliam, videretur Cœlum etiam subitus nos, et si in tali foramine projiceretur aliqua petra quamvis gravis, non transiret unquam ad aliam partem oppositam Cœli, quia a medio illuc ascenderet Cœlum versus, sed remaneret in medio, seu centro, tamquam in loco suo quietis: qualibet enim res gravis super terram habet naturalem inclinationem tendendi ad suum centrum, seu ad punctum in medio ipsius terre, ad instar ferri, quod naturali sympathia tendit semper ad magnetem, sic si aliquis homo descenderet illuc, cum esset in medio, posset dici quod itaret pedibus, et capite sursum eodemmet tempore, quoniam umbilico teneret centrum, et alix partes essent omnes versus Cœlum. Item si ibi adesset scala, duæ personæ posset pergere in duas partes oppositas, et ambæ ascenderent versus Cœlum, quia Cœlum undique sursum, & ambæ descenderent ab imo, seu profundo.

112 Mundi seu terræ circuitus secundum Hiparchum est 34. millia, & 626. miliariorum; secundum Eratostenem est 31. millia, & 500. miliariorum; secundum Ptolemaum est 22. millia, & 500. miliariorum; secundum Alfragranum est 20. millia, & 400. miliariorum; & secundum aliquos recentiores est 19. millia, & 80. miliariorum: at vero secundum veriorum, & receptiorum opinionem est 21. millia, 600. miliariorum Italicorum; secundum enim hæc opinionem facilitantur magis computus, attribuendo cuique gradui lineæ 600. miliaria Italica, quæ constituunt 30. leucas Gallicas, 23. Germanicas, & 10. Polonicas, & Hungaricas, & cum gradus circa univertum orbem numerentur 360. ac quilibet gradus dividatur in 60. minuta, & quodlibet minutum valeat tantum, quantum unum miliarium Italicum, facile comprehenditur circuitus Mundi, seu totius terræ, esse 21. millia, & 600. miliariorum Italicorum. Hinc qui posset totum orbem circumire sine ullo impedimento aquarum, montium, & hujusmodi, perficiendo 30. miliaria, qualibet die, compleret suum iter in 720. diebus; unde illi remaneret ad faciendam plenam relationem sui itineris seu circuitus, & ad complendos duos integros annos.

113 Hic tamen est advertendum, quod qui circumveunt Mundum versus Orientem, & redeunt versus Occidentem ad eundem locum, unde discesserunt, numerant diem unam plus quam habitatores illius loci; utpote qui referentur Laertio *lib. 2. primus terra marisque circuitus descripsit*, & sphaeram insuper construxit: Plerique tamen sphaeræ inventorem volunt Archimedem, de ipso enim loquens Cicero *lib. 5. qq. Tusculanarum ait, Cum Archimedes Luna, Solis, quinque er-*

distans 30. gradibus, habet jam duas noctis horas, & sic successive discurrendo; cum quicumque 15. gradus unam horam constituent, & 360. gradus, quibus constat ambitus universæ terræ, importent 24. horas, seu diem unum integrum.

Contra qui circumveunt Mundum versus Occidentem, & redeunt versus Orientem ad eundem locum unde discesserunt, numerant diem unum minus quam habitatores illius loci: unde si illi habitatores habent ver. gr. diem Dominicum, ipsi habent diem Sabbati, quia versus Occidentem quibuscumque 15. gradibus sit nox una hora tardius, quam in dicto proprio loco, a quo pergendo versus Orientem discesserunt, & ad quem revertendo versus Orientem redierunt, sicuti ut dictum est *num. antecedenti* versus Orientem quibuscumque 15. gradibus sit nox citius, quam in proprio loco: qui enim pergunt versus Orientem inveniunt noctem citius, & qui pergunt versus Occidentem, inveniunt ipsam tardius una hora quibuscumque 15. gradibus, quibus omnibus in unum conflatis usque 360. qui sunt circumferentia seu circuitus totius orbis, conficiuntur 24. horæ, seu unus dies.

Si autem duo eodem tempore circumirent totum orbem, uno pergente versus Orientem, & altero versus Occidentem, quocumque loco se inveniunt, seu sibi occurrerent, differrent ab invicem uno die, unus v. g. haberet diem Dominicum, & alter diem Lunæ, quia dum ille, qui pergit versus Orientem, lucratur unam horam quibuscumque 15. gradibus, alter qui pergit versus Occidentem eodem tempore unam perdit, & supposito quod tam unus, quam alter perfecerit 180. gradus itineris, ille versus Orientem lucratus fuisset 12. horas, & alter versus Occidentem perdidisset pariter horas duodecim, quæ omnes efficiunt 24. horas, seu unum integrum diem, quo unus disfert ab altero. Et si deinde profsequerentur suum iter, ambo redeundo ad locum, unde discesserunt, unus ab Oriente, & alter ab Occidente, differrent necessario ab invicem duobus diebus; nam si v. gr. habitatores haberent diem Dominicum, ille, qui periret versus Occidentem, & regressus fuisset versus Orientem, haberet diem Sabbati, & ille, qui periret versus Orientem, & regressus fuisset versus Occidentem, haberet diem Lunæ; cum unus lucratur unum diem, & alter perdat alium, sicque inter ipsos remaneat differentia duorum dierum: si ceteri de facto contigit quibusdam nautis Batavis, seu Hollandicis, qui eodem tempore Amstelodamo discesserunt, alii versus Orientem, & alii versus Occidentem, in suo regressu illi, qui periret versus Occidentem, numerabant diem Sabbati, et illi, qui periret versus Orientem, n. merabant diem Lunæ, dum Amstelodami numerabatur dies Dominicus, hinc est quod Hispani alias habeant festivitates in insulis Philippinis, quam Batavi, seu Hollandici in Indiis Orientalibus, ex quo illi navigaverint versus Occidentem, et ipsi versus Orientem, ut refert eruditissimus Antonius Chiusole in *Geographia Orbis antiqui, & moderni tom. 2. cap. 20. §. 35.*

Ex prædictis oritur dilucidatio curiosi problematis, quomodo sit possibile, quod ex duobus gemellis ambobus natis, et mortuis in eodem die, et momento; unus plus altero vixerit die uno, vel duobus diebus?

Hinc juvat ad uberiorem notitiam aliqua de sphaera terre. Sphaera nomine intelligitur corpus solidum in omni sua parte rotundum, quo nomine Astronomi intelligunt universalem machinam orbis. Sphaera potissimum pro Artificiali sumitur, quæ est instrumentum rotundum ad instar globi, seu pilæ compositum ex diversis punctis, et circulis, et lineis, adinventum ab Astronomis ad explicandum motum, et apparentias astrorum cum variis effectibus, quos producant, representando in ipso orbem univertum. Vocatur sphaera artificialis, ex quo sit artis inventio ad distinctionem sphaeræ naturalis. Eius inventor, et auctor non certo scitur; alii enim hoc mirabile adinventum Atlanti tribuunt, unde Diosdorus *lib. 4. de eo scribens dixit, illum astrologie fuisse peritissimum, deque sphaera primus inter homines disputasse, qua ex se visus est Cœlum suis humeris sustinere, locum præbente fabulis sphaera inventionem*; alii Anaximandro potius Mileto id acceptum referunt, utpote qui referentur Laertio *lib. 2. primus terra marisque circuitus descripsit*, & sphaeram insuper construxit: Plerique tamen sphaeræ inventorem volunt Archimedem, de ipso enim loquens Cicero *lib. 5. qq. Tusculanarum ait, Cum Archimedes Luna, Solis, quinque er-*

rantium motus in sphaeram illigavit, effecit idem, quod ille, qui in Timeo mundum edificavit, Platonis Deus, ut tarditate, & celeritate dissimilimos motus una vegetet converso; quod si in hoc mundo fieri sine Deo non potest, nec in sphaera quidem eisdem motus Archimedes sine Divino ingenio potuisset imitari. Hinc de hac Archimedis sphaera sic olim cecinit Claudianus.

*Jupiter, in parvo cum cerneret æthera vitro,
Risit, & ad superos talia dicta dedit,
Hucine mortalis progressa potentia cura?
Jam mens in fragili luditur orbe labor.
Iura poli, verumque fidem, legeſque Deorum,
Ecce Syracusus transtulit arte senex.
Inclusus variis famularum spiritibus astris,
Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentibus signifer animum,
Et simulata novo Cynthia mente redit.
Iamque suum volvens aulæ industria Mundum,
Gaudet, & humana sydera mente regit.*

110 Hæc sphaera vocatur *armillaris* eo quod ex pluribus solidis circulis inter se connexis seu intextis veluti *armillis* constat, quibus circuli, quos in Mundi sphaera imaginatur, responde- re intelliguntur.

121 Decem quippe in armillari sphaera circuli vulgo repræsentantur; sex majores, et quatuor minores. Sex majores sunt *Horizon, Meridianus, & Equator, Zodiacus, Colurus Equinoctiorum, & Colurus Solstitorum*; & omnes isti transeunt per sphaeræ, seu Mundi centrum; omnes sphaeram, seu Mundum in duas partes æquales dividunt, omnes habent idem centrum simul & cum Mundo, omnes inter se sunt æquales, & omnes se mutuo bifariam dividunt; quatuor vero minores sunt *Tropicus Canceri, Tropicus Capricorni, Circulus Polaris arcticus, & Circulus Polaris antarcticus*; & omnes isti diversimode a majoribus cadunt extra sphaeræ, seu Mundi centrum, sphaeram, seu Mundum dividunt in duas partes inæquales, habent centrum diversum inter se, & diversum a centro Mundi, & non omnes æquales sunt inter se, sed eo minores sunt, quo magis a sphaeræ centro recedunt.

122 Ex dictis sex majoribus circulis, tres sunt, nempe *Horizon, Meridianus, & Equator*, quorum poli, seu puncta, ex quibus describuntur, sunt magni momenti in sphaera, & vocantur *puncta Cardinalia*.

123 Primi igitur ipsorum cardines, seu puncta Cardinalia sunt duo Poli Mundi, circa quos omnia immotus, ac fixos Sol, Luna, ac cetera alia diurna revolutione moventur, & terminant extremitatem axis ipsius Mundi, unus versus Septentrionem, et alter versus Meridiem. Nomen *Polus* venit a verbo Græco *Poleo*, quod latine significat *volvete*, seu *in gyrum agere*, quia circa istos omnino immotos alia continue volvi concipiuntur.

125 Horum polorum alter vocatur *Arcticus, Septentrionalis, & Borealis*, & alter ex Diametro oppositus, appellatur *Antarcticus, Meridionalis, & Australis*. Polus arcticus ille est, qui nobis Europæis versus Septentrionem habitantibus perpetuo apparet, juxta illud *Virg. lib. 1. Georg. vers. 241.*

Hic vertex nobis semper sublimis. . . .
Et dicitur *Arcticus* a quadam constellatione Stellarum, quam Græci appellant *Arctos*, & Latini *Ursam*: Dicitur pariter *Septentrionalis* a septem lucidioribus Stellis compositibus dictam constellationem *Ursa majoris*, & eo quod sit versus Septentrionem; item dicitur *Borealis* a vento Borea inde flante. Polus autem antarcticus ille est, qui ex adverso positus nos Europæos perpetuo lateat, juxta illud *Virg. lib. 1. Georg. vers. 242. Sub pedibus Styx ara videt, manequæ profundi*; & dicitur *Antarcticus* eo quod arctico ex Diametro oppositus sit: & dicitur etiam *Meridionalis* eo quod sit versus Meridiem, ac etiam *Australis*, quia ab ea Mundi parte ventus ille spirat, quem *Australem* appellamus.

127 In medium horum Polorum pendet terræ globus, itaut si deberet pertrahi funis a Polo Arctico usque ad Antarcticum, necesse deberet hæc transire per medium terræ, quæ posset videri quædam Margarita filo trajecta: & si id fieri posset, deberet terra habere duo foramina, unum versus Septentrionem, & alterum versus Meridiem; unde quia id fieri nequit, Mathematici accurate signarunt duo puncta, ubi de-

buisent fieri duo dicta foramina, & hæc vocarunt *Polos* ad instar duorum Polorum Firmamenti. Habemus igitur etiam duos Polos super terram, nempe dictum Polum Arcticum versus Septentrionem, ubi conspicitur perforatus globus supra; & dictum Polum Antarcticum versus Meridiem ex Diametro oppositum polo Arctico, & habemus etiam Diametrum, qui in imaginatione pertrahitur ab uno Polo ad alium, & vocatur *Axis*, quamvis rigorose loquendo in hoc differant Diameter, & Axis, quod omnes Axes sunt Diametri, quia omnes transeunt per medium orbis; sed non omnes Diametri sunt Axes, quia solum illi sunt Axes, circa quos sit aliquis motus.

Axis ergo Mundi est recta linea ab uno ad alterum Polum deducta, circa quam omnino immobilem alia omnia ab ortu in occasum rapiuntur, sicque omnes Planetarum orbis habent suum axem, circa quem fingitur undique volvi quotidie Cœlos ad instar rotæ currus circa suum lignum; cum autem totam Mundi machinam sustinere videatur, sic de eo Cælaem alloquens cecinit Lucanus *lib. primo vers. 56.*

*Ætheris immensis partem si presseris unam,
Sentiunt axis onus librati pomere Cæli.*

Ultra assignatos supra *num. 123. prædictorum* majorum, circulorum principales cardines, seu puncta Cardinalia, sunt etiam *Zenith, & Nadir*; *Zenith* Arabice, Latine *vertex Cæli* dicitur, & *Nadir* Arabice, Latine *imium Cæli* vocatur. Hæc duo Cardinalia puncta sola mente concipiuntur, nam *Zenith* imaginatur esse illud Cæli punctum, quod ad perpendicularum verticis terrestris habitatoris imminet, id est illud Cæli punctum, quod ver. grat. meo capite imminet in quacumque parte Mundi existam, & hoc mutatur quoties ego mutem meam situationem, & meum Horizontem, *Nadir* vero imaginatur esse illud punctum, quo ex Diametro, seu perpendiculariter oppositum *Zenith* meis pedibus subjicitur; suntque ambo Horizontis Poli.

Item prædictorum majorum circulorum principales cardines, seu puncta cardinalia, sunt puncta veri ortus, & veri occasus Solis, seu puncta, in quibus sol oritur, & occidit tempore Æquinoctii: id est cum dies noctibus ubique terrarum æquales efficit; & hæc puncta Cardinalia ortus, & occasus, sunt illa, in quibus Horizon ab Æquatore scaturit, habenturque quasi poli Meridiani; at his breviter traditis, de circulis ex ordine est etiam breviter discurrendum.

Primus igitur juxta supra *num. 121. traditum ordinem*, est *Horizon*, qui est circulus major sphaeram, seu Mundum in duo hemisphaeria, seu duas partes æquales, superiorem, & inferiorem dividens. Et est duplex, sensibilis nempe, & rationalis: *Horizon sensibilis*, seu *Physicus* est ille circulus, quem unusquisque in vasta aliqua planitie, vel medio mari constitutus visu undique circumactio definit, eoque veluti commensura quadam Cœlum una cum terra conjungi videtur; Qui Horizon ratione tumoris terræ non solet extendi ultra decem, vel duodecim miliaria undique plus, aut minus prout persona reperitur in eminention, aut imiori situ, unde hic circulus *Horizon* dicitur, a verbo Græco *horizomai*, quod latine idem est ac *finio*, sive *termino*, quia eo mediante pars Cœli conspicua finitur, seu terminatur, & ab inconspicua dirimitur; Hinc a multis horizon appellatur *Terminator, Finitor, & Finiens*: Diciturque *sensibilis*, quia protrahi nequit ultra quod pervenire potest visio unius hominis. *Horizon rationalis*, sive *intelligibilis*, aut *Astronomicus* est ille, qui per terræ centrum transiens Cœlum in duas æquales partes dividit, terminatque dies ac noctes artificiales, et hic variatur ad variationem situs cuiusque personæ tam versus Orientem, aut Occidentem, quam Septentrionem, aut Meridiem, si quidem ex duobus punctis *Zenith*, et *Nadir* describi intelligitur; quocirca cum ab uno loco in alium tendamus, horizontem mutamus, quia *Zenith*, et *Nadir*, qui ei deserviunt ut Poli, mutantur; Diciturque *rationalis*, sive *intelligibilis*, quia sola mente, non sensu attingitur, et *Astronomicus*, quia ab Astronomis consideratur.

Meridianus est circulus major, qui per Mundi Polos Arcticum, et Antarcticum, et per *Zenith*, et *Nadir*; sive Polos Horizontis transit, quique Sphaeram in duas partes æquales, Orientalem nempe, et Occidentalem dividit, et dicitur *Meridianus*, seu ut ait Ptolemaeus, *circulus meridianus* Græ-

Græce *mesimbrios*, quia cum Sol ad ipsum pervenit, id est ad medietatem sui cursum inter Orientem et Occidentem, efficit medium diem omnibus illis, qui sunt sub una medietate hujus circuli, et mediam noctem illis, qui sunt in parte opposita sub alia medietate, quia ex æquo ab Oriente, et Occidente distat: unde puncta veri ortus, et occasus quasi duo ipsius poli merito considerantur.

134 *Æquator*, Græce *Isimerinos*, Latine, *Æquidialis*, seu *Æquinoctialis*, est circulus major sphaeram in duas partes æquales dividens, nempe in Meridionalem, seu Australem, et in Septentrionalem, seu Borealem: Dicitur *Æquidialis*, seu *Æquinoctialis*, vel *Æquator*, quia cum Sol illum pertransit, diem nocti æqualem ubique terrarum perpetuo efficit: idque bis in anno contingit, nempe circa diem 21. Martii, et circa diem 23. Septembris: tunc quippe Sol inter duos Mundi polos medium locum occupat, siquidem ejus poli iidem sunt cum poli Mundi Arctici, et Antartici, et idem est utriusque axis; insuper regiones, quæ sunt sub hoc circulo, habent perpetuo æquinoctia, id est diem, et noctem semper æqualem.

135 Zodiacus est circulus major Zonæ ad instar obliquæ sphaeram cingens, quique bifariam oblique secat æquatorem, et vicissim ab eo scinditur in duas partes æquales, quarum altera ad Septentrionem, et altera ad Austrum declinat. Vocatur *Zodiacus* a Græco vocabulo *Zodion*, quod latine significat *animal*, quia in ipso duodecim signa notantur, quibus ob quamdam similitudinem, vel proprietatem in suis influxibus quorundam animalium nomina imponere vetustiores Astronomi: diciturque a Cicerone, et Latinis *signifer* ob supra dicta duodecim cœlestia signa in ipso notata, quæ successive percurrat Sol annuo suo cursu, quæque ab Aulonio his verbis sunt comprehensa.

Sunt *Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.*

136 Signa, quæ primo versu continentur, dicuntur Septentrionalia, quia apparent versus Septentrionem, et ad ipsum declinant; quæ vero secundo versu, dicuntur Meridionalia, quia apparent versus Meridiem, et ad ipsum declinant. Tria sunt ignea seu cholericæ, ut *Aries, Leo, et Arcitenens*, seu *Sagittarius*. Tria aerea, seu sanguinea, ut *Gemini, Libra, et Caper*: Tria aquea, seu flegmatica, ut *Cancer, Scorpius, et Pisces*: Tria terrea, et melancholica, nempe, *Taurus, Virgo, et Aquarius, seu Amphora.*

137 Quodlibet ex his Zodiaci signis continet 30. gradus (gradus autem est pars aliqua determinata Cœli sicuti palmus, et ulna) quia Sol ut integrum signum pertransit motu naturali triginta dies insumit, et totidem sunt gradus, quasi gressus Solis, et quia signa sunt duodecim, gradus erunt 360. in quos non solum Zodiacus, sed et alii omnes circuli majores dividuntur. Rursus quilibet gradus continet 60. minuta, seu prima: quodlibet minutum 60. secunda, et quodlibet secunda 60. tertia, et sic successive usque ad decem, et progredietur adhuc ulterius, si necesse esset; sed sinitur ibi cum id sufficiat, ut ab Astronomis designentur motus cœlestes, et eorum velocitas, seu tarditas.

138 Sol igitur percurrat hos 360. gradus quolibet integro anno 365. dierum, horarum 6. minut. 38. secund. 55. ut proinde Sol minut. 59. secund. 8. vel circiter, unius gradus sub Zodiaco quotidie motu medio perficiat; dicitur autem notanter *motu medio*, quia quando est Sol in *Apogeo*, id est in majori distantia a terra, peragat aliquid minus, eo quod tunc sua peripheria, seu circumferentia, sit multo major: at quando est in *Perigeo* id est in minori distantia a terra, peragat aliquid magis, eo quod tunc sicut circuitus, seu orbis sit multo minor. Unde advertendum est, quod quamvis dicta signa Septentrionalia, & Meridionalia dividant Zodiacum per medietatem, nihilominus Sol octo circiter diebus diutius in signis Septentrionalibus quam in Meridionalibus commoratur, ut apparet ex numero dierum, qui sunt inter unum, & alterum æquinoctium, quod evenit ratione supra dicti Apogei, & Perigei, cum Sol plus temporis insumat, ut a principio *Arietis* per Apogeeum perveniat ad principium *Librae*, quam ut a principio *Librae* per Perigeum redeat ad principium *Arietis*, ratione majoris portiois suæ orbitæ in motu, seu accessu ab *Ariete* ad *Libram*, quam in recessu, seu regressu a *Libra* ad *Arietem*.

Dicta signa peculiaribus figuris, seu characteribus exprimuntur. *Aries* quidem arietis capite: *Taurus* capite bubulo; *Gemini* duobus gemellis, quorum brachia, & crura conlecta sunt: *Cancer* depravato gammaro: *Leo* cauda leonis; *Virgo* rugis vestis muliebris: *Libra* scapo cum examine libra: *Scorpio* cauda scorpionis: *Sagittarius*, seu *Arcitenens* sagitta; *Capricornus* pede capri, sive, ut ajunt, revincto; *Aquarius*, seu *Amphora*, duobus rivulis; *Pisces* duobus piscibus adverso dorso colligatis.

Hæc duodecim signa dividunt Zodiacum in duodecim partes correspondentes duodecim mensibus anni. Ut autem sciat quonam die mensis ingrediatur quodlibet signum, observandi sunt sequentes verius.

Livor, Mente, Latens, Insultat, Honoribus Horret Grandia, Gestâ, Ferens, Insigni, Laude, Notatis.

Sunt enim in ipsis duodecim verba representantia duodecim menses, quorum primus erit Martius, cui attribuetur littera initialis verbi *Livor*, id est littera *L*. Inde numerandæ erunt per ordinem litteræ Alphabeti, & quia reperietur litteram *L* esse decimam, demi debebunt decem a mense Martio, & remanebunt 21. hic dicitur, quod 21. Martii Sol ingreditur Arietem; & consimiliter fiet computus in omnibus aliis mensibus.

In Zodiaci medio linea quedam est ducta, quæ *Ecliptica* vocatur, seu *Orbita Solis*. Ecliptica est peripheria circuli in sphaera maximi æquatorem oblique secantis, sub qua Sol periodico suo motu indefinenter incedit, eique sui corporis centro perpetuo respondet. Dicitur *Ecliptica*, quia in ea sunt Solis, & Lunæ Eclipses; & *Orbita Solis*, seu Solis circulus, quia ipsa representat annum Solis cursum ab uno Tropico ad alium, & regressum ad idem punctum, cum Sol semper reperietur in ipsa ad differentiam aliorum Planetarum, qui non semper in ipsa exiunt, sed omnes magis minime modo in Boream, modo ad Austrum ab illa declinant.

142 Eclipsis autem Solis fit, cum Sol reperitur in conjunctione cum Luna, quia tunc Luna inter nos, & Solem directe posita, impedit, ne Solis lumen ad nos descendat, eamque terræ partem, quam incolimus, suo fulgore illuminet; Sol enim Eclipsim non patitur, nisi in Novilunio, cum scilicet Luna illi conjungitur, mediumque tenet locum inter terram, & ipsum Solem; sicque Solis Eclipsis solum tandiu durat, quoad Luna ortum versus a Sole digredietur, ipsumque ut pote tardiorum ad tergum relinquat. Eclipsis Solis nunquam est universalis, seu totalis, quia cum Luna minori pollet Diametro, quam Sol, globusque terraqueus, totum solarem discum, seu peripheriam, aut circumferentiam operire non potest, quin adhuc non obitante Cono umbroso ipsius Lunæ ad aliquam telluris partem suum lumen diffundat.

Eclipsis Lunæ fit, cum est in oppositione cum Sole, quia tunc; cum terra reperitur directe interposita inter Lunam, & Solem, opacum illud telluris corpus, inter utrumque luminare interjectum, impedit quominus Luna a Sole coniectum lumen recipiat: Luna enim Eclipsim non patitur nisi in Plenilunio, cum scilicet Soli ex Diametro opposita est, itant umbra terrestris Solis illuminationem ipsi præpediat; sicque Lunæ Eclipsis tandiu durat, donec Luna a directa cum Sole oppositione sese expediat, adeoque ex umbra terrestris erumpat. Eclipsis Lunæ potest esse universalis, seu totalis, quia Luna a globo terraqueo magnitudine superatur, sicque Diametrum sectionis Coni umbrosi Diametrum Lunæ plurimum excedit, unde non solum potest ipsam integre, & totaliter operire, sed etiam aliquo tempore, per duas v. gr. horas, & etiam amplius, intra se delitescere retinere.

146 Coluri sunt duo circuli inter majores postremi, qui per Mundi polos transeunt ad rectos angulos sese mutuo in illis bifaria dividunt, atque sphaeram in quatuor partes æquales dividunt ad denotandas quatuor anni tempestates. Dicti sunt Coluri a Græco vocabulo *Coluros*, quod latine idem importat ac *mutui, & imperfecti*, non quod Coluri revera mutui sint, aut imperfecti, sed quia supra Horizontem obliquum nunquam nobis toti appareant, ut *Æquator*, & Zodiacus, sed quadam illorum pars infra Horizontem existens nobis perpetuo occultetur.

Ex his autem unus vocatur *Colurus Solstitiorum*, quia per polos Mundi, & puncta Solstitialia transit, id est in primo gradu *Canceri*, ubi fit Solstitium æstatis, quod accidit circa diem 22. Julii

22. Julii: & in primo gradu *Capricorni* ubi fit Solstitium hyemis, quod accidit circa diem 22. Decembris: unde Colurus Solstitiorum signat puncta illa, ad quæ perventus Sol regreditur versus *Æquatorem*. Alter autem nuncupatur *Colurus æquinoctiorum*, quia transit per dictos Mundi polos, & puncta æquinoctialia, id est in primo gradu *Arietis* ubi fit æquinoctium Veris, quod accidit circa diem 21. Martii, & in primo gradu *Librae* ubi fit æquinoctium autumnii, quod accidit circa diem 23. Septembris; secundum vulgares hos verius.

Hæc duo Solstitium faciunt, *Cancer*, & *Capricornus*. Sed noctes æquant *Aries*, & *Libra* diebus.

148 A dictis igitur Coluris secatur Zodiacus in quatuor Cardinales partes, quæ denotant quatuor anni tempestates, nempe *Ver*, quod incipit ab initio *Arietis*; *Æstas*, quæ incipit ab initio *Canceri*; *Autumnus*, qui incipit ab initio *Librae*; & *Hivemem*, qui incipit ab initio *Capricorni*. Quilibet anni tempestas comprehendit tria signa; *Ver* nimirum comprehendit Arietem, Taurum, & Geminos; *Æstas* Cancrum, Leonem, & Virginem; *Autumnus* Libram, Scorpium, & Sagittarium; *Hivemem* Capricornum, Aquarium, & Pisces.

149 Minores circuli, qui sphaeram in duas partes inæquales dividunt sunt ambo Tropici, nempe Tropicus *Canceri*, & Tropicus *Capricorni*; & ambo Polares nempe Arcticus, & Antarticus. Tropici dicti sunt a Verbo Græco *Tropos*, quod latine *conversionem* seu *reversionem* significat, quia Sol cum ad hujusmodi circulos pervenit, non amplius a Polo accedit, sed ad æquatorem iterum revertitur. Tropicus versus Septentrionem vocatur *Tropicus Canceri*, quia ibi incipit signum *Canceri*, etque hic circulus æquatori Parallelus transiens per punctum, seu primum gradum *Canceri*; Tropicus autem versus meridiem vocatur *Tropicus Capricorni*, quia ibi incipit signum *Capricorni*, etque iste circulus æquatori parallelus per punctum, seu primum gradum *Capricorni* ductus; Tanta est utriusque distantia ab æquatore, quanta est maxima Solis ab illa declinatio, nempe grad. 23. cum semel, seu cum 30. minutis.

151 Circuli Polares sunt duo circuli in sphaera minores, immo omnium minimi, a Polis Eclipticæ diurna Cœli revolutione circa polos Mundi descripti; Dicuntur *Polares*, quia sunt circa Mundi Polos, seu quia describuntur a Zodiaci Polis. Unus vocatur circulus *Polaris Arcticus*, quia est versus Polum Arcticum, & alter appellatur circulus *Polaris Antarticus*, quia est versus Polum Antarticum; & tanta est utriusque distantia a suo polo respective, quanta est Polorum Eclipsis a Polis Mundi declinatio, nempe grad. 23. cum semel, seu cum 30. minutis; Ac ipsi simul cum Tropici, & æquatore vulgo circuli Paralleli appellantur, eo quod æqualiter a se mutuo in singulis suis punctis recedant.

152 Advertendum hic est, quod habitantes sub istis Polaribus circulis in æstate, dum sunt 23. horæ, vident Solem se inclinantem usque ad Horizontem, & itant iterum se elevantem: In hivemem contra vix eis apparet, quod itant ab eis evanescit, absque eo quod integre supra ascendant. Secundum quod posita unus locus recedit, seu distat ab istis circulis versus Polos, majorem habent inæqualitatem, quoniam reperitur dies, qui consistit hebdomadas, alii qui continent menses, & alii, qui sex integros menses componunt, itant unus solus dies, & una sola nox integrum annum perficiant.

153 Dicti quatuor circuli minores, id est duo Tropici, & duo Polares, dividunt Mundum in quinque partes, seu zonas, quæ tamquam fasciæ illum undique cingunt; zona igitur est spatium in superficie globi terraquei acceptum, ac peripheriis circulorum sphaeræ comprehensum; quo veluti quadam fasciæ, globus ipse perfecte cingitur: ipsæ quinque zonæ denominantur a diversâ constitutione regionum, una *Torrída*, duæ *Temperatæ*, & duæ *Frigidæ*.

154 Zona *Torrída* est illud Terræ, seu Mundi spatium in medio duorum Tropiorum *Canceri*, & *Capricorni* interclusum; & dicitur *Torrída*, id est *adusta*, propter nimium calorem. Solis ibi decurrit, cum sit exposita directis radiis ipsius Solis ad perpendicularium illi imminenti. Hæc comprehendit 47. gradus latitudinis; unde sub ipsa habentur hæc loca, nempe *Cambaja, India, Insulæ Oceani Indici, Java, Ceylanum, Peruvia, Mexicana Hispania, magna pars Oceani Atlantici, Insulæ S. Helenæ, Brasilia, Nova Guinæa, & aliæ plures Provincie.*

155 Zona temperatæ inter unum Tropicum, & circulum Polarem sibi proximum jacet; Dicuntur *Temperatæ* a tempe-

rie caloris, & frigoris ibi vigente, quia cum Sol non perveniat illuc cocentibus radiis directis, adest ibi temperata aer: Duæ sunt, quarum una *Temperata Borealis*, seu *Septentrionalis*, & altera *Temperata Australis*, seu *Meridionalis* nuncupatur; Temperata Borealis est illud Terræ, seu Mundi spatium comprehensum inter Tropicum *Canceri*, & circulum Polarem Arcticum: Temperata Australis est illud Terræ, seu Mundi spatium contentum inter Tropicum *Capricorni*, & circulum Polarem Antarticum: Hæc feliciores sunt aliis, magisque habitabiles, præsertim nostra Borealis, seu Australis, quia alia fere tota in aqua consistit; Utraque comprehendit 43. gradus latitudinis; in zona temperata Boreali continetur fere tota Europa, maxima pars Asiæ, & America Septentrionalis; ac Oceani Atlantici, & Pacifici: In temperata vero Australi jacet pars Africae, Monomotapa, Promontorium bonæ spei, Portio Terræ Magellanicæ, Brasiliæ, & Chili, fretum magellanicum, & magna portio Oceani Atlantici, Indici, & Pacifici.

156 Zona frigida sunt inter Polos, & circulos Arcticum, & Antarticum: Dicuntur *Frigidæ* ob intensissimum frigus ibi vicens, eo quia ipse sunt præ aliis remotiores a via Solis, cuius radii utpote sic remoti non habent sufficientem virtutem temperandi maximum illius aeris rigorem. Etiam ipse duæ sunt, una *Septentrionalis*, seu *Borealis*, & alia *Meridionalis*, seu *Australis*. Frigida Septentrionalis est illud terræ, seu Mundi spatium inter circulum Arcticum, & Polum item Arcticum comprehensum: Meridionalis vero est illud terræ, seu Mundi spatium inter circulum Antarticum, & Polum item Antarticum contentum; utriusque latitudo tanta est, quanta circulorum Polarium a suis Polis respective declinatio, nempe gradum 23. cum semel, seu cum 30. minutis. Sub circulis Polaribus, ubi incipiunt zonæ frigidæ, longi dies æstatis sunt 24. horarum; Sol vix pervenit supra Horizontem, quod iterum se elevat, & in hivemem contra vix ipsis apparet, quod statim descendit, absque eo quod integre egrediatur. Progrediendo postea versus Polos, inveniuntur dies longi ut hebdomadæ, inde ut menses, & tandem ut integri sex menses simul, itant ad istos qui non computant nisi unum diem, & unam noctem in toto anno, maxime si velimus fumere diem pro eo tempore, quo Sol est supra Horizontem, quia tunc verum erit, quod sub Polis sex continuis mensibus adest dies, sexque aliis continuis adest nox. Alias si velimus vocare diem totum illud tempus, in quo aliquo modo illuminamur a Sole, debemus asserere, quod ibi nunquam est nox, quia licet non videatur Sol videntur tamen albore, quando a redundantibus vaporibus non suffocantur; sicque posset hoc modo dici, quod sit ibi perpetuus dies, quia nunquam se declinando Sol sub ipsorum Horizonte plus 23. graduum cum semel, seu cum 30. minutis, quæ est sua major declinatio, creditur posse transire suam lucem, producendo in hivemem perpetuum crepusculum. Advertendum tamen est, quod tenendo illum diem sic longum usque ad sex menses, umbra meridiana, quæ quibuscumque 24. horis redit ad suum locum, intervrit ibi habitantibus pro computando tempore, illud ita distinguendo, ut possint se conformari cum Ecclesia ad sciendum quando occurrant Vigiliæ, & Festivitates pro eorum observatione, ne ab ipsa credantur exempti. Zona frigida Septentrionalis continent dimidiam Islandiam partem Norvegiæ. Et lapiaz, Finmarchiæ, & Samoiedæ, Novam Zemblam, Groenlandiam, Spitzbergam, ac partem incognitam Americæ Septentrionalis: Loca autem comprehensa a zona frigida Australi, sunt adhuc plane incognita, ut ex mappis Geographicis constat.

157 Discussis sphaeræ circulis, de ejus divisione aliquis veniti tradenda notitia. Ex diversa igitur habitudine *Æquatoris* ad Horizontem dividitur sphaera in Rectam, Obliquam, & Parallelam. Sphaera recta ea est, cujus Horizon per *Æquatoris*, seu mundi Polos Arcticum & Antarticum transit; atque ideo *Æquatorem* ipsum, omnesque circulos illi Parallelos bifariam, & ad rectos angulos dividit. Sphaera obliqua ea est, in qua Horizon oblique, sive ad angulos inæquales *Æquatorem*, omnesque circulos, qui sunt illi Paralleli, dividit, idque ex eo quod per *Æquatoris*, mundique Polos non transeat, sed eorum alterum supra se perpetuo conspicuum, alterum infra se perpetuo latentem decineat. Sphaera Parallela est illa, in qua Horizon rationalis cum *Æquatore* congruit, ita ut utriusque circuli iidem Poli sint, ac proinde *Zenit*, & *Nadir* loci a Mundi Polis Arctico & Antartico minime distinguantur, & circuli paralleli *Æquatori*, paralleli quoque sint Horizonti.

Ex his clare habetur, quod duo sola sunt in terra puncta, quæ

quæ possunt habere sphaeram Parallelam, idest sub duobus Polis, Arctico & Antartico; & una sola est linea, quæ habet sphaeram rectam, idest sub æquatore; Totum autem residuum est in sphaera obliqua.

162. Habitantes in sphaera recta habent perpetuo æquinoctia, idest dies, & noctes semper æquales: Habent in anno octo tempestates, nempe bis æstatem, & bis hyemem, bis ver, & bis autumnum: Quamvis tamen istæ octo non sint ita differentes, uti nostræ quatuor, quia Sol non ita longe recedit ab ipsis, sicuti recedit a nobis.

163. Habitantes in sphaera obliqua habent æquinoctia bis solum in anno, & dies, ac noctes semper inæquales: vident aliqua sidera perpetuo supra Horizontem, uti sunt quoad nos illa, & versus Polum Arcticum: suntque alia aliis perpetuo latentia sub Horizonte, uti sunt illa versus Polum Antarticum, in majori, vel minori numero, prout sphaera est magis, vel minus obliqua.

164. Habitantes in sphaera Parallela non habent nec æquinoctia, nec solititia, quia unicam habent diem, & unicam noctem in toto anno, juxta dicta supra num. 152. & 156: Vident perpetuo sidera aliqua supra Horizontem & plurima alia infra Horizontem perpetuo illis, delitescunt.

165. Tradita quadam notitia de us, quæ spectant ad mundum in communi, nunc breviter v erit tradenda etiam aliquis cognitio de iis, quæ spectant ad mundum cœlestem, nempe de Cœlis, & Astris, cum sit principales, & nobiliores partes Mundi: Cœlum igitur in veteri Etymologia originem ducit ab hoc verbo Græco *Cælo*, quod idem significat, ac latine verbum hoc *sculpo*, eo quod Cœlum ob siderum varietatem, quibus ornatur, cœlum, sive sculptum appareat, unde *Ecclesiastici cap. 43. num. 10.* dicitur; *Species Cœli gloria Stellarum*: quamvis aliqui nomen Cœli deducant a *cælando*, eo quod Cœlum cooperiat & abscondat ab oculis nostris, quæ continet.

166. In Sacra Scriptura nomen Cœli varie usurpatur, interdum usurpatur ad significandum aeris regionem, sic *Psal. 8. n. 9.* ibi: *Volucres Cœli*; & *Psal. 49. num. 11.* ibi: *Volatilia Cœli*, & *Psal. 146. num. 9.* ibi: *Qui aperit Cœlum nubibus*, & alibi pluries consimiliter: Aliquando pro statu Ecclesiæ militantis *Matthæi cap. 13. num. 24.* ibi: *Simile factum est regnum Cœlorum homini qui seminavit bonum semen*, & *n. 31.* ibi: *Simile est regnum Cœlorum grano sinapis*, & *n. 32.* ibi: *Simile est regnum Cœlorum fermento*, & *num. 44.* ibi: *Simile est regnum Cœlorum thesauro abscondito*, & *num. 45.* ibi: *Simile est regnum Cœlorum homini negotiatori*, & *n. 47.* ibi: *Simile est regnum Cœlorum lagenæ missæ in mari*, & sæpe alibi pariformiter: Unde Sanctus Gregorius Papa *Homil. 12. in Evangel.* expresse dicit: *Sæpe in sacro eloquio regnum Cœlorum presentis temporis Ecclesia dicitur*. Multoties autem usurpatur pro solo Cœlo Empyreo, prout est sedes, & merces Beatorum, quod per antonomasiam denominatur simpliciter Cœlum; sic *Matthæi cap. 5. num. 3.* & *10.* ibi: *Ipsum est regnum Cœlorum*, & *num. 12.* ibi: *Merceres vestra copiosa est in Cœlis*, & *cap. 6. num. 20.* ibi: *Thesaurizate vobis thesauros in Cœlo*, & *cap. 18. num. 3.* ibi: *Non intrabitis in regnum Cœlorum*, & *n. 10.* ibi: *In Cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis est*, & alibi passim similitur. Proprie vero & ad institutum nostrum sub nomine Cœli intelliguntur omnes orbis cœlestes, vel potius quidquid corporum inclusive existit supra regionem Lunæ; sicut enim corpora inferiora, quæ sub Luna existunt, dicuntur *Mundus elementaris*, & ob hoc dicuntur *sublunaria*, sic omnia corpora quæ sunt supra Cœlum Lunæ, vocantur cum ipso simpliciter *Cœlum*, unde *Genes. cap. 1. num. 1.* dicitur: *In principio creavit Deus Cœlum, & Terram*, & *ibidem num. 8.* *vocavitque Deus firmamentum Cœlum*, & *num. 20.* & *vocavit Deus aridam terram*. Unde Cœlum sic captum est corpus simplex per se incorruptibile elementa involvens suæ magnitudine, sideraque intra se ut locus ipsorum naturalis complectens.

168. Cœlum sicut & Mundus quoad substantiam durabunt in æternum, licet quoad accidentalia sint immutanda: sic *August. lib. 20. de Civitate Dei cap. 14.* S. Gregorius *lib. 27. Moral. cap. 1.* & alii Sancti Patres, & Doctores passim, conformiter ad Sacram Scripturam, *Psal. 143. num. 5.* & *6.* ubi habetur; *Ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt; statuit ea in æternum, & in seculum seculi, præceptum posuit & non præteribit. Et Ecclesiastes cap. 1. num. 8.* præcise dicitur: *Terra autem in æternum stat*, & *ibidem*

cap. 3. num. 14. *Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseverant in perpetuum*. Quod autem debeant immutari quoad accidentalia, habetur ex eadem S. Scriptura, *secundum Petri cap. 3. num. 10.* ibi: *Adveniet autem dies Domini ut fur, in quo Cœli magno impetu transibunt, elementa vero calore solventur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, excurentur; & consumibuntur*.

Nec valet obijcere, quod Cœlum, Terra, & Mundus ne dum quoad accidentalia, sed etiam quoad substantialia totaliter destruantur, ut habetur *Isaie cap. 55. num. 17.* ibi: *Ecce enim ego creo Cœlos novos & Terram novam*; & *Apocalypsi. cap. 21. num. 1.* ibi: *Et vidi Cœlum novum & terram novam*. Primum enim Cœlum & prima terra abiit, & mare jam non est; & *Matth. c. 25. n. 35.* ac *Marci c. 31. n. 13.* ibi: *Cœlum & terra transibunt*.

Non valet inquam, quia illud *Isaie sic est intelligendum*, nempe, *creo Cœlos novos & Terram novam*, idest novum Mundum, puta Metaphoricam, nempe Ecclesiam Christi, quæ multo amplior ornatio & augustior est synagoga, & est quasi novus Mundus, ut passim explicant Sancti Patres, ac clare deducitur ex numero immediate sequenti ipsius *Isaie*, nempe *cap. 65. num. 18.* ubi sic sequitur, *quia ecce ego creo Jerusalem, idest Ecclesiam Christi, exultationem, idest exultationem, & populum ejus gaudium, idest gaudentem*. Illud vero *Apocalypsi. Vide Cœlum novum & Terram novam* accipiendum non est quoad substantialia, sed solum quoad accidentalia, qualitates, & ornatum: sic *primum Cœlum*, seu quod fuit prius, quoad motum suum, quoad Eclipses, quoad influentias, jam abiit, idest cessavit, ut & *prima* quæ nunc est Terra quoad generationem, & corruptionem, & omnem aliam alterationem, & *Mare* simili modo jam non est, quale fuit vetus illud elementum, turbidum, crassum, mixtum, procellosum, fluctibus horridum, & hujusmodi, sed erit deinceps plane quietum, tranquillum, serenum, purum, subtile, pellucidum, & instar crystalli resplendens, ut communiter intelligunt Sacri Interpretes. Sic illud *Matthæi, & Marci: Cœlum, & Terra transibunt*, intelligendum est de mutatione, renovatione, & transitu accidentalium, aut moralium, non de Physica, & substantiali totali; idest non debet intelligi quod Cœlum, & terra debeant transire quantum ad entitatem substantialem; bene vero quoad qualitates nobiliores, quas cœlum, astra, & elementa accipient post ultimum diem iudicii, sunt enim post diem iudicii tantopere perficienda; ut iure dici possint Cœlum novum, & Terra nova, juxta illud *Isaie cap. 30. num. 26.* ibi: *Et erit lux Luna sicut lux solis, & lux solis erit septemplex sicut lux septem dierum*, idest intensa quanta est lux septem dierum, seu septemplex major quam nunc est; idque ut post diem iudicii Divina Majestas per clariorem totius Machinæ cœlestis, & utriusque Hemisphaerii illuminationem, in æternum magis resplendeat.

Circa cœlorum numerum, varæ fuerunt opiniones. Alii 171 qui enim antiqui solo sensu ducti sine speculatione respicientes Solem, Lunam, & Stellæ omnes in uno solo Cœlo, unicum Cœlum admittent. Alii octo esse volebant, septem pro septem Planetis, & octavum pro stellis fixis. Alii novum Cœlum addiderunt pro primo Mobili, cui fuit assignatus motus, qui prius supponebatur octavæ sphaeræ. Plurimi autem volunt undecim esse Cœlos, decem scilicet mobiles, et unum immobile; istud nempe Empyreum, illi vero primum Mobile, Crystallinum, Firmamentum, & postea septem Planetarum orbis, quos vocant Cœlum Saturni, Jovis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, et Lunæ. Communior autem, probabilior, et Sacra Scripturæ conformior sententia docet Cœlos esse tantum tres; Primum, seu infimum Cœlum est æreum, et complectitur tantum illud spatium, quod Lunæ subiectum est; secundum, seu medium Cœlum est sidereum, et consistit undecim orbibus cœlestibus; tertium seu supremum est Cœlum Empyreum, ubi sedes, et Paradisus est Beatorum; sic S. Damascenus *lib. 2. de Fide cap. 6.* Teophylactus, Pomerius, a Lapide, et alii citati, ac secuti a Doctissimo Tirino in 2. *Epistola S. Pauli ad Corinth. c. 12. num. 2.* et plurimi alii conformiter Sacra Scripturæ in citat. *Epistola cap. 2. n. 2.* ubi S. Paulus faceret ut raptum fuisset usque ad tertium Cœlum, ibi; *Scio . . . vapum hujusmodi usque ad veritatem Cœlum*, idest usque ad supremum Cœlum, quod est Empyreum seu Paradisus, ut ipsemet indicat *ibid. n. 4.* dicens; *Quoniam vapus est in Paradisum, & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui*.

Astrum,

172. Astrum, seu sidus, aut Stella, est corpus simplex solidum, lucidum, per se circulariter mobile. Astra, seu sidera, quæ sunt nobiliores partes Cœlorum, & præcipua mundi ornamenta, alia sunt fixa, & alia errantia, seu erratica; Fixa vocantur Stellæ; & errantia, seu terratica appellantur Planetæ.

174. Stellæ vocantur fixæ, non quia sint stabiles, sed quia in suo motu eisdem semper conservant aspectus, eandemque semper distantiam, & ordinem inter se servant; Planetæ vero appellantur errantes, seu erratici, quia varie discursitant per signa cœlestia; nec ullam observant constantem dispositionem inter se, aut cum stellis fixis, sed variis cursum nunc illis, nunc istis se adiungunt, modo accedentes, & modo recedentes huc, illucque discurrentes.

175. Planetæ a fixis Stellis tripliciter distinguuntur ac discernuntur: Primo, quia Planetæ sunt nobis viciniore, unde insigniter grandescunt, cum oculi telescopio muniti ipsos intuentur; Stellæ vero fixæ sunt a nobis remotiores, adeoque per exigua nobis videntur præ maxima ipsarum a nobis distantia. Secundo, quia Stellæ fixæ lucem tremulam, ac scintillantem vibrant, & effundunt; Planetæ vero quietam, & uniformem perpetuo edunt. Tertio, quia Stellæ fixæ, ut dictum fuit, eandem semper inter se distantiam, ordinem, ac situm servant; planetæ vero situm, ordinem, & dispositionem semper variant, & in hoc præcipue distinguuntur.

176. Stellarum fixarum multitudo quantum tanta sit, ut jure dicat S. August. *lib. 16. de Civitate Dei cap. 23. Scripturarum auctoritatem conserni ab eo, qui existimat se Stellarum numerum comprehendisse*; Deus enim dixit Abrahamo *Genes. cap. 15. num. 5.* *Suspice Cœlum, & numera stellæ, si poteris*; *Rursusque cap. 22. num. 17.* *Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellæ Cœli, & velut arenam, quæ est in litore maris*. Arctamen aliqui ex Astrologis, & Mathematicis cum Hipparcho mille & 22. Stellæ constituant, quibus deinde quatuor addit Ptolemæus. Alii cum Thicone, & Keplero mille 163. numerant; Alii cum Ricciolo, & Grimaldo mille 468. Alii cum Bayero 1705. Alii cum Burthio 1662. Alii cum Hevelio 1888. ac tandem alii cum Flamsteedio usque 3000. earum numerum auverunt. Hæc autem omnes, ut facilius distinguerentur, atque ab omnibus dignosci possent, in varias constellationes diversis figuris, seu signis expressas, distributæ fuerunt; ut in globis videri potest: istæ constellationes a Ptolemæo, aliisque veteribus Astronomis ad 48. erant determinatæ, a recentioribus autem additione aliarum 18. ad 66. sunt adauctæ.

177. Dicitæ stellæ fixæ distinguuntur ab Astrologis, & Astronomis in sex classes diversæ magnitudinis: quindecim tantum dicunt esse illas primæ Classis, seu magnitudinis primæ, centes septies, & adhuc plus excedentes magnitudinem illius Terræ. Quadragesima quinque volunt esse illas secundæ Classis, seu secundæ magnitudinis, Terræ magnitudinem nonagies, & adhuc plus superantes; Ducentas, & octo illas tertiæ Classis, seu tertiæ magnitudinis, septuagies bis, & adhuc plus terræ magnitudinem excedentes; Quadringenta, septuaginta quatuor illas quartæ Classis, seu quartæ magnitudinis, quinquagies quater, & adhuc plus magnitudinem terræ superantes; Ducentas septemdecim quintæ Classis, seu quintæ magnitudinis, terram in magnitudine tricies sexies, & adhuc plus vincentes; Quadragesima novem illas sextæ Classis, seu sextæ magnitudinis, decies octies, & adhuc plus terræ magnitudinem excedentes. His sex stellarum fixarum classibus, post inventionem Telescopiorum Galilæi ad inventa est septima quarundam aliarum Stellarum exiguarum, & nebulosarum, quæ inter alias sunt illæ *Via lacteæ*, seu circuli Lactei, aut Galaxiæ sic densæ, ac spissæ, quod nudis oculis Cœlum in illa parte velut alba falcia devinctum ostendant. Hæc *Via lacteæ* nomen desumpsit a fabula, quod Juno eam suo lacte madefecisset, cum retraxit mamillam ab ore Herculis, quem ei supposuerat Jupiter: Hanc Lacteam viam Aristoteles inter Meteora habuit, & vulgus illam denominat iter, seu viam S. Jacobi Galitiæ.

179. Planetæ, seu sidera errantia, aut erratica, sunt tantum septem, nempe Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Jupiter, & Saturnus: His planetis majoribus minores quidam alii adiunguntur ad instar satellium, sed qui telescopio dumtaxat conspici possunt: Quatuor autem gyrant circa Jovem, qui ipsium perpetuo comitantes ob id vocantur ab Astronomis Jovis astellæ, comites, laterones, & alii, quia continuo gradiuntur cum illo, non quidem omnes æquali circuitu, sed alii viciniore, & alii paulo remotiore. Totidem.

Biblioth. Ferrar. Tom. F.

etiam gyrant circa Saturnum; & forte suos astellæ, seu comites habent alii Planetæ adhuc nobis ignotos. Jovis satellites, seu quatuor exiguas Stellulas Jovem comitantes de texit primus omnium Galilæus anno 1610. eaque in honorem Serenissimæ Medicæ Familæ, cui devinctissimus erat, *Medicæ sidera* nuncupavit; Primumque *Catharinam*, secundum *Mariam*, tertium *Cosmum majorem*, & quartum *Cosmum minorem*, appellavit.

Ex dictis septem Planetis aliqui sunt terræ majores, & 180 alii minores. Luna est terra minor triginta novem vicibus. Mercurius Planetarum minimus est minor terra ducentis novemdecim vicibus. Venus est terræ minor septuaginta tribus vicibus. Sol autem omnium Planetarum major, sicut & Stellarum fixarum, est major terra centum sexaginta sex vicibus. Mars est terra major una vice cum dimidia. Jupiter est major terra nonaginta quinque vicibus. Saturnus denique est terra major nonaginta & una vice: Terræ vero ambitus secundum certiorum, & receptiorum opinionem est 21. millia & 600. miliariorum Italicorum, juxta dicta supra n. 112. ubi allatæ sunt aliæ aliorum opiniones de magnitudine ambitus seu circuitus terræ; sicuti & aliæ sunt ab aliis opinionibus de magnitudine Planetarum, & Stellarum fixarum. Unde advertendum est, quod dictæ Astronomorum supputationes debent haberi, non ut mensuræ, sed ut æstimationes conjectantis animi, ut inquit *Plinius lib. 3.* Et quod in his mensuris aliquando excedit, & aliquando deficit aliquid. Variarum, autem mensurarum & supputationum ratio sequentibus vers. 180 bus breviter indicatur:

Quatuor ex granis digitus componitur unus, Est quater in palmo digitus, quater in pedo palmus. Quinque pedes passum faciunt, passus quoque cent. sexaginta quinque stadium aequant, sed milliæ octo dabant stadia, duplicatum dat tibi Leuca.

Quantum ad motum Stellarum fixarum, & Planetarum, notandum est, quod omnia sidera motu communi moventur supra Polos primi Mobilis spatio 24. horarum; At vero præter istum motum communem, habent suum specialem motum, quo diverso, breviori, vel longiori temporis spatio, suam complent circulationem; Luna enim suam circulationem perficit singulis mensibus, seu intra 27. dies & dimidium circiter; Sol, Venus, & Mercurius in uno anno; Mars in duobus annis; Jupiter in duodecim annis; Saturnus in triginta annis; & Stellæ fixæ in triginta sex mille annis secundum Ptolemæum, aut in quadraginta novem mille annis secundum recentiores, et hanc circulationem Plato vocabat *magnum annum*.

Ut dignoscantur Planetæ a Planetis, notandum est, quod post Solem, et Lunam, qui ab omnibus sine telescopio cognoscuntur, Venus quoad apparentiam est major, sic candida, et clara, ut videatur parvus Sol, quoniam cum sit illi viciniore, fortiores, ac majores recipit reflexus, unde ad ejus lucem corpora sæpe etiam noctu umbram efficiunt, & etiam diu aliquando videtur, signanter quando magis distat a Sole; Cum apparet mane, *Phosphorus*, aut *Lucifer*, cum autem vespere, dicitur *Hesperus*; Jupiter est fere ejusdem magnitudinis quoad apparentiam ac Venus, sed non sic resplendens; et de facili distinguitur a Venere, quia hæc nunquam recedit a Sole plusquam 48. gradibus; Jupiter vero ad 180. Mars apparet, ut ignitum ferrum, differens a Jove, et Venere ratione suæ exiguitatis, rubicunditatis, et obscuritatis. Saturnus differt a Marte, quia multo plus altius apparet, estque coloris plumbei, pallidi, & hypocondriaci. Mercurius est observatu difficilior ratione suæ instabilitatis, et quia gyrat semper circa Solem, a quo sæpius operitur; Cum est in sua majori distantia, quæ est 28. graduum, apparet valde luminosus, sed multo exiguus.

Advertendum tamen hic est, quod ea, quæ diximus de numero, magnitudine, et motu Stellarum, ac Planetarum: deque diversitate Cœlorum, et ambitu Terræ, solum conjecturaliter sunt habenda, et non certitudinaliter credenda; Solus enim Deus, qui creavit Cœlum, & Terram, *Gen. cap. 1. num. 1.* *Qui præcipit Soli & non oritur, & Stellæ claudunt quasi sub signaculo. Qui extendit Cœlos solus, Job. cap. 9. n. 7. & 8.* *Qui numerat multitudinem Stellarum, & omnibus eis nomina vocat, Psal. 146. num. 4.* & *omnia in numero, pondere, & mensura disposuit, Sap. cap. 11. num. 21.* horum omnium nobis absconditorum est cognitio; *Daniel. cap. 13. num. 42.* Un-

C c

de ipfemet arguit Job audentem ifta attingere: Respondens autem Dominus Job de turbine dixit; Quis eft ifte involvens fententias feryonibus imperiis? Job cap. 38. num. 1. & 2. Numquid nofti ordinem Coeli. & pones rationem ejus in terra? ibid. num. 33. Quis enarrabit Coelorum rationem? ibid. num. 37.

185 Hinc ne et nos cum Aftrologis, et Aftrologis tot Coelos mendacis repleamus, verum Coelum Empyreum, unicam Beatorem Sedem, ac Paradifum ftudeamus in veritate bonorum operum animabus noftis replere: Illuc igitur du mtaxat oculos mentis noftre dirigamus, juxta id, quod piiſſima Machabeorum Mater ultimo fuo nato fanctiſſime ſuadebat. Peto, nate, ut aſpicias ad Coelum 2. Machab. cap. 7. num. 28. Non enim alia de caufa Deus erectam faciem nobis conceſſit, quam ut oculos in Coelum perpetuo defixos habeamus, ut cognovit ipfemet Gentilis Ovid. libr. 2. Metamorph. ibi:

Os homini ſublime dedit, Coelumque tueri juſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

186 Satagamus unice veras perpetuaſque Celi felicitates inquirere, & fallas, ac fugaces, miſeratae Mundi vanitates contemnere, juxta celebre Canticum mei vulgo Beati Jacoponi Tudertini relati in Annalibus noſtris Waddingianis tom. 6. ad ann. 1306. num. 12. fol. 79. & 80. ultimae Romanae impreſſionis typis Rocchi Bernabò, ibi:

Cur Mundus militat ſub vana gloria, Cujus proſperitas eſt tranſitoria? Tam cito labitur ejus praefentia, Quam vaſa figuli, ſi ſunt fragilia. Plus crede litteris ſcriptis in glacie, Quam Mundi fragilis vana fallacia, Fallax in praemii virtutis ſpecie, Qui nunquam habuit tempus fiducia. Credendum magis viris fallacibus, Quam Mundi miſeris proſperitatibus, Falſis inſaniis, & vanitatibus, Falſisque ſtudiis, & voluptatibus. Dic, ubi Salamon olim tam nobilis? Vel ubi Sampſon Dux invincibilis? Vel pulcher Abſalon multum mirabilis? Vel dulcis Ionatas multum amabilis? Quo Caſar abiit ceſſus imperio? Vel dives Epulo totus in praedio? Dic ubi Tullius clarus eloquio? Vel Ariſtoteles plenus ingenio? Tot clavi Proceres, tot regum Capia, Tot Mundi Principes, tanta Potentia, Tot ora Praefulum, tot Mundi fortia, In icſu oculi clauduntur omnia. Quam breve feſtum haec Mundi gloria, Ut umbra hominis ſunt ejus gaudia, Quae ſemper ſubtrahunt aeterna praemia, Et ducunt hominem ad dura de via. Oh eſca vermium, oh maſſa pulveris, Oh nox, oh vanitas, cum ſic extolleris, Ignoras penitus, utrum cras vixeris, Fac bonum omnibus, quamdiu poteris. Haec carnis gloria, quae in igni penditur, Sacris in litteris ſoſ ſani dicitur, Vel leve folium, quod vento rapitur. Sic Vita hominis haec vita tollitur. Nil tuum diſeris, quod praes perdere, Quod Mundus tribuit, intendas rapere, Suprema cogita, cor ſit in aethere, Felix, qui potuit Mundum contemnere.

187 Hic juvat etiam afferre, quae refert ad contemptum Mundi meus alter vulgo Beatus Bernardinus de Buſſis in ſecunda parte Roſarii ſerm. 27. in fine: „ Legitur de Alexandro Magno, quod cum mortuus eſſet, venerunt ſeptem Philoſophi ad palatium ejus; & unus illorum dixit: O Alexander, heri dominabaris toto Mundo, & hodie mors dominatur tui. Secundus dixit; O Alexander, heri non ſufficiebat tibi totus Mundus, hodie ſufficiunt tibi duae ulnae terrae. Tertius dixit: O Alexander, heri habebas comitivam dominorum, Regum, Principum, et Ducum, ac ſumultorum; et hodie ſolus jaças in ſepulchro. Quartus dixit: O Alex-

ander, heri te omnes timebant; hodie te tuos mortuum timet. Quintus dixit: O Alexander, heri vocem tuam omnes libenter audiebant, hodie morte devictus jacet in ſepulchro, et non valet oqui. Sextus dixit, O Alexander, heri tot Regna habebas in tua poteſtate, hodie tenet te mors in ſuo dominio; herique eras pulcher, et decorus, hodie vero es turpis, et horribilis ad videndum. Septimus dixit: O Alexander, heri comedeſas tot cibaria delicata, hodie factus es cibus, et eſca vermium. Legitur quoque, quod Diogenes Philoſophus ad ſepulchrum cujusdam Imperatoris Romani, proſectus, videns illum mortuum, poſtea diſcipulis ſuis dixit; Intuitus ſum cadaver Caſaris, et vidi eum livido colore coloratum; putredine circumdatum alvum ejus diſruptum, et vermium catervas per illum diſcurrentes; duo famelici paſcebantur in foveis oculorum; crines non adhærebant capiti; dentes patebant labiſ conſumptis, et dixi; Ubi eſt o Caſar chorus puellarum, magnitudo divitiarum, caterva Baronum, acies Militum? Ubi ſunt canes venantes, equi veloces, aves rapaces, thalamus depictus, lectus eburneus, argentum, et aurum? Ubi ſunt matatoria veſtimenta, cibaria diverſa, canticum lyræ, organorum; ſonitus, odor aromaticus? Te verebantur homines, timebant Principes, colebant Urbes. Ubi eſt tanta potentia, tantaque præclara facta, et tanta magnificentia? Et reſpondit mihi: Haec omnia deſecerunt in me, quoniam deſicit in me ſpiritus meus; et reliquerunt me miſerum in hoc ſepulchro, circumdatum putredinae carnis mæx. Ideo exclamat quidam verſificator dicens homini vano:

ſi tibi pulchra domus, ſi ſplendida menſa, quid inde? ſi ſpecies auri, atque argenti maſſa: quid inde? ſi tibi ſponſa decens, ſi ſit generoſa: quid inde? ſi tibi ſunt nati: ſi prædia magna: quid inde? ſi fueris pulcher, foris, diſceſque: quid inde? Longus ſervorum ſi ſerviat ordo: quid inde? ſi doceas alios in quolibet arte: quid inde? ſi redeat mundus: ſi proſpera cuncta: quid inde? ſi Prior, aut Abbas: ſi Rex, ſi Papa: quid inde? ſi rota fortunæ te tollat ad aſtra; quid inde? Annis ſi felix tu regnes mille: quid inde? Tam cito prætereunt hæc omnia, quæ nihil indo. Sola manet virtus, qua gloriſicabimur inde. Ergo, Deo ſervi, quia ſat tibi proſperit inde. Quod feciſſe voles in tempore, quo morieris, Hoc facias juvenis, dum corpore ſanus haberis; Quod nobis concedat Deus Noſter. Amen.

In hoc enim Mundo cuncta ſunt pulvis cuncta apparentes: 188 proſpectiva, et cuncta ſunt nihil: Nam nihil firmum, et non lubricum in hoc orbe.

Omnia mutantur, ſtabile hic nil permanet unquam, Conſiſtit que nihil, quo ſit ante loco. Omnia mutantur ſuſſum, deorſumque voluntant. Oceani ut flu xus, utque refluxus eunt. Eſt hic fortuna ſtatus, ſubitusque reſtat; Hic rerum varius circulus eſſe ſolet.

Id quoque habetur in §. ut autem lex, Authent. de non alienandis rebus Eccleſ. ibi; Quod enim eſt ſtabile inter homines, cum omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu verſetur: Et in his terminis noſtræ humanæ inſtabilitatis, nonnulla ad lucit piſſimus, et doctiſſimus Franciſcus Viv. in Silv. commun. opinion. 1042. ubi num. 11. ſequentia habet.

Unde ſuperbi Quod ſumus niſi li De limo homo pri Sorem vitare nequi Si nos terra ſu Terra quid eſt niſi ſu Ergo nihil ſu Ideo ſtudea Ut parati ſi mus.

Hinc Apoſtolus ad Galat. cap. 6. num. 14. melius, quam alii mundani, ſibi conſultus ajebat; Mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi Mundus crucifixus eſt, & ego mundo, ideſt mihi abſit, ut in alia re gloriar, vel gaudeam, quam in Cruce Chriſti, ſcilicet in fide, gratia, memoria, predicatione beneficii Crucis, & tribulationibus

tionibus, atque arumnis ejus cauſa ſubeundis; per quem & propter quem Chriſtum crucifixum Mundus crucifixus eſt, nam Mundum abominor, ac ſi cadaver eſſet latronis crucifixi, ſicut vice verſa ego crucifixus ſum mundo, qui me ſimili modo abominatur & exhorret, ut egregie explicat Abbas Pinuſius, item S. Aug. Ambroſ. Theophyl. Anſelm. Bernard. & S. Thomas, quos citat & expreſſe ſequitur Sapientiſſimus Tirinus in cit. Epiſt. cap. 6. n. 14.

190 Mundum ideo vult Dominus calamitoſum eſſe, ut non debeat diligi, ideo ſpinoſum, ut non debeat amplecti, & ideo ruinoſum, ut timeamus ei inniti; Ugo de S. Victore in Ec cleſiaſt. cap. 7. ſectus a Lancelot. nell. Oggidi tom. 2. in fine. Mundus diligitur, & amarus eſt, ſi dulcis eſſet qualiter amaretur? S. Auguſt. ſerm. 11. relatus a Lancelot. loc. cit. Et infinita conſimilia ad Mundi contemptum poſſe adduci, quæ brevitate gratia omittuntur.

191 Ad uberiorem Mundi notitiam referre præſtat, quæ de Mando muliebri in Scriptura, et in jure habentur. Eſt enim c. 2. n. 3. dicitur quod puellæ virgines, et ſpecioſæ Regi Aſiuero quaſitæ, ut magis ei placerent, deberent induere Mundum muliebrem, ibi: Et accipiat mundum muliebrem; inter quas præ ceteris placuit ei Eſther. & præcepit Eunuchus, ut acceleraret Mundum muliebrem, & traderet ei partes ſuas, ibid. num. 9. Et Ezechiel. cap. 16. num. 7. arguit Dominus Jeruſalem, quod ingrata converſa fuerit ad idololatriam, poſtquam eam impleſſet, et ditaret tot bonis, ut perveniret ad Mundum muliebrem, ibi; Et perveniſti ad mundum muliebrem, & ibid. cap. 23. num. 30. ei improperat, & ornata es mundo muliebri.

192 Mundus muliebris dicitur, quo mulier mundior fit; L. Argumento 25. §. 10. ff. de auro argento Mundo, ornamentis: Mundus enim muliebris dicitur eſt qua ſi munditia; Vatro de

193 lingua latina 4. Mundi muliebris nomine continentur ſpectula matule unguenta, vaſa unguentaria, & ſimilia, veluti lavatio, vilcus &c. cit. L. Argumento §. 10. Mundi muliebris nomine non continentur unguenta, quibus valetudinis cauſa iplæ mulieres, ſicuti & homines unguuntur, citat. L. Argumento §. 12.

194 Mundo muliebri legato, non continentur ornamenta muliebria, & monilia, in quibus inſunt margaritæ, & gemmæ, nec veſtes; ſed continetur argentum, vel aliud, quod paratum eſt ad lavandum, vel balneandum mulierem: L. Pediculis 32. §. Titia, ff. eod. Mundo muliebri legato continentur ea ſola, quæ ex his utendi cauſa uxori ſunt tradita a viro, L. Si uxori 39. ff. eod. Mundo muliebri legato non continentur varia pertinentia ad Mundum, quæ Teſtator cum eſſet Valcularius, aut Faber argentarius, ad vendendum habebat, cit. L. Si uxori; Mundo muliebri legato uxori, ſi nihil ad uſum mulieris ſi datum, vel deſtinatum, debetur ei quantum ad ejus uſum ſufficit: Gloſſa in cit. L. Si uxoris, verb. Tradita.

195 Ad complementum adde, quod Mundus regitur auctoritate Pontificia, & Regali poteſtate, text. expreſſo in cap. Duo ſunt 10. diſt. 96. ubi Gelafius Papa ad Anaſtaſium Imperatorem ſic habet: Duo ſunt quippe, Imperator Auguſte, quibus principatibus hic Mundus regitur, auctoritas Sacra Pontificum, & Regalis poteſtas. Noſti itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam poſſe redigi voluntatem, & ibi multa ſubjungit de Auctoritate, & excellentia Pontificum ſupra Imperatorem, & Reges. Et concordat Gloſſa prima in Authent. Quomodo oporteat Episcopos, in princip. ubi expreſſe dicit, quod Mundus totus regitur ex Sacerdotio, & Imperio; unde ecce duo gladii hic.

196 Hinc Papa ut Vicarius Chriſti, & caput viſibile univerſalis Eccleſiæ, habet totum Mundum pro ſua Dioceſi, & ſpirituali Domino; Cathedram ſeu Sedem ſuam habet in Urbe Roma, quæ, ut volunt Corradus in præx. diſpen. lib. 2. cap. 7. num. 41. Mandol. ad Regul. Cancell. regul. 16. q. 41. n. 7. Urfava inſtit. criminal. lib. 1. tit. 7. n. 7. & alii, in medio Mundi poſita eſt. Quod tamen alii negant, dicentes, medium Terræ potius eſſe Jeruſalem, in qua Salvator Noſter noſtram eſt operatus ſalutem, juxta illud Pfalmiſtæ Pſal. 73. n. 12. ibi; Operatus eſt ſalutem in medio terræ; quamvis hic textus diverſimode a Sanctis Patribus, & Interpretibus exponatur; S. enim Bonaventura ibi intelligit in medio terræ, ideſt in communi, quæ Paſſio Chriſti omnibus acque proſuit quantum in ſe eſt; vel in medio Terræ, ideſt in Jeruſalem, quæ eſt in medio terræ, nam in ſphærico corpore quidquid eſt in ſuperficie terræ, eſt in medio. Ugo Cardinalis ibi diſt. 1. Ferrar. Tom. V.

cit in medio terræ, ideſt in Jeruſalem, vel in medio terræ, ideſt in communi, ut communis Mediator, a quo ſumus redempti, & reconciliati. Theodoretus, & Euthymius exponunt, in medio terræ, ideſt palam, & ubique in omni terra. S. Hieronymus in medio terræ, ideſt in Jeruſalem, vel generaliter in Judea, quæ eſt medium terræ habitata, unde & illam pro ſua Eccleſia delegiſſe videtur Deus, & Chriſtus pro ſua Paſſione, ut iplâ ex ſe quaſi ex orbis corde ſalutem in totum Mundum tranſmitteret, inquit Genebrardus apud Tirinum in cit. Pſal. 73. n. 12. ubi ſubjungit, quod S. Hieronymus allegorice explicat in medio terræ, ideſt in ventre virginali. Alii autem prætendunt, medium terræ eſſe in Civitate Arin., inter quos eſt Toſtatus, qui in Evangel. Matthæi cap. 2. qu. 7. fol. 188. colum. 3. in fine, impreſſionis Venetæ anni 1728. ſic expreſſe habet: Locus vero, qui eſt in medio Mundi ſimpliciter, tam ſecundum longitudinem, quam ſecundum latitudinem, eſt Civitas Arin, quæ eſt ſub Equinoctiali, & diſtat nonaginta gradibus ab Oriente, & totidem ab Occidente: Eſt etiam in medio ſecundum latitudinem, quia cum ſit ſub Equinoctiali, diſtat ab utroque Polorum nonaginta gradibus; & ſecundum aliquos dicitur ibi eſſe Paradifus terreſtris, ſed hoc non videtur verum.

Hic juvat ſubnectere ad Tyronum eruditionem nomina cum ſua ſignificatione præcipuarum Mathematicæ partium, quas iplâ velut foecunda Parens tamquam nobiliſſimas Filias perperit ad omnes dirigendas, ac perſiciendas humanas artes in orbe univerſo reperibiles, ac exercibiles.

Prima enim hominum ſcientia fuit Mathematica, quæ ſua excellentia nomen doctrinæ ſeu diſciplinæ merito eſt fortita, cum iplâ ſit omnium ſcientiarum certior, ex quo in omnibus ſuis partibus demonſtrative procedat, deducendo ab evidentibus ſuis principiis inſallibiles ſuas conſequentias, ac conſuſiones. Unde Mathematica dicuntur artes, quæ firmis demonſtrationibus continentur; Ab origine Mundi coepit, & culta fuit hæc celeberrima ſcientia; cum enim Adamus ſive Divina revelatione, ſive Aſtrogia peritia, univerſalem Mundi rerum interitum fore prædiſſet, unum Dilavio, incendio alterum; ejus nepotes Seth Filius, ac Succelſores, per manus acceptam ſapientiam excolentes, ne Mathematicæ artes omnino perirent, duas excitantur Columnas, alteram lateritiam contra diluvia, lapideam alteram contra incendia, & utrique ſua inventa inſcripſerunt; ut ſi lateritium diluvio deleri contingeret, lapidea ſuperſtes hominibus diſcendi copiam faceret; Sic reſtatutur Joſeph lib. 1. cap. 3. Antiquit. qui lapideam ſua ætate adhuc in Syria extiſſe ſcribit.

Tres ſunt Mathematicæ primogenitæ, nempe Arithmetica, Geometria, & Statica, quia cum iplâ dicatur ſcientia quantitatis, tres ſunt quantitates, quas conſiderare poteſt, ſcilicet diſcreta, extenſiva, & intenſiva, & tribus modis res omnes metiri poſſunt, ideſt numero, menſura proprie dicta, & pondere.

Arithmetica igitur eſt ſcientia numerorum, ſeu quantitas 199 diſcreta, quæ juxta ſuos operandi modos vocatur Algorithmus, vulgo Algoriſmo, & eſt ars computandi; aut Algebra ſpectioſa, quæ conſiderat proprietates, & vim numerorum, dicta Algebra a Geber, uno ex ſuis auctoribus, & ſpectioſa a variis ſuis ſpeciebus.

Geometria eſt ſcientia menſurarum, ſeu dimenſionum, aut 200 quantitatis extenſivæ, vel continuæ; A variis ſuis operationibus vocatur Longometria, Areometria, & Herometria, quæ ſunt tres dimenſiones communes omnibus corporibus, ideſt longitudo, latitudo, ſoliditas. Partes Areometriae ſunt Trigonometria, Cyclometria, & ſimiles, prout utitur Triangulis, Quadrilateribus, aut Circulis ad conſiciendas ſuas dimenſiones.

Statica eſt ſcientia ponderum, ſeu quantitatis intenſivæ, 201 quæ cauſat grave, & leve, & tot habet partes, quot ſolent eſſe potentie motrices, ſeu machinæ, quibus vires exiguæ potentie ad ingentia pondera movenda plurimum augentur; & ſunt præſertim ſeptem, nempe Veſtis, Axis in peritrochio, Trolea, Rota dentata, Planum inclinatum, Cochlea, & Cuneus, quibus tot mirabiles effectus tum in ſolidis, tum in fluidis operantur.

Iſte vocantur primæ Mathematicæ, quia ab iſtis oriuntur 202 ſecundæ, quæ ſunt quatuor, neme Coſmographia, Mechanica, Optica, & Muſica; Cum enim iplæ ultra quantitatem conſiderent aliquod particulare corpus, ſi cum iplâ quantitate adjungatur motus circularis, oritur Coſmographia; Si motus reſtus Mechanica; ſi umbra, aut lux, Optica; ſi ſonus, Muſica.

- 203 Cosmographia describit universum Orbem, divisa tamen in suas partes, idest in *Astronomiam*, seu *Astrologiam*, quae est scientia Aetheroi; in *Geographiam*, quae est descriptio Terrae; & in *Meteorologiam*, quae est cognitio corporum.
- 204 Imperfectiorum. Sub Astronomia, seu Astrologia comprehenduntur *Phenographia*, idest descriptio Caelorum, *Sphaera*, idest scientia primi Mobilis, & *Theorica planetarum*, idest doctrina particularis Aetheroi.
- 205 Sub Geographia comprehenduntur *Hydrographia*, quae Marium, & Insularum descriptionem exhibet, *Chorographia*, quae in particularium tantummodo regionum, Regnorum, scilicet, & Provinciarum descriptione versatur, & *Topographia*, quae singularium dumtaxat locorum, nempe unius Civitatis, Villae, aut Pagi descriptione contenta est.
- 206 A Meteorologia considerantur omnia corpora imperfecta, quae solent reduci ad quatuor principia, nempe ad *Exhalationes*, *Vapores*, *Halitus*, & *Fulgures*, quae a quatuor elementis exire dicuntur.
- 207 Mechanica, aut Machinaria comprehendit sub se quatuor partes, idest *Mechanicam simpliciter dictam*, quae movetur a seipsa, *Pyrotechnicam*, quae movetur ab igne, *Pneumaticam*, quae movetur ab aere, & *Hydraulicam*, quae movetur ab aqua.
- 208 Optica, seu Prospectiva dividitur in *Opticam propriam*, quae considerat radios directos, in *Catoptricam*, quae reflexos, & in *Dioptricam*, quae refractos. Ad primam reducitur pictura, ad secundam specularia, seu scientia speculorum, ad tertiam scientia Microscopiorum, Telescopiorum, & Conspicillorum.
- 209 Musica dividitur in Vocalem, & Instrumentalem; Vocalis continet *Melopeam*, seu concentum, vulgo *Armonia*, *Melodia*, Rhythmicam, & Poeticam; Instrumentalis continet *Encordicam*, quae fit nervis, seu vulgo *corde*, & similibus; *Pneumaticam*, quae fit flatu, uti cum buccina, seu tuba, & similibus, & *Crufticam*, quae fit pulsatione, uti cum tympanis, & similibus.
- 210 Ex his divisionibus colligitur, quod Cosmographia habet pro objecto magnum orbem, & aliae particularia objecta, quia illa considerat orbem universum, & aliae particularia objecta, idest Scientia pro objecto habet *Tangibile*, *Optica Visibile*, & *Musica Audibile*, seu auditu perceptibile.
- 211 Secundis Mathematicis succedunt tertiae, quae sunt quinque, nempe *Chronologia*, *Gnomonica*, *Architectura*, *Navigatoria*, & *Arts Militaris*. Ad Chronologiam, quae est scientia temporum, idest quae certis notis, & indicis praeteritarum rerum memoriam suis temporibus assignat, reducuntur.
- 212 Historia, & Genealogia. Ad Gnomonicam, quae est scientia umbrarum, reducitur diversitas Horologiorum solarium; Horologia autem rotaria, arenaria, clepydrica, seu aquaria pertinent ad mechanicam, seu machinariam. Architectura, quae est scientia fabricarum, seu aedificationum, dividitur in *Civilem*, *Nauticam*, & *Militarem*; Prima subdividitur in privatam, & publicam. Secunda in tot partes, quot sunt Navium varietates. Tertia in defensivam, uti sunt fortificationes, & offensivam, uti sunt arietes, cuniculi, vulgo *mine*, & similia iuxta temporum, & locorum usus.
- 213 Navigatoria continet duas partes, unam ad inveniendum portum, & aliam ad recognoscendam viam; Tota penitus dependendo ab Astronomia, a Gnomonica, a Geographia, & a Mathematica.
- 214 Ars militaris tradit modum ducendi, & reducendi exercitum, irruendi in hostes, pugnam cum ipsis committendi, & ab ipsis se defendendi.

MONITUM EDITORUM.

Innumera sunt scilicet, quae Auctor noster ex omni genere Librorum sine Criterio ullo in hoc Articulo de Mundo concessit, quae si velimus omnia ad sana Critices amissim expendere, opus sane magni laboris, nulliusque utilitatis iniremus; factus enim esset rem retrahere. Quis porro inanes quaestiones, aniles fabulas, turpes vanasque allegorias, ac Sacrorum Bibliorum abutimur referre sustineat? Pauca tantum animadvertere satagamus.

De Paradiso terrestris multa habet a n. 56. ad 62. quae doctis Viris non probantur; quare videatur omnino Petri Danielis Huetii Episcopi Abrincensis eruditissimus de Paradiso Tractatus, in quo & aliae quaestiones huc spectantes resolvuntur.

Quod de Henoch ait n. 52., cum *genef. cap. 5. ver. 24.* habeamus; *Ambrosiusque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus*; non facit pro ipso, nec contra ipsum Auctorem in proposita quaestione.

Nam. 69. adducit verba Martyrologii Romani pro asserendo Anno Nativitatis Christi. Adversas tamen, Ecclesiam, quum Scripturam Sacram Vulgatae Editionis ab Hebraico potissimum fonte translata ut authenticam nobis proponerit, in medium reliquisse, Hebraici ne, an Graeci Colicis calculos recipere velimus; nam in Vulgata. Hebraeorum; in Martyrologio, LXX. Interpretum sequutum computum invenimus.

An. 90. ad 104. de Mundi Systematibus agens, quum Purchotio, vel P. Fortunato a Britia utitur, inoffensio Ferraris pedem legi potest; non vero quum quid de suo addit, vel a turbidis fontibus haurit. Videnda igitur de Systematibus Mundi, praesertim Copernici, Cartesii, Nevtonii, & Whistonii, Introductio ad Historiam Universalium Anglice editam, & Gallice versam anno 1732.

lis, quae de Rounditate Terrae n. 105. adducit, utpote, jam antiquitatis, substituta sunt ea, quae Astronomi Galli a Rege Christianissimo ad Polum arcticum, & ad Aequatorem missi, nostrae aetate scripserunt, a quibus apparet, Terraeque Globum circa Polos esse planiorem, quam versus Aequatorem.

Cetera Ferraris sphalmata quisque primo intuitu cognoscet.

MUNERA, seu Dona. Vide verb. Xenia.

MUSICA, MUSICUS.

UT honorificetur Deus in Sanctis suis, Musica in Ecclesiis est de Jure permixta textu expresso in *Extra. Doct. de vita, & honest. cler. & tradunt communiter Doctores cum Pignatelli. r. 3. consult. 41. per tot.* Unde *Ecclesiastici 42. n. 5.* habetur, non esse impediendam Musicam, ibi; *Non impediatis Musicam; & ibid. c. 47. n. 11.* commendatur David eo quod *stare fecit cantores contra Altare, & in sono eorum dulces fecit modos.*

Hinc Episcopus non potest praecipere, quod in Ecclesiis non fiat Musica (exceptis Monialibus) sed bene poterit Musicis praecipere, quod non canant, nisi verba Sacra, & quod Musica nihil immodestum, aut turpe sapiat, & tota sit devota, & Ecclesiastica, prout iussit Alexander VII. 23. Aprilis 1657. & Innocentius XII. 20. Augusti 1692.

Neque potest Episcopus prohibere Musicis, ne canant in illis Ecclesiis, ubi non regit Magister Capellae Cathedralis; S. C. Episc. 11. Mart. 1648. Neque quod Musicis non accedant ad canendum sine sua licentia, ut contra Edictum Episcopi Aquilani talia prohibentis rescriptit *Sacr. Congr. Episcop. et Regular. 2. Decembris 1695. referente Eminenti. Cardin. Petrucci.*

Prohibere non debet Musicis usus fistulae, seu corniculae qui viget etiam Romae, non obstanti Decreto Concilii Provincialis, quando non fuit receptum, neque in Metropolitana, *Sacr. Congr. Episc. et Regul. in Bergomen. 22. Novembris 1593.*

Musica non decet in Officio Quadragesimae, praesertim cum instrumentis, & si est occasio alicujus Scandalii, S. C. Episc. in *Patavina 27. Martii 1601.* apud Nicol. in *Floscul. verb. Musica n. 3.* Unde *Ecclesiastici 22. n. 6.* dicitur: *Musica in luteu importuna narratio.*

Conceditur licentia Regulari, ut possit esse Magister Capellae, vel Cantor Cathedralis, vel alterius Ecclesiae, S. C. Episc. & Regul. in *una Augustin. Lombard. 28. Jan. 1606.* & in *alia Servitarum 22. Febr. ejusdem anni.*

Non conceditur, quod Moniales possint a viris doceri cantum, seu musicam, vel sonum, neque ad crates, neque ad portas, S. C. Episc. in *Agrigenina 23. Aprilis, in Parmen. 8. Maji, & in Regien. 23. Julii 1602. in Maccraten. 17. Febr. in Messanen. 10. Junii, & in Anconitana 15. Septemb. 1603. in Neapolitana 8. Novemb. 1604. & 5. Julii 1647.* apud Nicol. l. c. n. 5. Nisi brevi tempore pro cantu Gregoriano, *Ead. S. Congr. Episcoporum. 2. Augusti 1647. 5. Januarii 1649. 21. Januarii 1650.*

Occasione Musicae nulla Monialis eximi potest a Choro, vel ab Oneribus Monasterii communibus sub poena privationis

nis veli, vocisque activae, & passivae, et aliis arbitrio Sacrae Congregationis, *Eadem Sacr. Congr. Episc. in Anconitana 15. Sept. 1603.*

Est decretum generale Sacrae Congregationis esse tolerandam Musicam in Ecclesia exteriori Monialium, praesertim in quibusdam Festis principalibus, ubi est talis consuetudo; ubi vero consuetudo non adeit, non esse de novo concedendam; *Eadem Sacr. Congr. Episcop. in Neapolitana 10. Novemb. 1582.*

Vigore Decreti Concilii capitulo 8. *sess. 22. de celebratione Missar.* non obstante quacumque contraria consuetudine, poterit Episcopus prohibere, ne in Ecclesiis, & Oratoris publicis canatur Musica lingua vernacula, quantumvis Cantuacule, & verba Spiritualia sint; S. C. Rit. in *Hispal. 3. Septemb. 1695. et 24. Novemb. 1696. referente Eminenti. Card. Colloredo in responsione ad quartum*; Quia cantus hujusmodi est contra Ritus Ecclesiae. Et *Eadem Sacra. Congr. Rit. in una Abulensi 21. Mart. 1609.* iam decreverat, quod Cantiones vulgari sermone in Festo Sanctissimi Sacramenti cantare non convenit.

Musici conducti a Capitulo pro cantu Ecclesiae possunt ab illo expelli admittat famulorum absque ulla causa; *Rota in Majoricensi Juris amovendi Musicos 14. Januarii 1729. per rot. coram Molino.* Sic refert Uraya in *Miscellaneo Sacro, & profano p. 2. verb. Musici.*

Musici Ecclesiae Cathedralis gaudent privilegio fori; *Sacr. Congr. Immo. in Urbevetana 28. Novemb. 1653.* apud Pignatelli. t. 4. *consult. 90. n. 11.*

Musici, qui non sunt de gremio Capituli, in Processionibus, & aliis actibus publicis non debent praeferi Clericis Beneficiatis; Unde non debent accedere cum Beneficiatis, sed immediate post Crucem, non obstante consuetudine; S. C. Rit. in *Urbevetana 29. Novemb. 1610. & 15. Jan. 1611. & in Vigilien. 8. Octob. 1650.* apud Pignat. cit. *consult. 90. n. 11.*

Musici non excusantur a jejuniis ratione cantus, nisi per illud voces corrumpant, & redderent inhabiles ad canendum, quia tunc paterentur grave incommodum, cum vivant ex voce grata; *La Croix lib. 3. p. 2. n. 1349.* cum aliis ibi citatis.

Organorum usum in Ecclesiis incepisse tempore Vitaliani Papae circa annum Domini 660. refert ex Platina Pignatelli. tom. 3. *consult. 41. n. 8.* ubi dicit hanc esse veriorum, & communiorum sententiam: Alii autem apud Crocolum in *Mythagogo lib. 3. c. 27.* Organa coepisse audiri in Ecclesia permittente S. Damaso Pontifice, qui creatus fuit Summus Pontifex 15. Septemb. anno 367.

Organa, & quaecumque alia instrumenta Musica nequeunt adhiberi in Missis Defunctorum; Sic Benedic. XIII. in *Conc. Romano tit. 15. cap. 6.*

Pro complemento afferuntur quae de Musica habet Sapienfissimus Toletanus tom. 1. in *Genef. in Epistola Divi Hieronymi ad Paulinum cap. 6. verb. Musicis*, ibi: Musica enim harmonicus vocibus, tubarum flatus, & pulsabilibus concrepat organis; De hoc ait Augustinus: A terra usque ad Caelum mensura coelestis musicae mensuratur; est namque in terra, *Gammant*, in Luna, *A re*, in Mercurio, *Be mi*, in Venere, *Ce fa ut*, in Sole, *De sol re*, in Marte, *E la mi*, in Jove, *Ess aut*, in Saturno, *Ge sol re ut*; Sunt namque a terra usque ad Firmamentum septem toni; a terra usque ad Mercurium est semitonium; a Mercurio usque ad Venerem, est semitonium; a Venere usque ad Solem, sunt tria semitonia; a Sole usque ad Martem, est unus tonus; a Marte usque ad Jovem, est semitonium; a Jove usque ad Saturnum, est semitonium; a Saturno usque ad Firmamentum, sunt tria semitonia; quae universa juncta septem tonos efficiunt, Tonus autem secundum quosdam continet quindecim millia milliarum; Haec ille, qui in *Josue cap. 10. q. 14.* addit sic: Philosophi tamen dicunt, esse in Caelo omnes proportionem harmonicas Musicorum, & esse tonos, atque semitonia: Non quidem quod ibi sit aliqua vox, secundum quam considerantur istae proportionem; Sed accipiuntur isti toni, & semitonia, vel proportionem vocum secundum duo, scilicet secundum magnitudinem, et proportionem distantiae Coeli unius ab altero, comparando a superficie concava cuiuslibet usque ad convexam, & quia non sunt omnes Coeli aequales in magnitudine; & proportio magnitudinis, & distantiae planetarum, & secundum hoc a quibusdam planetis ad alios sunt Semitonia, ab aliis vero ad alios sunt toni integri; Sicuti describit Mar-

tianus Mineus Felix Capella lib. de nuptiis Mercurii, & Physiologia. Haec ibi.

Musici instrumenti Sonatores Christiani prohibentur intervenire in Infidelium Festivitatibus, et Sacrificiis; Benedic. XIV. in Constitutione *Omnium Sollicitudinum §. 3. & 14.*

MUSICA. Vide Cantiones.

M U T U U M .

Mutuum ita dictum est, quod id, quod mutuo traditur, ex meo fit tuum, textu expresso in *Institut. Quibus modis re contrahatur obligat.*, ubi sic praecise habetur: *Inde etiam dictum est mutuum: quia ita a me tibi datur, ut ex meo tuum fiat, & concordat l. Mutuum 2. §. de rebus creditis, ff. si certum petatur.* Unde mutuum recte definitur, quod sit *gratuita rei traditio numero, pondere, vel mensura constantis, facta eo animo, ut statim fiat accipientis, cum obligatione, ut similis in specie, & bonitate restitatur; Est in re Communis, & desinitur ex ipsismet verbis Justiniani Imperatoris l. cit. ubi dicit: Mutui autem datio in his rebus consistit, quae pondere, numero, mensurae constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata. . . . quae res in hoc datus, ut accipientium sunt, & quoniam nobis non eadem res, sed aliae ejusdem naturae, & qualitates reddantur.*

Mutuam dare, & accipere possunt omnes illi, qui possunt contrahere; de quibus dictum est satis sub verb. *Contractus*; Ita *Communis*. Contrahere enim ut sic tamquam genus comprehendit sub se omnes contractus, adeoque etiam mutuum.

Advertendum tamen est primo, quod Civitas, Ecclesia, Monasteria, & alia pia loca non obligantur ad restituendum, vel solvendum mutuum, quod eorum Rectores, vel Administratores acceperunt, nisi Creditor probet, mutuum in Civitatis, vel Ecclesiae, seu aliorum piorum locorum utilitatem conversum fuisse; Alias autem soli dicti Rectores, vel Administratores conveniri poterunt, & nullatenus Civitas, vel Ecclesia, seu alia pia loca, ut constat ex *Authent. Hoc jus porrectum Cod. de Sacrosanct. Ecclesiis*, quae refertur etiam in *cap. Ea enim 2. caus. 10. quest. 2. & l. Civitas ff. Si certum petatur*, juncta l. 1. *Cod. de solut. & liberat. debitor. Civit. l. 11.* Sic Bartolus in *l. Civitas ff. Si certum petatur*, Panorm. *cap. 1. de Deposit. num. 9.* & silius *cap. Quod quibusdam, de Fidejuss. Lugo tom. 2. disp. 25. sect. 1. num. 2.* Rosignol. *de Contract. contract. 3. de mutuo prenot. 4. num. 4.* Reiffenstuel *Theolog. moral. tract. 8. dist. 4. de Contractibus quest. 1. num. 7.* Engel tit. *de pactis num. 43.* & alii passim.

Advertendum est secundo, quod si filii, vel filiae familias sine contentu parentum pecuniam mutuo acceperint, neque ipsi, neque parentes ipsorum teneantur ad restitutionem mutui; Sic expresse habetur in *l. 1. & sequentibus ff. & Cod. ad Macedonianum, & Institut. Quod cum eo, qui in aliena est potestate §. penult.* Cum enim quidam Macedo fenerator soleret mutuum dare filiis familias indigentibus, qui postea, cum non haberent, unde restituerent, moliebantur mortem suis parentibus, ut in eorum bonis succederent, quibus possent satisfacere; Ad occurrendum his gravissimis malis conditum, & promulgatum fuit Senatus consultum Macedonianum ab ipso Macedone sic dictum, quo iidem filii familias eximuntur a quocumque onere restitutionis.

Filii familias non obligantur ad restitutionem mutui, etiam si vigesimum quintum annum suae aetatis excedant, quia dictum privilegium factum est, non tam in favorem Filiorum, quam Parentum, ut sic Parentes liberentur a periculo mortis, quae ipsis a Filiis ratione similis mutui potest intentari; mors autem potest Parentibus intentari a Filiis, sive annum 25. excesserint, sive non, adeoque &c. *Communis*.

Filii familias neque post obitum Parentum teneantur ad restitutionem mutui, quod ipsis viventibus acceperunt, quia dictum Senatus consultum Macedonianum extinguit in initio contractus totaliter obligationem restitutionis similis mutui; Obligatio autem semel extincta non amplius reviviscit, adeoque &c. *Molina disp. 301. versic. Privilegium hoc extenditur, Azorius Institut. moral. part. 3. lib. 7. cap. 3. quest. 4.* Rosignol. *loc. cit. n. 5.* Lugo *loc. cit. n. 3.* & alii.

Tale privilegium valet, non solum pro Foro exteriori, sed etiam

etiam pro interiori animæ, seu conscientie (a), quia hæc lex publica auctoritate inducta est in commune bonum, & iusta est; Quælibet autem Lex iusta obligat, & valet, non solum pro Foro externo, sed etiam pro interno, adeoque &c. Sic expresse tenent Innocentius, & Panormitanus in c. Quia plerique, de Immunitate Eccles. num. 26. Antonius Gomez tom. 2. Variar. resolut. cap. 6. num. 2. Lugo loc. cit. n. 3. Lessius lib. 2. cap. 20. num. 8. Herincx disp. 3. de contractib. numer. 5. Rosignol. loc. cit. num. 6. Reiffenstuel loc. cit. num. 8. Sanchez & alii.

9 Excipiuntur multi casus, in quibus Filius familias, & quandoque ejus Pater tenetur mutuum restituere, nec potest uti exceptione Senatus consulti Macedoniani. Primus igitur casus est, quando Filius familias habet bona castrensia, seu quasi castrensia, quia tunc, cum Filius habeat, unde solvat independentem a bonis Patris, cessat periculum ipsius occisionis propter talia bona; Sic expresse habetur in l. 1. §. ultim. & in l. 2. ff. Ad Macedonianum.

10 Secundus casus est, quando Filius mutuum accepit, infcio Patre, qui tamen postea contractum ratum habuit, & approbavit, vel per expressum consensum, vel per solutionem partis mutui; & a fortiori si Filius mutuum accepit iussu Patris, vel ipso sciente, & non contradicente, & Pater erat solutus solvere mutuum Filii, quia tunc cessat præsumptio, & periculum occisionis Patris propter talem restitutionem faciendam; leg. ultima Cod. ad Macedonianum.

11 Tertius casus est, quando Filius tempore recepti mutui credebatur esse sui Juris, nec levi fundamento mutuans id credidit, vel ex eo, quod officium aliquod publicum exerceret, vel mercaturam, ut Pater familias, quia tunc cessat præsumptio dicti periculi; leg. Si quis patrem, l. penultim. ff. Ad Macedonianum, l. 1. & 2. cod. eod. tit.

12 Quartus casus est, quando Filius mutuum accepit, & insumpsit in commodum, & utilitatem Patris, quia tunc nullum est periculum de nece Patris propter solutionem talis mutui, cum in ipso casu Pater ipse in defectum Filii teneatur restituere; l. Si filius familias, & l. Si tamen ff. ad Macedonianum, & l. Si permittente Cod. eod. tit.

13 Quintus casus est, quando Filius accepit mutuum ob causas, propter quas Pater secundum rectam rationem tenebatur subministrare, v. gr. propter necessaria ad studia; vel propter alimenta, vel causa negotiationis, in qua Pater ipsum implicavit; tunc enim cum Pater ipse teneatur restituere in defectum filii, cessat dictum periculum, & finis Legis deobligantis ad restitutionem; l. Macedonianum C. ad Senatus consultum Macedonianum.

14 Sextus casus est, quando Filius tempore mutui accepti erat militæ addictus, quia speciale privilegium est illius status, ut sic milites possint per accepta mutua suis indigentibus in bello providere; l. Filius familias §. Si autem Cod. Ad Macedonianum.

15 Septimus casus est, quando filius mutuo accepit non pecuniam, sed rem aliam, ut triticum, vinum, & similia, dummodo illa res in fraudem Legis non dentur ea conditione, ut convertantur per alios contractus in pecuniam; Nam Senatus consultum Macedonianum loquitur solum de mutuo in pecunia, adeoque non est extendendum ad alias res; leg. Sed Julianus §. Mutui ff. Ad Macedonianum. Dicitur autem notanter: Dummodo ille res non dentur in fraudem Legis &c. quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent; cap. sedes 15. & cap. Ex tenore 16. de Rescriptis, cap. Tunc 12. de Clericis non residentibus, cap. Ex litteris 2. de dolo, & contumacia, l. In fundo ff. de rei vindict. leg. Cum hi ff. de transact. & l. Si Legatarius Cod. de Legatis cum similibus.

(a) Vide adnotationem positam in fine pag. 208.
(b) Vide ibid.
(c) Mutuum dare quandoque est præceptum: & Eleemosyna non semper est consilium.

Mutuare indigentibus est consilium, sicut dare eleemosynam? Falsa atque antiangelica propositio quoad utrumque eorum membrum; si omne præceptum excludat mutuum, & eleemosynam dandi. Falsum, merum est consilium mutuum dare indigentibus. Si unus de fratribus tuis (ait Dominus Deuteronomii cap. 15.) qui non morantur intra portas Civitatis tuæ, in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum, nec con-

trahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo cum indigere perspexeris. Cave, ne forte subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: appropinquat septimus annus remissionis: & avertas oculos tuos a paupere fratre tuo, volens ei, quod postulat, mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dominum; & fiat tibi in peccatum. Sed dabis ei, nec ages quippiam callide in ejus necessitatibus subleandis. Quod si Judæis (ut optimè animadvertit Natalis ab Alexandro Theologia Dog. & mor. lib. 3. c. 6. art. 9. regula 1. Tom. 2. pag. 193.) præceptum erat popularibus suis indigentibus, dare mutuum gratis, etiam desperata sorte ob annum sab-

baticum imminente: multo magis Christianis, quos novi omnes Doctores, Filius familias non tenetur ad restitutionem mutui, etiam si renuntiaverit privilegio Macedoniani, quia Senatus consultum Macedonianum non solum conditum est in favorem Filiorum, sed multo magis in favorem Parentum, ne scilicet ipsorum mors ob restitutionem talis mutui a filiis intentetur; nemo autem renuntiare potest privilegio in favorem alterius, et in odium delinquentium facti; arg. cap. Si diligenti 12. de foro competent. Et sic tenent Lugo loc. citat. num. 3. Rosignol. loc. cit. sub num. 14. et alii passim cum infra citandis.

Inimò filius familias nec tenetur (b) ad restitutionem, etiam si juraverit tale mutuum restituere, quia in fraudem Legis posset quilibet Filius familias ad facilius obtinendum mutuum interponere juramentum de ipso restituendo, et sic semper vigeret periculum intentandæ mortis Patris, pro quo periculo evitandæ, et tollendæ fuit conditum, et promulgatum dictum Senatus consultum Macedonianum; Tum quia tale Senatus consultum ex dictis supra num. 8. non solum obligat, et valet in foro externo, sed etiam in interno conscientie, adeoque, ipso stante, juramentum non solum est contra Leges civiles, sed etiam contra bonos mores, contra bonum commune, et contra Jus, quod habent parentes per talem Legem acquisitum. Nec valet dicere cum Lessio lib. 2. c. 20. dub. 2. num. 9. Reiffenstuel loc. cit. num. 9. & aliis, quod juramentum in alterius favorem factum servandum sit, quando absque peccato servari potest, uti absque peccato servari potest, in hoc casu. Non valet, inquam, quia tale juramentum est contra bonum alterius, in præjudicium Legis, & boni publici: Unde sine peccato servari non potest; Ita Panormitanus in cap. Cum contingat, de iurejurando num. 22. Innocentius in cap. Quia plerique, de Immunitate Eccles. num. 26. Bartolus secutus a Rosignol. l. c. n. 14. & alii.

Pupillus habens Tutorem, & Minor habens Curatorem, si sine Tutoris, aut Curatoris consensu aliquid nomine mutui accipiat, de Jure Civili non tenetur ad restitutionem, si illud amisit, vel imprudenter consumpsit; Tenetur tamen, si ex ipso in aliqua parte factus sit locupletior; l. Si frater tuus ff. de filio familias Minore, ubi dicitur: quod propter lubricum ætatis adversus eam cautionem in integram restitutionem posse postulare, quod est notandum pro iis, qui Minoribus sine Curatorum, seu Tutorum auctoritate dant mutuum. Dicitur autem notanter: Si ex ipso mutuo in aliqua parte factus sit locupletior, quia nemo ex re aliena cum injuria, & jactura Domini potest ditescere; cap. Locupletari 48. de Regul. Juris, ibi: Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura. Dicitur etiam notanter: De Jure Civili, quia per talem mutui acceptionem Pupillus, Pubes, vel Pubertati proximus, & Minorenis obligantur naturaliter, sive in foro conscientie, ut ex communiori diximus sub verb. Contractus num. 32. Vide ibi a num. 28. ad 35.

Mutuare indigentibus est consilium, sicut dare eleemosynam (c); Nihil tamen inde sperare tamquam debitum ex ipso mutuo est præceptum; Communis cum Rosignolo de Contractibus contract. 3. prænot. 7. num. 2. Usura enim est prohibita, nedum Jure humano Ecclesiastico, ut patet toto tit. de Usuris, sed

trahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo cum indigere perspexeris. Cave, ne forte subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: appropinquat septimus annus remissionis: & avertas oculos tuos a paupere fratre tuo, volens ei, quod postulat, mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dominum; & fiat tibi in peccatum. Sed dabis ei, nec ages quippiam callide in ejus necessitatibus subleandis. Quod si Judæis (ut optimè animadvertit Natalis ab Alexandro Theologia Dog. & mor. lib. 3. c. 6. art. 9. regula 1. Tom. 2. pag. 193.) præceptum erat popularibus suis indigentibus, dare mutuum gratis, etiam desperata sorte ob annum sab-

sed etiam Jure Divino, ut habetur ex pluribus Sacre Scripturæ textibus; Levitici enim 25. num. 36. præcipitur expresse: Ne accipias usuras ab eo, nec amplius, quam dedisti, & ibidem num. 37. subiungitur: Pecuniam tuam non dabis eis ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges, Ezechiel Propheta c. 18. n. 13. numerat inter peccatores ad usuram, dantem, & amplius accipientem; Et Luca 6. n. 35. Christus ipse dicit: Mutuum date, nihil inde sperantes. Unde cap. Super eo 4. de Usuris expresse dicitur, quod Usurarum crimen utriusque Testamenti pagina detestatur: Et si aliquis pertinaciter assereret, exercere usuras non esse peccatum, veluti hæreticus esset puniendus, ut est definitum in Clementina unica de Usuris; Vide verb. Usura a n. 6.

Hinc mutuare ea intentione, ut acquiratur aliquid ex mutuo tamquam debitum ex Justitia, est id minus principaliter intendatur, est usura mentalis; S. Thomas 2. 2. quæst. 78. art. 2. Cajetanus ibid. art. 1. ad 4. & in Summa verb. Usura cap. De usura mentali, Navarr. in comment. de usura 14. quæst. 2. cap. 10. num. 20. Molina tract. 2. disp. 305. conclus. 1. Sotus lib. 6. quæst. 2. art. 2. Lessius lib. 2. de Justitia, & jure cap. 20. dub. 5. num. 39. Rosignol. loc. cit. prænot. 9. numer. 1. & alii passim. arg. cit. cap. 6. Luca, ibi: Mutuum date nihil inde sperantes; & cap. Consultus 10. de usuris, ibi, „Contulit nos tua devotio, an illo in iudicio animarum, quasi usurarius debeat judicari, qui non alias mutuo traditurus eo proposito mutuum pecuniam credit, ut licet omni conventionione cessante, plus tamen forte recipiat... Verum quia in his casibus quid tenendum sit, ex Evangelio Lucae manifeste cognoscitur, in quo dicitur: Date mutuum nihil inde sperantes; hujusmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cum omni usura, & superabundantia, prohibeatur in Legge) judicandi sunt male agere, & ad ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda in animarum, iudicio efficaciter inducendi.

Mutuare cum pacto conferendi aliquid supra fortem, non tamquam debitum Justitiæ, sed tantum amicitie, & gratitudinis, est usura; habetur expresse ex propositione 42. inter merito damnatas ab Innocentio XI. die 2. Martii 1676. ibi: Usura non est, dum ultra fortem aliquid exigatur tamquam benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigatur, tamquam ex Justitia debitum.

Mutuans non potest licite aliquid supra fortem exigere a Mutuatario, ex quo se obligat non repetendam fortem usque ad certum tempus; Sic expresse habetur ex propositione 42. inter iustissime damnatas ab Alexandro VII. die 18. Martii 1666. ibi: Licetum est mutuant aliquid ultra fortem exigere, si se obliget ad non repetendam fortem usque ad certum tempus.

Mutuans non potest licite aliquid supra fortem exigere a Mutuatario pro sola carentia pecunie, quam ei actualiter numeratam mutuavit; quia carentia illius pecunie ad aliquod tempus est intrinseca, & essentialis mutuo: Unde sicut nequit aliquid exigi pro mutuo; ita nec pro illa carentia; Hinc Innocentius XI. die 2. Martii 1676. iure merito inter alias damnavit sequentem propositionem 41. in ordine, ibi: Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam presentem, quam futuram, potest Creditor aliquid ultra fortem a Mutuatario exigere. & eo titulo ab usura excusari; & ad id facit etiam alia propositio damnata ab Alexandro VII. numero antecedenti allata.

Mutuans cum pacto, ut Mutuatarius ei vendat res suas, etiam iusto pretio, vel ut emat res ab ipso, vel ut utatur ejus Molendino seu frequentet ejus officinam, vel ut patrocinetur suæ causæ, vel conductat ejus prædium, vel ut restituat in alio loco, vel ut restituat partem in pecunia, partem in mercibus, vel ut eum exinat a tributis, seu vectigalibus, vel ut ei prælet munus a lingua, a manu, ab obsequio, & his similia, committit usuram, quia obligatio Civilis quoad hæc omnia adimplenda est pretio æstimabilis, cum sic imponatur mutuatario onus indebitum, & privetur sua libertate, sicque mutuans imponens ei pro mutuo talem obligationem committit usuram; Communis.

Testamenti gratia ad majorem quam Judæos, obligat, per sektionem, præceptum est, ut proximo ad extremam necessitatem redacto mutuum dando gratis, desperata etiam sortis recuperatione, succurrant. Nec minus fallum est repugandum aliud membrum, in quo veluti merum consilium

Item usuram committit mutuans cum pacto, ut mutuatarius teneatur seclibere pro ipso, quia tale onus, ut de se patet, est pretio æstimabilissimum, cum & asserat commodum mutuant, & incommodum, seu periculum mutuatario, adeoque mutuare cum tali pacto est usura; Cajetanus 2. 2. quæst. 78. art. 2. ad quartum; Sotus lib. 6. de Justitia quæst. 1. art. 2. ante responsum ad secundum, Joannes Medina de rebus per usuram acquisitis q. 4. ad primum principale, & alii passim.

Mutuare frumentum, vel vinum de presenti, quo minoris valet, cum pacto, ut restituatur in eadem quantitate pro tempore, quo prævidetur certo, vel quasi certo plus valiturum, est usura, quia sic plus exigitur, quam datur, & supra fortem datam imponitur mutuatario onus pretio æstimabile, quo scilicet restituere debeat in eadem quantitate pro tempore, quo prævidetur certo, vel quasi certo frumentum vel vinum plus valiturum; Communis. Non est tamen usura, si sit æquale dubium, an pro tempore restitutionis sit valiturum plus, vel minus, quia tunc uterque contrahentium æquali fortunæ sorte se subijcit: est enim tunc velut ludus sortis cum æquali Jure, & periculo commodi, vel damni utriusque Comm.

Sic pariformiter est dicendum de pecunia mutuata cum pacto, ut restituatur in eadem omnino specie, & numero pro tali certo tempore; Nam si æquale sit dubium, vel periculum incrementi, vel decrementi valoris ejusdem, nulla est usura propter rationem supradictam; Communis. Si vero certo, vel quasi certo credatur pro tali tempore augendum valorem, injustum, & usurarium est tale pactum. Unde tunc non sunt restituendi tot omnino aurei, quot mutuo sunt accepti, sed solum tot ad ratam valoris ipsorum pro tempore mutui accepti; Communis.

Excipe tamen, nisi ipse mutuator talem pecuniam, tale vinum, tale frumentum, & hujusmodi servaturus fuisset usque ad illud tempus, quo plus distrahere potuisset; tunc enim revera ejus interest antea non mutuisse, & consequenter ratione lucri cessantis poterit pauciori pretio illius temporis, ad quod usque servaturus fuisset, deducta tamen æstimatione custodiæ, conservacionis, laboris, vel periculi, quod servando frumentum, vel vinum, & hujusmodi interim subire debuisset; Communis.

Mutuans potest sine labe usuræ pacisci, ut mutuatarius teneatur aliquid ultra fortem ei restituere ratione damni emergentis; Si enim quis pecuniam destinatam ad emendum v. g. frumentum, vel vinum tempore abundantie, mutuo det, & ob id postea cogatur emere cariori pretio, aut ex absentia pecunie mutuatæ res suas villiori pretio vendere cogatur ob occurrentes necessitates, potest iuste compensationem talis damni sibi emergentis in pactum cum mutuatario deducere, quæ damnum illud emergens, quod subit mutuans in favore, & commodum mutuatarii, est secundum se pretio æstimabile, adeoque potest mutuans iuste pacisci, & exigere, ut illud damnum per mutuatarium sibi compensetur, cum nemo cum suo damno regulariter mutuare teneatur & solet; Communis, cum S. Thoma 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1. & Scoto in 4. dist. 15. q. 2. art. 2. n. 18. ubi sic expresse dicit: Debitor ex cuius non solutione Creditor notabiliter damnificatur, tenetur de Justitia satisfacere Creditori de interesse &c. Unde merito mirantur Scotistæ, quomodo ab Adversariis citetur in oppositum, quem si legissent attente, & post eum Matrium in Theologia morali disput. 5. q. 2. art. 3. certe in contrarium non citassent.

Ut autem iuste, & licite exigatur talis compensatio damni emergentis, requiruntur tres conditiones. Prima ut ipsum mutuum sit revera causa talis damni emergentis, quatenus ex ipsa mutatione sequatur, quod mutuans damnus sibi imminens non possit reparare, nisi cum majori damno, vel vendendo res suas villiori pretio, vel alienas sibi necessarias emendo pretio cariori, vel ob occurrentes necessitates accipiendo pecuniam ab aliis mutuum cum usuris; Si enim mutuans habeat alias pecunias, quibus possit sibi impedire tale damnus, non potest dictam compensationem exigere a Mutuatario, cum

revertatur eleemosynam tribuere indigentibus. Nonne vel ipse Ferraris in art. Eleemosyna num. 7. clarè, & apertè hanc statuit propositionem: Datur præceptum obligans sub gravi ad dandam quandoque eleemosynam? Quomodo igitur evangelicum, & naturale præceptum convertitur est in consilium?

revera mutuum non sit causa illius damni. Secunda ut servetur æqualitas, id est, non exigatur ultra fortem, nisi quantum revera est damnum, vel damni periculum. Tertia ut mutuans expresse moneat mutuatarium de tali damno emergente componendo fortassis enim mutuatarius nolle cum eo onere mutuum accipere, sed cum minori dispendio vellet alio modo sibi, rebusque suis consulere. Communis.

5 Mutuus potest licite pacifici cum mutuatario, ut ei teneatur prestare aliquid ultra fortem ratione lucri cessantis; Si enim quis det mutuum centum aureos, ex quibus alioquin fuisset negotiaturus cum spe intra certum tempus lucrandi alios quinque aureos, potest istos a mutuatario ultra fortem exigere, quia non dicitur petere usuram, sed potius interesse, ne scilicet ipse mutuans, ratione mutui dati ex lucro sibi cessante, damnum patiat: Aliud enim est mutuum, & aliud lucrum cessans ratione mutui dati. Unde quamvis mutuum debeat dari gratis, juxta illud Lucæ 6. Mutuum date nihil sperantes, sicque pro mutuo secundum se præcise spectato nihil supra fortem exigi possit; potest tamen mutuans aliquid supra fortem a mutuatario exigere, ut lucrum inde sibi cessans, sicuti etiam damnum sibi inde emergens compensetur, arg. c. Pervenit 2. de Fidejussorib. ibi: Ne dispendium patiat, unde videtur premium meruisse. Et hoc in Jure vocatur Interesse, prout notat Gloisa in cap. Quoniam 14. quest. 4. atque desumitur ex l. Si commissi 13. ff. Ratam rem haberi, ibi: In tantum competit, in quantum mea interfuit, id est quantum mihi abest, quantumque lucrari potui. Sic communis Doctorum, paucis exceptis, & revera etiam Scotus loc. cit. quamvis ab Adversariis in contrarium citetur.

6 Ut tamen juste, & licite exigatur hujusmodi compensatio lucri cessantis, requiruntur itidem tres conditiones. Prima ut revera mutatio sit causa talis lucri cessantis, id est, ideo alicui lucrum cesset, quia mutuum dat, alioquin non cessaturum, adeoque requiritur, quod pecunia mutuo danda, fuerit revera destinata ad negotiationem, vel ad emptiohem alicujus rei fructifera, & subtrahatur a tali destinata negotiatione, vel emptione, præcise ut mutuatario conferatur. Unde re-

quiritur, quod mutuans non habeat aliam pecuniam omnino otiosam, quam commode possit implicare in negotiatione, seu emptione loco mutuatæ, aliter non poterit lucrum cessans exigere, cum revera in tali casu nullum lucrum ipsi cessaverit ratione talis mutuatæ pecuniæ, cui poterat commode substituere illam aliam omnino otiosam: Dicitur autem notanter omnino otiosam; Nam si habeat aliam necessariam ad alios eventus, v. g. ad dotandas filias, ad collocandos filios, ad suo statui, seu conditioni provide consulendum, & hujusmodi necessitates, quæ inopinate possunt occurrere, tunc etiam poterit exigere lucrum cessans a mutuatario, quia revera illa mutuatæ esset causa cessationis lucri, cum de facto talis pecunia mutuatæ sibi fructificatura esset, nec pro mutuo dando teneretur se privare illa alia pecunia in capsa reservata, tamquam necessaria ad supradictos eventus; Sic Layman lib. 3. tract. 4. cap. 16. num. 8. Molina tom. 2. disput. 316. Lessius lib. 2. cap. 20. num. 87. Rosignol. de Contractib. contract. 3. prænot. 13. num. 8. Sporer tom. 2. tract. 6. cap. 4. num. 44. Lugo tom. 2. disput. 25. sect. 6. a num. 90. ad 95. ubi cum aliis ibi citatis multa ad rem. Secunda conditio est, ut servetur æqualitas, id est non exigatur ultra fortem, nisi quantum illud lucrum cessans valere potest, detractis expensis faciendis, vel æstimatione periculi, ac incertitudinis lucri, & aliis hujusmodi judicio peritorum in tali arte versatorum, quia lucrum in spe incertum, periculosum, & dispendiosum minus valet, quam lucrum in re certum, & securum sine dispendio. Tertia conditio est, quod mutuans præmoneat mutuatarium de tali lucro cessante componendo, quia fortassis ille nolle sub hoc onere mutuum accipere. Et insuper, quod talis compensatio lucri cessantis non exigatur statim, ac datur mutuum; sed postea tempore conveniente, quo scilicet mutuans fecisset illud lucrum, si non mutuasisset; quia si mutuans, v. g. mille pro quinquaginta exigeret statim ac mutuat, dicta quinquaginta, jam non mutuatet mille, sed solum 950. & sic tantum exigeret a mutuatario pro 950. quantum pro mille, quod manifeste illicitum est, cum sic ipse exigeret pro lucro cessante, quam lucrum ei cessaret (a).

Mu-

(a) Novum de Mutuo Articulum addere constitueram, in quo fufius, & clarius mutui naturam, ac proprietates exponerem, quo facilius Lectores possent ex peripicua mutui notionem intelligere, quid mutuo intrinsecum, quid extrinsecum sit, atque usuram non apertas tantum, sed etiam occultas, & palliatas agnoscere, & devitare. Sed cum pleraque ex iis, quæ dicturus eram, ad usuram pertinerent, novum hunc articulum septimo adiciendum modo stabilivi, in quo de usu- ra ex professo disputatur. Hic tamen paucis monendum Lectores duxi, ut doctissimi Censoribus morem gererem, atque ea animadvertere, quæ doctissimi hujusmodi viri adnotanda esse existimarent. Ita que primum animadverto, mutuantibus serio istud inculcandum esse, ut scilicet mutuent animo charitatis, & benevolentia, non spiritu avaritia, vel spe majoris lucri incitati; Mutuum enim contractus est natura sua destinatus ad charitatis exercitium erga pauperes & indigentes. Atque inter Christianos, ut ferventior vigere charitas debet, ita promptior debet esse animus ad mutuandum indigentibus, omni lucrando animo, omnique spe lucri remota. Audiant Christum Lucæ 6. prædicantem: Si mutuum dederitis his, a quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam peccatores peccatoribus sanerantur, ut recipiant æqualia. Verum tamen diligite inimicos vestros; benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Duo in illis Christi verbis continentur præcepta, affirmans unum, alterum negans; primum per hæc exprimitur verba, mutuum date, & ut cætera affirmantia præcepta, semper, sed non pro semper obligat; alterum vero usuram prohibens verbis illis conitat, nihil inde sperantes, quod negans cum sit, semper, ac pro semper homines obligat. Atque hinc consequitur, teneri Christianum hominem ad subveniendum, dum possit, per mutuum proximo suo; nec quidpiam ob hujusmodi contractum exigere, ac sperare licite posse. Non inde tamen fit, ut damni inde emergentis justam compensationem excolere licite non possit. Cavendum vero semper est, ne charitatis loco, avaritia aut lucri spes in animo vigeat; hoc enim in casu contra naturæ legem, ac Christi præceptum ageret.

Deinde invaluit quoque Theologorum opinio, quæ omnino certi lucri cessantis compensationem probet. At ne hac via spem lucri, atque avaritiam hominis foveamur, monere hic lectores opere pretium duximus, opinionem hanc recentem esse, ac facile palliandæ usuræ occasionem præbere posse. Nam apud antiquos Ecclesiæ Patres de hoc lucri cessantis titulo altum silentium est; & antiquiores Theologi titulum hujusmodi omnino rejecerunt. Ne vero id gratis asseruisse videamur, transcribere placuit verba doctissimi Theologi Patris Dominici Soto, qui de justitia & jure lib. 6. quest. 1. art. 3. conclus. 4. hæc habet: Quod hoc modo possit lucrum cessans in pactum duci, non est adeo certum, ut patrum assertio hujus arbitratur, sed est tum minus probabilis, tum quamplurimis usurarum periculis expostum. Et quidem quod non sit usque adeo certum, multis rationibus comprobatur. Primum nullam juris, aut canonici, aut civilis legem invenies, quæ hoc permittat: quod certe non est infimum argumentum. Nam, cum tam frequentes extent quæ usuram ratione moræ pendi jubent, videlicet dum mutuator, vel quis creditor in vitis re sua caret; si spontanea hæc lucri cessantis pactio tam plane licita esset, non deesset lex, quæ id infirmaret. Mox, si præcos Doctores consulas, D. Thomas id negat, consulto dignoscens inter damnum emergens, & lucrum cessans, nempe quod illud licet in conventionem ponere, hoc vero minime. Cujus sententia accedit Scotus in iv. dist. xxxvii. quest. 2. Durandus in iii. dist. xxxvii. quest. 2. & inter Jurisconsultos Innocentius super cap. Naviganti. Immo inter antiquos, gravesque seu Juris, seu Theologia Doctores, neminem invenias, qui explicitis verbis id adstruat, nisi ratione moræ, aut alicujus culpæ debitoris. Primum, qui expresse contrariam opinionem docuerit, citatur Conradus Sunhe- mart, recens auctor, inquit idem Sotus, qui cum formidine & timore eandem defendit, septem conditionibus vallatam. Post Sylveiter, Cajetanus, Adrianus, qui tententur esse opinionem modernorum. Tandem temporis successu evasit, ut fit, inter juniores communis. Placet hic afferre verba S. Thomæ 2. 2. quest. 78. art. 11. ad 1. Dicendum; inquit, quod ille, qui mutuum dat, potest absque peccato in pactum deducere.

ccxx

37 Mutuus potest licite exigere aliquid proportionatum ultra fortem ratione periculi ipsam fortem amittendi; aut difficultatis eam recuperandi (a); Si enim quis ex conditione mutuatarii, qui sit homo dubiæ fidei, inops, & pluribus debitis obstrictus, rationabiliter timeat, ne deficiat in solvendo, aut non nisi cum expensis, aut magna molestia fortem ab ipso recuperare possit, potest licite exigere aliquid lucrum tali periculo proportionatum judicio alicujus experti, cum tale periculum sit sine dubio pretio æstimabile; Sic Lugo dist. disput. 25. num. 81. Diana part. 1. tract. de controvers. resolut. 37. Rosignol. loc. cit. prænot. 13. num. 10. Felix Poteffas tom. 1. part. 2. num. 2306. Layman loc. cit. Sporer loc. cit. num. 52. cum Sylvest. Medina, Petro Navarr. Valent. Sâ. Molina, Lessio, & communiori Doctorum, contra Sotum, Navarr. & varios alios.

38 Mutuus potest licite aliquid moderatum exigere a mutuatario. Ferrar. Biblioth. Tom. V.

tario ratione penarum conventionalis; Si enim mutuans conveniat cum mutuatario, ut si tempore præfixo mutuum non restituerit, teneatur in penam dilationis solvere aliquid ultra fortem principalem, tunc mutuans potest licite id exigere, & mutuatarius tenetur solvere, quia id non exigitur præcise ratione mutui, sed ratione culpabilis moræ solvendi mutuum ultra tempus conventum, seu præfixum; Debitor enim, qui est in mora culpabili, peccat contra Justitiam retinendo alienum, invito Domino, adeoque juste punitur pena conventionali mutuo paciscentium consensu conventa; leg. Stipulationum 2. §. final. leg. Idem juris 3. leg. Stipulatio ista 38. §. 17. de verborum obligationibus: cap. Contractus 85. de Regul. jur. in 6. ibi: Contractus ex Conventionem legem accipere dignoscuntur. Et sic tenet Scotus in 4. dist. 15. quest. 2. art. 2. num. 18. Mastrius, Laym. Molina, Lugo, Sporer, Reiffenst. Lessius, Tamburin. & alii communiter.

D d Mu-

ere cum eo, qui mutuum accipit, recompensationem damni, per quod subtrahitur sibi aliquid, quod debet habere. Hoc enim non est vendere usum pecuniæ, sed damnum vitare; & potest esse quod accipiens mutuum majus damnum evitet, quam dans incurrat. Unde accipiens mutuum, cum sua utilitate damnum alterius recompenfat. Recompensationem vero damni, quod consideratur, in hoc quod de pecunia non lucratur, non potest in pactum deducere: quia non debet vendere id, quod nondum habet, & potest impediri multipliciter ab habendo. Hæc notanda, ac serio animadvertenda Lectorem propositum, ut videant quam caute homini Christiano procedendum sit in pactioem ineunda de recipiendo ex mutuo auctario titulo lucri cessantis; cum enim vix ac ne vix quidem contingere soleat, ut exacte serventur conditiones necessariæ ad licitam constituendam hujusmodi pactioem, non adeo facile permittendi sunt hujusmodi contractus. Audiant hæc de re Medina, & Toleti consilium; ille enim in quæst. in quibus casibus licitum est mutuantibus, post quam conditiones recentivit necessarias ad hujusmodi titulum collocationem, statim subnequit: Sed quoniam in his qui mutuantur rarissime hæc omnia requisita concurrunt: ideo tales contractus, in quibus aliquid ultra capitale ratione interese lucri cessantis exigitur, dissuadendi sunt, ut fiat. Toletus vero in instruct. Sacerd. lib. v. cap. xxxiii. sub finem capituli hæc habet: Hæc igitur de lucro cessante dicta sunt. Securus est a tali abstinerere lucro, & gratis mutuari, cum nullum damnum emergit.

(a) Non adeo facile pronuciandum est licitum esse lucrum mutuantis propter periculum, cui exponitur, amittendi fortem. Primum enim illicitum illud videtur jure illo divino, quo mutuum ad pauperum levamen destinatum est, quoque pauperum vitata est oppressio per illa verba Exodi 22. vers. 25. Si pecuniam mutuum dederis populo meo pauperi, usuris non opprimes eum. Porro si Deus præcipit, ut gratis mutuum detur pauperi: si mutuum dare jubet indigentibus nihil inde sperantes, quis non videt aperte prohibere aliquid supra fortem recipere ob periculum, quod paupertas, & indigentia ipsa secum adnexum habere videntur? Nam hoc periculum a tali mutuo inseparabile omnino est. Ajunt Auctores, quos Lucius laudat, periculum istud tolli per fidejussorem, aut pignus posse, ideoque mutuo extrinsecum esse. At falsum id generatim est. Nam qui inopia pressi mutuum postulant ordinarie non possunt fidejussorem, aut pignus mutuo æquivalens præbere. Cum ergo ii vere pauperes sint, ac etiam cum his servari debeat illud Christi mandatum: Mutuum date nihil inde sperantes, manifestum est nil supra fortem recipere homines posse, dum hominibus hujusmodi mutuantur. Periculum ergo istud sufficiens titulus non est recipiendi aliquid supra fortem; Nam hujusmodi lucrum manifeste in pauperum oppressionem cederet. Deinde non licet aliquid supra fortem accipere ratione periculi, quod in omni mutuo secum alioquin vi mutui præcise liceret aliquid supra fortem accipere; atqui periculum generale est de intrinsecaratione mutui, ut ex ipsa definitione patet; tum etiam quia mutuantis conditio melior esse non debet conditione mutuatarii, plena enim esse debet in omni contractu æqualitas; atqui longe melior esset mutuantis, quam mutuatarii conditio, si posset mutuans

aliquid supra fortem exigere ratione periculi intrinseci secundum se spectati; hoc enim periculum subiret ipse mutuantis, etiam si rem suam mutuo non daret; potest enim ea apud illum sicut & apud mutuatarium innumeris casibus fortuitis absorberi. Damneque, ut mutuator, inquit Pater Concina, pro periculo pretium exizat, in se periculum lucri, perire, & mutuatarium a periculo liberare debet. Cur enim mutuatarius ad solvendum pro hoc periculo pretium astringitur, si a periculo non liberatur? Quid emit, quid accipit mutuatarius, ob quod solvere pretium teneatur? Mutuator quid beneficii conferat mutuatario propter mutuum? Vi mutui nihil accipi posse teneatur a mutuatario præter fortem. Pretium ergo exigit, quin meream ullam tradat mutuatario. Iniquum ergo est pretium istud pro nihilo solvitur. Urgeo sub alio aspectu hanc rationem. Si mutuatarius recipit pecuniam mutuo acceptæ patitur, nonne, si solvendo sit, tenetur integram pecuniæ fortem restituere? Dubio procul. Solvit ergo periculi pretium. Nam periculum istud unice spectat fortis jacturam. Ergo quoties mutuatarius capitale red. lit, totum periculi pretium solvit. Quid plura? Nonne mutuatarius in ipsa mutui acceptione suscipit periculum restituendæ fortis? Nonne si capitale mutuatium, vel furto sublatum mutuatario sit, vel negotiationi expostum, vel quocumque alio eventu perierit, ad restitutionem integri capitalis astringitur? Solvit ergo periculi pretium integrum. Pretium enim periculi excedere fortis pretium nequit; cum periculum circa fortem non sit damnum diversum ab ipsa forte. Credo: potest ne mutuatarius cogi ad certum pretium solvendum pro damno emergente, quando ipse se velit obstringere ad cujusque futuri damni compensationem? Negant omnes. Atqui mutuatarius recipit suscipit periculum compensationis omne damnum, quod ex fortis jactura oriri possit; cum se obliget ad restituendam fortem in omni eventu. Ergo dum fortem restituit, plene compensat omne damnum; cum damnum fortis non superet fortis pretium, ut dictum est. Quid? Infelix mutuatarius, si fortem, vel fortuna adversa, vel iniquis prædonibus rapientibus, amiserit, eam integram reddere debet; & tenebitur insuper pretium solvere, quod has calamitates passus sit, vel pati poterit? Hæc ne evangelica doctrina? Hæc ne Christi charitas? Confirmo rationem adductam furis paritate. Fur surripit centum aureos. Penitentia ductus eosdem restituit. Numquid pretium periculi solvere tenetur creditori? Negant omnes ad unum Theologi. Et tamen majus est periculum pecuniæ raptæ, quam pecuniæ mutuatariæ. Respondent juniores, paritatem hanc nullius esse roboris. Quoniam ideo fur non tenetur solvere periculi pretium, quia nulla pacta inter furem & dominum conventio fuit periculi istius solvendi; contra inter mutuatorem, & mutuatarium hæc præcessit conventio. Lepidum profecto effugium. Quid nunc in disputationem vocatur? Nonne utrum sit periculum istud pretio æstimabile? An sit titulus verus pretio compensandus? Quid respondes? Negas? Usura ergo est pro illo mutuum exigere. Ais? Ergo potiore jure fur, quam mutuatarius illius solvere pretium tenetur. Insistis. Nulla inter furem, & dominum conventio præcessit. Opponi ne hæc possunt absque communis sensus præjudicio? Ut conventio justa sit, iusto niti titulo debet. Titulus ergo istius mutui pactæ

ccxx

39 Mutuans, qui non pecuniam, sed alias res, v. gr. triticum, vinum, & hujusmodi mutuatus est, & eas, quales esse debent, non reddit, aut eas non reddit in tempore, seu loco convento, tenetur solvere justam earundem rerum estimationem pro tempore, & loco, in quo eas reddere debebat. Si autem non convenit cum mutuante, nec de tempore, nec de loco, in quo eas reddere deberet, tunc reddere eas debet secundum estimationem, quam habent in tempore, & loco, in quo petuntur, & restituntur, textu expresso in leg. Si merx aliqua 4. ff. de condit. triticaria, ibi: Si merx aliqua, que certo die dari debebat, petita sit, veluti vinum, oleum, frumentum, tanti licet estimandam, Cassius ait, quanti fuisset eo die, quo dari debuit; Si de die nihil convenit, quanti tunc cum iudicium acciperetur. Idemque Iuris in loco esse, ut primum estimatio sumatur ejus loci, quo dari debuit; Si de loco nihil convenit, is locus spectetur, quo peteretur. Quod, & de ceteris rebus Iuris est. Si vero res fuerit mutuo accepta secundum estimationem factam in tempore, & loco mutui accepti, tunc mutuarius eas reddere debet secundum talem estimationem, licet in tempore, & loco restitutionis cariores, seu viliores evaserint; leg. Estimatis rebus 50. leg. Estimata res 51. ff. soluto Mutuatio cum similibus. Si tamen estimatio facta non fuerit in ipso mutui tempore, & loco, tunc res reddi debent in tempore, & loco, quo restituendae sunt. Et si non facta estimatio, neque de tempore, neque de loco fuerit conventum, tunc debent restituere secundum estimationem, quam habent in loco, & tempore, quo petuntur, & restituntur, textu expresso in leg. Vinum 22. ff. de rebus creditis, si certum petatur, ibi: Vinum, quod mutuum datum erat, per iudicem petendum est, quod tempore, cuius temporis estimatio fieret; Utrum cum datum esset, aut cum licet constitutus fuisset, an cum res iudicaretur? Sabinus respondit,

si dictum esset; quo tempore redderetur, quanti tunc fuisset; Si non, quanti tunc cum petendum esset. Interrogavi, cuius loci pretium sequi oporteat? Respondit, si convenisset, ut certo loco redderetur, quanti eo loco esset. Si dictum non esset, quanti ubi esset petendum. Sic quoad omnes has conclusiones passim Doctores; cum enim Jus Canonice nihil statuerit contra d. Leges Civiles, eas sequi possumus, & debemus pro utroque foro, tum exteriori, tum interiori. Mutuans accepto pignore a mutuuario cum pacto, ut interim fructus pignoris lucraretur, nisi adit alius iustus titulus, committit usuram, & tenetur tales fructus perceptos ex pignore computare in fortem; Communis claris textibus in leg. Ex pignore 1. leg. Quod ex operis 2. Cod. de pignoratitia actione, leg. Fundum pignori 1. Cod. de distract. pignor. cap. Cum contra 6. & Cap. Significavit 7. de pignoribus, cap. Plures 1. cap. Quoniam 2. & cap. Conquestus 8. de usuris. Et ratio est, quia omnis res Domino suo fructificat; Dominus autem pignoris, non est mutuans, sed mutuarius, adeoque pignus debet fructificare mutuuario, & non mutuanti, & consequenter pactum illud est usurarium. Notanter autem dicitur. Nisi adit alius iustus titulus, qui potest esse quadruplex. Primus igitur iustus titulus percipiendi fructus ex pignore sine diminutione fortis est, si Creditor fundum oppignorandum, seu oppignoratum iusto pretio emat cum pacto retrovendendi, quoties Debitor voluerit pretium refundere; Tunc enim fundus, seu alia res pignoris naturam amittit, adeoque non ut pignus priori Domino sed ut res empti Emptrori, & possessori, tamquam novo Domino licite fructificat, ejusque damno perit, donec reddito pretio redimatur. Venditio enim cum pacto redemptionis est valida, & licita, textu expresso in leg. Si fundum 2. Cod. de pactis inter Emptror. & Venditor. Communis Doctorum cum Cajetano 2. 2. quest. 78. art. 2. ad 6. Lugo

conventionis ostendi, & evinci debet. Et cum titulus, a mutuo distinctus, chimericus a me probatus sit; commentitia quoque, & fœneratitia conventio est. Ceterum quomodo præcedere inter latronem, & dominum conventio poterat, si fur incio domino rem furripit? Neque de damno emergente conventio præcessit. Ergo fur compensare damnum emergens non astringitur, si illud passus dominus est? Neque præcessit pactum de restituenda re rapta. Ergo ad restitutionem fur non tenetur? Sed quid in convellendo vanissimo effugio tempus tero; cum hæc inepta philosophata evidentissimam patefaciant conclusionem nostram? Paucis rem hanc perstringo. Titulus si apte natura iustus, est pretio estimabilis in mutuo: hoc sum pretium non amittit in furto. Et titulus, qui in furto pretio estimabilis non est, neque in mutuo pretio dignus esse potest. Alioquin melior esset conditio furis, quam mutuarii. Hoc solum inter mutuarium, & furem discrimen est, quod mutuarius neque pretium iusti tituli, puta damni emergentis, solvere tenetur, nisi præcedat conventio: quia in quolibet contractu libere convenire partes debent. Et quoties mutuator damnum, quod ratione mutui patitur, non manifestat, & de eo, cum possit, non pacificatur, præsumitur illud mutuatorio donare. Hæc pacta cum fure iniri nequeunt. Ideo fur ultra restitutionem fortis compensare ea omnia damna tenetur, quæ ob furtum passus fuerit dominus, licet nullum præcesserit pactum. Juxta omnes ad unum Theologos fur non tenetur compensare periculum amittende fortis. Ergo juxta omnes periculum amittende fortis, neque in furto, neque in mutuo est pretio estimabile. Verum ratione adhuc evidentiori, & causa nostræ intimiori confirmo propositionem meam. Finge aliquem per vim, aut fraudem cogi ad mutuum cum periculo fortis amittende. Is violentus, vel fraudulentus mutuarius ad quid esset astrictus? Ad restituendam fortem, & omnia damna, quæ tali occasione passus fuisset mutuator coactus, quamvis nullum de his damnis pactum præcessisset. Quid ratione periculi fortis amittende? Nihil omnino compensare teneretur, ut omnes fatentur, sicut dictum est de fure. Ergo evidens est, periculum non esse a forte divertum, sicut diversa sunt cetera damna. Vide, mi Luci, num. jure Romani Confores improba-

rint assertionem num. 37. expositam? Non te, Frater carissime, quem summo opere diligunt, atque ob motum innocentiam, & probitatem, nec non assiduum literarum studium, venerantur, & colunt, sed opinioniones illorum Auctorum reprehendant, quibus usus es in tua consarcinanda Bibliotheca. Norunt enim ex indole tua, te sententiam mutuarum fuisse, si meliores adhibuisses libros, & Auctores. Sed age. Sit periculum aliquod sufficiens titulus inveniendi pacti pro assecunda forte quidpiam lucri percipiendi. Numquid omne periculum sufficiens titulus erit? Numquid periculum, quod ex inopia & paupertate mutuarii oritur? Absit. Ergo solum periculum, quod vere fundatum sit, quod peculiare sit, quodque ita in pactionem venire possit, ut ob istud decerni auctarium possit, quin vel minima suspicio adit, lucrari hominem ex mutuo. Difficile vero est, ac vix dari casus potest, ut usura vacet mutuum illud, in quo ratione periculi, quod externum mutuo estimatur, quidpiam supra fortem recipitur; ut vel Auctores ipsi asserunt, qui hanc opinionem tuerentur. Ratio præstata est, quia ut licite ob tale periculum quidpiam ultra fortem recipiatur, nonnullæ servandæ sunt conditiones, quæ raro, ac vix unquam servantur. Primo enim, necesse est, ut voluntas absit lucrandi ex mutuo, quia secus, excluso quoque pacto, usura mentalis erit. Secundo periculum debet esse verum, probabilibusque fundatum conjecturis; non autem fictum, prout facile fingitur ab iis, qui lucrari amant. Tertio mutuatorio liberum esse debet fidei iustorem, aut pignus pro assecuratione fortis mutantis præstare, nec debet cogi ad pacificandum de isto periculo. Quarto, ut mutuans non plus pro isto periculo exigat, quam vel ipse, vel mutuarius alteri dare vellent pro hujusce periculi assecuratione. Quinto, ita servandæ sunt iustitiae leges, ut non violentur eæ, quæ sunt charitatis: atqui conditiones illas pauciores norunt, qui mutuo dant, pauciores ad praxim redigunt; ita enim plerique lucro inhiant, ut seclula ejus spe mutuo non darent; cum probabile periculum sentiant, mutuo non dant: inter periculi qualitates non distinguunt; sed ab omnibus aequaliter exigunt; fidei iustores, aut pignora recusant, ut quocumque tandem modo aliquid supra fortem recipiant &c. ergo rarum est, ut in eorum agendi rationem non irrepat usura filigo. Vide Continuatur. Tournely, & P. Danielem Concina.

Lugo cit. disp. 29. sect. 8. num. 132. Layman lib. 3. tract. 4. cap. 16. num. 17. Sporer tom. 2. tract. 6. sect. 3. numer. 102. Reiffenst. lib. 5. Decretal. tit. 19. n. 111. Secundus iustus titulus percipiendi fructus ex pignore est, si fundus fructiferus acceptetur in pignus, adjecto contractu censuali, per quem subministrans pecuniam ex fructibus talis fundi percipiat quantitate pensionis iure census percipi solitam juxta mortem patriæ, donec fors, seu pecunia subministrata restituatur; Reiffenstuel loc. cit. num. 110. Sporer loc. cit. num. 102. Layman loc. cit. num. 17. cum pluribus ibi citatis, Lugo, & alii passim. Tertius iustus titulus percipiendi fructus ex pignore est, si pignus sit datum Marito, donec ei solvatur dos promissa; tunc enim Maritus, ut habeat unde onera Matrimonii sustinere valeat, potest licite fructus percipere ex tali pignore sine diminutione fortis, donec ei dos promissa solvatur; textu expresso in Cap. Salubriter 16. de usuris, ibi: Sane Genevum ad fructus possessionum, quæ sibi a Sacerdo sine pro numerata dote pignori obligata, computandos in fortem non credimus compellendum, cum frequenter dote fructus non sufficiant ad onera Matrimonii supportanda. Et sic Doctores citati, & alii communiter. Quartus iustus titulus percipiendi fructus ex pignore est, si Feudum, vel res Emphiteutica detur in pignus Domino ejusdem directo; Tunc enim Dominus directus potest licite sine diminutione fortis recipere fructus talis Feudi sibi a Vassallo oppignorati, dummodo interim ab ipso servitiis ablineat; cap. de Feudis, & cap. Conquestus 8. de usuris; quia, ut recte notat Fagnanus in dict. cap. 1. de Feudis numer. 3. cum Vassallus interim non præstet conventa servitia Domino directo Feudi, suspenditur obligatio contractus inter Dominum, & Vassallum, & sic res Feudalis redit ad primæviam suam naturam, adeoque Dominus directus licite percipit ejus fructus. ac si Feudalis non esset, coalescente directo, ac utili dominio; Et sic pariformiter est dicendum de re Emphiteutica; Sic Layman loc. cit. num. 10. cum pluribus ibi citatis; Lugo loc. cit. numer. 147. Sporer loc. cit. numer. 102. Reiffenstuel loc. cit. num. 114. & communis aliorum. Contractus ille, qui vulgo dicitur a godere, quo scilicet aliquis dat iusticiam pecuniam alteri, ut ipse, quando utitur dicta pecunia, cedat illi domum, vel aliam fructiferam rem interim fruendam, est licitus, si interveniat titulus lucri cessantis ex parte illius, qui pecuniam dat; Azorius part. 3. lib. 6. cap. 20. Sylvester in Rosa aurea tract. 3. cas. 65. Lugo loc. cit. num. 136. & alii communiter; Cum illa enim pecunia possit emere, v. gr. tot loca montium, ex quorum fructibus possit solvere pensionem domus, seu rei fructiferae, quam accipit; Unde qui pecuniam dat, relinquit mutuuario intere esse illud lucri cessantis pro pensione, quam pro domo, seu re fructifera ab ipso accepta, deberet illi solvere singulis annis. Si autem desit titulus lucri cessantis, & qui dat domum, vel rem fructiferam interim fruendam, sit capax alienari, seu vendendi, tunc contractus ille potest esse licitus, si dans pecuniam illam emat iusto pretio dictam domum, vel rem fructiferam cum pacto illam retrovendendi, quoties Debitor voluerit pretium refundere, juxta dicta supra sub num. 45. Si quis alicui petenti mutuos, v. gr. centum aureos (a), respondeat, Non do tibi mutuos istos centum aureos, sed illis emo a te decem tuas Vaccas, quas tibi loco pro tali annua pensione mihi solvenda, excusatur committere ab usura, si ille alter de facto vaccas utiles habeat proportionate ad talem conventam pensionem, & servantur conditiones Ferrar. Biblioth. Tom. 7.

requisite ad contractum iustæ locationis, & præsertim hæc, ut periculum vaccarum spectet ad locentem tamquam emptorem, & earum dominum. Si vero ille alter revera dictas vaccas non habeat, nec habiturus sit, est merissima usura sub ficto emptionis, & locationis nomine palliata; Sic Major in 4. dist. 15. quest. 46. casu secundo, Layman lib. 3. tract. 4. cap. 16. num. 15. vers. Questio quarta, La Croix lib. 3. part. 2. num. 399. Sporer tom. 2. tract. 6. sect. 3. numer. 97. ubi testatur de communi. Ab usura excusatur, qui mutuum a se petenti respondet, Nolo tibi mutuari, sed hac anticipata pecunia conduco operas tuas ad futuram messem, seu vindemiam, dummodo tamen talis pecunia sit sufficiens, & proportionata merces ad dictas operas juxta consuetudinem regionis; Sic supracitati Doctores, Molina, & alii. Regulares non possunt accipere pecunias mutuo, vel ad cambium cum solutione alicujus lucri, vel cum obligatione bonorum; Vide verb. Alienatio art. 4. n. 35. Alia ad rem, Vide sub verb. Usura. Mutui contractus lucrum supra fortem de sui natura non recipit; Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 143. incip. Vix pervenit §. 3. Nec quantitas moderata lucri, aut qualitas mutuatarii hujusmodi lucrum ab usura labe justificat; Idem ibid. Nihilominus quidam tituli ipsi mutuo extrinseci, aliique contractus a mutuo diversi iustum reddere possunt proventum ultra fortem; Idem ibid. Sed non semper suppetere credendum est legitimos cum mutuo titulos, aut iustas causas ineamdi contractus a mutuo diversos; Idem ibid. Mutuum dare indigenti aliquando est de præcepto, juxta illud Christi Domini, Matthæi cap. 5. num. 42. Potenti mutuari a te ne avertaris; Idem ibid. Vide tom. 7. verb. Usura, ubi in fine affertur dicta Constitutio.

Novæ additiones ex aliena manu.

Quod ait Auctor n. 4. Civitatem ex mutuo non teneri, si non probeatur pecuniam mutuo datam in rem ejus veram esse, id non est indistincte verum. Primo enim tenetur etiam non probata hac versione, si mutuum datum sit omnibus Civibus simul convocatis; Coler. de Process. executiv. p. 2. cap. 3. num. 336. & sequent. Bachov. ad Trentler. vol. 1. disput. 20. num. 5. litt. A. Secundo, idem est si mutuum contractum sit ab illis, quibus Civitas omnem in te potestatem dedit, itaut penes illos omne imperium sit. Populumque universum representent; Stryk. Juridic. Dissert. vol. 4. disput. 18. cap. 5. num. 34. Coler. loc. cit. num. 361. Tertio, idem quoque est si Administrator, vel etiam Syndicus habeat speciale mandatum a Civitate ad accipiendam pecuniam mutuo in certam causam, modo non appareat cum legibus Civitatis, fini, & menti eorum, qui illum constituerunt, contrarium fecisse; Stryk. ubi supra num. 36. & sequent. Losæus de Jur. Universit. part. 3. cap. 4. Num vero id ipsum obtineat, quando Administrator habet mandatum speciale mutuo accipiendi in genere, & non in certam causam? Affirmat autem Losæus allegat. loc. nec contrahentes consili de mandato decipiantur; Confer, & Stryk. loc. mox citat. Patet itaque ex his, tunc non teneri Civitatem ex mutuo, non probata versione, quando ipsum mutuum fuit contractum a nudo Administratore, qui nec speciale mandatum ad illud contrahendum habebat. Ceterum & hic, si ex necessitate

(a) Nota. Animadvertas velim, mutuam animo lucrandi fœneratorem esse, ut ex dictis liquet. Cavendum itaque est in eo, qui petenti mutuum, illum contractum offert emptionis, & locationis, cavendum inquam in eo homine est, ne ipse lucri incitatus, avaritiam foveat, & mentalem saltem usuram committat; quamobrem periculi plenus habetur hujusmodi contractus a nostris Censoribus. Periculum quoque agnoscent usurae in alio contractu, de quo num. 51. quia dives cogit pauperem, & inopem mutuo ob indigentiam petentem ad locandam operam suam tempore messis &c. atque hac via palliare usuram potest, vel men-

talem fovere. Hæc vero notanda duxi, ut Christiani homines periculum agnoscant, in quo se exponunt peccandi avaritiæ, & contra Christi mandatum mutuum dare, nihil inde sperantes. Idem dicitur de contractu, qui vulgo dicitur a godere, de quo num. 49. Nam quoties tradens pecuniam jus sibi reservat ad eam repetendam, purum putumque mutui contractum celebrat, & si ultra fortem quidpiam percipit, usura est, ac fructus, qui ex domo, vel re fructifera percipit, restituere tenetur: a lucrum cessans, in eo, qui pecunias dedit, sufficiens titulus non est, nisi omnes conditiones occurrant supra recensitæ.

1 *cessitate officii quod gerit*, mutuo accipit pecuniam, tenetur Civitas etiam non probata versione, quum hoc in casu sit præsumendum mandatum Civium; Stryk. eodem loc. num. 39.

2 Quod de Civitate dictum est, id ipsum intelligas de Ecclesia, & alia quavis Universitate.

10 An in casibus illis, in quibus Civitas, vel Ecclesia tenetur ex mutuo, non probata versione, habeat beneficium restitutionis in integrum, si revera pecunia illa in rem ejus non sit versa? Affirmant *Harm. in Pistor. lib. 1. quest. 37. num. 61.*, & sequent. Stryk. *Juridic. Dissert. vol. 13. sect. 2. cap. 1. §. 12.* At dubito, num amplecti hæc opinio possit

in casu, in quo pecunia mutuo data sit Civibus omnibus simul convocatis.

Opinio *Auctoris num. 18.* quod nec Jurat. Filius familias renunciare valeat Sen. Consl. Macedoniano, de Jure Canonico difficultat. m patitur, modo non expresse ad turpem causam credita ipsi sit pecunia, deiper dolose exactum juramentum; Stryk. loc. mox cit. §. 15. & ex professo *Goth. fred. de Jenu de Sen. Consl. Macedoniano sect. 3. a phorij. 8.*

De mutuo publico, quod ex publica necessitate exigit Princeps a Civibus, reluctant. ad ipsum compellendo, vide *Martin. Dantell. de Mutuo publico.*

N

NAUFRAGIUM, NAUFRAGANTES.

1 **P**ER naufragium intelligitur navis, aut cujuslibet navigii maria, lacus, aut flumina emeticentis jactura, sive in rupes elidat, sive aquis absorbeat cum nautis, ac mercibus omnibus, aut sola parte illarum.

2 Naufragantium bona remanent adhuc de jure suorum Dominorum; leg. *Pomponius 44. de acquirendo rerum dominio*, ubi expresse dicitur: *Si naufragio quid amissum sit, non statim nostrum esse desinere.* Sic etiam de jure suorum dominorum adhuc remanent bona illa; quæ in naufragii periculo conjiciuntur in mare; *Instit. lib. 2. tit. 1. §. 48.*, ibi: *Alia sane causa est aliarum rerum, quæ in tempestate levanda navis causa ejiciuntur; hæc enim Dominorum permanent; quia palam est, eas non eo animo ejici, quod quis eas habere nolit, sed quo magis cum ipsa navi maris periculum effugiat.* *Quæ de causa, si quis eas fluctibus expulsi, vel etiam in ipso mari lucram animo abstulerit, furtum committit; leg. Interdum 21. ff. de acquirenda, vel amittenda possessione §. 1.*, ibi: *Quod ex naufragio expulsum est, usucipi non potest, quoniam non est in derelicto, sed in deperdito; & ibidem §. 2. Idem Juris esse existimo in his rebus, quæ jactæ sunt, quoniam non potest videri id pro derelicto habitum, quod salutis causa interim dimissum est, & concordant leg. Si laborante 2. §. 3. ff. de Lege Rhodia, & leg. Qui levanda 3. ff. eodem.*

4 Hinc talia bona post naufragium reperient in littore maris, aut fluminis, seu ea piscantes in mari, vel flumine, tenentur restituere Domino; leg. *Navigia Cod. de furtis*, & *S. Pius V. Constitut. 7. incip. Cum nobis.* Immo qui dicta bona non restituit Domino, quadruplo tenetur; leg. *Pomponius 44. ff. de acquirendo rerum dominio.* Quinimmo ea retinens, & non restituens publicatione omnium bonorum multatur; *cit. leg. Navigia Cod. de furtis*, & expresse *Julius II. Constitut. 20. incip. Romanus Pontifex.* Unde si quæ esset alia Lex, aut consuetudo talia bona non restituendi, tamquam injuria esset deferenda, & abroganda; *cit. leg. Navigia Cod. de furtis*, & *Julius II. cit. Constitut. 20. incip. Romanus Pontifex*, ibi: *Nos considerantes, tam Civili, quam Canonica lege licere unicuique naufragium suum impune colligere, ac jacta in mari, alleviandi oneris causa, recuperare, illaque diripientes, furtum committere, ac graviter delinquere: ac Christianos naufragium patientes rebus suis spoliantes diversis poenis puniri; & propterea consuetudinem prædictam, tamquam contra Regulam fidei, qua unus alteri auxilio esse tenetur, merito corruptelam appellari, neminique suffragari debere cujuscumque temporis cursu, munitam consuetudinem capiendi, & retinendi bona per naufragium, vel jactum, levanda navis gratia, aut alia urgente necessitate factum, nulli in judicio, vel extra illud suffragari debere, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus.* Quod & confirmavit *Paulus III. Constitut. 42. incip. Accipimus.*

8 Hinc naufragantium bona inventa sibi affluentes excommunicati sunt in Bulla *Cœnæ.* Vide verb. *Excommunicatio art. 3. §. 4.* Excommunicationem etiam incurrunt accipientes scienter bona ab illis, qui naufragantium bona acceperunt. *Gregorius XIII. Constitut. 31. incip. Consueverunt.*

Nec refert, quod ea bona Dominus nunquam forsan recuperaturus fuisset, nisi talis v. gr. piscator, aut ereptor magna industria, labore, & periculo vitæ ea piscasset, aut eripisset; leg. *Pomponius 44. ff. de acquirendo rerum dominio*, ubi dicitur, quod qualibet res nostra quantumcumque periclitetur, manet nostra, quamdiu non est contumpta. Et sic tenet quoad omnes suprapositas conclusiones *Communis Doctorum*; Qui tamen dicunt quoad hanc ultimam, postea talem piscatorem, seu ereptorem compensationem laboris, ac periculi sui debite æstimatum Jure exigere, quia Domini negotium utilissime gesserunt; *l. Navis 4. ff. de lege Rhodia.* Unde naufragii tempore, qui vocati a Patronis navium, vel barcharum, auxilium eis ad bonorum præservacionem, vel recuperacionem præstitierint in Portibus, & ripis ditiori Papæ subiectis, lucrantur quartam partem bonorum præservatorum, aut acceptorum; *Paulus III. Constit. 42. incip. Accipimus.* Et insuper consequuntur Indulgentiam decem annorum, & totidem quadragenarum; *Julius II. Constit. 20. incip. Romanus Pontifex*, & *S. Pius V. Constit. 7. incip. Cum nobis.* Et e contra non dantes auxilium naufragantibus in Statu Ecclesiæ incurrunt crimen læsæ Majestatis; *S. Pius V. cit. Constit. 7. incip. Cum nobis.* Illi etiam, qui Christianos naufragia patientes, quibus secundum regulam fidei auxilio esse tenentur damnata cupiditate rebus suis spoliare præsumunt, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se noverint subiacere; Sic expresse habetur in *cap. Excommunicationi 3. de raptoribus*; Ubi etiam statuitur, quod excommunicationi subdantur, qui Romanos, aut alios Christianos pro negotiatione, vel alii honestis causis navigio vectos aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt; Sic ibi.

Si, ut a periculo naufragii liberetur navis onusta mercibus plurium mercatorum, projectæ sint in mare merces trium, ex dictis mercatoribus, & sic præservata sit navis cum mercibus aliorum, tenentur omnes pro sua parte æque reparare, & compensare judicio viri periti jacturam, & damna eorum trium, quorum merces pro communi omnium utilitate in mare projectæ sunt, textu expresse in *l. Lege Rhodia ff. de lege Rhodia*, ibi: *Lege Rhodia caveatur, ut si levanda navis gratia jactus mercium factus est, omnium contributio sit. r. licet autem collationis sunt? Indubitate utrumque onus pari non debet. Si tamen damnum in suis mercibus non sit secutum propter talem jactum, sed ex alia causa, v. g. quia merces jacebant in angulo aliquo, ubi aqua penetravit, tunc debet conferre secundum pretium præsens suarum mercium, textu expresse in *cit. leg. Navis §. 2. ibi: Cum autem jactus de nave factus est, & aliquis res, quæ in navi remanserunt, deteriores factæ sunt, videndum an conferre cogendus sit? quia non debet duplici damno onerari, & collationis, & quod res deteriores factæ sunt. Sed defendendum est, hunc conferre debere pretio præsentis rerum.* Itaque v. g. si vicinum merces duorum fuerint, & alterius aspergine decem esse ceperint, ille, cuius res integra sunt, pro viginti conferat, hic pro decem. . . . tunc enim conferre debet.*

Si navis a Pirata capta, magna aliqua pretii summa redimatur ab uno, vel duobus ex pluribus mercatoribus, qui in ea merces habent, tenentur omnes concurrere ad solvendam illam summam pro ratione rerum, quas servaverunt, textu expresse in *cit. l. Si laborante 2. ff. de Lege Rhodia §. 3. ibi: Si navis a Pirata redempta sit, Servus, Ostillis, Labeo omnes conferre debere ajunt, Si autem Pirata, seu Prædo à dicta navi abstulerit solas merces unius ex dictis mercatoribus, ipsæ solas damnum sustinere tenentur, nec alii concurrere debent ad solvendam summam ab ipso expensam pro earumdem suarum mercium redemptione, textu expresse in *cit. l. Si laborante §. 3. ibi: Quod vero Prædones abstulerint, eum perdere, cuius fuerit, nec conferendum ei, qui suas merces redemerit.**

Nova Additiones ex aliena manu.

Pertinet huc Lex Rhodia de jactu, qua uti æquissima Romani usi sunt, & utuntur etiamnum omnes Populi, quatenus legibus particularibus non sit ei derogatum.

In specie hac Lege cautum est: *Ut si naufragio imminente merces levanda navis gratia jactæ sint, reliqui socii periculi, quorum res sunt servata, in tributum veniant.* Hoc porro congruit juri nature, quod dicitur, ut omnium contributione largiatur, quod pro omnibus datum est.

Ut autem Vectores reliqui teneantur ad contributionem requiruntur I. Ut jactus sit factus, & quidem ob justum metum naufragii, de consensu majoris saltem partis Navigantium; *L. 2. princip. & §. 1. ad leg. Rhod. de jactu.* Damnum autem, quod culpa existit, ab Auctore damni est refarciendum, in subsidium tamen, si naufragii avertendi causa factus est jactus, locum habet contributio, quatenus damnum passivum ab Auctore damni servare nequeunt; *arg. l. 29. §. 3. ff. ad leg. Aquil.*

II. Ut res jactæ sint amissæ, vel deterioratæ; *l. 4. in fin. ff. ad leg. Rhod. de jactu.* Si recuperatæ, cessat æquitas contributionis; *leg. 2. §. 7. ff. de jactu. tit. Imo, si post contributionem jam factam salvæ fuerint recuperatæ, condici potest, quod tributum est; arg. l. 2. §. 1. de Cond. sine causa.*

Manet enim domini res jacta, quia reprobatum est jus occupandi Bona Naufragorum, ita ut Furti teneatur, qui tales res haud restituit; *Authent. Navigio C. de Furtis.*

III. Ut per jactum navis, res ceterorum Vectorum sint servatæ. Inde nascitur obligatio ad contributionem quoad omnes res servatas etiam non multum onerantes navim, imo quoad ipsam navim servatam, non quoad cibaria; *leg. 2. §. 2. ff. ad leg. Rhod. de jactu.* Quod si factus jactus nihil secus perierit navis, nulla sit contributio, sed quod quilibet servat, hoc sibi servat quasi ex incendio; *l. 5. princ. & l. 7. de jactu. tit. Ceterum sufficit ad obligationem hac vice navim esse servatam, licet postea alibi submergat; l. 4. §. 1. ff. de jactu. tit.*

Concurrentibus hiæc omnes contribuant, quorum interest fuit jactum factum fuisse; *l. 2. §. 2. de jactu. tit.* adeoque etiam A. securatores, Dominus Navis, & quorum res amissæ. Contributio autem sit secundum proportionem respectivam, ita tamen, ut amillarum, quatenus indicatæ sunt, æstimatio computetur quanti emptæ sunt, servatarum vero quanti venire possunt; *l. 2. §. 4. ff. de jactu. tit.* Alicubi vero mores variant, Conter. *Leccon. de Jur. maritum lib. 2. cap. 8.*

Quod autem mirum est, Romani, qui agnoscent æquitatem contributionis, minime tamen suppeditant formulam agendi, qua damnum passivum directè agere queat, sed contra Magistrum Navis potius agere jubent ex Locato, ut is cum reliquis agat ex conducto; *L. 2. princ. ff. de jactu. tit.* eorumque res donec solverint retineat. Moribus vero directè agi potest cum conventoribus. Adit enim obligatio perfectæ ad contribuendum, quod sufficit, quum ad formulas actionum non sumus adstricti. Non tamen Magister Navis Convectorum res dimittere debet priusquam facta sit contributio, alioquin tenetur ipsè in solidum. Conter. *Huber. in prædict. hoc tit. §. 7.*

Lex Rhodia de jactu ob simile damnum extenditur I. Ad res in Navi per jactum deteriores redditas; *arg. l. 4. ff. hoc Tit.* Item repositas in Scapham levande navis ergo, si perierint in ea; *arg. de jactu. l. 4. ff. eod.* Quod secus est, quando navis perit, scapha incolunt; *arg. de jactu. l. II. Ad solutionem factam Piratis, a quibus navis redempta est; item hostibus pro evitando Urbis incendio; arg. l. 2. §. 3. ff. de jactu. tit. III.* Ad domum publica auctoritate combutam, ut vis hostilis arceretur; *Latio enim satisfaciendum est ex publico, arg. leg. 1. ff. de jactu. tit. IV.* Si incendio urgente dirutum sit ædificium ad servanda vicina ædificia, quatenus servata eadem sunt, sive certum, sive incertum fuerit perituras fuisse domum dirutam, *arg. leg. 4. §. fin. ff. de jactu. tit.* modo deficiat alia actio E. G. Legis Aquilæ adversus eum, qui causam culpa sua dedit incendio. In his similibusque casibus, modo de recepta hujusmodi extensione constat, locum habet imploratio officii Judicis. Audi *Lauterbac. de Equitat. & extensione. Leg. Rhod.*

NECESSITAS.

- N**ecessitas alia est mediæ, alia præcepti, & alia mediæ, & præcepti simul: Sic in re Communis Doctorum, Necessitas mediæ, seu finis est illa, qua aliquid est ita necessarium ad finem, v.g. ad salutem animæ consequendam, ut sine eo, quamvis inculpabiliter omittatur, finis, id est animæ salus, obtineri non possit de lege Dei ordinaria, & sic est necessaria Gratia sanctificans respectu omnium, Baptismus in re respectu infantium, in re aut in voto respectu adultorum: Communis. Necessitas præcepti est illa, qua aliquid sub obligatione præcepti necessario præstandum est, v.g. ad consequendam salutem æternam, eo quod alias quis transgrediendo præceptum moraliter peccaret, sicque æternam salutem amitteret: quamvis tamen si ex ignorantia, vel impotentia, aut oblivione inculpabiliter, id forte prætermittatur, non impediatur salutis æternæ consecutionem; & sic est necessaria ad salutem, observantia mandatorum: Communis. Necessitas mediæ, & præcepti simul est illa, qua aliquid est ita necessarium ad salutem æternam consequendam, ut non solum sine illo non possit quis salutem æternam consequi, sed insuper si illud cum pabiliter omittatur, tamquam præcepti Divini transgressor, fiat reus perditionis æternæ. Sic adultus hominibus necessarius est Baptismus ad salutem æternam casu, quo possunt eum in re suscipere, Communis.
- 5 Necessitas proximi sive spiritualis, sive corporalis est triplex, scilicet et extrema gravis, & communis, Omnes. Necessitas spiritualis extrema est, cum proximus versatur in periculo proximo damnationis æternæ, & quam loque si sit in periculo proximo peccandi mortaliter, Communis. Necessitas spiritualis gravis est, cum proximus, licet non versetur in periculo proximo damnationis æternæ, reperitur tamen in talibus circumstantiis, quæ ejus salutem æternam reddunt difficilem, Communis. Necessitas spiritualis Communis est illa, in qua reperitur communiter peccatores in mortali consuetudine, Communis.
- 9 Necessitas corporalis extrema est illa, cui si non succurratur, egentis proximi vita certo, vel probabiliter periclitabitur; Communis. Necessitas corporalis gravis est illa, cui si non succurratur, imminet proximo periculum gravis mali, ut captivitas, notabilis jacturæ bonorum, vel status, & hujusmodi, ratione quorum proximus vitam non nisi ægre, & difficulter potest conservare; Communis. Necessitas corporalis communis, seu ordinaria est illa, qua laborant pauperes triviales; qui obliuati communiter, & ordinariè mendicare solent; Communis. Vide sub verb. Eleemosyna a numer. 9. ad 12. aliam hujus triplicis necessitatis clariorem descriptionem.
- 13 In extrema necessitate est obligatio sub mortali succurrendi proximo etiam ex necessariis aliquo modo ad statum proprium, Communis. Vide dict. verb. Eleemosyna numer. 13.
- 14 Hinc pauper in extrema necessitate Juræ naturæ potest colligere sibi necessaria sufficientia ad sublevandam talem suam necessitatem a quolibet similem necessitatem non patiente, nec postea ad pinguorem fortunam deveniens tenetur restituere quidquam, Communis. Vide ibidem num. 14. Sic etiam

- non tenetur restituere, qui in extrema necessitate consumpsit id, quod antea acceperat commodatum, vel mutuum, vel emptum nondum solutum, immo quod ante furatus fuerat. Sic ex communi Lessius, & alii (a). Vide ibidem n. 15.
- In gravi necessitate est obligatio sub mortali succurrendi proximo ex bonis superfluis propriæ vitæ, & ita uti, quamvis sint aliquo modo necessaria ad splendorem, & decorem proprii status, Communis. Vide ibid. n. 16. Immo in gravi necessitate secundum multos est obligatio succurrendi proximo etiam ex bonis aliquibus suo statui necessariis, sed non valde necessariis, Vide ibid. num. 17. Constitutus in gravi necessitate nequit licite auferre ab aliis sibi necessaria ad sublevandam talem gravem necessitatem, Communis. Vide ibid. num. 18. In gravi tamen necessitate Reipublicæ licitum est auferre a divitiis superflua, quæ necessaria sunt ad sublevandam Reipublicam, quia necessitas gravis Reipublicæ æquivaleret, immo superat necessitatem, quam habet unus privatus, Sic cum S. Thoma, & aliis Cardenas in 2. Crisi dist. 23. cap. 1. art. 1. num. 16. La Croix lib. 3. part. 1. num. 956. & alii passim.
- Necessitas gravis Reipublicæ, v. gr. propter famem, communiter æquivaleret necessitati extremæ particularium, ut docent Cajetanus, Suarez, Tapia, Cardenas in 1. Crisi dist. 80. a num. 15. La Croix lib. 3. part. 2. num. 1146. & alii communiter, adeoque est obligatio sub mortali illi succurrendi in tali gravi necessitate, ut docent Communis Doctorum cum S. Thoma 2. 2. quæst. 32. art. 6. quia commune bonum debet præferri bono proprio particulari in temporalibus, & debet quilibet privatus etiam vitam perdere, si necesse sit, pro ruenda vita Reipublicæ. Vide verb. Homicidium num. 37.
- Imo licitum est subvenire Reipublicæ in gravi necessitate etiam ex illis, quæ ad usus pios etiam per ultimas voluntates sunt destinata, quia bona exteriora ex Dei institutione destinata sunt ad sublevandam necessitatem indigentium talem extremam, aut illi æquivalentem, uti est necessitas gravis Reipublicæ, Sic Communis Doctorum, teste La Croix loc. cit. num. 1148. arg. cap. Aurum 70. & cap. Gloria Episcop. 71. caus. 12. quæst. 2.
- In communi necessitate adest obligatio sub gravi succurrendi aliquando per eleemosynam proximo pauperi ex bonis simpliciter superfluis vitæ, & ita uti, & a fortiori ex superfluis decentiæ status, Sic communior, & tutor Doctorum sententia. Vide verb. Eleemosyna num. 19. Pauperes autem laborantes solum necessitate communi nequeunt licite auferre ab aliis sibi necessaria ad sublevandam talem necessitatem communem, Communis. Vide ibidem num. 20.
- In quacumque pari necessitate potest quis prius sibi providere, quam quibuscumque aliis, etiam parentibus; quia ordinata Charitas incipit a seipso; cum sibi ipsi sit conjunctior; Communis. In quacumque pari necessitate debet quis prius subvenire Parentibus, Filiis, & Uxori, quam Fratribus, vel Sororibus, quia illis est conjunctior, adeoque ad illos est major obligatio; Communis. In quacumque pari necessitate debet quis prius succurrere sanguine junctis, licet improbis quam non junctis sanguine, & probis, quia conjunctio sanguinis inducit naturalem obligationem, non autem probitas vitæ; Communis. In quacumque pari necessitate debet quis prius

(a) Nota. Continuator Tournely part. 3. de Rest. in part. cap. 2. quæst. 11. aperte asserit, hominem qui transacta necessitate, ob quam omissa fuit restitutio, in pinguorem fortunam venit, urgeri obligatione restituendi, hac de causa, quia tandem remanet restituenda rei alicujus obligatio, quamdiu Dominus exigit rationabiliter, ut res illa sibi restitatur, ejusque dominium in alium non transferret: atqui transacta extrema, sua necessitate, rationabiliter exigit Dominus, ut res sua sibi restitatur; potuit enim legitime ejus usum concedere ea lege, ut ipsius restitutio sibi fieret, statim ac fieri posset. Possent quidem homines consentire, ut quoties aliquis in extrema necessitate constitutus foret, is rem alienam absque restituendi onere, tamquam pauper acciperet, sed in his de facto consensisse non videntur. Atque hinc facile patet, hominem, qui dum in extrema necessitate esset, mutuo atque commodato rem alienam accepit, atque consumpsit, teneri ad restitutionem dum in pinguorem fortunam venit: Dum quia hac lege præsumitur rei dominum commodasse, vel mutuasit; Tum etiam, quia vel homo ipse miser, qui mutuum, vel commodatum accepit, se se obligasse videtur ad restituendum eum postea. Imo & idem dicendum videtur de furto: Idem

enim in extrema necessitate omnia communia dicuntur quia hoc in casu dominus rei non censetur rationabiliter invitus, dum quippiam ipsius rei ab extrema necessitate laborante, tributur; ergo qua ratione dominus rationabiliter invitus non est, eadem ratione excusabitur miser a restitutione; atqui transacta necessitate dominus rationabiliter petit rem suam, cum homo jam restitutionis capax evaserit. Quid vero si statuatur hominem mutuum, & commodatum accepisse, aut furatum quidpiam fuisse, antequam in extremam incidet necessitatem? Numquid a restitutionis onere absolutus esset, etiam dum dives evaserit? Ita sane Lucius notter, sive potius Auctores, quos ipse sequitur, contendere videntur; at Romanis Censoribus id minime placet. & quidem jure meritoque: Nam dum mutuum, dum commodatum, dum furtum homo ille accepit, onus in se restitutionis suscepit, quod suspensum mansit, extrema superveniente necessitate, neutiquam tamen extinctum. Quamobrem transacta necessitate, atque accedentibus divitiis, suspensio illa restitutionis cessat, ac virtute obligationis initio contractæ debitum solvere ac restituere tenetur.

- prius subvenire parentibus naturalibus, quam spiritualibus; prius amicis, & domesticis, quam aliis; prius indigenis, quam alienigenis, & sic de similibus, Communis.
- 28 In extrema necessitate debet quis prius subvenire Patri, Matri, Uxori, Filio, Fratribus, & Sororibus, quam Creditoribus, quia in extrema necessitate cessat obligatio solvendi debita, & urget sola obligatio alterius virtutis, v.g. Charitatis; Charitas autem magis urget erga magis conjunctos, Bonacina, Lessius, Coninch. Diana, & alii citati, & secuti a La Croix lib. 3. part. 1. num. 728.
- 29 In extrema, vel gravi necessitate debet quis prius subvenire proprio Patri, & Matri, quam proprio Filio, quia licet sit æque vicina connexio naturalis Patris, & Matris a filium Filium, ac Filii ad suum Patrem, & Matrem, Filius tamen plus habet a Patre suo, & Matre, quam Pater, & Mater a Filio, adeoque est major obligatio naturalis Filii erga Patrem, & Matrem, quam Patris, & Matris erga Filium. Vide verb. Filius a num. 91. ad 94.
- 30 In extrema necessitate debet quis potius subvenire Patri, & Matri, quam Uxori, Filiis, vel cuicumque alteri, quia plus habet a Patre, & Matre, quam ab illo alio, nempe primum esse, quod est fundamentum ad recipienda ab alio beneficia; Communis. Vide dict. verb. Eleemosyna numer. 22. & verb. Filius num. 95. & n. 98. ubi aliqui extendunt hoc etiam ad necessitatem gravem. In extrema, vel gravi necessitate debet quis potius subvenire Patri, quam Matri, quia licet Mater plus paria sit, tamen absolute loquendo Pater est principalior, ac nobilior origo totius esse, quod est in Filio; Communis. Vide ibidem num. 22. In extrema necessitate debet quis potius subvenire Filiis, quam Uxori, quia de Jure nature strictior est conjunctio Patris ad Filium, quam Mariti ad Uxorem, adeoque de Jure Nature tenetur Pater in extremum vel gravi necessitate potius succurrere Filiis, quam Uxori, cum qui genuit Filium, de Jure nature tenetur eum alere; Communis. Vide verb. Filius num. 96. & seq. In extrema, vel gravi necessitate Maritus debet potius subvenire Uxori, quam aliis suis propinquis, & ita Uxor debet potius subvenire Marito, Communis. Vide verb. Eleemosyna num. 22. In extrema necessitate si sit Filius, tenetur Pater ipsi succurrere prius, quam Uxor ipsius, quia conjunctio naturalis, quæ est inter Patrem, & Filium, est magis intrinseca, quam conjunctio civilis tantum, & extrinseca, quæ est inter Maritum, & Uxorem: Pater enim genuit esse Filii, Uxor autem non genuit esse Mariti, adeoque majorem obligationem habet Pater ad conservandum esse Filii, quam habeat Uxor ad conservandum esse Mariti in tali extrema necessitate, Communis.
- 35 In communi necessitate debet quis potius prolibus suis succurrere, quam suis parentibus, quia proles sunt sub cura parentum, & ab illis etiam extra gravem necessitatem Jure postulanda alimenta, non item parentes; Communis. Vide verb. Eleemosyna num. 22. & verb. Filius num. 99. In communi necessitate debet Maritus præferre Uxorem, & Uxor Maritum propriis parentibus, & prolibus. Vide verb. Eleemosyna a num. 22. In communi necessitate debet uxor prius succurrere Marito, & Maritus prius succurrere Uxori, quam Pater, vel Filius, quia in communi vita Maritus, & uxor sunt unum, & tanta est inter eos conjunctio, ut debeant se temper comitari, & sibi invicem adherere, juxta illud Genes. 2. n. 24. Propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem, & adheret uxori suæ, adeoque ad ipsos prius, quam ad suos parentes, & filios spectat ad invicem sibi succurrere in communibus necessitatibus in dies occurrentibus; Communis.

Novæ Additiones ex aliena manu.

- 1 Necessitatis nomine intelligi debet status hominis, in quo parere Legi haud potest abique periculo suo. Periculum autem, si ad vitam pertineat, necessitas dicitur extrema; si ipsi vitæ non imminet, pro magnitudine periculi major, vel minor appellatur. Atque necessitas absoluta, si periculum nullo alio modo evitari potest, quam lege violata, & respectivè, si alius quidem homo, at non hic homo, qui in illo versatur, declinare queat.
- 2 His notatis, videndum nunc quinam sit favor necessitatis. Leges vel sunt divinæ, vel humanæ, eæque vel ægentes, vel negantes. Porro leges humanæ regulariter intelligendæ sunt cum exceptione necessitatis.
- 3 Idemque dici debet de legibus Divinis ægentibus, nisi forte intermissio actionis ita sit comparata, ut cadat in injuriam

Summi Numinis; tunc enim simul concurrat lex negans, quod nihil in Dei ignominiam sit faciendum. Quo refertur factum Danielis; Dan. VI. 10.

Leges Divinæ negantes, vel respiciunt ipsum Deum, vel nos ipsos, vel alios homines. Exceptionem necessitatis minime admittunt leges negantes, quæ Deum respiciunt; Nec aliud dicendum de legibus negantibus, quæ respiciunt nos metipsos. Quod vero attinet ad leges negantes, quæ alios homines respiciunt, si necessitas sit a Deo, admittunt eam exceptionem necessitatis, si de conservatione nostri ipsius agatur, non item si de perfectione nostra, ac felicitate tendenda, & amplificanda. Sin autem necessitas sit a vastitate hominum; aut id illi agunt, ut peccemus, aut ut necessitatem peccandi nobis imponant. Priori casu locus est favori necessitatis, nequaquam vero posteriori.

His perpenis regulis facile erit judicare de favore necessitatis in casibus particularibus; Vide tamen, qui de his latius agunt, Thomasin Jurisprud. Divin. lib. 2. cap. 2. §. 130. & seq. Et ad Puffendorf. de Offic. Hom. & Civ. observat. 141. Baybyrac. ad eundem Puffendorf. de Jur. Nat. & Gent. not. 5. & plur. sequent. alioque.

NEGROMANTIA.

Vide verb. Superstitio num. 15.

NEGOTIA.

Ad Ecclesiastico pertinentia.

Additio Auctoris e III. Editione.

In ditione Pontificiâ pro negotiis ad Ecclesiasticos pertinentibus in publicis Consiliis quorumcumque locorum, deputandi sunt duo Ecclesiastici, unus ex Clero Sæculari, alter ex Regulari, & ambo ex Sæculari, si desint Regulares, interpellandi toties, quoties pertractandum est aliquid ad ipsos pertinens, ut intersint in dictis Consiliis cum suffragio consultivo dumtaxat: cum facultate tamen recurrendi, si laici contrarium resolverint. Si vero neglexerint interesse, non inde invalidum erit quicquid in dictis Consiliis decretum fuerit. Vocandi sunt etiam quando redditur ratio expensarum, quæ ab iisdem Ecclesiasticis tolerantur, eisque communicandi in loco designato a Gubernatoribus, non vero tradendi libri computorum, cum facultate pariter recurrendi ad Superiores, si quid injurium in illis deprehenderit. Sic statuit Benedict. XIV. 29. Jul. 1752. Condit. incip. Quamvis.

NEGOTIATIO.

Negotiatio an, quomodo, & quando sit prohibita, vel non, Clericis, & Religiosis? Vide verb. Clericus art. 3. per totum, ubi late de omnibus.

Negotiatio Clericis interdicitur, etiam sub alieno nomine; Benedict. XIV. tom. 1. Condit. 13. incip. Apostolica. Et ubi hereditario jure, aut alias ad eos delata fuerit, dimitti debet; Idem ibid. §. 2. Quatenus continuari possit ad tempus, Vide tom. 2. verb. Clericus art. 3. in fine, ubi datur summarium dictæ Constitutionis.

* Constitutiones adversus Clericos negotiatores innovantur, & extenduntur ad Clericos etiam sub laici nomine quomodolibet negotiantes. Benedictus XIV. Condit. incip. Apostolica servitutis, Tom. 1. Bullar. num. 18.

Extenduntur item ad negotia a laicis inchoata, dein ad Clericos devoluta, sive hereditario jure, sive quocumque alio titulo, sive singulariter, sive communiter, sive separatum, sive conjunctim cum aliis bonis, coheredibus, vel sociis laicis existentibus.

Comprehendi etiam censentur illi Clerici, qui per seipfos, eorumque nomine proprio, vel per alios, aut alieno nomine etiam per suos coheredes, ac locos negotium exercent.

Hos omnes subicit Pontifex quoad bona sic ab eis acquisita pœnis in Constitutione Pii IV. quæ incip. Decens esse quæ est 19. inter Bullas ejusd. Pontificis. Pœna illæ sunt, ut bona sic acquisita sub ipsius debitis Cameræ Apostolicæ comprehendantur.

Si qui vero exempti sunt a pœna spoliatorum ex Constitutionibus Pii IV. Romanus Pontifex, & Pauli V. in eminenti, illos pariter non exemptos quoad bona ex negotiatione provenientia.

venientia decernit, atque declarat in cit. Constitutione Apostolica servitutis.

6 Negotio tamen impropria, non est Clericis interdicta, ut ex gr. manuum suarum labore, & honesto artificio victum sibi comparare, quod & Apostolus Paulus suo exemplo docuit, & a SS. etiam Monachis prælitum est. De Synodo Diac. lib. 7. cap. 49. §. 2.

7 Licetum est etiam Clericis vendere res collectas ex propriis prædiis, sicut & eas, quas coemerunt ad familiæ suæ sustentationem, quæ si superfluerint, vendere possunt carius, quam emerunt, intra limites tamen iusti pretii. Ibid.

8 Plura si cupis vide tom. 2. verb. Clericus, art. 3. ubi fusc de hac re tractatum est, atque sub num. 9. 1. adducitur novissima Constitutio Clementis XIII. merito observanda.

NEOPHYTI.

Additio Auctoris, e II. Editione.

Neophyti ad Sacros Ordines non sunt promovendi, nisi prius de eorum constantia in vera nostra Fide contiterit. Concil. Nicænum Canon. 2. ibi Nam & tempore opus est ei, qui catechizatur, & post Baptismi probatione quamplurima. Et in Canone 3. Arabico, ab Echellenfi edito, ibi: Quicumque recens baptizatus fuerit, cujus Fidei adhuc non ignoscitur experimento certitudo, ne Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ordinetur. Bened. XIV. de Synodo Diocesana lib. 7. cap. 65. num. 6. Ubi subiungit, quod ad id dignoscendum quantum temporis requiratur, est incertum, cum nullum de hac re sit certum tempus a jure definitum, adeoque ut volunt Covarruias, & Gibalinus de Irregularitate cap. 3. q. 3. & alii, videtur id relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcopi serio expendentis mores & constantiam in fide, cuiusque Neophyti.

NOVUS ARTICULUS

Hujus novissimæ Romanæ Editionis a Theologo concinnatus.

1 Nihil habet Ferrariana Bibliotheca in Articulo Neophyti, præter duo, eaque sane non magni momenti, ab Opere de Synodo Diocesana Benedicti XIV. excerpta, etiam multa ad Neophytos spectantia, notatu dignissima occurrant, quæ suum pluteum in hac referatissima Bibliotheca occupare mereantur. Quapropter integrum Articulum ad laborare statui, in quo nonnulla haud contemnenda indigite pergam.

2 Neophytus a duplici græca dictione Νεον & Φυτον, nova plantæ, idem est ac recens consitus. Sumitur pro eo, qui nuper ecclesiasticum statum amplexus est, vel Religionem est ingressus. Communis tamen per Neophytum intelligitur ille, qui recens ab infidelitatis statu egressus, sacris Baptismatis undis est regeneratus.

3 Illi sunt novellæ plantationes in domo Domini, quas semper maximè fecit Ecclesia, nunc vero, proh dolor!, illi qui olim vocabantur (ut verbis utar Auctoris sermonis, olim inter Augustinianos 157. de tempore, nunc 172. in Appendice) novellæ germina, sanctitas regenerata ex aqua & Spiritu, germen piæ, examen novellum, flos nostri honoris & fructus laboris, gaudium & corona mea, adeo sunt vulgo despecti & abjecti, ut fortasse inter maximas reputetur injurias Neophytum, quemquam vocitare, itque qui Dei gratia illuminati, superpositione relicta, Christianæ Religionis nomen dedere, Dei donum occultare cogantur.

4 Privilegia Neophytis concessa a Paulo III. & a Clem. XI. confirmata, Vide verb. Hebræus T. 3. pag. 312.

5 Hæc porro, cæteraque omnia privilegia in favorem Neophytorum alias a sancta Sede emanata, Sanctissimus Dominus noster CLEMENS Papa XIII. probe sciens, infidelium conversionem inter apostolatus instituta primum obtinere locum; novissime confirmavit suo Chirographo ad Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Nigronum Prouauditorem dato die 26. Octobris 1766. in quo inter multa hæc statuit. „I. Quod in futurum, ac perpetuis futuris temporibus Neophytorum, Judæ, eorumque receptorum domus, Ecclesiæ, & Universitatibus, ac locorum piorum annexorum in causis civilibus passivis motis, & amovendis, sit Illustrissimus, &

Reverendissimus D. Almæ Urbis pro tempore Vices gerens. III. Quod Neophyti a quibuscumque censibus, taxisque ab artium statibus præscriptis sint exempti, earumque artium, ac Universitatum onera atque munera subire minime teneantur, eisque solitæ literæ patentales gratis concedantur. V. Quod sint immunes a taxis, & licentiis Tribunalium viarum cum illa amplitudine & respectiva limitatione exemptionis, quæ fuit jam declarata in Decretis Congregationis particularis deputatæ a san. mem. Clemente Papa XI. VII. Quod dictum est pro Neophytis intelligatur constitutum, etiam pro Neophytorum filiis primi gradus, & pro Maritis Neophytarum, filiarumque primi gradus Neophytorum.

6 Collegium Ecclesiasticum Adolescentium Neophytorum instituit Greg. XIII. causam erectionis hujus Collegii explicat S. Pont. in Bulla incipient. Vices ejus, quæ ejus est LXXIII. Tom. IV. P. III. Bullarii, pag. 346. his verbis: Ut non modo Hæreticorum, sed eorum etiam qui in infidelitatis tenebris ambulantes misere pereunt, præsertim Judæorum conversionem, veramque salutem exoptare ac totis viribus querere non cessemus.

7 Proinde Fidei Christianæ propagationi, & incremento hujusmodi quantum possumus incumbentes, atque tam saluti, & eruditioni eorum puerorum, & Adolescentium, qui ex Judæorum, Turcarum, & Maurorum similibusque Maumetianorum genere nuper ad Christi Fidem conversi sunt. . . . Providere volumus, UT EX EIS PRODEANT OPERARI AD OPUS EVANGELII IDONEI, QUI IN IPSA URBE CETERISQUE ITALIÆ LOCIS, ATQUE ADEO IN OMNIBUS TERRARUM ORBIS PARTIBUS, IN QUIBUS JUDÆI, ET INFIDELIBUS DEGUNT, CHRISTIANÆ FIDEI MYSTERIA, ETIAM PROPRIA ILLORUM LINGUA, SIVE HEBRÆA, SIVE ARABICA EXPLICARE, DOCERE, ET PRÆDICARE POSSINT ET VALEANT, nihil opportunius esse censuimus quam proprium Collegium ad eisdem instituendum erigere.

8 Concedit deinde Privilegia amplissima ad instar studii Generalis Almæ Urbis.

9 Hinc audacia retunditur duorum Protestantium scriptorum, scilicet Jo: Christophori Wagenseilii, & Jacobi Balnagii virorum ceteroquin doctorum, qui Ecclesiæ Romanæ impetendæ præritu numquam non excitati, Apostolicam Sedem calumniantur, ac si Judæorum conversionem omnino posthaberent. Primus in Præfatione ad Opus, cui titulus. Tela ignea satanæ Altorfii 1681. pag. 89. hæc contumeliose eructat: Videram Romæ illas magnificas augustatque ædes quibus Collegium Propagandæ Fidei nomen, unde tamquam ex alveari quocumque terrarum provolant. . . . pag. 91. An non per omne Turcicum Imperium, per Persiam, totamque Africam dispersi agunt infiniti Judæi informationis indigi? Sed horum quoque in gratiam quemquam Missio nariorum iter aliquando ingressum esse, numquam fando accepimus. . . . Certum tamen est nihil frigidius, & negligentius Romanum Clerum tractare quam Judæorum conversionis negotium, Alter vero Histoire des Juifs all'Hajé 1716. Tom. IX. par. 2. vol. XIV. pag. 546. non minus audacter Romanam Sedem impetit.

10 Quoi que Saint Pierre ait été l'Apotre des Juifs, & que ces succèsseurs marchent sur les traces de cet Apotre, dussent donner tous leurs soins à la conversion de ce Peuple, ils ne laissent pas de les negligier beaucoup. Hæc illi, non minus impudenter quam falso.

11 Faxit Deus, ut Ecclesiasticum Neophytorum Collegium e pulvere reviviscens juxta Pontificis institutoris mentem, fructus uberes in Judæorum, Muhamedanorumque gentem producat, ut os iniqua loquentium obstruat.

12 Neophytis ad fidem conversis Venetiis in Loco Pio Catechumenorum, permittitur Matrimonium contrahere cum Fidele, abique interpellatione prioris Conjugis in infidelitate relicti, arbitrio Nuntii Apostolici Venetiis existentis. Benedictus XIV. Constit. CXVII. incipient. In supremis Tom. 1. Bullarii sui, pag. 483. dummodo Præfatio Nuntio summarie & extrajudicialiter consistet, conjugem absentem moneri legitime non possit, aut monitum, intra tempus in monitione præfixum suam voluntatem significare neglexisse.

13 Libellum Repudii non licet Judæis ad fidem conversis dare uxoribus in Judæismo remanentibus. Bened. XIV. in Constit. incipient. Apostolici XX XVIII. T. 2. Bullar. pag. 330.

14 Neophytus, si Repudii Libellum Rabbincis superstitionibus

inveniatu desidisse Uxori nolenti se convertere, in eum, tamquam Judæizantem, animadvertendum esse statuitur. Ibidem, pag. 331.

15 Si autem id fuerit coram Notario, & Testibus Christianis, minori pœna plectendus erit. Ibidem

16 Contingit læpenumero, ut ex conjugibus infidelibus, vir Catholicam fidem amplectatur, uxore in sua infidelitate remanente. Disputatum non minus frequenter fuit, an uxori volenti in sua perseverare infidelitate, cogendus sit vir, ad dotis munerumque nuptialium restitutionem, Nulla hucusque prodit, quod sciam, aliqua authentica hujusce controversiæ definitio. Quamobrem non abs re fore confido, si hic eam breviter ventilandum aggrediar, ut morem geram Viro mihi necessitudine conjunctissimo, qui eandem profunde examinavit, mihi que disquisitiones suas benigne suppeditavit.

17 Primum, qui in præjudicium viri conversi quæstionem determinavit, seu potius dubitare crepit circa contrariam sententiam, videtur fuisse Baldus junior in suo Opere de Dote, Differ. 21. num. 47. Sed vidi, inquit, alias dubitatum, si Infidelis puta Judæus uxoratus conversus est ad fidem, uxore remanente in Judæismo. . . . debet rebabere dotem suam.

18 Eum secutus est Everhardus junior Tom. I. Conf. XXXVI. n. 3., ubi relata Baldi opinione, concludit: Quam sententiam, probò. Alios fortales, qui eidem opinioni subscripserint, recentere non erit difficile. At cum non queramus, quid hic, aut ille sentiat; siquidem summo juri adherere, quantum fieri poterit, intendimus; hinc supervacaneum esse arbitror, in aliis Authoribus perquirendis tempus insumere.

19 Oppositum nunc sententiam perferendam assumo, de cuius certitudine dubitari non posse exitimo. Dico itaque, quod si casus contingat, virum infidelem Christianam Religionem amplecti, & uxorem in sua infidelitate perseverare, nullatenus potest primum obligari ad dotis, munerumque dotalium restitutionem. Quam quidem assertionem ita probò.

20 Ex Jure Canonico firmum statutumque manet sequens principium, scilicet exposito in casu infidelem uxorem censeri repudiare maritum. C. Si Infidelis, 28, q. 2. Si Infidelis (inquit) discedit odio Christianæ Religionis, discedat non est enim frater aut soror fidelis subiectus servituti: non est enim DIMISSO peccatum propter Deum, si alie se copulaverit. Contumelia quippe Creatoris solvit jus Matrimonii circa eum qui relinquitur; infidelis autem discedens & in Deum peccat, & in Matrimonium, neque est ei fides servanda conjugii; quia propterea discedit, ne audiret Christum Deum esse Christianorum conjugiorum, Vides ergo, ex hoc Canone, uxorem infidelem illam esse, quæ discedit, & virum fidelem ab ea esse dimissam.

21 Totidem fere habet S. Ambr. Tom. III. edit. Paris. 1603. col. 366., a quo videtur Canon præfatus delumptus, etiam Gratiano Gregorio tribuatur.

22 Et ne quis putet, Canonem hujusmodi nulla poltere auctoritate, utpote qui a Gratiano dumtaxat referatur; sciat ipse velim, eundem approbatum fuisse ab Innoc. III. c. 2. auto. de divortii, ubi Episcopo Ferrariensi ita scribit: „Si enim alter infidelium conjugum ad fidem Catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia Divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad secunda si voluerit vota transibit; & in hoc casu intelligimus quod ait Apostolus. Si infidelis discedit, discedat. . . . & Canonem etiam, in quo dicitur: Contumelia Creatoris solvit jus Matrimonii circa eum qui relinquitur.

23 Unde merito notat Van-Eispen Tom. III. Part. V. comment. ad Patr. II. Gratiani, pag. 306. „Sententiam Gratiani secuti sunt uno consensu Theologi & Canonici: quin & ipsi Romani Pontifices eam in omnibus adoptarunt, uti videtur, est in Decretalibus Clem. III. & Celestini III. . . . Similiter & Innoc. III. sententiam Gratiani quoad utrumque distinctionis membrum adoptavit in cap. 7. extra, de divortii.

24 Hinc patet Romanæ Ecclesiæ sententiam esse, infidelem uxorem, nolentem converti, aut marito cohabitare sine Creatoris contumelia, censeri eum repudiare. Tota ratio innititur in illo Apostoli verbo 1. ad Cor. VII. 15. discedit, ex quo concluditur Matrimonii vinculum solutum iri; verum respectu solum ad fidelem qui ab uxore infideli dimittitur.

25 Quare S. Thom. in 4. dist. 37. q. 2. art. 5. ad 3. eam perpetuo celibatui servando adstringi merito docet. „Unde in præf. Ferrar. Biblioth. Tom. I.

nam uxoris infidelis, ei indicitur quod non possit cum alio, contrahere magis quam ex virtute Matrimonii præcedentis. . . . Quam sententiam secuti sunt S. Bonav. in 4. dist. 37. art. 2. q. 2. Turrecremata in c. Simili modo, 28. q. 2. ad 3. argum. Basil. Pont. de matrim. l. 7. c. 48. n. 26.

26 Jam vero, cum ex dictis clare aperteque consistet uxorem infidelem in nostro casu repudiare fidelem maritum, de qua re nemo ambigere potest, querendum est, utrum mulier illa jus habeat ad dotem, atque ad nuptialia munera repetenda. Quod si hujusmodi jus, nedum ei denegetur, quinimo ad dotis, munerumque nuptialium amissionem Legibus damnetur, omnino certum atque exploratum erit, sæpe a nobis laudatam infidelem uxorem maritum conversum adstringere nequaquam posse ad dotis, ac donationum restitutionem. Quod autem tali poenæ uxor virum suum repediens legibus subijciatur, nemo, nisi sit in Jurisprudencia profusus novus, ignorat.

27 In Codice Theodosiano, Edit. Gottofr. Eipsiæ 1736. lib. 20. III. Tit. XVI. L. 2. de Repudiis, pag. 355. aperte statuitur: „Mulier quæ repudii a se dati oblatione discesserit, si nullas probaverit divortii sui causas, ABOLITIS DONATIONIBUS quas sponſa perceperat, etiam dotem provertur, Paria leguntur. L. VIII. C. lib. V. de Repudiis Tit. XVII. „Nam mulier si contempta lege repudium mittendum esse tentaverit, suam dotem, & antenuptias donationem amittat. . . . Vide & in Authent. Collat. IV. Cap. XV.

28 Neque ullum futurum fore arbitror, qui ita desipiat, ut hæc Leges antiquatas esse adfirmet. Ineptia est (inquit Clar. Gottofridus Comment. in Cod. Theod. pag. 357.) eorum sententia, qui hanc Legem una cum superiore abrogatam Novella Theodosii XVII. de repudiis: est enim ea Novella non de poenis injusti repudii, ut hæc Lex; Verum contra de poenis conjugum qui divortio causam dederat.

29 Consonant dispositionibus Romani Juris, ipsa Judæorum Jura, in Mishna seu Jure civili-Canonico Hebræorum, edit. Guglielmi Surenhusii, Amstelodami an. 1700. Part. III. p. 74., ubi in Tractatu Chetuboth, hoc est, de dotibus, & Litteris Matrimonialibus, Cap. V. n. 7. sequens extat statutum: „Si quæ rebellaverit contra Maritum suum, & ei dimittat dotem suam Matrimoniale septem denarios qualibet septimana. . . . Quouique diminuetur & ulque ad quantitatem dotis matrimonialis. . . .

30 Est igitur Romanis Judæorumque Legibus cautum, ut quotiescumque mulier abique legitima causa a viro suo discedit, repudium ei offerendo, dotem ceteraque dotalia munera amittat. Quo posito, ea quæ hucusque dicta sunt sequenti ratiocinio colligo. Jure Canonico decernitur, ut si quæ mulier infidelis, viro ad fidem converso, in sua infidelitate perseverat, aut ei conjugii nolit, sine Creatoris contumelia, censetur ei repudium impertiri, & quidem injuste; quare enim vir dumtaxat a Matrimonii vinculo liberatur? At vero Jure Civili non ab simili modo cavetur, ut uxor repudium marito suo injuste mittens, dotem & antenuptias donationem amittat. Ergo præfata mulier infidelis renuens fidem amplecti, & marito cohabitare sine Creatoris contumelia tum dotem, tum munera nuptialia amittit.

31 Duo huic Doctrinæ opponi possent. Primum, cui Baldi & Everhardi conclusio innititur, ex eo petitur, quod Judæi ad fidem amplectendam nequaquam sint cogendi. Ita Baldus loco citato: Quia propter hoc quod non velit converti non debet perdere dotem, quia nullus cogitur accipere fidem. Cujus vestigia secutus Everhardus, & ipse laudato loco eandem assertur sententiæ rationem his verbis: Præsupposito quod Judæus nullo modo ad Christi fidem. . . . cogi aut compelli potest. . . . nec metu amissionis honorum, vel dotis, ad fidem sunt cogendi. . . . ut bene facit Tex. in cap. Qui sincera XLV. Dist. ubi Divus Gregorius rescribit, Judæos non molestari aut vexationibus ullis; sed mansuetudine, ac blandimentis ad fidem Christianam permovendos esse.

32 At fallitur uterque. Quis unquam somniavit infidelem uxorem dotis amissione cogendam esse ad fidem amplectendam, quasi dotis amissio eò tenderet, ut compelleretur Judæismum ejurare; non vero justa esset poena a Legibus inflicta ob denegatam viro cohabitationem? Duo namque illa in femina sunt spectanda, ideoque numquam confundenda: perseverantia scilicet in sua infidelitate, & denegatio cohabitationis facta viro suo sine Creatoris contumelia: primum crimen. Dei vindictæ Tribunali puniendum relinquatur; alterum vero, quod veterum repudium a Jure Canonico reputatur, dotis, E. e. alio

aliorumque munerum amissione civilibus Legibus plestetur.

26 Porro S. Gregorii textus tantum abest ut Adversantium opinionem quidquam momenti superaddat, quin potius eam rectè confodit. Sane S. Pontifex, tum in Epistola ad Petrum Episcopum Terracinensem, quæ est 35. l. 1. Registri. T. 11. Editi. Benedict. col. 524; tum in altera ad Cyprianum Diaconum Rectorem Patrimonii Siciliæ data, quæ est 8. L. V. col. 733, aperte dicit, non esse Judæos ad fidei perducendos minis & terroribus; sed allicendos esse mansuetudine, benignitate, admonendo, suadendo, & etiam temporalium beneficiorum oblectamento. At addit non esse a Fide repellendos minis & terroribus.

27 Quæro nunc in quam sententia Sanctissimi Pontificis statutum plenum suum fortitatur effectum? Si quidem nunquam doctrinæ standum sit, nedum Judæos ad Fidem Catholicam ejurandam non allicitur mansuetudine, benignitate, atque temporalium beneficiorum oblectamento; verum etiam ab ejuranda sua perfidia depellitur. Quis enim nesciat, quam facile sit virum infidelem, ac præsertim Judæum, cujus in mente vix Evangelici luminis splendor infidelitatis tenebras repellere coepit, a Fide amplectenda deterreei, si animadvertat, fructum conversionis suæ esse restitutionem dotis, ceterorumque munerum? Adde usum obtinere apud Judæos horum diænos, ut via repudiis a lege permissis præcludatur, dotes præter modum augeri, ultra rei veritatem. Quin & ipsa mulier, quæ fortassis ex metu amittendæ dotis ad Fidem allicetur, si certa sit, ex viri conversione futurum fore ut dos ei restituatur, in infidelitate magis magisque confirmabitur.

28 Ad rem afferre juvat verba Julii Morosini Neophyti doctrina & pietate insignis in Opere, cui titulus; *Via della Fede, Romæ typis S. Congregationis de Propaganda Fide edito, an. 1684.*, ubi questione hac exagitata Tom. II. pag. 1011. tandem pag. 1018. concludit: „ Confido pure, che la Santa Sede Apostolica, nè qualsivoglia altro Tribunale vedendo scoperti gl'inganni de'nostri avversarij, ed i pregiudiziali alla Santissima Religione che professiamo, permetterà, che la Sinagoga si vanti de' suoi artifizj, e ponga impedimenti efficaci alla conversione degli Ebrei, molti de' quali per quella pretesione de' Capi loro (si i donativi nuziali) temendo di perder i beni temporali, s'attengono di lasciar l'Ebraismo.

29 Prima difficultate soluta, ad secundam convellendam jam propero. Ea autem desumitur ex eo potest, quod Supremæ Inquisitionis Tribunal facile se se præbeat in concedendis dispensationibus, ut vir conversus ad secundas transeat nuptias absque interpellatione conjugis in infidelitate permanentis, num viro suo copulari velit absque Creatoris contumelia. Quod quidem argumentum ex eo incrementum sumit, quod auctoritate roboratur celebris Ritualis Sacramentorum a Cardinali Sanctorio jussu Gregorii XIII. vulgati, cujus sæpe meminit Benedict. XIV. in opere de Synodo Dioecæsiana, alias typis Vaticanis impressi, ubi Titulo, *de recipiendis & instruendis Catechumenis*, pag. 127. hæc leguntur: „ Uxor conversi, si post omnem adhibitam diligentiam ad Fidem venire noluerit, sed obdurata in infidelitate permanserit, dimittatur. . . Neque cum ea cohabitare, propter periculum subversionis Fidei, & blasphemie, & contumelie in Creatorem; nisi propter spem & certa indicia futuræ conversionis uxoris, Prælati sincera mariti fide & stabilitate confusus, id ei ad tempus judicaverit permittendum. Hinc si Sancti Officii Tribunal dispensat, ne uxor interpelletur; si de facili non est permittenda cohabitatio virum conversum inter & uxorem infidelem; ut quid præna plestenda est uxor in dotis amissione, quæ neque interpellatur; vel si interpellatur, etsi promittat se vivere velle absque Creatoris contumelia, non de facili ei cohabitatio cum viro suo conceditur?

31 Enimvero tota hæc difficultas, ut ut planis videatur, oculi ictu evanescit. Atque imprimis, dum ego in ea sum sententia, ut hæc præfata uxor omne jus ad dotis, munerumque nuptialium repetitionem amittat, eam suppono jure interpellatam fuisse super cohabitatione, atque eam hanc denegasse, vel si in eam inclinaverit, facta rectè haud servaretur debita in Creatorem reverentia; tunc enim ipsa est in culpa; ipsa divertit a Marito innocio; ac proinde ipsa de sua perniciosa debitas pœnas per dotis amissionem luere debet. Quod si sine ulla eius noxa vir eam relinqueret, tunc quod sit pristinum suum mutat ad aspectum, atque alia evadit. Restat igitur inquirendum, utrum dispensatio frequens a S. Of-

ficio imperita, aut difficultas in concedenda cohabitandi licentia innocuam reddat uxorem. Si res ita se habeat. Itatus questionis nostræ iterum mutatur. Quod si ipsa semper culpabilis perleveret, a justa animadversione a Legibus inflicta liberari nequam poterit.

Quænam porro causa est, cur dispensationes hujusmodi 32 facili negotio conceduntur; & e contra cohabitatio ex se licita & debita aliquando interdicitur? Haud multum intudandum nobis est, ut eam assequamur. Etsi enim, si theoretice res spectetur, nullatenus repugnet, ut alter conjugum falsè addictus sit Religioni, altero inter Christianos coadunato, attamen in praxi res semper periculi plena visa est, ut Christianus vir cum femina infideli, ac præsertim Judæa, cohabitaret. Promittere fortasse illa, se quidquam nunquam molituram fore, quod in Creatoris contumeliam vergere possit. At nunquid habet promissis? Quis cautam fideiustionem exhibebit? Si de Hæreticis Apollolus dicit I. ad Tim. cap. 2. vers. 17. *Et sermo eorum ut cancer serpsit*; quid dicendum erit de femina infante tenelle adhuc fidei, veluti modo genitum infantem? Nonne universam dabit operam blanditiis, precibus, lacrymis, ut in animæ perniciem, Deique contumeliam, fidem quam amplexus est ejuret, & ad pristinum vomitum revertatur? Hæc quotidie vidimus, & utinam non videremus etiam tunc cum uxor maritum in sua conversione comitatur.

Demus autem & in praxi uxorem Judæam viro converso 33 copulari posse, si merum Judæismum profiteatur, legem scilicet Moisaicam. At si præter Legem Moysis, Rabbinitum sequatur, Talmuditarum instituta veneretur; qui fieri potest, ut ei, cum viro, cohabitare indulgeamus? Nemo in Talmudistarum Theologia, nisi sit jejunus, ignorat sanguinariam virulentam, atque detestandam legem, qua tenetur uniusquisque Judæus interimere quemcumque, qui Judaicæ superstitioni valedicens, Jesu Christo vero Deo nomen dederit. Huic legi præcipue uxor additringitur. Et ne quis me Sycophantam arbitretur, nefarias eorum decisiones, prout in eorum libris jacent, hic accipiat: Talmud, Tractatu Avoda Zarà, fol. 26. lin. ult. hæc habet: *Gentiles, Pastores animalium minorum, non sunt extrahendi de puteo (si in illum inciderint) nec præcipitandi; at hæretici, & calumniatores, & Amescumalim, (i. e.) Apollate seu Neophyti) sunt præcipitandi, & non extrahendi.* Hinc Maimonides c. 1v. num. 10. Halachoth Rozeach, hujusmodi præceptum inhumanum tradit: *Præceptum est occidere Israelitas viros qui Legem abnegant & Prophetiam. Si est in manu ejus vis ad occidendam eum in gladio publice, occidet; alias veniat super eos prætextibus donec occisionis eorum causam quæstionent.* &c. Vis plura? En alter Rabbini non minus Maimonide celebris. Is est Isaac Abravanel c. v. Libri, *de capite Fidei*, pag. 22. verionis Cl. Vorlii edit. Am. 1638.

Vide, inquit, verba Rab, quæ scribit sub finem articulo- 34 rum his verbis, &c. *Qui non credit cultibus istorum articulo- rum, prout æquum est, & jam exclusus est a communione Israelis, atque negat radicem (hoc est fidei fundamentum) & vocatur hæreticus, aut Epicureus, atque excisor plantarum (id est Judæismi abnegator), ac tenetur homo hujusmodi odio prosequi, ac abominari, atque perdere ipsum. Et juxta hoc dicitur Pl. 139. 21. Nonne oses tuos odi, Domine? Et ne mulierculæ ipsæ mandatum hoc fatanicum ignorarent, anno 1654, seu potius an. 1672. editus est Venetiis Libellus inscriptus: *Sepher Emet, Veemanab* a R. Isaac Aruvus, hæbraice atque italice editus, in quo eadem venesica doctrina, idemque micidiale præceptum Neophytos interimendi clare enucleateque firmatur. Ita enim habet pag. 127. post relata Abravanelis verba: *è precepto di ostarlo e di pcrarlo, e su lui fu detto già: quei che odiano te, o Signore, odierò.* Hebraice testimonia darem, si id necessitas exposceret.*

Præmissa hujusmodi Lege; nunquam satis horrenda: 35 quis non laudet æconomiam hodiernæ disciplinæ, qua facilis redditur dispensationis assecutio circa mentem uxoris, an convivere velit cum marito sine Creatoris contumelia? Quis non extollat monitum illud a prudentia dictatum, ne faciles se exhibeat Prælati in concedenda cohabitatione viri cum uxore infideli? Unum forte medium superest: cogere videlicet mulierem ad ejurandam Legem Rabbinitam, et interdicens quamvis cum Judæis ceteris communicationem, accessum ad Synagogas, & quemcumque actum, qui inter Legis Moisaicæ limites non contineatur. Verum cum huic durissimæ conditioni impossibile sit, ut hodiernus Judæus sub-

subscribat; hinc optima est consuetudo dispensandi super interpellatione.

36 Concludo igitur, & dispensationem, & difficultatem asfensam ad cohabitandum nihil obitare justè pœna a Legibus impositæ mulieri, quæ virum suum relinquit. Hujusce enim tum dispensationis, tum difficultatis causa est ipsa uxor, quæ præsumitur nunquam cohabitatura sine Creatoris contumelia. Hæc præsumptio fundatur in facto, & in jure. Factum ex praxi constat: jus ex ipsa Judæorum doctrina. Hinc certo certius est, uxorem infidelem, si converti renuat, post conversionem mariti, omne jus amittere ad dotis, & ante nuptias donationum repetitionem.

Ceterum, si quæ contra hanc conclusionem extet definitio, omnia pro non dictis haberi volo.

NOMINA AFFINITATIS, & CONSANGUINITATIS.

Vide verb. *Affinitas art. 1. num. 15. & 16.*

NOTARIUS.

Notarius, cum creatur, jurare solet I. Quod conficiet instrumenta, & testamenta, de quibus fuerit rogatus nil veritatis tacendo, vel falsitatis miscendo. II. Quod non revelabit, quod sibi secreto commissum fuerit, nisi iusta de causa. III. Quod non conficiet scienter aliquid instrumentum de contractu ulirario, nec de alio quovis illicito. IV. Quod retinebit de omnibus Instrumentis, & Testamentis, quæ dederit, regesum, seu protocollum. V. Quod erit fidelis ei a quo fuit creatus Notarius, & admonebit eum de iis, quæ sciverit in ejus damnum vergere. VI. Quod nullo odio, vel amore, spe, vel timore officio suo abutetur. Navarr. cap. 25. num. 52. Nicol. in *Floscul. verb. Notarius num. 3. Fagnan. in cap. Sicut te 8. Ne Clerici vel Monachi n. 1.*

2 Notarii quicumque etiam Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati, possunt ab Episcopo ut delegato Papæ examinari, & si non reperti idonei, vel inventi delinquentes, suspendi ab officio, vel perpetuo, vel ad tempus in causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus. Concil. Trid. sess. 22. de reformat. cap. 10. Talis facultas examinandi Notarios competit etiam Prælati interioribus quasi Episcopalem Jurisdictionem habentibus. Sic decisum fuisse referunt Sellius in *Selectis Canonis cap. 25. num. 16. & Barbosa add. sess. 22. de reformat. cap. 10. num. 2.*

4 Notarii intra mensem tenentur referre Episcopo Legata Testamentorum ad pias causas sub pœna Excommunicationis & deinceps eorum instrumenta careant fide, si non exequantur: *Concil. Ravennat. II. sub Clement. V. cap. 31.* Unde in Synodis Dioecæsianis solet reponi inter casus reservatos; *Legatorum piorum a Notariis ultra mensem dilata revelatio*, uti de facto reperitur in Synodo Abina acta anno 1683. & in Albanensi edita anno 1689.

Concilium autem Mediolanense I. part. 3. tit. de piorum 5 locorum administratione statuit, quod Notarii intra tres menses a die mortis testatoris sub pœna excommunicationis teneantur manifestare Episcopo Legata, & Codicilla, facta ad pias causas, & debita mercede accepta, teneantur particulam illam Legati descriptam & sigillo munitam tradere Episcopo.

6 Unde Notarii tenentur ex officio etiam nemine requirente revelare Legata pia, alias peccant mortaliter. Navarr. in *Manual. cap. 25. num. 53. Lazar. Quæst. Canonic. sess. 2. q. 1. num. 5. Vidal. de Legat. inquisit. 1. num. 64. Felix Potestas tom. 1. n. 2547. Monacelli tom. 1. tit. 6. formul. 15. n. 8. & tom. 2. tit. 14. formul. 1. num. 16.* cum pluribus aliis a se citatis, Grassus *decif. arr. part. 1. lib. 2. cap. 127.* tibi insuper dicit, quod Notarii non revelant Legata pia teneantur ad restitutionem.

7 Notarii Fori Ecclesiastici tenentur intra mensem dare copiam appellanti, si petit soluta mercede congrua; si differunt, privandi sunt officio, & condemnandi ad pœnam dupli valoris litis dandi pauperibus. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 20.

8 Notarii tenentur intra mensem revelare Legata facta Fabrica S. Petri. Clement. VII. Constit. 8. incip. *Admonet.*

9 Notarii possunt a Fabrica S. Petri cogi ad dandum instrumentum Legati post obitum Testatoris, etiam si clausum fuerit, & debita mercede. Pius IV. Constit. 6. incip. *Etsi.* Not-

tarii quorumcumque Locorum tenentur in virtute S. Obedientiar, & sub pœna privationis officiorum, ac solutione dupli revelare omnes dispositiones in favorem Sacrae Domus Lauretanæ factas, vel faciendas intra octo menses a die mortis disponentis extra Italiam, intra vero infra tres menses. S. Pius V. Constit. 56. incip. *ad Romani.*

Notarii facientes instrumenta Ulirariorum, seu quorumcumque tales illicitos contractus celebrantium subjacent pœnis Ulirariorum iplo facto *Conc. Ravennat. IV. sub Joani. XXII cap. 15.* Et concordat. *Subemus* i. q. 2. de Sacrosanctis Ecclesiis, ubi statuitur, quod perpetuo puniantur exilio Notarii, qui contractus illicitos ausi fuerint contrahere, ibi: *His Tabellionibus, qui hujusmodi contractum veterum ausi fuerint instrumenta conscribere, irrevocabili exilio a quavis officio priventur.*

Laici possunt esse Notarii in negotiis, litibus, & causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus. *Communis.* & patet experientia; pluribus enim in locis Actuarii, seu Cancellarii Episcopi sunt Laici. Et Sacra Congregatio Immunitatis pluribus decrevit, Cancellarios, seu Notarios Episcopi, licet sint Laici, gaudere privilegio Fori, aliisque exemptionibus. Vide verb. *Cancellarius a. n. 22.*

Episcopus prohibere non potest Notariis Laicis exercendi officii usum in negotiis, & litibus profanis coram Judice Laico, neque in Territorio, seu Ditione temporali Ecclesiæ, quia Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 10. de reformat. loquitur solum de negotiis, litibus, & causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus, adeoque non intulit de litibus profanis neque coram Laico. Sic respondit Sac. Congr. Episcopo Romanensi, teste Fagnano in c. *Sicut te 8. Ne Clerici vel Monachi num. 66.*

Potest tamen Episcopus vigore facultatis sibi a Concilio Trid. loc. cit. concessæ prohibendi Notariis minus idoneis repertis, ne in negotiis, & causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus suum exerceant officium, ipsi prohibere, ne illud exercent quoad negotia, & lites Locorum Piorum a Laicis administratorum. Item ipsis prohibere etiam potest, ne illud exercent quoad contractus personarum Ecclesiasticarum super earum bonis patrimonialibus. Sic quoad utrumque censuit *Sacra Congr. Concilii die 1. Decemb. 1588.* apud Fagnan. loc. cit. n. 67.

Notarii, seu Cancellarii Episcopi, seu Curia Episcopalis quam mercedem recipere possunt pro Scripturis, & instrumentis, ad quæ teneantur, & quibus exemptionibus gaudeant? Vide verb. *Cancellarius per tot.*

Notarius proprius ab Episcopo assumendus est in Visitatione personarum Cathedralis Ecclesiæ, non illi tamen Capitulo suspectus. Sic decrevit Sacra Congr. Concilii apud Barbolam in *Summa Apostolica. dec. verb. Notarius num. 7. & de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 73. num. 8.* Episcopus uti potest Notario Criminali Civitatis, si sit vir probus, & advena, & sub quovis prætextu taxam non excedat. *Sac. Congr. Episcop. in una Civitatis Castellii 14. Aprilis 1615.*

Generales, & Provinciales Religionum creare possunt Notarios intra suum Ordinem pro causis criminalibus Regiolorum, ita ut illis tanta fides adhibeatur, quanta Notario seculari; *Communis*, cum Barbosa supra *Conc. Trident. sess. 22. cap. 10. de reformat. num. 4.* Portell. in *dubitis Regular. verb. Notarius a num. 1. Roderic. in compend. q. Regular. resolut. 100. n. 1.* Insuper S. Pius V. Constit. 124. incip. *Debitum pastoralis*, concessit, quod Superiores Ordinis Prædicatorum, & consequenter etiam alii communicantes in privilegiis cum ipsis, ut notat Ameno *de pen. tit. 1. quæst. 16. num. 135.* Mattheucc. *Officialis Curia quoad Prælatum Regularem cap. 18. num. 38.* & alii, in unaquaque Provincia possunt constituere etiam plures sui Ordinis Fratres ab eis approbatos in Notarios publicos pro intimandis mandatis, & rescriptis Apostolicis, faciendis instrumentis, & authenticandis transumptis publicam, vel privatam dicti Ordinis utilitatem concernentibus. Unde pro talibus Notariis creandis datur hic modus, & formula. *Selectis igitur Prælato Religiosis moribus, fide, doctrina, & peritia idoneis, ipsi coram eo genuflexi, tactis Sacris Evangelis coram duobus, vel tribus testibus debent juramentum præfate de fideliter, & cum omni integritate dicto Officio exercenda, ut infra: Ego N. promitto, & juro Deo Omnipotenti, & SS. D. N. Papæ N. & tibi Patri, quod meum fideliter exercebo officium in omnibus, & per omnia; Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia; Sic tradit Peyrin. ad*

Constit. 8. §. 3. *Dei N. num. 9. Mattheus. loc. cit. num. 35.* Prælatum autem recepto a Notario tali juramento tradit ei calamentum, & aramentum dicens: *Accipe potestatem notificandi & intimandi pro ista Provincia quibuscumque personis, etiam Regibus, mandata, indulta, ac Privilegia Apostolica juxta Privilegia Ordini concessa, faciendi que publicos actus, & instrumenta etc. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*

22 Testimoniales postea Creationis in Notarium poterunt dari sub his terminis: *Nos Frater N. Minister Provincialis, (si creatio fit a Generali, varietur nomen) vigore privilegiorum Apostolicorum creavimus, & constituimus, ac deputavimus in Notarium pro hac nostra Provincia R. P. F. N. virum moribus probatum, fide, & virtute idoneum ad intimanda, & notificanda quæcumque indulta etc. facienda quæcumque instrumenta, & authentificanda transumpta etc. recepto prius ab eo coram nobis geneflexo corporali juramento fidelitatis, tactis Sacris Evangelii coram infraferendis testibus. In quorum etc. Dat. etc. Deinde fiant subscriptiones & juxta hanc formulam, variatis variandis, dari poterunt Litteræ Patentales. Sic apud Matthæum. loc. cit. num. 35. ad 37.*

23 Inquisitores hæreticæ pravitatis possunt creare Clericos sæculares, & Regulares in Notarios Sanctæ Inquisitionis pro causis ad eam spectantibus; Alexander IV. Constit. 22. incipit. *Ne commissæ.* Notarii omnes omnino gratis pro officio S. Inquisitionis expedire tenentur. Clemens VIII. Constit. incip. *Sancitissimus.*

24 Clerici tum Sæculares, tum Regulares an, & quando, & pro quibus possint esse Notarii, vel non? Vide verb. *Clericus art. 3. num. 64.*

25 Notarii, seu Tabelliones in pluribus peccant. 1. Si sine sufficienti peritia suscipiant Officium. 2. Si juramentum violent. 3. Si in depositione testium aliquid notabile, & momentosum addant, vel detrahant. 4. Si ministro transcriptori (cum erroris periculo) examen committant. 5. Si protocolla, & acta negligenter custodiant cum damno partium. 6. Si differant causarum expeditionem, et pecuniam extorqueant. 7. Si testamentum scribant hominis ratione delituti. 8. Si testes falsos admittant. 9. Si Solemnitates necessarias ex ignorantia, culpabili, vel malitia prætermittant. 10. Si testimonium aliquod necessarium unius rogati, & alterius damno non exhibeant. Si conscientiam instrumentum usurarium, vel falsum præsertim in damnum tertii, si faciant, ut processus, & causæ veniant ad alios Judices, vel Referentes &c. quam ordo illius Tribunalis postulat, quia multum interest habere hunc, vel illum Judicem. 11. Si secretum violent v. gr. aperiendo parti adversæ dicta testium ante eorum publicationem. 12. Si parti petenti instrumenta occultent, præsertim quæ continent Legata. 13. Si acta occultent vel parti petenti transumptum processus negent. 14. Peccant graviter, si amisso instrumento antiquo publico, vel testamento, aliud simile confingant, Sic litteraliter Busemb. lib. 4. cap. 3. artic. 4. dub. 4. num. 4. & concordant alii communiter.

27 Notariatus officium esse vile multi Doctores tenuerunt, & multis annis fuit administratum per servos publicos, donec prohibuit fuit; Unde Notarii appellati fuerunt ab aliquibus personæ viles, & abjectæ. Rota part. 1. recent. decis. 504. num. 3. Fagnan. in cap. Sicur. te 8. *Ne Clerici, vel Monachi num. 14.* cum aliis ibi citatis. Contrarium tamen alii sentiunt, & sustinent Notariatum esse officium nobile. Rota part. 1. recent. decis. 297. n. 4. & decis. 504. n. 4. & part. 7. decis. 253 num. 6. Unde attendendam esse loci consuetudinem & quoslibet Notarios esse nobiles; quando loci consuetudo eos non reputat viles, censuit Rota. Rota part. 1. recent. decis. 504. num. 6. Talis autem consuetudo viget in Civitatibus Ditionis Mediolanensis, ubi Notarii admittuntur ad Decurionatus, & Collegia, atque ad alios honores. Rota part. 1. recent. decis. 297. num. 5. & decis. 504. n. 6. & sequent. Quod etiam procedit in Civitate Verona. Rota part. 13. recent. decis. 213. num. 13. Dicta tamen consuetudo non videtur posse extendi extra locum, aut Civitatem, nec ad diversos honores. Rota part. 1. recent. decis. 297. num. 6. & decis. 504. n. 7. Ideoque non venit admittenda ad effectum assumendi habitum Religionis Hierosolymitanæ. Rota ibidem. Intellige tamen, nisi alunde probetur nobilitas secundum statuta ejusdem Religionis, quo casu officium Notariatus non derogat, Rota ibid. & n. 8 & part. 13. decis. 213. num. 12.

35 Notario sibi obviam venienti Carolus V. caput inclinavit asserens posse illum renunciationem sui Imperii rogare, testi-

bus Cotta in Memorabil. verb. *Notarius.* Fontanell. de Pact. Nupt. claus. 5. gloss. 10. part. 1. n. 65. Arbuc. in suis Facibus fol. 75. n. 50. & Uralaya in Miscelan. Sacro & profano lib. N. n. 16.

Notariatus Apostolicus conceditur quibuscumque etiam non nobilibus graduatis, neque constitutis in aliqua dignitate. Taxa cum Agentia sunt 4. Scuta, 50. Bajocchi. Romæ petitur hoc modo; Petitur Notariatus Apostolicus pro N. N. Diocesis N. Presbytero, vel Canonico &c.

Protonotarius Apostolicus, ut impetretur a Papa, debet persona, pro qua petitur, aut esse nobilis, aut graduata in aliqua scientia Theologica, Juridica, aut Philosophica, vel esse in Dignitate aliqua Ecclesiastica. Taxa sunt 24. Scuta. Eiusmodi Protonotariatum dat etiam Dux Sforzia, aut alius. Taxæ apud hunc sunt 6. aut 7. Scuta, & 50. Bajocchi. Modus petendi est iste. Petitur Protonotariatus Pontificis (vel Ducis Sforziæ) pro N. N. Diocesis N. Canonico ibidem, vel Nobili, vel Magistro Philosophiæ &c. Sic tradit La Croix lib. 6. part. 3. sub. n. 931.

Protonotarii, an, & quando exempti sint a Jurisdictione Ordinarii, & quibus privilegiis gaudeant? Vide verb. *Protonotarius.*

Notarii totius status Mediolanensis juxta ordines Regis Catholicæ ad Decretum renovatum sub die 22. Julii 1679. & mandato Excellentissimi illius Gubernatoris demum promulgatum sub die 18. Aug. 1695, in omnibus testamentis, ac aliis ultimis voluntatibus, de quibus rogati fuerint, tenentur serio admonere, & exhortari Testatores, ut aliquam legent, seu relinquunt elemosinam pro conservatione, & manutentione Sanctorum, nostræ Redemptionis locorum Hierusalem. Et Notarii totius Ditionis Regis Sardinie, ut ex ejus Regiis Constitutionibus tit. de Notariis cap. 5. num. 2. jubentur similiter serio admonere, & exhortari dictos Testatores, ut aliquam legent elemosinam Hospitalibus Congregationum Caritatis Loci, aut Provincie ubi reperientur, ac Hospitali SS. Mauriti & Lazari. Et ipsi, aliique omnes Notarii sub poena excommunicationis intra tempus supra n. 4. 5. 8. & 10. assignatum, tenentur revelare Episcopo, seu aliis ad id deputatis, dicta, aliæque omnia pia Legata. Sicuti etiam sub eadem excommunicationis poena revelare tenentur intra duos menses a die rogationis aut obitus Testatoris omnia relicta pro Redemptione captivorum, ex Constitutione Clementis VII. incip. *Exponi.*

Notarii exequentes Litteras Apostolicas offendi prohibentur, sub poena excommunicationis in Bulla Coenæ, Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 14. incip. *Pastoralis* §. 13. Notarii expedientes inhibitiones vigore appellationis in casibus non permissis, infamiam, & inhabilitationem incurrunt, & poenas pecuniarias. Idem Constitut. 48. incip. *ad Militantis* §. 40. Item expedientes Monitoria in causis ultra montes absque speciali Judicis rescripto. Idem ibid. §. 47. Item recalcantes exequi citationes, et mandata Sedis Apostolicæ, et Curie Romanæ, vel alias executionem impediennes. Idem Constit. 42. incip. *Pastoralis regimini* §. 8.

Notarii, quorum opera, et scientia Judex conversi libellum repudiit dederint conjugibus in judicium remanentibus, puniuntur poenis pecuniariis, et etiam aliis. Idem tom. 2. Constit. 38. incip. *Apostolici Ministerii*

Terminus mensis a Concil. Trident. sess. 24. c. 20. vers. *Præterea* præfixus Notario iustitiam ad dandum acta, potest a Metropolitano abbreviari. S. Congreg. Concil. in Car. fren. 31. Augusti 1605. Apud Nicol. in Lucubr. tom. 2. lib. 2. tit. 28. n. 82. & apud Joann. Baptistam Pittonum Constitut. & decision. ad Episcopos, tom. 1. num. 635.

Non potest Episcopus precipere, ut Judices Synodales in causis sibi delegatis uti tantum debeant opera Notariorum Curie Episcopalis. S. Congreg. Concil. in Pistorien. 13. Novembr. 1627. apud Nicol. in Floscul. verb. *Index* n. 25. & in Lucubr. t. 2. lib. 1. tit. 29. n. 13. & apud Pittonum loc. citat. num. 982.

Instrumentum depositi rogari potest a quolibet Notario ad arbitrium Monialium, dummodo exhibeatur copia authentica in Cancellaria Episcopali; S. Congreg. Episcop. in Aquilana 8. Novembr. 1612. Vid. supra verb. *Moniales art. 2. num. 21. & 22.*

Notarius exul ab Urbe ob defectum in Officio commissus non debet admitti in Tribunalibus Ordinariis; Sac. Congreg. Episcop. in Interamnen. 6. Septemb. 1613. apud Nicol. in Floscul. verb. *Notarius* n. 18. & apud Pittonum loc. cit. n. 1323.

22 Non potest Episcopus prohibere, ne ceteri Notarii, præter solum Cancellarium Episcopalem, possint rogari de instrumentis, quæ commodum locorum piorum concernunt; S. Cong. Immunit. in Tuderina 20. Decemb. 1667. apud Pausin. in Compend. ad Consulat. Pignatell. part. 1. tit. de Immunitat. Eccles. pag. 442. & apud Pittonum loc. cit. n. 1588.

Notarius Episcopi non potest assistere simul cum eo electioni Abbatibus in Monasteriis subjectis Regularibus, nec durante scrutinio permanere intra Ecclesiam; Sac. Congreg. Concil. in Tyburtina 26. April. 1727. ad 2. & 3. dub. Vid. tom. 3. verb. *Electio art. 4. n. 100.*

Notario Curie Episcopalis non tenentur uti Conservatores Regularium, sed possunt assumere quemcumque sibi benevolum; Sac. Cong. Concil. in Terentina 17. Decemb. 1667. Vid. tom. 3. verb. *Conservatores art. 2. n. 22.*

Notarius seu Cancellarius Curie Episcopalis non debet admitti ad conscribendum actum electi in Abbatiæ Monasterii subjecti Regularibus, sed Notarius, seu Secretarius Superioris Regularis tantum; Sac. Congreg. Concil. in Wormatiens. 17. Septemb. 1646. ad 3. dub.

Novæ additiones ex aliena manu.

De attentione Notarii circa rasuram Instrumenti non inquit est hic agere.

Rasura Instrumenti regulariter suspectum illud reddit. At si Notarius attestetur se fecisse illam abractionem, cancellationem, & interlineationem. cessat suspicio; Borel. Consil. 23. num. 21. Stryk. Juridic. dissert. vol. 1. dissert. 6. cap. 3. numer. 1.

Nota vero, Notarium attestationem hanc facere debere incontinenti, & ante appositionem signi, non post subscriptionem, nec in margine, quia tunc die, & testibus carebit, sed in fine, & in corpore Instrumenti, quando scilicet se illi subscribit, illudque publicat; Stryk. ubi supra num. 2.

Questionis vero est; Num sufficiat generalis attestatio Notarii, an vero opus sit, ut accedat specialis? Placuit autem hæc distinctio, ut si plures in Instrumento reperiantur raturæ generalis attestatio haud sufficiat, sed exprimi in ipse Locus particularis factæ raturæ, cancellationis, vel additionis, in qua videlicet sit linea, in quo verbo. Sin autem unica tantum in scriptura sit ratura, vel cancellatio, satis superque sit generalis Notarii attestatio. Quinimo non desunt, qui tenent eam satis esse, si duobus in locis ejusdem Instrumenti facta sit ratura; Stryk. loc. cit. num. 4.

De eo etiam hic agendum; An & quando Notarius possit corrigere errorem? Porro ex intervallo postquam dedit Instrumentum Partibus, nequit Notarius errorem corrigere propria auctoritate sine Judicis mandato, maxime si ipse partes contradicant; Idque quia sumtum iam est officio suo. Incontinenti vero posse, non dubitatur. Sed dubium est, quando dicatur corrigere in incontinenti. Hoc enim in jure lumitur, interdum pro sex diebus, interdum pro tribus, & interdum pro momento. Hoc loco vero est antequam copia Partibus sit tradita; Stryk. eod. loc. num. 2. & 3. Confer & Bartol. in leg. Imperator ff. de stat. Hom. n. qui latius an, & quando Notarius errorem corrigere valeat, dicitur.

Nec incongrue paucis hic differendum de Instrumentis confectis a Notario falsi damnato. Juris autem est competentissimi, Notarium post condemnationem nequire conficere Instrumenta, & confecta nihil valere, licet facta ad Prius causas; Stryk. loc. cit. cap. 4. num. 7. Farinac. de Falsitat. quest. 155. num. 4.

Limitat vero Stryk. conclusionem hanc pluribus in casibus: Nisi inquit loco allegato) *condemnatio de falso non fuerit facta per sententiam publice lectam, sed occulte & secreta etc. & nisi extra officium Notariatus commiserit falsitatem etc. vel perficit si non privatus exercitio Tabellionatus etc. vel tantum quoad speciem ipsi prohibitum exercitium Notariatus E. G. in Palatio, vel in Cabella etc. vel nisi porro conficiatur inter volentes Instrumentum etc. vel si per Principem ad honores, & famam restituitur.*

Illud haud est omitendum, quod Notarius Instrumentum, quod ante condemnationem celebravit, & non dum publicavit, post condemnationem potest publicare; Stryk. ibid.

Notorium est jus, quæ factum transiens in notionem omnium vel majoris partis eorum. Est in re Communis apud Fagnan. in cap. Vestra 7. de cohabit. Clericor. num. 68. & colligitur aperte ex cap. *Quæstum* est 10. de cohabit. Clericorum, ubi: *Notorium per sententiam, seu confessionem factam in iure, aut per evidentiam ei, quæ tergiversatione aliqua celari non possit. & concordat cap. Cum olim 25. de verbor. significat.* Dicitur autem Notorium, quid transit in cognitionem omnium, ut ex Saliceto notat Fagnanus loc. cit. nam per majorem partem totus populus representatur, l. Nulli 3. l. plane 4. ff. de Regul. juris. ubi: *Refertur ad universos, quod publice fit per majorem partem.*

Manifestum autem prout distinguitur a Notorio, est publica, seu famosa insinuatio, vel proclamatio ex certa scientia, & certis Auctoribus proveniens. Ita in re Communis apud Fagnan. loc. cit. num. 55. Dicitur famosa insinuatio, vel proclamatio, quia, ut quid vere dicatur Manifestum, debet concurrere fama cum veritate. Et ex hoc patet differentia inter Publicum, & Manifestum, quod scilicet illud dicatur Publicum, quod est factum præsentibus multis, sed non est famolium; Manifestum vero quod secum habet famam, arg. cap. 1. de postulat. Prætor. Fagnan. loc. cit. num. 56. & alii. Dicitur ex certa scientia, & certis Auctoribus proveniens, ut sic pateat sua differentia a Fama, & Rumore; nam Fama non requirit certam scientiam, sed provenit ex sola suspitione. Nec Rumor requirit certum Auctorem, sed provenit ex incerto Auctore, ut patet ex suis definitionibus mox dandis; Manifestum autem certam requirit scientiam, & certos Auctores, qui per certam cognitionem habitam medio sensu corporeo verum testimonium dare possunt. Fagnan. loc. citat. n. 63. Butrius, & alii ibi citati.

Fama est duplex, scilicet, fama de homine, & fama inter homines. Fama de homine scilicet bona est illæsa dignitatis status, vita, & moribus comprobatus; l. Cognitionem 5. §. 1. de extraordinariis cognitionibus, prout originaliter descripsit Gloss. in cap. Infames, verb. *Infamia* 3. quest. 7. Fama inter homines, de qua ad præfens, est publica, seu famosa, & communis insinuatio, vel proclamatio ex sola suspitione, ex certo Auctore proveniens. Ita in re Communis apud Fagnan. loc. cit. num. 38. per text. in cap. Sicut nonnulli, dist. 46. & cap. Sanctum, in fine, de consecrat. dist. 4. cap. Cum insinuante, de purgation. Canonice.

Rumor est particularis insinuatio, seu proclamatio ex sola suspitione, & incerto Auctore proveniens. Ita in re Communis, apud Fagnan. loc. cit. num. 44. per text. in cap. Super eo 5. de eo, qui cognovit consanguin. uxoris sue, cap. Ostus; de election. & cap. Veniens, circa princip. de Regular.

Unde patet, in quo differat Fama, & Rumor; Fama enim a certo auctore procedit, & Rumor ab incerto, & insuper fama est majoris partis Vicinitat; Rumor vero minoris partis, ut tertie, vel quartæ partis, Fagnan. loc. cit. num. 44. cum aliis ibi citatis. Et sic Rumor est quid minus, quam fama. Gloss. in c. Super eo 5. de eo, qui cognovit consanguin. uxoris sue. Abbas in c. Vestra 7. de cohabit. Clericor. & mulierum num. 12. in fine vers. Rumor vero, Fagnan. ibid. n. 44. & alii.

Similiter Publicum est quid minus, quam Manifestum, cum Manifestum requiratur fama, non vero ad Publicum, & omne, quod est manifestum, sit etiam publicum, sed non e contra; arg. cap. 1. de postulat. Prætor. Fagnan. loc. cit. num. 56. Butrius, & alii. Item Manifestum proprie loquendo est quid minus quam Notorium; omne enim, quod est Notorium, est etiam Manifestum, sed non e contra, arg. cap. De hoc 13. de Simonia, Abbas loc. cit. num. 12. Fagnan. loc. cit. num. 54. & alii.

Occultum, quamvis variè sumatur, præcipue tamen duplici modo aliquid dicitur occultum, scilicet proprie occultum, & pene occultum. Proprie occultum dicitur illud, quod nulla ratione probari potest. Fagnan. l. cit. n. 45. ubi testatur de communi, arg. cap. unico, de beneficiis Ecclesiastica sine diminutione conferantur. Pene, vel quasi occultum est, quod probari quidem potest, sed solum difficulter, & per paucos v. gr. per duos, vel tres, aut quinque. Nam secretum adhuc dicitur etiam illud, quod fit in presentia quinque personarum antequam judicialiter sit discussum, cap. Quis aliquando 87. de Requitent. dist. 1. §. Hæc ergo secreta verb. *Filiam Archiepiscopi* gogi.

gogi, & notat ibi Glossi verb. Secreta, observans esse secreta, qua sunt sub presentia quinque personarum, & ideo donec clare fiat fides in iudicio ab Ecclesia toleratur, cap. Vestra 7. de cohabitac. Clericor., & mulierum, ibi: Aliud est pene occultum, quod ab Ecclesia toleratur, & Glossa ibid. verb. Occultum, ibi: Tandem reputatur occultum, licet plures sciant, quando ab Ecclesia toleratur, utpote ad iudicium nondum deductum.

13 Notorium est triplex, scilicet Notorium Juris, notorium facti, & notorium presumptionis. Glossa communiter recepta in cit. c. Vestra verb. Notorium. Notorium Juris est, de quo aliquis in iudicio condemnatus, aut in iure confessus est; Ita in re Communis per textum in cap. Quasitum est 10. de cohabitac. Clericor., & mulierum, ibi: Notorium per sententiam seu per confessionem factam in iure. Notorium facti est factum ita evidenter exhibitum conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari; Ita in re Communis per text. in cit. c. Quasitum, ibi: Aut per evidentiam rei, quae tergiversatione aliqua celari non possit, & cap. Cum olim 24. de verb. signific. ibi: Aut evidentia rei, quae nulla possit tergiversatione celari. Notorium presumptionis, seu Notorium praesumptum est dictum, vel factum ex publicis circumstantiis a iure pro veritate acceptum, seu est evidentia iuris vehementer praesumpta. Ita in re Communis apud Fagnan. loc. cit. num. 84. & seq. Exempla notoriae praesumptionis sunt Paternitas, & Filiatio, nam quod aliquis sit alterius pater, vel filius, non potest vere probari, l. Lucianus 38 ff. de conditionibus, & demonstrationibus. Sed ius praesumit vehementer esse filium, qui natus est de nuptiis, l. Filium 6. ff. de his, qui sui, vel alieni iuris sunt, ibi: Filium enim definitum, qui ex viro, & uxore ejus nascitur, & concordat l. Quia ff. de in ius vocando ibi: Pater vero is est, quem nuptiae demonstrant. Vel quia publice pro filio habitus & nominatus, atque alius fuit. Glossa communiter recepta in cap. Michael 13. de Filiis Presbyterorum, verb. constituit. Idem solet exemplificari in infamato, cui indicta est purgatio canonica, & deficit, tunc enim is praesumitur esse reus criminis, cap. Tua 8. de cohabitac. Cleric., & mulier., cap. Infamatum 23. de Simonia, Fagnan. loc. cit. numer. 86. & alii.

14 Notorium facti adhuc est triplex, sicut & factum, scil. Notorium facti permanentis, Notorium facti transeuntis, & Notorium facti interpolati. Glossa communiter recepta in cap. Manifesta 15. caus. 2. quest. 1. Fagnan. loc. cit. num. 78. & alii passim. Notorium facti permanentis est, quod continuo sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, unde non indiget aliqua probatione, nisi inspectione oculari. Exemplum est de eo, qui detinet in domo, mensa & lecto concubinam, omnibus scientibus, & videntibus filios natos, & nascentes, qui reddunt notoriam incontinentiam, continuum, arg. cap. priusquam, dist. 29. cap. Proposuit dist. 82. cap. Consuluit 14. de appellationibus, cap. Tua 8. de cohabitac. Clericor., & mulierum, l. Si vicinis 9. Cod. de nuptiis, cum similibus; Fagnan. loc. cit. num. 79. & seq. cum aliis ibi citatis. Notorium facti transeuntis est, quod transeuntur sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut cum quis in publica platea, seu via in conspectu totius populi aliquem occidit, & huiusmodi, cap. Deus omnipotens 20. §. quando autem caus. 2. quest. 1. Fagnan. cit. num. 82. & alii passim. Notorium facti interpolati est, quod non continuo, sed saepius per intervalla, seu interpolate sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut patet de Uluratio publico, qui non continuo, sed interpolate mutuat ad usuras, cap. Cum tu 5. de usuris & sic de Meretrice notoria, quae non peccat continuo, sed interpolate, & de similibus. Et huiusmodi Notorium facti interpolati, sicuti & Notorium facti transeuntis cum non habet facti permanentiam, si subesse negetur, indiget probatione, arg. cap. Consuluit, 14. de appellat. ubi notatur, quod multa dicuntur Notoria, quae talia non sunt, adeoque ubi negetur, probari debent.

15 Ad hoc, ut aliquid factum dicatur vere, & proprie Notorium notorietate facti, sufficit esse factum in praesentia majoris partis populi, Viciniae, Parochiae, Collegii, Communitatis &c. dummodo tamen in tali Communitate non sint pauciores homines, quam decem. Quia decem constituunt populum, arg. cap. Dnic. 3. caus. 10. quest. 3. Glossa ibidem verb. Mancipia, & jam fuit dictum sub verb. Collegium 2. num. 5. ad 17. ubi fuit assignatum, quot requirantur ad con-

16 Notorium facti transeuntis est, quod continuo sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, unde non indiget aliqua probatione, nisi inspectione oculari. Exemplum est de eo, qui detinet in domo, mensa & lecto concubinam, omnibus scientibus, & videntibus filios natos, & nascentes, qui reddunt notoriam incontinentiam, continuum, arg. cap. priusquam, dist. 29. cap. Proposuit dist. 82. cap. Consuluit 14. de appellationibus, cap. Tua 8. de cohabitac. Clericor., & mulierum, l. Si vicinis 9. Cod. de nuptiis, cum similibus; Fagnan. loc. cit. num. 79. & seq. cum aliis ibi citatis. Notorium facti transeuntis est, quod transeuntur sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut cum quis in publica platea, seu via in conspectu totius populi aliquem occidit, & huiusmodi, cap. Deus omnipotens 20. §. quando autem caus. 2. quest. 1. Fagnan. cit. num. 82. & alii passim. Notorium facti interpolati est, quod non continuo, sed saepius per intervalla, seu interpolate sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut patet de Uluratio publico, qui non continuo, sed interpolate mutuat ad usuras, cap. Cum tu 5. de usuris & sic de Meretrice notoria, quae non peccat continuo, sed interpolate, & de similibus. Et huiusmodi Notorium facti interpolati, sicuti & Notorium facti transeuntis cum non habet facti permanentiam, si subesse negetur, indiget probatione, arg. cap. Consuluit, 14. de appellat. ubi notatur, quod multa dicuntur Notoria, quae talia non sunt, adeoque ubi negetur, probari debent.

17 Notorium facti transeuntis est, quod continuo sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, unde non indiget aliqua probatione, nisi inspectione oculari. Exemplum est de eo, qui detinet in domo, mensa & lecto concubinam, omnibus scientibus, & videntibus filios natos, & nascentes, qui reddunt notoriam incontinentiam, continuum, arg. cap. priusquam, dist. 29. cap. Proposuit dist. 82. cap. Consuluit 14. de appellationibus, cap. Tua 8. de cohabitac. Clericor., & mulierum, l. Si vicinis 9. Cod. de nuptiis, cum similibus; Fagnan. loc. cit. num. 79. & seq. cum aliis ibi citatis. Notorium facti transeuntis est, quod transeuntur sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut cum quis in publica platea, seu via in conspectu totius populi aliquem occidit, & huiusmodi, cap. Deus omnipotens 20. §. quando autem caus. 2. quest. 1. Fagnan. cit. num. 82. & alii passim. Notorium facti interpolati est, quod non continuo, sed saepius per intervalla, seu interpolate sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut patet de Uluratio publico, qui non continuo, sed interpolate mutuat ad usuras, cap. Cum tu 5. de usuris & sic de Meretrice notoria, quae non peccat continuo, sed interpolate, & de similibus. Et huiusmodi Notorium facti interpolati, sicuti & Notorium facti transeuntis cum non habet facti permanentiam, si subesse negetur, indiget probatione, arg. cap. Consuluit, 14. de appellat. ubi notatur, quod multa dicuntur Notoria, quae talia non sunt, adeoque ubi negetur, probari debent.

18 Notorium facti transeuntis est, quod continuo sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, unde non indiget aliqua probatione, nisi inspectione oculari. Exemplum est de eo, qui detinet in domo, mensa & lecto concubinam, omnibus scientibus, & videntibus filios natos, & nascentes, qui reddunt notoriam incontinentiam, continuum, arg. cap. priusquam, dist. 29. cap. Proposuit dist. 82. cap. Consuluit 14. de appellationibus, cap. Tua 8. de cohabitac. Clericor., & mulierum, l. Si vicinis 9. Cod. de nuptiis, cum similibus; Fagnan. loc. cit. num. 79. & seq. cum aliis ibi citatis. Notorium facti transeuntis est, quod transeuntur sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut cum quis in publica platea, seu via in conspectu totius populi aliquem occidit, & huiusmodi, cap. Deus omnipotens 20. §. quando autem caus. 2. quest. 1. Fagnan. cit. num. 82. & alii passim. Notorium facti interpolati est, quod non continuo, sed saepius per intervalla, seu interpolate sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut patet de Uluratio publico, qui non continuo, sed interpolate mutuat ad usuras, cap. Cum tu 5. de usuris & sic de Meretrice notoria, quae non peccat continuo, sed interpolate, & de similibus. Et huiusmodi Notorium facti interpolati, sicuti & Notorium facti transeuntis cum non habet facti permanentiam, si subesse negetur, indiget probatione, arg. cap. Consuluit, 14. de appellat. ubi notatur, quod multa dicuntur Notoria, quae talia non sunt, adeoque ubi negetur, probari debent.

19 Notorium facti transeuntis est, quod continuo sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, unde non indiget aliqua probatione, nisi inspectione oculari. Exemplum est de eo, qui detinet in domo, mensa & lecto concubinam, omnibus scientibus, & videntibus filios natos, & nascentes, qui reddunt notoriam incontinentiam, continuum, arg. cap. priusquam, dist. 29. cap. Proposuit dist. 82. cap. Consuluit 14. de appellationibus, cap. Tua 8. de cohabitac. Clericor., & mulierum, l. Si vicinis 9. Cod. de nuptiis, cum similibus; Fagnan. loc. cit. num. 79. & seq. cum aliis ibi citatis. Notorium facti transeuntis est, quod transeuntur sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut cum quis in publica platea, seu via in conspectu totius populi aliquem occidit, & huiusmodi, cap. Deus omnipotens 20. §. quando autem caus. 2. quest. 1. Fagnan. cit. num. 82. & alii passim. Notorium facti interpolati est, quod non continuo, sed saepius per intervalla, seu interpolate sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut patet de Uluratio publico, qui non continuo, sed interpolate mutuat ad usuras, cap. Cum tu 5. de usuris & sic de Meretrice notoria, quae non peccat continuo, sed interpolate, & de similibus. Et huiusmodi Notorium facti interpolati, sicuti & Notorium facti transeuntis cum non habet facti permanentiam, si subesse negetur, indiget probatione, arg. cap. Consuluit, 14. de appellat. ubi notatur, quod multa dicuntur Notoria, quae talia non sunt, adeoque ubi negetur, probari debent.

20 Notorium facti transeuntis est, quod continuo sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, unde non indiget aliqua probatione, nisi inspectione oculari. Exemplum est de eo, qui detinet in domo, mensa & lecto concubinam, omnibus scientibus, & videntibus filios natos, & nascentes, qui reddunt notoriam incontinentiam, continuum, arg. cap. priusquam, dist. 29. cap. Proposuit dist. 82. cap. Consuluit 14. de appellationibus, cap. Tua 8. de cohabitac. Clericor., & mulierum, l. Si vicinis 9. Cod. de nuptiis, cum similibus; Fagnan. loc. cit. num. 79. & seq. cum aliis ibi citatis. Notorium facti transeuntis est, quod transeuntur sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut cum quis in publica platea, seu via in conspectu totius populi aliquem occidit, & huiusmodi, cap. Deus omnipotens 20. §. quando autem caus. 2. quest. 1. Fagnan. cit. num. 82. & alii passim. Notorium facti interpolati est, quod non continuo, sed saepius per intervalla, seu interpolate sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut patet de Uluratio publico, qui non continuo, sed interpolate mutuat ad usuras, cap. Cum tu 5. de usuris & sic de Meretrice notoria, quae non peccat continuo, sed interpolate, & de similibus. Et huiusmodi Notorium facti interpolati, sicuti & Notorium facti transeuntis cum non habet facti permanentiam, si subesse negetur, indiget probatione, arg. cap. Consuluit, 14. de appellat. ubi notatur, quod multa dicuntur Notoria, quae talia non sunt, adeoque ubi negetur, probari debent.

21 Ad hoc, ut aliquid factum dicatur vere, & proprie Notorium notorietate facti, sufficit esse factum in praesentia majoris partis populi, Viciniae, Parochiae, Collegii, Communitatis &c. dummodo tamen in tali Communitate non sint pauciores homines, quam decem. Quia decem constituunt populum, arg. cap. Dnic. 3. caus. 10. quest. 3. Glossa ibidem verb. Mancipia, & jam fuit dictum sub verb. Collegium 2. num. 5. ad 17. ubi fuit assignatum, quot requirantur ad con-

stitendum Collegium, Universitatem, Congregationem, Familiam, Parochiam, Populum, Turbam &c. adeoque; cum ex citatis iuribus supra num. 2. per maiorem partem totus Populus repraesentetur, id quod sit coram majori parte Communitatis, coram omnibus eiusdem, & sic notorie fieri censetur. Abbas in cap. Vestra 7. de cohabitac. Clericor., & mulierum num. 16. Sylvelter verb. Notorium quest. 4. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 55. Salicet. in l. Ea quidem 7. Cod. de accusation. num. 58. & alii passim arg. c. De manifesta 16. caus. 2. quest. 1. & Glossa ibidem verb. Plurimis.

Ad hoc autem, ut aliquid factum dicatur notorium notorietate facti, non requiritur, quod sit factum in praesentia majoris partis populi, quando populus in aliquo loco, vel Civitate est valde numerosus, quia nemo audebit dicere, quod in Civitate 600. mille hominum ad hoc ut aliquid factum dicatur notorium, requiritur, quod sit factum in praesentia 300. mille hominum, sed sufficit, quod sit factum in praesentia majoris partis Viciniae, Parochiae, Collegii, aut Communitatis, respectu cuius dicitur Notorium, & in similibus casibus spectat ad prudentem, & dicentem Judicem declarare ex circumstantiis, & qualitate actus, loci, temporis, & personarum, an tale factum sit notorium, vel non, cum circa hoc nihil habeatur in iure definitum; arg. l. 1. §. 2. de iure deliberand. l. Continuis 137. ff. de verbor. obligat., & cap. De causis 4. de Offic. Delegat. Sic Abbas in citat. cap. Vestra num. 16. Fagnan. ibid. num. 92. cum pluribus ibi citatis, Reiffentuel lib. 5. decret. tit. 1. a num. 250. & alii.

In factis vere notoriis potest iudex procedere, non servata Juris Ordine, & ea abique probatione punire. Communis, per clarissimos textus in cap. Prohibetur 14. §. His omnibus caus. 2. quest. 1. ibi: Quae manifesta (id est notoria) sunt, iudicium ordinem non requirunt, cap. Quae Lotharius 16. ead. caus. 2. quest. 1. ibi: in talibus (scilicet notoriis) iudicium ordinem non requiritur, cap. Super eo 3. de testibus cogendis, ibi: Si factum est notorium, non eget testium depositionibus declarari, cum talia probationem, vel ordinem iudicium non requirant.

Unde ad puniendam delicta Notoria non requiritur accusator, denunciator, nec libellus, sed potest iudex abique his ex officio procedere contra notorie delinquentem. Communis, textu expresso in cap. Evidentia 9. de accusationibus, ibi: Evidentia parvati sceleris non indiget clamore accusatoris; cap. Manifesta 15. caus. 2. quest. 1. ibi: Manifesta accusatione non indigent, Clementin. Saep. 2. de verb. significat. verb. Nos autem, cum similibus. Nec requiritur productio, aut examinatio testium. Communis, textu expresso in cap. De manifesta 17. caus. 2. quest. 1. ibi: De manifesta, & nota pluribus causa, non sunt querendi testes; cap. Super eo 3. de testibus cogendis, ibi: Si factum est notorium, non eget testium depositionibus declarari. Cum enim iudex jam certus sit ex facto vere Notorio, non indiget per testes ulterius certiorari, arg. cap. Eum, qui 31. de Regul. Juris in 6. ibi: Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet.

In vere Notoriis nulla datur appellatio, & si appelletur, potest iudex procedere ad executionem poenae, non obstante tali appellatione. Communis, textu expresso in cap. Cum sit Romana 5. de appellationibus, ibi: Qui de crimine impetitur, appellare potest, nisi sit notorium, cap. Pervenit 13. tit. ead. ibi: Si vero publicus est, & notorius appellationis obtentu non praetermittas quin eos excommunicatos denunciis, ipsosque facias sicut excommunicatos cautius evitari; & concordant c. Consuluit 14. & cap. proposuit 24. tit. eodem.

Nova additiones ex aliena manu.

Recte ait Gloss. in c. Manifesta caus. 2. quest. 1. quotidie de notorio loquimur, quid autem sit ignoramus.

Non male autem describitur Notorium: id quod omnibus, vel plerisque, ita manifestum, evidens, publicum, cognitumque est, ut nullo modo a quovis in dubium vocari possit, sed de quo omnes, vel plerique certam notitiam, & indubitatam fidem habent.

Itaque manifestum, evidens, notum, & cognitum esse, per se non facit notorium, nisi item sit, & omnibus, vel plerisque manifestum, evidens, notum, cognitumque, ut nihil amplius dubii remaneat.

Patet autem hinc, non omne manifestum esse notorium. Potest enim quid esse manifestum, quod tamen non omnibus, vel plerisque notum sit, & ita nec notorium. Idemque dici potest

potest de evidenti. Quinimo nec omne publicum dici potest notorium. Aliquando enim dicitur publicum id, de quo per famam conitat; Hoc vero dici nequit notorium, quum tergiversatione, seu exceptione qualiam possit celari, & elidi.

7 Utile autem est hec observare; nam ex confusione notorii cum manifesto, evidenti, & publico nonnulli errores nati sunt. Huc pertinet quod dicitur communiter, acta iudicii facere notorium. Quot quosdam negotia, & lites peraguntur, & deciduntur in iudicio, quae tamen in paucissimorum hominum notitiam veniunt? Porro notoria haec esse nemo qui ob oculis habent veram descriptionem notorii affirmare potest. Vide & alios errores notatos a Stryk. iuridic. dissert. vol. 12. disp. 4. c. 1. §. 16. & plur. sequent. qui una ex justa idea notorii rejicit divisionem, quam vulgo tradunt Doctores notorii in notorium juris, & notorium facti, & notorium iuris in notorium dispositionis, notorium praesumptionis, & notorium probationis.

8 De notorio, an & quomodo probationem in iudicio admittere possit, nec non, vide Stryk. ubi supra cap. 2. per tot.

9 Effectus notorii plures vulgo tradi solent: Prior est, quod in notorii juris non sit servandus. At effectum hunc aliqui admittunt tantum in criminalibus, non item in civilibus. Sunt qui & in Criminalibus, hunc ipsam effectum admittunt, si agatur de notorio facti permanentis, nequaquam vero de notorio facti transeuntis.

10 Mithi vero eorum aridit sententia, qui tenent in notorio non esse causam ordinario modo discutendam, sed summario abique strepitu, & figura iudicii discutendam debere & sic omitti haud posse elenti alia processus, aliqualem scilicet citationem, responsi nem rei, demonstrationem, defensionem rei, & sententiam. Et hoc intellexit Summus Pontifex dum in cap. 2. de iurjurando, inquit: Ordinem iudicium non esse observandum in notorio, ut observant Gonzales ibidem num. 1. Stryk. loc. cit. cap. 3. §. 5. & plur. sequ. qui confutat alios effectus, quos quasi rivulos ex hoc primo falso derivare solent DD. scilicet in notorii citatione opus non esse, nec libello; cessare lites contestationem; causae cognitionem a parte iudicis non esse necessariam; nulli defensionem locum esse: nullam requiri sententiam; non esse admittendam appellationem &c.

11 Alii notorii effectus tradi solent, videlicet quod illum tamen non al. gatum iudex ex officio supplere valeat, quo tollat ignorantiam praesumptionem, quod aliquando possit limitare Leges, statuta, & rescripta, quod ferri super eo possit sententia a die feri ta, quod sententia valeat etiam sine scriptura. At consule de his animadvertiones Stryk. eodem loco cap. 4. a §. 24. ad finem.

12 Confer etiam ubi de notorio differere occurrit dissertationes Strauch. Eberhard. & Orthii.

NOVITIATUS, NOVITIUS, NOVITIA.

Novitiatus annus institutus est, ut Religio probet mores Novitii, & Novitius austeritate Religionis; textu expresso in cap. Ad Apostolicam 16. de Regularibus, & cap. Is quest. 1. & cap. Non solum 2. de Regularibus. in 6. Novitiatus annus, sive in masculis, sive in feminis incipit solum a die susceptionis habitus, sive ab eo die, quo in habitu Religionis Novitii, seu Novitiae incipiunt sequi communem aliorum Religiosorum, seu Religiosarum vitam; Sic expresse statuit Concilium Tridentinum cap. 15. sess. 25. de Regularibus.

2 Alia plurima quoad Novitiatus annum, Vide verb. Annus probationis seu Novitiatus a n. 3. ad n. 4. usque in finem, ne inutilis fiat repetitio.

3 Novitiatus de licentia Superioris, & ex justa causa potest fieri partim in uno Conventu designato, & partim in alio item designato; Sic declarasse Sacram Congreg. Concil. referunt Passerinus de statu homin. tom. 3. quest. 189. & Matheucc. Officialis Curiae quoad Novitios cap. 34.

4 Novitios ad habitum recipere de iure communi pertinent ad Praelatum, & Conventum simul, itaut nec Conventus sine Praelato, nec Praelatus sine Conventu possit ad Religionem aliquem recipere, ut habetur expresse in cap. Novit 4. De his, quae sunt a Praelato sine consensu Capituli, & concordant cap. Quanto 5. & cap. Ea noscitur 6. eodem tit. & cap. Congregatio ultim. caus. 16. q. 7.

5 Regulariter tamen debent attendi Constitutiones, Consuetudines, & Privilegia cuiuscumque Religionis pro receptio-

ne suorum respective Novitiatorum, prout aperte habetur in cap. final. de Regularibus in 6. ibi: Si ad solum Abbatem pertineat creatio Monachorum, eo defuncto, nequibit novus Monachus a Conventu creari; alias poterit, si eorum creatio spectat ad utrumque infirmum.

6 Unde si Novitius in aliqua Religione recipiatur a non habente auctoritatem secundum suas peculiare Leges, seu Constitutiones, talis receptio est nulla, & ipse Novitius potest a legitimis Superioribus spoliari, & a Religione dimitti, arg. cit. Turib. sup. n. 5. quia ex defectu potestatis, seu auctoritatis corrumpitur actus; non enim valet, quod ab aliquo fit, quando id ab eo solo fieri non potest sine interventu, seu consensu, vel licentia alterius; l. Titium 47. ff. de administrat. Tutor. adeoque talis receptio ipso iure est nulla; ex quo facta sit contra Jus, quod irritat, & annullat contrarium factum; l. Non dubium 5. Cod. de Legibus, & Constitutionibus, Donat. prax. ver. Regular. tom. 2. part. 2. tract. 1. quest. 4. cum pluribus ibi citatis.

7 Novitii in Ordine Fratrum Minorum de Observantia non possunt admitti ad Professionem, nisi ter in anno Novitiatus hoc est, quarto quinque mente per vota secreta a majori parte Fratrum in eo Conventu a duobus mensibus actu ibi de Familia exilentium, habiles fuerint inventi; Sic expresse statuit Innocentius X. Constit. incip. Ad propagandam. In paritate votorum debent vota ferri usque ad tertiam vicem, & si semper fuerint paria, debet Novitius expelli absque ulteriore computatione, nisi aliter in Domino censuerit Pater Provincialis, qui in hoc votum decisivum ferre, vel aliam computationem imponere potest, ut expresse fuit sancitum in novissimo Capitulo Generali Mediolani in Conventu S. Angeli celebrato die 4. Julii 1729. cui & ipse interfui, dum, licet immerito, Ministerum agerem Provinciale. Ibi enim in Constitutionibus pro Cismontana Familia num. 43. statutum fuit praecise, ut legitur: In paritate votorum dum tertia vice feruntur pro Novitiis ad Professionem admittendis statuitur, ut absque ulla ulteriori computatione Novitius expellatur, nisi aliter in Domino censuerit P. Provincialis, qui in hoc votum decisivum habere, vel aliam computationem imponere valeat.

8 Religiosi consentientes, & concurrentes ad expulsionem Novitii habilis per denegationem iustitiae abique legitima causa peccant mortaliter, quia gravem injuriam faciunt Religioni eam privando idoneo Religioso, & etiam Novitio, qui peracto probationis anno, & habilis receptus jus habet ad Religionem, & intemper contrafaciunt in re gravi Concilio Tridentino, quod cap. 16. sess. 25. de Regularibus praecipit, ut Novitii reperti habiles, finito anno Novitiatus ad Professionem admittantur; Sic etiam peccant mortaliter Religiosi admittentes per sua favorabilia iustitia ad Religionem Novitios certos cognitos inhabiles, quia per admissionem talium inhabilium Novitorum grave damnum, & deplorabile praesudicium inferunt Religioni. Communis.

9 Novitii non tenentur ad statuta, & praeccepta Regulae ex debito iustitiae, quia nondum sunt proprie Religiosi, nec perfecte partes illius Religionis, ut dicitur expresse in cap. Religioso 21. de sentent. Excomm. in 6. & obligatio observandi Regulam ex debito iustitiae nascitur ex voto & promissione Professorum. Communis. Tenentur tamen ad ea, ex quadam decentia, quia dignum est, ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, ut expresse dicitur in cap. Recolentes 3. vers. Si enim, de statu Monachor. Tum quia eorum probatio id exigit, ut probentur in spiritu, quo venerunt; Communis.

10 Novitii non subiciuntur casibus reservatis a Superioribus suae Religionis, nec casibus reservatis ab Episcopo loci, unde non possunt innodari Centuris, nec ab Episcopo, nec a Superiori Religionis, quia sunt in statu neutro, id est nec vere subditi Episcopi, nec Superioris Religionis, sed sunt in statu medio per abnegationem extremorum in odiosis; arg. cap. Odia 15. de Regul. Juris in 6. ibi; Odia restringi. & favores convenit ampliari; Alphon. de Leone de porest. Confessarii part. 2. recollect. 11. num. 137. & de Censuris recollect. 2. num. 265. in fine; Grass. in Appendic. lib. 1. cap. 7. num. 69. Nald. in Summa verb. Novitius, Donat. prax. rerum Regular. t. 2. part. 2. tract. 6. q. 2. num. 4. & 5. cum aliis ibi citatis, & ibid. quest. 15. num. 2. & 5. Tamburin. de iure Abbat. disp. 15. quest. 5. & alii.

11 Hinc Novitii possunt sine alia licentia absolvi a quolibet Confessario approbato pro Fratribus sine expressa exclusio-

ne Novitiorum. Vide verb. *Approbatio art. 2. num. 2. & seq.* Insuper Novitii absque licentia Prælatorum Ordinis possunt valide confiteri, & absolvi a peccatis etiam in Religione reservatæ per quemcumque Confessarium, sive Sæcularem, sive Regularem ab Ordinario loci pro Sæcularibus approbatum. Vide *d. verb. Approbatio art. 2. num. 5. & seq.*

36 Novitii, seu Sæculares nondum induti, debent tamen induendi, & jam in Novitiatum admitti, ut sic sub obedientia Prælati, & disciplina Magistri Novitiorum per aliquot dies incipiant experiri Religionis austeritates, possunt a Confessariis etiam a solo Prælato Regulari approbatis absolvi ab omni excommunicatione, & Censura, etiam ab homine generaliter lata; D. Antonius 3. part. tit. 24. cap. 77. §. 1. Corduba lib. 1. quæst. 30. Rodrig. tom. 1. Quæstion. Regular. qn. 20. art. 21. & Communis aliorum per plurima Privilegia ad id a Summis Pontificibus Regularibus concessa. Immo si dicti Juvenes, dum sic sunt in Monasterio, infirmantur, possunt omnia Sacramenta recipere a Regularibus dicti Monasterii, & si decedant, possunt in eorum Ecclesia tumulari, inconsulto Parocho & quarta funeris non soluta; Tales enim gaudent omnibus Fratrum, & Novitiorum Privilegiis, quia de proximo accingendus in favorabilibus habetur pro accincto; l. penult. ff. de milit. testam. & l. Item Legato 47. §. 1. ff. de Leg. 3. & partus conceptus (ut sunt tales Juvenes de proximo induendi, & jam itantes in utero Religionis) in his, quæ concernunt præservationem, ut producat ad effectum gaudet privilegio Natorum, prout aperte colligitur ex l. Prægnans ff. de poenis, & l. Qui in utero ff. de stat. homin. Donat. loc. cit. tract. 1. q. 18. per tot. cum variis aliis ibi citatis; Vide verb. *Moniales art. 1. num. 61. & verb. Sepultura num. 31.*

38 Novitii, & Novitiæ in articulo mortis existentes, etiam anno Novitiatus non completo, si sint in atate legitima, possunt Professionem emittere; Sic expresse concessit S. Pius V. Novitiis Monialibus S. P. Dominici Consi. incip. *Summi Sacerdotis cura*; qua concessione gaudent per communicationem etiam Novitii, et Novitiæ aliarum Religionum. Si tamen hujusmodi Novitii et Novitiæ convalescerint, debent suo Novitiatus tempore completo iterum profiteri; Sic censuit Sac. Congr. Concil. in una Ordinis S. P. Francisci Min. de Observantia die 20. Martii 1649. ad cap. 15. sess. 25. de Regularibus apud Pignatell. tom. 2. consult. 356.

39 Novitii, et Novitiæ gaudent omnibus Privilegiis suæ respectivæ Religionis, adeoque gaudent etiam Privilegio Fori, et Canonis; cap. Religio 20. §. Quamvis, de sentent. excomm. in 6. et gaudent etiam Indulgentiis, quibus gaudent Professus; Pellizar. in Manual. Regular. tom. 1. tract. 2. c. 7. num. 1. Portell. de dub. Regular. verb. Novitius num. 54. Reiffenhuell lib. 3. Decret. tit. 31. num. 115. et alii communiter. Insuper specialiter lucentur Indulgentiam plenariam diebus, quibus Sacrum induunt Habitum, et Professionem emittunt; si confessi SS. Eucharistiæ Sacramentum sumptierint; Paulus V. Consi. incip. *Romanus Pontifex*.

40 Novitii soli de more recitantes in Choro horas Canonicas satisfaciunt præcepto loco Professorum, dummodo tot numero adfint quot requiruntur ad constituendum corpus Communitatis, sive Collegium, scilicet saltem tres, quia tres faciunt Collegium; l. Neratius 85. ff. de verb. significat. ibi: *Neratius Priscus tres facere existimat Collegium, & hoc magis sequendum est, et sic tenent Donat. tom. 2. tract. 6. q. 22. Reiffenhuell lib. 3. decret. tit. 31. num. 116. et alii.* Vide verb. *Officium divinum art. 1. num. 43. & 44.*

41 Beneficium Clerici ingredientis Religionem non potest ab Episcopo alteri conferri intra annum Novitiatus ipsius; Communis textu expresso in cap. Beneficium 4. de Regularibus in 6. ibi: *Beneficium illius, qui religionem ingreditur, non est infra probationis annum alicui conferendum.* Et interim durante tempore Novitiatus per alium Beneficii functiones, et onera præstari debent, assignata ei congrua sustentatione de redditibus ipsius Beneficii; Communis textu expresso in cit. cap. Beneficium, ibi: *Sed interim eidem beneficio per alium deserviri debet, assignata sibi congrua de ipsius proveniuntibus portione.*

42 Talis congrua quantitas determinari debet ab Episcopo loci; Gloffa *ibidem verb. Sed interim*, Barbolæ in d. cap. Beneficium num. 8. Sanchez lib. 7. moral. cap. 4. num. 14. Pirhing lib. 3. decret. tit. 31. n. 76. Reiffenhuell. *ibidem* n. 119. et alii communiter. Resolvi autem fructus reservandi sunt, atque restituendi Novitio, tanquam, vero Beneficiato, si exeat;

Sanchez loc. cit. n. 19. Pirhing. loc. cit. num. 76. Reiffenhuell loc. cit. num. 119. et alii passim. Si vero Novitius Beneficiatus Professionem emittat restituendi sunt Monasterio; In illis enim succedit Monasterium, si successio sit capax, sicut in aliis bonis Protesti. nisi hic ante Professionem aliter de illis disposuerit; Sanchez loc. cit. num. 19. Pirhing loc. cit. n. 76. et alii; Reiffenhuell tamen loc. cit. vult restituendos esse non Monasterio, sed Ecclesie, seu ad causas pias applicandos tamquam fructus mere Ecclesiasticos superfluos.

43 Si Novitii Beneficium habeat annexum Jus eligendi, seu suffragandi in Electionibus, ut si Novitius erat Canonicus alicujus Cathedralis, vacante intra annum sui Novitiatus Prælatiura, si ipse velit Electioni interesse, excludi non potest; quia retinet adhuc verum Jus sui ad talem Electionem, cum nec Beneficio, nec fructibus, & effectibus ejus sit privatus. Sanchez loc. cit. num. 10. Pirhing loc. cit. num. 118. Suarez tom. 5. cap. 16. num. 16. & alii. Non est tamen necessario vocandus, & ipso non reclamante, possunt alii ad Electionem libere, & valide procedere, quia cum se ipsum sponte a seculo segregaverit, merito reputatur inter abentes, & remotos, qui nec solent, nec debent vocari. Gloffa in cit. cap. Beneficium, verb. *Conferendum in suo*, Joann. Andr. & Franc. *ibid.* num. 2. Barbolæ *ibid.* num. 13. Sanchez loc. cit. num. 10. Pirhing. loc. cit. n. 75. Reiffenhuell loc. cit. numer. 118. Silvester verb. *Religio 5. quæst. 11.* Suarez loc. cit. n. 16. & alii.

44 Novitii, ut valide renunciantionem, seu obligationem irrevocabilem faciant de suis bonis, & Juribus temporalibus, ultra solemnitates Juris communis, debent necessario observare alias duas specialiter statutas a Concilio Tridentino sess. 25. de Regularibus, cap. 16. videlicet quod talis renunciatio fiat cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii, & intra duos menses proximos ante Professionem, ibi: *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum juramento, vel in favorem cuiuscunque causæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive ejus Vicarii fiat intra duos menses proximos ante Professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri nisi secuta Professione, aliter vero facta etiam cum hujus favoris expressa renunciacione, etiam jurata, sit irrita & nullius effectus.*

45 Vi hujus Tridentini Concilii Decreti prohibentur, & irritantur omnes tam lucrativi, quam onerosi inter vivos contractus, quibus Novitii libertas defendendi Religionem possit aliquatiter impediri. Communis, arg. textus ipsius Concilii, ibi: *Ne hac occasione discedere nequeat, quod totum, vel majorem partem substantiæ suæ Monasterium (si huic renunciavit) possideat (seu alii possideant) nec facile, si discesserit, id recuperare possit.* Et revera quod prohibentur, & irritantur omnes tales contractus aperte demonstret Concilium per ly nulla. . . obligatio, nomine cuius veniunt omnes contractus, arg. l. Omnes 1. ff. De Novationibus, l. Veluti 25. ff. de verb. obligat. sicut e contra contractum appellatione veniunt obligationes; l. Labeo 19. ff. de verb. significat.

46 Item prohibentur, & irritantur omnes donationes notabiles, seu magni momenti, quia per ipsas recurrit finis Concilii: *Ne hac occasione discedere nequeat &c.* Donatio enim est vera species renunciacionis, & obligationis. Communis argum. citatis Juribus. Item prohibentur, & irritantur omnes remissiones debitorum notabiles, quia tales remissiones sunt quedam species donationis, & renunciacionis, quæ possunt minuire Novitii libertatem ad egrediendum contra finem expresse Concilii Tridentini. Communis. Item prohibentur, & irritantur renunciaciones, & donationes etiam Jurium ad futuras hereditates; Quælibet enim renunciatio potens minuire libertatem egrediendi declaratur a Concilio irrita, ibi: *Nulla quæque renunciatio.* Tales autem sunt dictæ renunciaciones, & donationes etiam Jurium ad futuras hereditates, adeoque &c. Communis.

47 Vi dicti Concilii Tridentini non prohibentur, nec irritantur Testamenta, & aliæ dispositiones mortis causæ factæ, adeoque semper valent, sive fiant ante ingressum Religionis, sive post ingressum quocumque die intra annum Novitiatus sine licentia Episcopi, aut ejus Vicarii, & etiam ante dictos duos menses proximos ante Professionem, dummodo habeant cetera alia Juris requisita, quia Testamenta, & aliæ dispositiones mortis causæ factæ, ut Codicilli, donationes mortis causæ &c. nec renunciaciones, nec obligationes irrevocabiles sunt, cum toties, quoties voluerit Novitius, ante Professionem possit pro libitu suo ea revocare, adeoque cura sic

sic nec in minimo ledant libertatem Novitii egrediendi a Religione, non prohibentur, nec irritantur a Concilio in dicto decreto, quod pro unico fine prohibitionis, & irritacionis respicit conservacionem talis libertatis Novitii egrediendi a Religione, ibi: *Ne hac occasione discedere nequeat &c.* Sic tenent Doctores communiter, & sic expresse declaravit Sac. Congregat. Concil. teste Fagnano lib. 2. decret. cap. In presentia 8. de probationibus n. 50.

48 Item non prohibentur, nec irritantur, illi Contractus onerosi, vi quorum Novitius tantum recipit, quantum dat, ut sunt emptiones, locationes, & hujusmodi, in his enim contractibus, nec in minimo læditur libertas Novitii exeundi a Religione, cum tantum recipiendo, quantum dat, nihil a parte rei perdat. Communis.

49 Item non prohibentur, nec irritantur renunciaciones, & obligationes, quæ fiunt ante ingressum, & absque intuitu ingressus in Religionem, seu sine animo eam ingrediendi, quamvis postea progressu temporis ingressus contingeret, quia intentio Concilii sola fuit prohibere illas renunciaciones, & obligationes, quæ fiunt intuitu Religionis, & liberum impediunt egressum, ibi: *Ne hac occasione discedere nequeat &c.*

50 Immo neque prohibentur, neque irritantur renunciaciones, donationes, & obligationes factæ ante ingressum Religionis, etiam intuitu, & causâ ipsius ingressus Religionis. Sic expresse Rota part. 5. tom. 1. recent. decis. 125. num. 24. ubi dicit sic declarasse Sacram Congregat. Concilii, & part. 12. decis. 245. num. 6. & quod late discussio hoc articulo, sicut fuit responsum in Romana donatione 1. Februarii. 1640. coram Reverendiss. Tarraconen. & in Romana successiois de Comitibus 12. Januarii 1642. coram Reverendissimo Decano cum aliis pluribus consensit per Adden. ad decis. 586. num. 2. part. 5. tom. 2. recent. Quamvis enim ad sint declarationes Sacre Congregationis Concilii, in quibus declaratum fuit, Tridentinum comprehendere non solum donationes, & renunciaciones factas a Novitiis intra duos menses proximos ante Professionem, sed etiam illas, quæ fiunt ante ingressum Religionis cum narrativa, & mentione expressi ipsius ingressus, vel cum conditione, quatenus donans proficatur. Rota part. 5. tom. 2. decis. 586. num. 17. Quæ fundatur in ea ratione, quod cum Concilium reproboverit donationes a Novitiis non factas intra duos menses ante Professionem, ne ob timorem non recuperandi bona donata adimeretur Novitii libertas egrediendi, ita ex eadem ratione censendas esse prohibitas donationes factas ante ingressum. Rota *ibidem* num. 18. & 19. Unde inferretur, contrarium tenentes intelligendos esse de donationibus simpliciter, & sine mentione, neque intuitu ingressus factis. Rota *ibidem* n. 30.

51 Verum revocatis antiquis declarationibus, Eadem Sacra Congregat. Concilii declaravit, & per plura alia Tribunalia definitum fuit, dictum Concilium Tridentinum sess. 25. c. 16. de Regularibus non habere locum, quando donatio, vel renunciatio sit ante ingressum intuitu ingressus Religionis, Annotat. ad decis. 586. numer. 22. ubi pro hac opinione referuntur 38. Auctores, & inter alios Paisarell. de privileg. Minorum cap. 37. ubi refert, quod pro hac opinione fuit iudicatum: Menochius in addit. ad lib. 2. cap. 430. numer. 3. ubi miratur de Navarr. & Molina, qui tenuerunt contrarium; Roderic. 99. Regular. tom. 2. quæst. 47. art. 8. ubi dicit quod pro hac opinione fuit iudicatum, & refert, quod pro ea consulerunt quamplures ibi nominati; Hector Cyprius Latino decis. 31. num. 7. ubi dicit, quod hæc opinio frequentiori DD. calculo est approbata, decisionibus Supremorum Tribunalium roborata, & declarationibus Eminentissimorum Card. Sac. Concil. sic est interpretata; Rota in Fiorentina donationis 3. Februarii. 1657. coram Sacro, & in Parmen. Transactiois coram Durand. decis. 121. num. 39. in impressis in Perus. hereditatis 10. Decembr. 1620. coram bonæ memoriæ Cardinal. Virili, Diana resolut. moral. tom. 3. tract. 2. de dub. Regular. cap. 55. ubi pro hac opinione refert de verbo ad verbum declarationem Sacre Congregat. Concilii. Et hanc opinionem tenent Fagnanus lib. 4. decretal. in cap. Statuimus 23. de Regularibus a num. 42. Sanchez lib. 1. moral. cap. 5. num. 4. Donatus prax. Rerum Regul. tom. 2. tract. 7. q. 197. 20. qui omnes referunt ita declarasse Sacram Congregationem Concilii, & Barbolæ in Summa Apostol. decis. verb. *Renunciatio Novitii* num. 1. ubi cum pluribus aliis refert sic fuisse decisum a Sacra Congregat. Concilii, & Collegat. in Concil. Trident. cit. sess. 25. cap. 16. de Regul. n. 13. Biblioth. Ferrar. Typ. V.

ubi dicit, quod illa verba Concilii *Antea facta* intelligi debeant de renunciacione tantum facta post ingressum Religionis, ac proinde, quod Sæcularis ante habitus susceptionem, & Novitiatus ingressum, possit etiam intuitu ejusdem ingressus valide de suis bonis disponere, illa renunciando, donando, seu obligando absque solemnitate requisita a Concilio in dict. c. p. 16. sess. 25. de Regularibus, & ibi citat Rotam, & 35. Auctores, & in fine addit, quod ideo donationem factam per Filium Patri per paucos dies ante ingressum Religionis, seu habitus susceptionem intuitu, & contemplatione ejusdem Religionis esse validam tueretur expresse Aldan. in Compend. Canon. c. resolut. lib. 2. tit. 8. num. 15. ubi refert sic fuisse decisum sub die 13. Aprilis 1630. Et hanc sententiam probabilem censent Layman lib. 3. tract. 5. cap. 7. num. 7. Pirhing lib. 3. decret. tit. 31. num. 81. & alii plures, Reiffenhuell lib. 3. decret. tit. 31. num. 142. quamvis ipse *ibidem* a num. 145. ad 152. cum pluribus aliis defendat contrarium, uti etiam defendunt 15. Doctores apud Barbolam loc. cit. num. 18. in fine, existimantes renunciacionem, seu donationem factam ab existente adhuc in seculo pretextu, & intuitu ingressus Religionis nullam, & invalidam esse sine solemnitate requisita a Concilio loc. citato.

52 Ratio autem nostræ sententiæ est, quia cum dictum Decretum Concilii sit correctorium Juris communis, non debet intelligi, nisi in casu suo, nec est extendendum ad alios, quamvis paritas urgeret rationis, Annotat. ad decis. 486. num. 23. part. 5. tom. 2. Rot. recentior. argum. cap. *Quæ a Jure 28. de Regul. juris in 6.* ibi: *Quæ a Jure communi exorbitant, nequaquam ad consequenti in sunt trahenda:* Tum quia in dubio textus est intelligendus juxta Rubricam sub qua existit, cum uniusquique textus congruis subdatur titulis; argum. l. Dedit nobis 3. §. 13. Si quid autem, & §. 18. Si vero, cum similibus; Rubrica autem Concilii est *de Regularibus*, qualis non est, qui adhuc existit in seculo, quamvis Religionem ingredi intendat, adeoque &c. Tum etiam quia dictum cap. 16. sess. 25. est continuativum capitis 15. immediate antecedentis, ut patet ex illa particula *quoque* sub initio posita, ibi: *Nulla quoque renunciatio, cuius dictionis natura est copulare sequentia antecedentibus; argum. §. 7. Prætorum quoque, tit. 2. Institutionum de Jure naturali*, cap. autem 15. immediate præcedens expresse agit de solis Novitiis, ut clare patet ex textu, adeoque etiam de solis Novitiis est intelligendum dict. cap. 16. immediate sequens, per illam particulam *quoque* cum antecedenti copulatum.

53 Unde hanc sententiam mordicus tueretur Fagnan. in citat. 48. cap. Statuimus 23. de Regularibus a num. 42. ad 47. ubi testatur eam contra Navarr. sæpius probasse Sacram Congregat. Concilii; Aliquando enim, dicit ipse, censuit dict. cap. 16. sess. 25. de Regularibus, sibi locum non vindicare in donationibus factis ante susceptum Habitum probationis, sicuti etiam reperitur adnotatum in calce prædictorum Consi. Navarr. 81. & 82. & alias consultata: *An illud caput comprehendat renunciaciones factas ante ingressum, illius tamen contemplatione;* Respondit; *non comprehendere renunciaciones factas ante ingressum, hoc est ante habitus susceptionem;* Quinimodo præsuppositis duabus Congregationis declarationibus super dict. cap. 16. altera, quod minime infringantur renunciaciones factæ ante ingressum Religionis, altera, quod ex eo Decreto renunciaciones factæ in ipso ingressu non valeant; Quæstio est: *an cum Clarix Buccapadulia renunciaverit bonis tam paternis, quam Maternis eadem die, quæ ingressa fuit Monasterium, prædicta ejus renunciatio sufficiat, an nova requiratur ante professionem, juxta formam a Concilio præscriptam?* Die 22. Junii 1613. Sac. Congregat. censuit Decretum dict. cap. 16. non vindicare sibi locum in renunciacionibus factis ante actum seu momentum susceptionis Habitum, ac propterea ex eo decreto supra scriptam renunciacionem non esse nullam. Sic ad litteram refert Fagn. loc. cit. n. 47.

54 Novitii sine solemnitatibus a Concilio in dict. cap. 16. requisitis, possunt valide, & licite facere modicas elemosynas, & modicas donationes Deo, seu B. Mariæ, vel Sanctis, quia in similibus modicis elemosynis, & donationibus respectu bonorum, & facultatum Novitii cessat finis prohibitionis Concilii, nempe: *Ne hac occasione discedere nequeat.* Garcias, Azorius, Lezana, Tamburin. Sanchez, Peregrin. & alii citati, & secuti a Barbolæ supra dict. sess. 2. cap. 16. n. 7. & 8.

55 Renunciatio facta ad favorem Patrum Societatis Jesu per 43. Novitium inter Patres dictæ Societatis est valida, non ob-

stante, quod non fuerit facta cum licentia Episcopi. Sic decilum fuisse in Neapolitana 20. Martii 1621. referunt Sellius in Selectis Canon. cap. 19. n. 15. & Barbosa super Tridentin. d. sess. 25. cap. 16. n. 29.

44 Immo Novitii Societatis Jesu possunt renunciare bonis in favorem Societatis, vel cuiuscumque, non servata forma Concilii, nec expectato bimestri proximo ante Professionem. Aldanus enim in Compend. Canon. resolut. lib. 1. tit. 16. num. 10. & Barbosa loc. cit. n. 41. referunt fuisse decilum, quod Patres Societatis Jesu dicto Decreto Concilii non solum excepti sunt quoad emittendam Professionem, sed etiam quoad obligationes, & renunciations, adeo ut haec etiam ab eorum Novitiis quandocumque, & sine cuiusvis licentia factae nullitati dicti Decreti minime subiaceant.

45 Novitiis Societatis Jesu, qui post Vota simplicia ante tamen Solemnem Professionem a dicta Societate ab ejusdem Praeposito Generali juxta facultatem sibi a Sede Apostolica concessam dimittuntur, nulla ab eadem Societate debentur alimenta, aut congrua sustentatio, licet dum in ea viverent, titulo Religiosae paupertatis ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines promoti fuerint. Sic novitium statuit Benedictus XIII. Constit. 45. incip. Injuncti Nobis.

46 Novitius habens Beneficium Ecclesiasticum, nequit illud renunciare, non servata solemnitate a Concilio requisita. Sic declaravit Sacra Congregat. Concilii apud Fagnan. in cap. Statuimus 23. de Regularib. num. 19. & Matthaeus. Officialis Curiae cap. 43. num. 31. & tenent Flaminius de resignat. Benefic. lib. 3. quaest. 13. a num. 4. Sperell. decil. 16. num. 49. Navar. in Lucerna Regular. verb. Renunciatio bonorum num. 4. Tamburin. de Jure Abbatum tom. 3. disp. 6. quaest. 10. n. 3. Suarez tom. 3. de Religio. lib. 5. cap. 16. num. 12. Sanchez lib. moral. cap. 5. num. 38. Majol. Campanil. Azorius, Molfesius, Caval. Miranda, & alii plures apud Barbofam super Tridentin. loc. cit. num. 13. quamvis ipse cum Garcia teneat contrarium.

47 Donatio facta Novitio cum solemnitate a Concilio requisita, ad hoc, ut sit firma, requiritur, ut Professio sit valida. Sanchez lib. 7. moral. cap. 5. num. 55. Lezana, Tamburin. Peregrin. Bartholomaeus a S. Fausto, Peyrin. citati, & secuti a Barbofa loc. cit. num. 15. Unde si Novitius ad saeculum redeat, vel forte moriatur ante factam validam Professionem, donatio irrita est. Barbofa de Offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 99. num. 11. & loc. cit. num. 15. cum Navar. Sanchez, Passarel. Bartholomaeo a S. Fausto, Honded. Fr. Emmanuel. Peyrin. Bartholom. de Vecchis, Peregrin. ibi citatis, Fagnan. in cit. cap. Statuimus num. 35. & 36. ubi refert sic fuisse decilum a Sacra Congregatione Concilii.

48 Ratificata vero Professione, si illa nulliter emissa fuerit, censetur quoque renunciatio ratificata, & valida, dummodo in ratificatione expressit non declarat se nolle de novo bonis renunciare. Vide infra num. 65. Barbofa loc. cit. num. 16. cum Aloysio Riccio, Tamburin. Sanchez, Peregrin. ibi citatis.

49 Novitius si servata solemnitate Concilii renunciaverit legitimam, & emissa Professione sit factus Episcopus, recuperat jus succedendi in dicta legitima etiam quoad renunciata, ad favorem tamen suae Ecclesiae. Sic decilum fuisse sub die 11. Januarii 1631. referunt Aldan. in Compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 9. num. 10. & Barbofa supra Concil. loc. cit. num. 17.

50 Novitius potest revocare testamentum a se factum, sive ante, sive post ingressum Religionis, & durante Novitiatu

51 aliquid condere. Communis. Novitius in testamento nihil potest sibi reservare ad effectum testandi de illo post Professionem, quia per Professionem sibi admittit omnem facultatem testandi. Communis; & sic expresse statuit Sacra Congregat. Concilii in Neapolitana 5. Julii 1628. respondens non suffiteri reservationem de aliquibus bonis sibi factam a quodam Milite Hierosolymitano in renunciatione facta bonorum ante Professionem sub praetextu, ut de reservatis testari posset, apud Barbofam super Trident. loc. cit. num. 22. Potest tamen Novitius in suo Testamento praecipere, ut aliquid ex ejus bonis etiam post suam Professionem quotannis expendatur in pios usus, seu quod alicui solvatur annuum Legatum, vel ne quid de eis alienetur, & hujusmodi; Talis enim dispositio, cum sit facta in tempore, quo ipse libere poterat disporre de suis bonis, valet pro semper quoad licite in ea disposita. Communis cum Fagnan. lib. 2. decretal. cap. in presentia 8. de probationibus n. 13.

Novitius si ante Professionem testari omittat, succedit in ejus bona, actiones, & Jura Monasterium, si sit capax bonorum. Authent. de Monachis §. Illud quoque, Authent. Ingressi, Cod. de Sacrosanctis Eccles. cap. Quia ingredientibus 7. cap. Perlatum est 8. cap. Si qua mulier 9. caus. 19. qu. 3. cap. In presentia 6. de probationibus, cum similibus; Si autem Monasterium sit incapax successionis, ut Religio nostra Seraphica, succedunt consanguinei ab intestato. Communis.

Post Professionem emissam non potest Religiosus testamentum ante Professionem factam revocare. Communis, argum. cap. Quia ingredientibus 2. de testament. cap. Non dicatis 11. caus. 19. quaest. 1. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 16. qu. 3. Authent. Ingressi, Cod. de S. S. Eccles. cum similibus. Potest tamen testamentum suum ante Professionem factum declarare, praecipue si testamentum dubiae, & obicura voluntatis interpretatione indigeant, impleque Religiosus declarationem verbis convenientem proferat. Sanchez lib. 7. moral. cap. 11. num. 16. Gozzadin. consil. 41. num. 15. 16. 17. Fr. Emmanuel. tom. 3. quaest. 69. art. 3. Reginald. lib. 18. cap. 27. num. 397. Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 5. qu. 1. num. 14. Barbofa super Trident. loc. cit. num. 12. Cum aliis ibi citatis contra Covarruv. in cap. 2. de testament. num. 5. & 9. Mirandum in Manual. Prælator. tom. 1. quaest. 23. art. 10. Navar. in cap. Non dicatis 11. caus. 12. quaest. 1. exstantes non possit Religiosum Testamentum ante Professionem a se factum post Professionem declarare,

Monasterio nihil, exceptis victu, & vestitu, potest tribui a parentibus, vel propinquis, aut Curatoribus Novitii ex bonis ejusdem Novitii sub poena Excommunicationis incurrendae a dantibus, & accipientibus, textu expresso in Concilio Tridentino cit. sess. 25. de Regularibus cap. 16. ibi: Sed neque ante Professionem excepto victu, & vestitu Novitii, vel Novitiae illius temporis, quo in probatione est, quocumque praetextu a parentibus, vel propinquis, aut Curatoribus ejus Monasterio aliquid ex bonis ejusdem tribuatur, ne hac occasione discedere nequeat, quod totam, vel majorem partem substantiae suae Monasterium possideat, nec facile, si discesserit, id recuperare possit, qui potius praecipit Sanctae Synodus sub anathematis poena dantibus, & recipientibus, ne hoc illo modo fiat, & ut absentibus ante Professionem omnia restituantur, quae sua erant. Fagnan. in cit. cap. Statuimus num. 49. & 50. & alii communiter.

Immo sub eadem poena neque potest aliquid dari, & recipi ex bonis propriis parentum, vel consanguineorum: Quamvis enim Concilii verba videantur restricta ad bona ipsius Novitii, tamen proposito dubio: An quod disponitur cap. 16. sess. 25. de Regularibus, ne de bonis puella aliquid Monasterio ante Professionem tribuat, vel sub poena anathematis, habeat locum, etiamsi aliquid tribuatur non ex puella propriis bonis, sed parentum, vel consanguineorum? Sacra Congregat. censuit habere locum. Sic refert Fagnan. loc. cit. num. 55. Unde Pater nequit dare paramentum Altaris Religioni, ubi ejus Filius est in Novitiatu. Sic fuisse decilum 22. Aug. 1617. refert ex Sello Barbofa loc. cit. num. 45. Insuper neque Novitius potest in ingressu aliquid donare Monasterio, etiamsi sit sui juris, & non habeat parentes; propositio enim dubio: An si Novitius sit sui juris, & non habeat parentes, possit in ingressu Religionis praeter victum aliquid donare Religioni amore Dei? Sacra Congregat. censuit non posse, ex verbis expressis d. cap. 16. ita refert Fagnan. loc. cit. n. 56.

Excommunicatio lata a Concilio Tridentino in dantes, & accipientes aliquid ante Professionem Novitii non incurritur ipso facto, nec est Sedi Apostolicae reservata. Sic declaravit Sacra Congregat. Concilii, teste Fagnano loc. cit. n. 57.

Pacta, seu conventiones, quibus Regulares utriusque sexus exigunt a parentibus Novitii, seu Novitiae aliquam pecuniam summam convivii causa, tempore ejus Vestitionis, vel Professionis, prohibentur sub poena Excommunicationis ipso facto incurrendae, & Papae reservatae; textu expresso in Extravagant. Sane t. de Simonia. An autem hujusmodi pacta sint etiam comprehensa in dict. cap. 16. Concilii Tridentini? Sacra Congregat. censuit Decretum dict. cap. 16. ad hunc casum non pertinere, sed id prohiberi Constitutione Urbani IV. quae incipit: Sane. Ceterum quia ex consuetudine Mediolanensis recepta, & a bonae mem. Cardinali S. Praxedis tolerata, passim hujusmodi convivia exhibentur, consilium praestavit nihil responderi. Sic refert Fagnan. loc. cit. num. 58. Alii vide verb. Moniales art. 2. a num. 52. ad 63. verb. Simonia art. 1. a num. 20. ad 27. Mo-

Monialibus prohibita est dotes accipere ante Professionem Novitiarum etiam sub nomine depositi, quamvis praestetur cautio de illis restituendis, Professione non sequuta. Sic colligitur ex cit. cap. 16. Tridentini, & expresse declaravit Sacra Congregat. apud Fagnan. loc. cit. n. 51.

Hinc improbatr cautela, ut Depositarius totum, quod in depositum recipit, Monasterio consignet ante Novitiarum Professionem; Ota enim dubitatione, an cautela adinventra a Monialibus Civitatis Alexandrinae, ut quando aliqua puella Monasterium ingreditur, depositum Dotis prius fiat, & deinde omne id, quod in depositum recipitur, totum depositarius ipsi Monasterio ante Professionem consignet, sit contra dispositionem Concilii Tridentini cap. 16. sess. 25. de Regularibus verb. Neque ante Professionem? Sacra Congregat. censuit Decretum Concilii dict. cap. 16. non prohibuisse quidem hujusmodi depositum, sed quod pecunie sic depositae dentur Monasterio dote, vel indote, & in specie modo hic descripto, videri omnino prohibuisse. Et licet alias Sacra Congregatio in casu Neapolitano visa fuisset sentire posse dari praeterea idonea cautioe bancaria, tamen nunc censuit non scribendum amplius in futurum secundum illam sententiam, sed secundum istam posteriorem, ut nullo modo detur Monasterio, nec cum deposito, nec sine. Sic refert Fagnan. loc. citat. num. 53.

Novitio egrediendi, vel ejecto restitui debent omnia bona, quae secum tulit, nec quid minimum ex eis retinere possunt Superiores Regulares, quod, ut recte fiat, Episcopus potest etiam per Censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, eos ad id compellere; textu expresso in Concilio Tridentino dict. cap. 16. ibi: Absentibus ante Professionem omnia restituantur, quae sua erant, quod ut fiat, Episcopus etiam per Censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

Immo Novitio exeunte, aut decedente ante sequatam Professionem, nec retineri possunt per Monasterium bona ipsi donata etiam servata solemnitate, & forma Concilii; cum enim duo Novitii Religionem ingressi bona sua Monasterio servata forma Concilii donarent, posteaque uterque decessisset, sed alter revocata, alter vero non revocata donatione; Fuit dubitatum, an Monasterium posset retinere bona saltem illius, qui donationem non revocavit? Sacra Congregat. Concilii Tridentini Interpretum censuit, neuvius bona posse retineri per Monasterium, cum non sequatur Professione, nulla fuerit renunciatio; Sic refert Fagnan. in cit. cap. Statuimus 23. de Regul. n. 36.

Habitus tamen Religionis non est restituendus Novitio exeunti, sed illius pretium; Sic decilum a Sac. Cong. refert Novarius in Lucerna Regul. verb. Habitibus n. 6. Lezana in Summa quaest. Regul. tom. 1. cap. 25. n. 38. Barbofa super Trid. loc. cit. n. 51. in Summa Apostol. dec. verb. Habitibus n. 9. & de Offic. & potest. Episcop. allegat. 101. n. 39.

Novitius sponte, vel coacte egrediens tenetur solvere expensas in sui victum, vestitum, & in alia necessaria, ac conlucta a Monasterio factas, si de eorum solutione pactum intercesserit inter Novitium, & Monasterium, aut extet legitima consuetudo eas solvendi. Communis, arg. Conc. Trid. cit. sess. 25. cap. 16. de Regularibus, ubi prohibetur aliquid dare, vel accipere de bonis Novitii, excepto victu, & vestitu, adeoque, cum ex Concilio liceat aliquid dare, & accipere pro victu, & vestitu, potissimum erit obligatio dandi, ubi intercesserit pactum; arg. cap. Antigonus 1. & cap. Qualiter 3. de pactis; & ubi adit legitima consuetudo; arg. cap. Cum tanto 11. consuetudine. Non tenetur tamen Novitius solvere dictas expensas, ubi non intercesserit tale pactum, aut non extet talis legitima consuetudo, ut in nostra Religione de Corpore Observantiae, & Capuccinorum, ubi nihil recipitur, nec potest recipi pro alimentis, & similibus a Novitiis, ut recte observat Matthaeus. Officialis Curiae c. 34. n. 30. & alii passim.

Dos Novitiae decedentis ante Professionem debet haereditibus restitui una cum fructibus, deducto tamen illius victu, & vestitu; Cum enim dubitatum fuerit: An si mulier ingressa Monasterium intra tempus probationis decedat, dos soluta, ejus haereditibus una cum fructibus, si quos Monasterium percepisset, restitui debeat? S. C. censuit, ita debere, deducto tamen victu, & vestitu Novitiae; Sic refert Fagnan. loc. cit. n. 38.

Immo hoc etiam procedit, non obstante pacto, ut si puella post annum decederit, facta, vel non facta Professione, dos Monasterio acquiratur; Proposito enim dubio de quarrent. Biblioth. Tom. V.

dam puella, quae Monasterium ingressa est cum pacto, ut si infra annum moreretur, dos restitueretur dotantibus; si vero post annum, facta, vel non facta Professione, acquireretur Monasterio, stetit ibi per annum, & menses tres cum velo albo, in quo incedunt Novitiae, cum tamen Professae incedant cum nigro, nulla facta expressa Professione, postea decessit: Sac. Congr. censuit, secundum ea, quae proponuntur, docem esse restituendam haereditibus defunctae: Sic refert Fagnan. loc. cit. sub n. 38. Vide verb. Moniales art. 1. a numer. 98. ad 100.

Licentia Episcopi, seu ejus Vicarii requisita pro renunciatione facienda a Novitio intra duos menses proximos ante Professionem debet intervenire in ipso actu renunciationis; Rota in Romana Fideicommissi 15. Novemb. 1624. coram Reamboldo, Barbofa supra Conc. Trid. cit. sess. 25. cap. 16. de Regul. n. 23. & alii communiter.

Episcopus confirmatus nondum consecratus potest concedere in sua Diocesi Novitio talem licentiam ad renunciandum; Barbofa loc. cit. n. 24. & de Offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 99. num. 3. Peregrin. in Const. Cleric. Regul. part. 2. cap. 1. litt. C. §. 25. Sanchez lib. 7. moral. cap. 5. n. 66. & alii passim.

Archiepiscopus licet Pallium nondum receperit, potest hujusmodi licentiam in sua Diocesi concedere; Barbofa loc. cit. n. 25. & cit. alleg. 99. n. 4. Peregrin. loc. cit. §. 26. Sanchez loc. cit. n. 66. & alii communiter.

Capitulum, Sede vacante, seu Vicarius Capitularis potest eandem licentiam concedere; Barbofa loc. cit. n. 26. Sanchez loc. cit. n. 67. Tambur. de Jure Abbat. tom. 3. disp. 6. qu. 10. n. 3. Bartholom. a S. Fausto in Thesouro Religiosorum lib. 5. q. 195. Peregrin. loc. cit. & alii.

Abbat, & alii Praelati habentes Jurisdictionem quasi Episcopalem, nullique Episcopo subiecti, possunt in suis Diocesisibus hanc licentiam concedere; Barbofa loc. citat. num. 27. Sanchez l. c. n. 68. Bartholom. a S. Fausto l. c. q. 196. Bartholom. de Vecchis in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum Novitiis disp. 8. dub. 2. n. 2. Peregrin. l. cit. §. 7. & alii passim.

Praelati Regulares non possunt hanc licentiam concedere etiam in Monasteriis exemptis, & sibi subiectis, quia Concilium Tridentinum loc. cit. solum Episcopi licentiam ad hanc renunciationem requirit; Barbofa loc. cit. n. 28. Miranda in Manual. Prælator. t. 1. q. 23. art. 6. conclus. 2. Bartholom. de Vecchis l. c. dub. 9. n. 2. Sanchez l. c. n. 74. Peregrin. l. c. §. 30. & alii communiter.

Formam Laicorum statuto praescriptam nequaquam oportet servare in renunciationibus, quae fiunt a Novitiis intra probationis annum, nec hujusmodi statuti omisso tales renunciationse invalidat, utpote factas a personis, quae secundum praesentem statum Novitiatus censentur tamquam Ecclesiasticae, ac proinde Legibus Laicalibus solemnitatem inducentibus subiacere non debent, ut decilum fuisse referunt Aldan. in Compend. Canon. resolut. lib. 2. tit. 9. n. 11. & Barbofa super Trident. dict. sess. 25. cap. 16. de Regul. n. 31. & idem tenuit Rota in Parmen. transactionis 20. Decemb. 1627. coram Dimano.

Non est necesse, quod renunciatio bonorum, ut sit valida, fiat a Novitio integro bimestri ante Professionem, sed satis est, ut fiat intra totum bimestre ante Professionem, quamvis immediate ante ipsam; Barbofa loc. cit. n. 35. Sanchez l. c. cap. 5. n. 30. Peregrin. l. c. §. 20. Bartholomaeus a S. Fausto l. c. lib. 5. q. 192. & alii communiter.

Bimestre hoc computandum est de momento in momentum, & secundum quod occurrit mensis in Calendario, Barbofa l. c. n. 36. Sanchez l. c. n. 31. Bartholomaeus a S. Fausto l. c. q. 193. Sperell. dec. 16. n. 54. Tambur. l. c. q. 10. n. 4. Bartholomaeus de Vecchis l. c. disp. 8. dub. 9. n. 5. Unde Sacra Congregatio Concilii sub die 21. Januarii 1617. expresse decrevit, non valere renunciationem factam a Moniali ante duos menses praefixos in dict. Decreto Concilii, ut ex Aldan. refert Barbofa l. c. n. 36.

Renunciatio facta a Novitio per duos menses ante Professionem tenet, licet ante expletum decimum sextum annum; Sic decilum fuisse a Sac. Congr. Conc. refert ex Armendar. Barbofa l. c. n. 37. & in Summa Apost. dec. verb. Renunciatio Novitii n. 3.

Ex quacumque causa contingat Professionem protrahi ultra annum, valet Renunciatio facta a Novitio post decimum Novitiatus mensem; Sic decilum fuisse a S. C. Concil. referunt

- runt Bartholom. de Vecchis *l. c. disp. 8. dub. 9. n. 5. in fine*, & Barbosa *in dist. cap. 16. n. 37.*
- 84 Renunciatio a Novitio excedente aetate 16. annorum facta absque solemnitate Decreti Concilii Tridentini *loc. cit.* est invalida, ita ut Concilium locum habeat etiam in iis, qui excedunt annum decimum sextum; *Sac. Cong. Concil. 15. Januarii. 1601.* apud Barbofam *in Summa Apostolic. decis. dist. verb. Renunciatio Novitii num. 2.*
- 85 Renunciatio facta per eum, qui nulliter emisit Professionem, si postea cognita invaliditate iterum valide professus sit, declarans nolle denuo bonis renunciare, quatenus prior renunciatio non sustineatur, est nulla; *Sac. Cong. Conc. 3. Decemb. 1632.* apud Barbofam *in cit. Summa Apostol. decis. num. 7.*
- 86 Deferre Habitum Novitiorum non est de essentia, & necessitate anni probationis ad validitatem Professionis, sed sufficit deferre Habitum Religionis, seu Professorum; Vide verb. *Habitus num. 5.*
- 87 Novitius deferens per annum Habitum Religionis, completo integro anno probationis, censetur tacite professus, si Habitum, quem deferret, sit patenter distinctus ab Habitu Professorum, & aliunde concurrant alia qualitates requisitae; Vide *dist. verb. Habitum num. 6.*
- 88 Secus autem si Habitum Novitiorum sit patenti distinctione distinctus ab Habitu Professorum; Vide *dist. verb. Habitum num. 7.*
- 89 Novitium sine titulo Beneficii, vel Patrimonii, aut Pensionis nequeunt promoveri ad Sacros Ordines; *arg. Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 2. & expresse S. Pius V. Constit. 75. incip. Romanus Pontifex*, ubi dictum Concilii decretum extendit ad omnes, & singulos cujuscumque Ordinis Clericos Religiosos non profectos, prohibens ipsos sicuti alios Clericos Saculares promoveri ad Sacros Ordines sine dicto Titulo; Et hoc ipsum habet locum non solum in Novitiis, seu non-Professis, sed etiam in nulliter Professis; Sic Rota *in vngelien. Canonice 3. Martii 1595. coram Blanchetto*, & saepe alibi, & tenent communiter Doctores cum Barbofa *in Conc. Trid. dist. sess. 23. cap. 2. & de Offic. & potest. Episcop. p. 2. allegat. 19. num. 5. Garcia de Benefic. part. 2. cap. 5. n. 11.*
- 90 Et hoc ipsum habet locum non solum in Novitiis, seu non-Professis, sed etiam in nulliter Professis; Sic Rota *in vngelien. Canonice 3. Martii 1595. coram Blanchetto*, & saepe alibi, & tenent communiter Doctores cum Barbofa *in Conc. Trid. dist. sess. 23. cap. 2. & de Offic. & potest. Episcop. p. 2. allegat. 19. num. 5. Garcia de Benefic. part. 2. cap. 5. n. 11.*
- 91 & 12. Reiffenstuel *lib. 1. decret. tit. 11. n. 74.* Patres autem Societatis Jesu, qui tria vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiae in Societate emiserunt, de licentia Praepositi Generalis possunt promoveri ad Sacros Ordines absque titulo etiam ante solemnem Professionem emissam, non obstante dict. Constitutione S. Pii V. Sic eis specialiter concessit Gregorius XIII. *Constit. incipient. Ascendente*, & etiam alii Pontifices, & novissime Benedictus XIII. *Constit. incip. Injuncti Nobis*, statuit nulla ab eadem Societate deberi sic ordinatis alimenta, aut congruam sustentationem, si contingat eos ante solemnem Professionem a Praeposito Generali a dicta Societate dimitti; Quidquid in contrarium scripserint alii; Vide *supra n. 45.*
- 92 Novitii non possunt promoveri ad Ordines Minores a suis Superioribus Abbatibus Regularibus, quia pendente anno probationis non habentur quoad Ordines suscipiendos pro subditis horum Superiorum Religionis; Barbofa *supra Concilium Trid. sess. 23. cap. 10. & de Offic. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 3. n. 8. Naldus in Summa verb. Novitius n. 8. Marchin. de Sacram. Ordinis tract. 1. p. 2. cap. 10. n. 10. cum seq. Tambur. de jure Abbat. 1. 2. disp. 2. q. 27. Ugolin. de Offic. Episcop. cap. 26. §. 20. n. 7. Roderic. in Compend. resol. 106. num. 2. Miranda in Manual. Praelator. tom. 1. q. 38. art. 9. concl. 2. in fine, & alii passim; arg. *Conc. Trid. cit. sess. 23. cap. 10. de reform.* Unde Novitii respectu Minorum Ordinum ordinandi sunt a proprio Episcopo, ut ex *cap. Cum nullus, de temporibus Ord. in 6.* Episcopus autem proprius est Episcopus loci Monasterii, in quo novitius agit novitiatum, cum novitius contrahat domicilium in loco, in quo agit anni probationis, ex notatis communiter per Doctores *in dist. cap. Cum nullus §. final.* ut tenet, & observat Fagnan. *lib. 2. decret. c. Cum inter 13. de sent. & re judicata. Donat. prax. ver. Reg. tom. 3. tract. 6. q. 25. n. 4. & 5.**
- 93 Novitii post Professionem in Professorio, seu in Conventu secundi Novitiatum sunt collocandi, ut patet ex decretis Clementis VIII. adductis a Fagnan. *lib. 3. decr. cap. Relatum 7. n. 82. Ne Clerici, vel Monachi.* In Novitiatis, & Professoriis est observanda vita communis; Citat. Decret. Clementis VIII. apud Fagnan. *loc. cit. num. 84.* quae Decretum super receptione, & educatione Novitiorum a dict. Clemen-

CLEMENS PAPA VIII.

- §. 1. **C**um ad Regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam, Novitiorum institutio maxime utilis sit, ac necessaria, & nihil ad gravem illam, ac laudatissimam praeconum Patrum vivendi rationem relaxandam, majorem vim habuisse, & habere compertum sit, quam vel nimiam in recipiendis novitiis facilitatem, supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu, an vere esset ex Deo, atque ex praecipuo desiderio illi inseriendi, vel denique incuriam in eis educandis, atque institutis: Idcirco, ut hujusmodi incommodo deinceps occurratur, praecipitur omnibus, & singulis, ad quos spectat, ut in recipiendis novitiis, & in eorum institutione, atque educatione, nec non in Magistri, & aliorum Ministrorum electione, praeter alia, quae in Sacris Canonibus, & Decretis praesertim Concilii Trid. Pontificis, & cujuscumque Ordinis, aut Instituti Constitutionibus continentur, tam in alias designatis, quam nunc, & in posterum ad hoc designandis Monasteriis, & Conventibus, haec, quae sequuntur, inviolate observari, & exequi perpetuo curent.
 - §. 2. Primum, quod attinet ad novitiorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquisitionem, quae habenda erit de uniuscujusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac praecipue eorum, qui sextum decimum aetatis suae annum excedent, an criminosi, an aere alieno gravati, vel reddendae alicujus administrationis rationi obnoxii sint juxta formam Constit. felic. rec. Sixti V. & moderationum subsecutarum; Illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulo perquirant, ut quibus in Monasteriis, & Conventibus, ex Apostolica facultate, novitiatum fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones a Sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Constitutionibus praescriptas non habeat, juxta decretum super forma de recipiendis novitiis die 19. Maji 1602. editum.
 - §. 3. Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari etiam Mendicantium in ea sit aetate constitutus, quam ejus Ordinis, in quo recipitur, Regularia Instituta, & Ordinationes requirunt; eam vero litterarum scientiam calleat; aut illius addiscendae spem indubiam praeserferat, ut minores, & suis temporibus majores Ordines, juxta Decreta Sacri Concilii Trid. suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quantum excedens ad Habitum Regularem admitti possulaverit, & talis eruditionis expertus inventus fuerit, in Conventuum tantum, quibus litterarum scientia non est necessaria, numerum referatur; Ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum aetatis suae annum, & nisi saltem praecipua doctrinae Christianae capita noverint.
 - §. 4. Demum Superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente, ac voluntate id Regularis vitae genus elegerint; quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitae, & ut Deo liberius famulari possint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animo ducantur, & an eorum parentes ope, & subsidio ipsorum indigentes, desistantur.
 - §. 5. Provideant quoque, ut omnes etiam Conversi recipiendi, priusquam ad habitum Regularem admittantur ab iis, quibus munus hoc incumbit, de Regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque Regulari, & aliis cujusque Ordinis peculiaribus Institutis, & Constitutionibus diligenter instruantur; Et quia quarundam Religionum mos est, ne dum Conversos ad Professionem admittendos, verum & Oblatos, ut vocant, recipere, circa ipsorum Oblatorum receptionem, unaquaeque Religio suas peculiatae Constitutiones, specialiaque Instituta observare teneantur.
 - §. 6. Statur atque Novitii ad Habitum recepti, & in locum Novitiatum introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum Confessionem totius ante actae vitae conscientiam discant, & expurgent.
 - §. 7. Quod vero ad loci qualitatem uniuscujusque Novitiatum spectat, locus hujusmodi propria Clausura ab ea parte Conventus, & Monasterii, in qua degunt Profess-

- segregatus sit; atque distinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas separatas, quot erunt numero Novitii, vel dormitorum ita capax, ut pro singulis singuli lectuli commodè sibi possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, ejusque socio reperiatur.
- §. 8. In eo etiam praeter alias communes commoditates aptus locus adit ad spiritalis collationes, seu conferencias ac lectiones, instructionesque Magistri audjendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant.
- §. 9. Oratorium insuper, seu Cappella, si commodè fieri poterit, ad Novitios in spiritalibus, praesertim in coeremoniis, Ecclesiasticisque functionibus exercendos.
- §. 10. Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem, bene conclusus, atque munitus adit; si minus, hortum ceteris Fratribus communem, recreationis tempore, ingrediantur; Ipsi vero Novitii ibi commorantibus curabit Magister, cum loci Superioris auctoritate, si opus fuerit, ne in eumdem quilibet alius ingrediatur.
- §. 11. Ad hujusmodi locum Novitiatum nemini ejusdem, vel alterius Ordinis Regularis, etiam Conventus, & Monasterii Officialis, ullo inquam tempore, sub quovis praetextu, aditus pateat, praeterquam Magistro, ejusque socio, ac etiam Monasterii, aut Conventus Superiori, si quando-cumque ingrediendum sibi necessario existimaverit, quo tamen casu, aliquem semper ex senioribus Conventus, vel Monasterii Patribus socium assumat.
- §. 12. Hujus loci clausurae clavis apud Magistrum semper asservetur, illique soli liceat ex gravi tantum causa ingressum illuc alicui permittere; Si quavis autem Novitiorum quempiam alioqui voluerit, Magistro praesente, & non aliter alloquatur.
- §. 13. Novitiorum Magistro socius, si per Novitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus, quoad fieri poterit, consimilis deputetur, qui in his, quae ad Novitiatum regimen spectant, dicto Magistro immediate subiectus exiit; eliganturque tam Magister, quam socius, per Provinciale Capitulum, per triennium ad minus onus hujusmodi lubituri. Quo si aliquo casu, extra tempus Capitulare, nova loca Novitiatum concedi contingat, tunc electionem Magistri Novitiorum, & socii hujusmodi, in his novis locis, per Generalem vel Provinciale, seu Ministerium, aut eorum Visitatores, seu Vicarios, de Definitorum tamen, vel graviorum aliorum Patrum consensu, fieri permittatur; idemque servetur, si intra triennium alterum, vel utrumque, urgenti aliqua de causa ex illis locis amoveri, vel mori contigerit, in cujus vel quorum locum alii consimiles lubrogari debeant.
- §. 14. Tam Novitiorum Magister, quam socius ab iis omnibus officiis, oneribusque vacationem habeant, quae Novitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister Sacrodotali Ordine sit initiatus, ac in quinto saltem supra trigessimam aetatis suae anno constitutus, & per decennium a Professione emissam in Religione perliterit. Socius vero trigessimam annum excedat, sintque ambo doctrina, & quantum per Superiores diligentiam, & vires fieri poterit, vitae etiam antea ex exemplo praestantes, orationis praeferrea, & mortificationis operibus additi, prudentia, charitateque referri, non sine affabilitate graves, zelum Dei cum mansuetudine praeferentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ira praesertim, & indignatione, quae in se, & erga alios charitatem impedire consueverant, quam longissime alieni, & tales demum, qui in omnibus se ipsos bonorum operum exemplum praebeant, ut ii, qui eorum curae subiant, illos non tam metuant, quam vereantur, nec illis unquam detrahere quicquam possint.
- §. 15. Habeat etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa Novitiorum institutionem, ac Novitiatum regimen, ita ut in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus maioribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat.
- §. 16. Curam adhibeat diligentem, ut Novitii omnes in Regulari disciplina sedulo exercentur, agnoscantque praecipue Divinae, qua digni facti sunt, vocationis praestantiam, & excellentiam, quae vera sit, atque perfecta votorum solemnitatem, & quam necessaria cujusque Ordinis constitutionum observantia; modum in oratione tum vocali, tum mentali tractuose persistendi, illicitas passionem, & vitia (ad quae natura per peccatum labefactata omni tempore prona est, at-

- que proclivis) per sensuum custodiam, & mortificationem cohibendi, austeritatem, jejunia, cilicia, disciplinas, conscientiae puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, Confessionis praesertim, quae bis saltem singulis mensibus fiat, per asperitatem quotidianam, motuum interiorum cordis, & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis circa viliora munera; per modestiam in omnibus actionibus, duritiamque silentium.
- §. 17. Quilibet Novitius bis quotidie Orationem mentalem, & vocali incumbat, unaliquisque secundum propriam capacitatem, & ordinem sibi a Magistro praescriptum, ac pluries in die propriam conscientiam unaliquique examinare contendat; Ipsi autem Magistro soli Novitiorum Confessiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel, aut bis in anno eorundem Novitiorum Confessiones audire. (Quia istae ordinationes non sunt per modum praescripti, sed solum per modum Regulae, & Concilii, unde Statuti Regularibus non derogant, nec minus irritant Confessiones aliter factas; Sic in istis terminis tenet Molles. part. 1. Sum. tract. 7. cap. 14. num. 83. ex Peyr. pag. 208.)
- §. 18. Quotidie Missa Sacrificio intersint, & statutis horis in Choro, nocturnisque divinis Officiis assistant.
- §. 19. Exeritationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quae in solitario loco, & commode extra Novitiatum, semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro praesente, vel socio, qui multum invigilent, ne duo ab aliis commorentur disjuncti, atque eo tempore, cujusque, in quam natura feratur, propensionem serventur.
- §. 20. Non liceat eis, durante Novitiatu, & probationis tempore, una cum professis, nisi in Choro, in Ecclesia, tempore Officiorum, in Processionibus, aut in coenaculo, causa refectionis commorari, nec permittatur eis profectos domo exeuntes comitari.
- §. 21. Pro communibus, & propriis cujusque necessitatibus, quae accedere possunt, unus ex Novitiis ipsis, aetate, moribusque provector deputetur, qui absente socio, Magistro permittente, omnia, prout opus fuerit, agat, cui etiam januae custodia, & rerum levioris momenti provisio, intra Novitiatum committi poterit.
- §. 22. Cum autem licet Clericorum bene instituendorum cura debeat esse praecipua, Conventuum tamen Religiosa instructio non sit praetermittenda, quin potius aequanimitate amplexanda, quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam, cum Regularum profecturum eandem, perfectam educationem, tum Religioni decorem, & ornamentum, tum aliis Christi fidelibus edificationem, exemplum, atque utilitatem afferre: Conversis ipsis a Clericorum Novitiatu separatus ad dormiendum locum, quantum commode fieri poterit, assignari praecipitur; illi tamen, hac separatione non obstante, Magistro Novitiorum, seu Superioribus Monasteriorum, & Conventuum, juxta cujusque Ordinis statuta, & Constitutiones subditi esse, & obedientiam praestare debeant, a quo non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate, & commoditate de spiritalibus, praesertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt, quod ut commodius fiat, ad capitula, & spirituales conciones, quae per Magistros Novitios fieri solent, accersiri debeant, & in Ecclesiis, statutis horis conveniant, nisi tunc in suis Officiis actualibus occupati fuerint.
- §. 23. Tempore vero probationis elapso, si tantum, qui non solum Religiose perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti novo, ac diligenti examine reperti fuerint, dummodo aetatis suae annum quoad Clericos decimum sextum, quo vero ad Conversos vigesimum primum exceperint, ad Professionem admittantur, sed qui ad Conversorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint.
- §. 24. Superior cujuslibet Conventus, in quo Novitiatu fuerit constitutus, particularem Librum habeat, in quo uniuscujusque Novitii Professio regitretur, illumque Novitius professus propria manu, & duo testes, qui praesentes fuerint, subscribant.
- §. 25. Conversus vero litterarum ignarus professus in eorundem testium, qui se subscripserint, praesentia, propria

pria manu signum Crucis apponat, asserveturque liber, & custodiatur in archivio, ubi Scripturæ ad Monasterium, seu Conventum pertinentes reponi contineverunt.

§. 26. Quia vero in quibusdam Ordinibus Filiationis usus est receptus; declaratur, quod licet Decretum sit, ut Novitius educandus certa Monasteria, aut Conventus designatos quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conventuum hujusmodi Ordinum, in quibus Filiationis usus receptus est, eos, quos prænarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum Filios, juxta cujusque Ordinis Constitutiones adscribere, sicque, alscriptos, juxta præfatas institutiones, & alias servatis servandis ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Novitiatuum, cum testimonialibus litteris transmittere, ubi tanquam dictorum Conventuum, seu Monasteriorum Filii, eorumdem nomine, & instantia recipi, ac in Novitiatu probari, & deinde antequam ad eadem Monasteria, seu Conventus Filiationis hujusmodi remittantur, in Professorio ad professionem, ut præmissum est, exerceri debeant.

§. 27. Porro ne loca unius Monasterii, seu Conventus ab alio præoccupentur, Capituli Generalis, aut Provincialis partes erunt numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem, si opus fuerit, inire, ac singulis Conventibus, & Monasteriis præscribere, quæ magis expedire videbitur.

§. 28. Ut autem Novitii jam in Professorum numerum, sicut præmittitur, recepti, melius in bono spiritu, Regularitque disciplinæ observantia stabiliantur, & confirmentur, mandatur, ut statim post Professionem emissam, si in Conventibus, aut Monasteriis pro Novitiis assignatis, locus adierit secundi Novitiatu sive Professorii, ab ea, quæ Novitiorum est, atque antiquorum Professorum, habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Monasterium, aut Conventus eos alere queat; si minus in alium commodiorem Conventum, aut Monasterium transferantur, in quo eis locus requisitus ad Novitiatum supra narratis reperitur, vel accommodetur, aut de novo construatur.

§. 29. Ab hoc tamen illæ Religionis excipiuntur, quæ suarum Constitutionum, seu Institutum vigore majoris temporis cursum novos Professos intra Novitiatum detinere consueverunt, quibus in hac parte non derogatur; illis tamen permittitur, ut prædictis earum Constitutionibus non obstantibus, ipsam facere possint, si id rationi, ac Religioni magis expedire judicaverint, quibus in locis degant sub regulis, & modo vivendi adhuc arctiori, quam servant antiquiores Professus, itaque in negotiis Monasteriorum, aut Conventuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicujus exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad ætatem, Sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem, devenierint, vel saltem pro triennio post Professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimmo & debeant litterarum studiis operam navare, sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Novitiorum Magistrum prælitum esse oportere dictum est.

§. 30. Declaratur tamen, quod propter præmissa non censetur concessa licentia recipiendi Novitios, nisi in locis pro Novitiatu designatis, aut in posterum designandis, & pro numero dumtaxat in eorum singulis præscripto, vel præscribendo.

§. 31. Denique si illi, qui inter religiosos gradu, & ordine Superiores sunt, & alii, ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seu quovis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, privationem, gravioresque, pro modo admittæ culpæ, penas se subituros certo sciant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 19. Martii 1603. Ant. Seneca Reformator. Apostol. Secr. Anno 1624. Indictione 7. Pontificatus autem S. D. D. N. Urbani divina providentia Papæ VIII. anno ejus 2. die vero 26. mensis Octobris prædicta Decreta tam Sacræ Congreg. Concilii, quam sancti Clementis VIII. affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joan: Lateranen., & Principis Apostolorum, necnon in acie Campi Floræ, ut moris est, per nos Camillum Fundatum, & Julium Marzittellum Curiores Sanctissimi Brandimartes Latinos pro Magistro dictor. Cur.

Datur insuper Decretum Ven. Innocentii XI. super Conventibus Novitiatus, & Recollectionis Minorum de Observantia, & super iis, quæ in eisdem Conventibus servari debent.

INNOCENTIUS PAPA XI.

PRO meliori Novitiorum, & recenter Professorum educatione, ut Fratres illi, qui majori spiritus quieti, & strictiori Regulæ nostræ observantia incumbere desiderant, id præstare possint in propriis Provinciis abique eo quod hujus studii prætextu, aut ad alias transire, aut novas reformationes, & scissuras in Ordinem invehere moliantur, ita tuitur, quod in singulis hujus Familiaz Provinciis de Observantia instituantur tres, aut quatuor Conventus Recollectionis, qui sint primi, & secundi Novitiatu, ut simul, & loca spiritualis quietis, & perfectionis feminaria pro tota Provincia esse valeant.

Ad hunc finem eligi, & deputari debent Conventus commodiores pro Regulæ observantia, & Novitiorum educatione, quorum designatio committitur Commissario Generali cum consilio Definitorii cujuscumque Provinciæ respective, cui Generali Commissario etiam committitur prima Guardianorum, & Magistrorum eorum Conventuum institutio cum facultate; ut si in Provincia aliqua non fuerint Religiosi pro his officiis in nova Recollectionis erectione idonei, ex aliis Provinciis, vel Observantibus, vel Reformatis, immo & ex alia Familia possint eos adducere. Et insuper eidem committitur prima in eisdem Conventibus eorum Fratrum collocatio, qui ad formationem prædictæ recollectionis fuerint necessarii.

§. 1. Et ut incommoda ex multiplicitate horum Conventuum alias experta evitentur, omnino interdicitur, ne in qualibet Provincia plures quam quatuor, paucioresve quam tres recollectionis Conventus esse possint, sublata facultate cuilibet Superiori Ordinis super hoc statu dispensandi; Et ut nunquam separari a Provincia possint, decernitur, ut in nullo Conventu Provinciæ, qui hujusmodi Recollectionis non fuerint, possint indui Novitii, nec probationis anuum agere; atque ita Provinciæ inseparabiliter sint incorporati, ut sine ipsis, utpote Domus receptionis, Provincia ipsa subsistere non possit.

§. 2. Conventus autem prædicti distribuuntur sic, ut in Provinciis magnis duo illorum sint primi Novitiatu, duo vero Professorii, seu Novitiatu secundi: in minoribus autem, aut unus erit primi Novitiatu, & duo secundi, aut e converso, pro commoditate Conventuum, aut Provinciæ; Et quia in nullo prædictorum Conventuum studium facultatis litterariæ collocandum est, aut permitendum, statuitur, quod Professus, antequam ad Professoria, in quibus sint Artium litterarum studia, transmittantur, in Conventu Recollectionis secundi Novitiatu ad minus per annum integrum collocentur, ut in spiritu in Novitiatu concepto, antequam ad studia transeant, confirmetur, & roboretur.

Forma autem vivendi in prædictis Recollectionis Conventibus sequens erit.

Primo: Officium Divinum statuis indispensabiliter horis, graviter, & devote persolvatur, & Orationi mentali duabus horis cum dimidia omnino vacetur, ita ut post Matutinum (quod indispensabiliter media nocte persolvendum est) una hora, post Primam dimidia, post Completorium hora altera, in Oratione mentali persistant. Sed a Resurrectione usque ad Exaltationem Sanctæ Crucis propter noctium breviteriam, hora post Matutinum orationis in horam ejusdem post Sextam, & ante prandium habendam, commutetur.

Secundo: Silentium, ac lectio spiritualis in Refectorio nulla causa dispensetur; In Dormitoriis autem, Claustris, & Sacristia ita silentium observetur, ut tantum omnino necessarium, & submissam voce Fratres loquantur.

Tertio: Seculares, nisi Officiales Conventus sint, ad intentiora Conventus non admittantur, sed pro rebus necessariis cum ipsis tractandis in Claustris inferiori, camera aliqua honesta disponatur, in qua prædicta præstari possint.

Quarto: Communitates Chori, & Refectorii omnes Fratres sequantur, nec ullus ab aliqua sine expressa Guardiani licentia, excusetur.

Quinto: Tribus diebus in hebdomada, nempe feria secunda, quarta, & Sabbato post Vesperas immediate, assistentibus Prælato, & omnibus Fratribus, lectio Expositionis

Regulæ, aut Theologiæ Mysticæ habeatur; ita ut duobus ex prædictis diebus exponatur Regula, altero vero de Theologia Mystica, seu de vita spirituali tractetur; Ad hoc instituat unus Lector, qui sit in Theologia morali, & Mystica versatus, cui, ut tempus pro lectionibus conficiendis habeat, conceditur, ut a Prima, & Oratione post ipsam excusetur. Qui post exactam expositionem Regulæ poterit Decalogum clare, & breviter pro instructione Juvenum explicare.

Sexto: Guardianus ad minus semel in mensē feria sexta post Completorium celebrabit Capitulum culpæ, eo modo, quo in Constitutionibus generalibus præscribitur, habita ad Fratres spirituali collatione, in qua ad perfectionem, & spirituales profectum excitentur, & spirituales profectum excitentur, & animentur.

Septimo: Paupertas nostri status, quantum fieri potest, strictè in communi observetur; Et ut ita etiam fiat in particulari, Guardiani de omnibus necessariis ad usum strictum Seraphicæ paupertati congruum Fratribus provideant, ita ut recursus particularium ad benefactores, aut amicos spirituales via omnino præcludatur, nullusque quidquam ad usum suum habeat sine expressa licentia Guardiani, qui usum rei, & suppellectilis non necessariæ nulli concedat, aut permittat; quod ut exactius observetur, nullus quidquam ad proprium usum clausum habeat, & ad cujuscumque cellam semper aditus Superiori pateat; & tam Novitii, quam ceteris Religiosis utriusque Tunicarum talarium, quarum una erit cum caputio, & alia sine caputio, juxta Regulæ præscriptum, concedatur, nec cuiquam permittatur, ut Sudaria, Sachelos, aut alia quavis non concessa in Regula sub prætextu portationis solius Habitus, deferat.

Octavo: Postquam præfata Recollectio per triennium firmata fuerit, nullus possit institui Guardianus in prædictis Conventibus; qui in aliquo illorum per biennium immediate vitam communem Recollectionis sequens, commoratus non fuerit.

Nono: Nullus Religiosus, cujuscumque qualitatis, in Conventu Recollectionis de Familia collocari possit, aut in eo commorari, qui Regulæ præcepta observare non possit; nempe jejunia, exaltationem, duarum tantum Tunicarum usum, pedationem, chori die, nocteque communitatum sequelam; cum pro non valentibus adeo strictè vivere, ceteri Provinciæ Conventus expediti maneat, & tam Guardianus ipse, quam ceteri omnes Fratres hebdomadam sine exceptione suo ordine faciant.

Decimo: In præfatis Conventibus nullus Frater criminofus, aut pro luenda poena collocari possit, nec quisquam a quocumque Prælato missus recipi debeat, nisi de consensu Guardiani, & majoris partis Discretorum Conventus, admittendus judicetur.

Undecimo: Nullus Religiosus, cujuscumque qualitatis sit, possit recreationis, aut alterius cujusque negotii causa ad prædictos Conventus divertere, nisi quis ad exercitia spiritualia per aliquos dies faciendâ cum sequela omnium Communitatum, & rigoris vitæ Recollectæ, admitti voluerit, nec Minister Provincialis, quando ad præfatos Conventus, causa Visitationis, vel alias accesserit, possit sub pœna suspensionis sui Officii per bimestre, seculares, aut alios fratres secum ferre, præter suum Secretarium, & Socium, cui Provinciali plurimum in Domino commendatur, ut in Conventibus Recollectionis in omnibus ipsorum præbeat exemplum bonorum operum, & Regularis disciplinæ.

Duodecimo: Discursus Fratrum extra Conventum, quantum fieri possit, evitentur; & ut Fratres addicti Choro extra Conventum non vagentur, statuitur, ut in quolibet prædictorum Conventuum, præter Officiales pro interiori gubernio necessarios, collocentur Fratres laici spirituales, & devoti, qui continuo, & extra Conventum, elemosinas pro necessitatibus Fratrum temporibus opportunitas petant, & spiritalis vitæ quieti incumbant; Fratribus autem Choro addictis ro excedi extra Conventum licentia concedatur, nec unquam nisi duo extra ipsum esse possint; Novitii autem, & Clerici in nullo casu, nisi in Communitate, exeundi a Claustris licentia concedi possit, sub pœna privationis officii eam concedenti.

Ultimo: In prædictis Conventibus quoad reliqua ad vitam Monasticam spectantia, constitutiones generales exactè ab omnibus observentur: ut ceteris exemplo, & ædificationi in pura observantia sint.

Curent itaque Commissarius Generalis, & Provincialium Definitoria, ut prædicti Recollectionis Conventus prædicta vivendi forma erigantur, & componantur; Dum enim per attestationem prædicti Commissarii generalis, & Definitorii Provinciæ, & Discretorum illorum Conventuum juramento firmatam de tali erectione, & compositione constitit; Sanctissimus Dominus Noster pro sua benignitate licentiam induendi Novitios in illis Conventibus sic eformatis concedet; Quod si post primam concessionem prædicta vivendi forma in ipsis Recollectionis Conventibus exactè, & rigorosè non observetur, licentia ulterius induendi in illa Provincia non concedetur; Unde Provinciæ ipsæ sibi consulant, nam si medio adeo ad bonum, & stabilitatem Religionis conducen- te non utantur, omnino successu temporis extinguantur.

Alia Vide verb. *Approbatio art. 2. numer. 2. verb. Annus 100 probationis, seu Novitiatu; verbo Habitus, verb. Professio*. Receptus pro Laico, seu Converso, an possit transire ad itatum Clericalem? Vide verb. *Professio mm. 88., & 89. & verb. Transitus n. 1.*

Novitii in quibus edocendi, atque instruendi? habebis 102 benevole lector vel in indice ad calcem indicis tituli hujus, vel in aliquo ex tenuibus aliis nostris operibus, quæ Deo danto post promptam Bibliothecam in lucem insuper daturus sumus: ob gravem enim adverbum casum, ea, quæ novissime de re jam meditata erant, non potuerunt hic apponi.

Ad complementum hujus tituli, præstat addere, quod 102 per unum Novitium mei Seraphici Ordinis Minorum de Observantia habuit originem devotio Coronæ Beatissimæ V. M. septemdecadam in honorem suorum septem Gaudiorum, modo qui sequitur, prout refertur ad litteram in Annaliis Vvadinganis tom. 10. ad annum 1422. a. n. 8. ad 18. *ultima Romana impressio typis Rochi Bernabdi 1734.*

Sub hoc tempus, idest Anno Christi 1422. associatus est Minoribus adolescens quidam, Beatæ Virgini Mariæ reverenter addictus, qui contexta ex floribus corolla, simulacrum ejusdem decorabat. Dum legendis floribus, & huic profectum pietatis non adeo licet et in tyrocinio intendere, juvenili levitate constituit ad seculum redire. Discessurus Virginem salutavit, & Patrocinium poposcit. Cui illa apparens dixit; *Noli convertari ob dimissum, vel impeditum; quod mihi præstabit, florum obsequium; docebo, quomodo in aliud præclarum convertas, & coronam mihi compingas, sermo illa rosarum valde pulchriorem. Singulis diebus coronam mihi conrexe, non ex floribus, qui cito marcescunt, neque semper haberi possunt, sed ex piis precibus, quas tu potes, & Angelus docuit recitare. 1. Profer decies Salutationem Angelicam, & semel Orationem Dominicam, in memoriam gaudii, quo ego exultavi de concepto Verbo Eterno. Secundo, eadem repeti, propter illud, quo pervexi cum festinatione in montana Judææ cognatam Elisabetham invidiam. Tertio, propter summam letitiam, qua Christum Dominum absque dolore, integro pudore sum emisa. Quarto, propter eam, qua Magos infantulum adoravimus excepi. Quinto, ob reperitum in Templo Filium, quem prius desolebam amissum. Sexto, ob gloriosam ejus resurrectionem. Septimo, ob meam in Coelos assumptionem. Hæc si singulis diebus dixeris, certo scias certum mihi gratum, & tibi meritorium te compædurum. Obsecutus adolescens, qua potuit devotione, recitare cepit præscriptam precum formulam, & accedens caute tyronum Magister, ut exploraret quid in cubiculo ageret; vidit Annelum rosas filo paulatim inferentem; & singulis denis aureum illum connectentem, mox coronam ex omnibus composuisse; & tyronis genulexi capiti imposuisse. Paulo post præceptor imperavit; ut quæ tunc faciebat, enarraret; dixitque eo se modo preces illas obtulisse, quo a Beata Virgine instructus fuerat; unde visionis arcanum Magister percepit.*

Confirmatur Miraculis.

1. Profectus ille quotidie per omnem vitam, devotio- nem hanc, accidit ut cum socio alternatim repetens, per nemus quoddam prædonum latibulum, transfret. Prodeuntes ex latebris nebulosæ irruerunt in Fratres, sciscitantes quonam dilapso fuerit speciosa puella, quam secum in memoris aditu ducabant. Illi negare, & abjurare se nullum duxisse, neque vidisse; hi urgere; in comitatu fuisse, precariis orbiculis rosas alligasse, & ultima minari tormenta, nisi revelent ubi dimiserint; aut absconderint. Dum nihil extor- quere

quere poterunt nihil scientibus, ad arbores alligatos ve-
xare tentarunt. Illi e contra agonem suum Deo, & Sacra-
tissimæ Virgini commendantes, rogarunt ut invocantibus o-
pem ferrent. Adfuit Beata Virgo, & latrone de Corona nuncu-
pato ita inhumane suos servos tractaverint, seque ipsam esse
dixit, quæ affociabat coronæ pensum devote solventes. Hac
visione territi, & increpatione compuncti latrones, a visis
suis pessimis recedentes, Fratrum Minorum institutum subie-
runt, & ubique retulerunt, quæ propriis oculis conspex-
rant.

2. Hinc invaluit mos in Ordine Minorum, transivitque
ad alios, coronam Beatæ Virginis recitandi, quam oratione
Dominica septies, & Salutatione Angelica septuagies & bis,
repetita, in honorem septuaginta duorum annorum, quibus
Sacratissima Virgo, juxta probabiliorē sententiam vixit, &
gaudiorum septem ab ipsa complendam pii viri asseverant.
Ut vero amplius hæc cresceret pietas, crebra fecerunt mira-
cula. Etenim post paucos annos ipse adolescens decedens,
visus est in Cælum ferri, rosas, & liliis circumdatus, atque
inter brachia Sacratissimæ Virginis exceptus, floribus cor-
onari.

3. Consoialis alter firmiter constituit quotidie coronam
hanc recitare ante prandium, sed semel oblitus, dum man-
ducare incepit, recordatus est omissionis. Petiit licentiam
abeundi, recepitque se in templum, ubi coram Beatæ Vir-
ginis Altari, quod solebat, pensum solvebat. Dum his im-
moraretur, misit Guardianus exploratum quid ageret, aut
quo abierit. Visus est genuflexus orans, & Angelos duos per
brevia intervalla excipere ex ore ejus rosas, & post decimam
quamque, lapidem pretiosum, & ex his contextam cor-
onam imposuisse capiti Beatæ Virginis adstantis. Retulit
omnia Explorator Præfecto; hic vero obedientiæ præcepto
ab orante confessionem omnium extorsit.

4. Simile quid accidit Anconæ in Marchia. Beatus Gabriel
Anconitanus Guardianus, admirandæ pietatis vir, præcepit
Ludovico Albanensi tyroni, ut singulis diebus antequam
manducaret, obliquem istud Beatæ Virgini præstaret. Quo-
dam die toto tempore antemeridiano domesticis ministeriis
implicatus, non potuit. Dum mensæ assideret, interrogatus
a Superiore, an pensum hoc Beatæ Virgini illo die persol-
verit, & falsus non fecisset, jussus est in Ecclesiam abire, at-
que omissionem compensare. Abiit, fecit, oravit coram
Altari; præcipue hanc noxam sibi dimitti. Submisit postea
Superior, qui investigaret, an vere obedierit? visus est
ferme eodem modo, quo alter orare, atque ejus precibus
aptatam corollam Beatæ Virginis capiti circumduci. Retulit
hic quæ vidit; missi deinde alii, qui etiam idipsum præspe-
xerunt: accessit demum ipse Guardianus, & quæ reliqui,
conspectit. Hinc amplius devotionem Novitiis commenda-
vit, & cæteris Fratribus imitandum proposuit, & diurno
tempore, illo loco, quo Novitius orabat, perseveravit sua-
vissimus odor rosarum, & lillorum.

5. Frater Petrus e Civitate Pennensi oriundus, socius B.
Thomæ Florentini, & primus inter Observantes Provinciæ
Sancti Bernardini, Laicus vir miræ perfectionis, & assidua
orationis, qui aliquoties visus est per horas quinque immobi-
lis, brachiis in crucis modum protensis hæsisse, sicie inter-
rim Solis instar resplendente: aliquoties etiam e terra in al-
tum elevatus, hac etiam ferebatur devotione, ut quotidie
his precandi formulis Beatam Virginem saluaret. Semel ac-
cidit, dum construendo Cœnobio Sanctæ Mariæ Podii Or-
tionæ adlaboraret, ut diurno labore festus oblivisceretur cor-
onam recitare. Dum iret cubitum, meminit omitti pensum
Mariani, statimque recessit ad Oratorium, dicturus quæ so-
lebat. Ab incepta corona paulo post somno correptus, ab-
solvere non potuit. Dormitanti apparet Beata Virgo Angeli
duobus affociata dixit: Dormi, & requiesce dilecte fili,
satis orasti laboribus festus, obedientiæ, & charitatis operibus
addictus, & efferris fecit per Angelos in lectum. Ad
matutinas preces expergefactus, comperit visionem, quam
habuit, veram fuisse, non imaginariam.

6. Simile ferme per omnia accidit cuidam Fratri adolescenti
in Provincia Romana, die quodam distracto in hospitibus
recipiendis. Rem omnem prædicabat Frater Laurentius de
Monte Calerio, Vicarius ejusdem Provinciæ, vir probatissi-
ma vite, Beatæ Virginis Mariæ cultor studiosissimus. Qui
de hæc re scribunt, suspicantur ista eidem Laurentio in sua
juventute accidisse.

7. In Provincia Sancti Francisci, & Comitatu Assisi, fuit

quidam vir religiosissimus, pietate, & prophetiæ dono insti-
gnis, qui devotionem hanc omni hominum generi, magnis,
& parvis, nobilibus, & infimis, senibus, & junioribus per-
petuo inculcabat, propterea Frater Jacobus de Corona nuncu-
patus. In omnibus tribulationibus, & necessitatibus ad has
preces recurrerebat, & opem reportabat, rebusque dubiis da-
bat responsa. In Burgo Sancti Sepulcri, dum ageretur de
destruendo Conventu Minorum extra menia posito, ne ho-
stibus Neapolitanis cito adventuris foret præsidio, rogavit
Jacobus Commissarium, a Senatu Florentino in hanc rem
amandatum, ut a ruina paululum superederet, donec ille
Beatæ Virginis imploraret auxilium. Allucto suo precum
genere salutavit, rogavitque, ut domum, in qua tot ei cor-
onæ quotidie tam a se, quam a reliquis Fratribus offerreban-
tur, servare indemnem. Responsum accepit non accessuros
hostes, sed ab omnibus Florentinorum terminis brevi disces-
suros; quod post paucos dies ipse probavit eventus. Eo in
loco, postquam varia pararat miracula, & Sacrosancta sus-
ceperat Ecclesiæ Sacramenta, migravit ad Dominum. Ani-
mam ad Cælos eveli inter multitudinem Angelorum visum
est, & exequis interfuit populus universus.

8. 9. 10. Bernardinus Feltrensis Veronæ, in Eremitorio
Pelcarie, Provinciæ Sancti Antonii, narrabat ea in urbe
accidisse, ut Frater quidam pius in quodam Ecclesiæ angulo,
formula hac orandi devote uteretur, & ab alio videretur
ei altissime Angeli, qui ad singulas salutationes Angelicas cor-
ona aurea Virginem redimerent, & rosam, aut lilium por-
rigerent. Referebat etiam, in eadem Provincia Antonium
Rubeum Foro-Julienem, huic pietatis generi addictissimum,
dum comitaretur senem quemdam Provinciæ Vicarium in
Civitate Vicentiæ, sub continuo aquarum diluvio, invocata
B. Virgine, & positis precariis orbiculis in capite, neque
una guttula madefactum, sed sicca velle in urbem omnibus
admirantibus pervenisse. Frater Franciscus Sulmonensis Pro-
vinciæ Sancti Bernardini, vir laudabilis, & pius, retulit
adolefcentem quemdam initiandum apud Minoritas, toties
quoties accedebat, ut religiosa velle indueretur, revocatum
varis tentationibus, quas demum nullo negotio superavit, re-
recitata corona aliquoties coram B. Virginis effigie.

11. 12. 13. 14. Prædictus Feltrensis publice predicavit,
scholarem Perusinum, nobilis adolescentulæ amore insaniem-
tem, magicis incantationibus alium, ut potiretur, sed omnes
elusus, etiam ipsius Demonis confessione, quod singulis
diebus coronam hanc Beatæ Virgini puella consecraret. Im-
probæ etiam vitæ hominem, qui ex summa desperatione
dæmones in suum convocavit interitum, ab eisdem sibi ap-
parentibus responsum accepisse, nocere non posse, quotidie
has preces recitanti. Ticius dixit ex suggestu nobilem quam-
dam matronam docuisse hunc Virginis cultum suo: filios puer-
ulos, summo mane singulis diebus exhibendum, atque ex
his unum in flumen decidisse: mari demum, & multis cor-
pus quaerentibus super aquas incolumem apparuisse, & dixisse,
se beneficio illius Virginis servatum, cui ex matris disci-
plina matutinis adaptabat coronas. Pellicem etiam, propter
quam multa orta erant scandala, & homicidia, demum le-
thaliter fauciatam, & in foveam projectam, apparente, &
protegente B. Virgine, propter hanc quotidianam devo-
tionem, eo usque vixisse, donec advenit Confessarius, & ri-
te se accusanti reatum impenderit absolutionem, statimque
expirasse.

15. 16. Volaterris anno MCCCCLIV. devota femina,
antequam iret cubitum cum suis filiis, hac formula oravit. Ac-
cidit, ut illa nocte lectum oppressum nimio pondere nivis
corrueret, sed nihil nocuit; paucis arundinibus circa lectum
compositis, totam molem cum omnium admiratione sustinentibus.
In oppido Sartiani in eadem Provincia Emuriz, &
Ecclesiæ Minorum, irruentes duo sicarii in duos incolas Cas-
siri plebis, hujus cultus Mariani perpetuos observatores, uni
nocere non poterant, alteri licet vulnera multa infllexerint,
vixit, & sanus præter omnium expectationem apparuit.
Hæc & alia multa collegerunt, qui de recitanda Virginis cor-
ona, ejusque virtute pie scripserunt.

Ob hæc, & alia miracula cepit a nostris Religiosis de Ob-
servantia promulgari in tota Seraphica Religione, & in uni-
verso Orbe hic sanctus usus, & singularis devotio Coronæ
Beatissimæ Virginis Mariæ, omnes fervide exhortando ad
frequentandam hanc tam acceptam B. M. Virgini, & Fidelibus
sic proficiam Devotionem; itaut brevi intervallo tem-
poris fuerit ab omnibus Mariæ devotis in praxim deducta.

& a Romanis Summis Pontificibus approbata, valde com-
mendata, & Indulgentiis ditata, ac decorata, & signanter
a Leone X. Brevi incipiente *Exponi nobis*, & alto incipiente
Dum præcelsa, in quo concessit Indulgentiam Plenariam,
omnibus Fratribus, & Sororibus Ordinis Fratrum Minorum,
& consequenter Tertiariis, & Cordigeris recitantibus dictam
Coronam B. M. V. ex 72. Ave Maria, & 7. Pater noster,
cum adhuc uno Pater, & Ave pro Summo Pontifice; Quam
Paulus V. post generalem Indulgentiarum Regularibus con-
cessarum revocationem, de novo concessit 8. Julii 1608. ad
instantiam Patris Ludovici a S. Joanne Evangelista Commis-
sarii Generalis Ultramontanæ Familiæ Minorum de Obser-
vantia, ut refert Lantula in *Theatro Regularium*, verb. *Indulgentia*
num. 3. Et Innocentius XI. Brevi incipiente Exponi
Nobis, firmam esse voluit, atque sancivit, ut patet in Rubricis
novi Breviarii nostri Franciscani confirmatis ab Inno-
centio XII. num. 90. Et hæc Indulgentiam applicabilem esse
etiam Defunctis expresse docent Candidus Brugnotus in Speculo
Elericorum tract. 3. cap. 15. resolut. 10. Petrus Antonius
de Venetiis in Vividario Seraphico italice impresso tom. 2.
part. 7. cap. 10. in fine, & alii passim in his etiam specialibus
Brevi Gregorii XV. edito sub die 10. Novembr. 1622. in quo
*concessit quod Fratres Minores, Clarissæ, & Tertiarii, qui-
bus additi sunt Cordigeri, possint applicare per modum suffra-*
gii omnes Indulgentias, & opera meritoria animabus Purga-
torii. Vide vero Indulgentiam art. 5. num. 10. & 12.

104 Novitii Regulares admitti debent juxta formam Decre-
torum Clementis VIII. & Constitutionum Ordinum, pecu-
liarium; nec sine gravi casu minuendum est ipsis probationis
105 tempus; Benedict. XIV. tom. 2. Constitut. 47. incip. *si da-*
ram hominibus. Novitiatu explori debet in Cœnobio ad in-
stitutionem Novitorum designato sub pœna nullitatis. Profes-
sionis; Idem *ibid.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 Magna inter Doctores quaestio est, an Abbates, quibus
jus est conferendi primam tonsuram, et minores ordi-
nes subditis Regularibus, possint eos conferre Novitiis
Resolutio autem hujus quaestionis inde pender, an Novitii
accenferi possint subditis Regularibus, quibus tantum possunt
Abbates primam tonsuram, et minores ordines conferre.
2 Affirmant autem Pirbing, ad titulum *Decretal. de Tempore*
Ordin. num. 55. Krimer ad eisdem titulum num. 2117. Engel.
de Privileg. Monast. privileg. 49. Schmier Jurisprud. Canon.
Civ. lib. 1. tract. 4. cap. 2. sect. 2. §. 1. Negant vero clar.
mem. Cardinal. Petra in commentar. ad Constitut. Apostol.
Constit. unic. Urban. II. sect. 2. num. 20. Mirand. in Manual.
Prælator. tom. 1. q. 38. art. 9. Vas Jordani diversar. Lucu-
bræ. tom. 1. lib. 5. tit. 3. num. 60. Tamburin. de Jure Abbat.
tom. 2. disp. 10. q. 10. num. 4.

4 At amplectenda omnino est negativa sententia, quam ten-
nit *Sacra Congregatio Concilii interpretis in Mutinen. Ordina-*
tionis 14. Martii 1689. In hac causa enim, tamen si definitum
fuerit Abbatem Cassinensem haud potuisse primam tonsuram
conferre Oblato; idem tamen dicendum est de Novitio,
quippe qui non secus ac Oblatus, subditus Regularis dici
nequit.

6 Utrum autem collatio primæ tonsuræ, et Ordinum mino-
rum facta Novitio sit tantum illicita, an etiam invalida, vi-
de apud *Gruber de Privileg. disput. 7. sect. 2. num. 18. &*
sequent.

7 De Ordinarii licentia ex Concilio Trident. *sess. 25. c. 16.*
de Regular. in Renunciationibus Novitorum intra duos men-
ses ante professionem requisita, de qua agit Auctor a num. 30.
ad plur. sequent. queri solet, et quidem maxima animorum
contentione, utrum requisita ea sit pro extrinseca solemnitate,
an pro forma. In varias Doctores abierunt opiniones.
At Rot. tenet eam pro forma requisitam esse, ut novissime
in Romana, seu Januæ. Successionis 9. Decembris 1746. §. 8.
cor. clar. mem. Millin. & 26. Junii 1747. §. 8. cor. Reveren-
diss. Cortada.

9 Valde autem utilis est hæc observatio; Eo enim ipso, quod
hæc licentia non pro solemnitate extrinseca, sed pro forma
est requisita, sequitur hinc, quod si ea haud interveniat in
ipso actu renunciationis, præsumi haud possit, ex observantia
licet triginta annorum. Ex hac enim observantia præsumi
potest solemnitas extrinseca actus, non item forma ejusdem
actus, ut constat omnibus contrariis respondit idem Sacrum
Consist. Ferrar. Tom. V.

Tribunal Rotæ in d. Romana seu Januæ. Successionis 9. Decem-
bris 1746. §. 7. & sequent. cor. clar. mem. Millin. & 26.
Junii 1747. §. 8. & plur. sequent. cor. Reverendiss. Cortada.

Quid si ipsa licentia enunciata in instrumento renunciationis
10 nis, minime tamen reperitur? Hoc in casu posse eam præ-
sumi ex observantia triginta annorum placuit eidem Supre-
mo Auditorio Rotæ in d. Decisionibus loci mox citatis. At
11 si ipsa nec enunciata in instrumento renunciationis sit, præ-
sumi haud potest ex dicta observantia triginta annorum.

Nec illud est hic reticendum, quod ex eo, quod hæc li-
12 centia requisita est pro forma actus, nec juramento renuncia-
re ei valet Novitius; Rotæ in d. Romana, seu Januæ. Suc-
cessionis 9. Decembris 1746. §. 8. cor. clar. mem. Millin. &
26. Junii 1747. §. 8. Reverendiss. Cortada.

NUMMUS.

Vide verb. *Emptio art. 1. n. 7. & 9.*

NUNCIUS.

Nuncius. Vide verb. *Legatus.*

Additio ex Auctore.

Nuncii Sedis Apostolicæ offendi prohibentur sub pena
2 excommunicationis in Bulla Cœnæ; Benedict. XIV. tom. 1.
Constitut. 14. incip. *Pastoralis* §. 11. Nunciis Apostolicæ
Sedis admittitur facultas dispensandi quoad clausuram; Idem
3 Constitut. 39. incip. *Regularis disciplina* §. 4. & Constitut. 4.
4 incip. *Salutare* §. 3. Nuncio Poloniæ admittitur facultas dis-
pensandi quoad formalitates præscriptas in celebratione Ma-
5 trimonii; Idem Constitut. 85. incip. *Nimiam* §. 16. Arbitrio
Nuncii Apostolici Venetis existentis permittitur Neophytis
ad Fidem conversis Venetis in Loco Pio. Cathecumenorum
6 Matrimonium contrahere cum Fideli absque interpellatio-
ne prioris conjugis in infidelitate relicti; Idem Constit. 117.
7 incip. *In Suprema*. Nuncii Apostolici in Computisteria Ca-
merali rationes exhibere tenentur de pecuniis Cameræ
8 se administratis; Idem tom. 2. Constit. 6. incip. *Apostolica*
Sedis num. 26. Nunciis Sedis Apostolicæ injungitur, ut super
9 Episcoporum Residentia invigilent; Idem Constitut. 18.
10 incip. *Ad universa*.

N U N D I N Æ.

Additio ex Auctore.

Nundinæ sunt de rebus majoribus semel in anno, vel sal-
2 tem raro in eodem loco, negotiatoribus de longinquo
convenientibus; Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 144. in-
3 cip. *Ab eo tempore* §. 16. Nundinæ Ecclesiasticis legibus sæ-
pe interdixtæ fuerunt diebus Festis; Idem *ibid.* §. 18. Sed ob
4 generalem consuetudinem, & necessitatem hominum tolle-
5 randæ sunt; Idem *ibid.* §. 25. Prohibentur tamen agitari
6 commercia certis per diem Festum horis, quibus Divina
7 Officia celebrantur; Idem *ibid.* §. 30. & Constit. 105. in-
8 cip. *Paternæ Charitatis* §. 2. Prorogatis diebus Nundinarum,
9 & Indultorum ad eas celebrandas concessorum; Idem *ibid.*
10 Nundinæ in Civitate Senogalliensis celebrari jubentur per se-
11 ptendecim postremos dies Mensis Julii, cum privativa, exem-
12 ptionibus, & privilegiis, Idem cit. Constitut. 105. incip.
13 *Paternæ*. Vide in addition. ad verb. *Festa*.

N U P T I Æ.

Nuptiæ dicuntur ab obnubendo, quia femine in Nuptiis
2 caput suum obnubere solent, textu expresso in cap.
3 *Nec illud 8. caus. 30. q. 5. ibi: Inde enim & nuptia dicta,*
4 *quod pudoris gratia se puella obnubeant.* Sic autem fecit Re-
5 becca videns Isaac sponsum venire in occursum sibi; *Gen.*
6 *24. num. 64. & 65. ibi: Rebecca quoque conspecto Isaac de-*
7 *scendit de Camelo; & ait ad puerum: Quis est ille, qui venit*
8 *per agrum in occursum nobis? Dixitque ei, ipse est Dominus*
9 *meus. At illa tollens cito pallium, operuit se.*
10 & g. Rec.

- 2 Fœminæ, dum maritantur, ideo velantur, ut cognoscant se semper Martis suis subditas esse, & humiles, textu expresso in cap. *Fœminæ, dum maritantur, ideo velantur, ut noverint se semper Martis suis subditas esse, & humiles.*
- 3 In nuptiis annulus a sponso sponse datur, vel propter mutue fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur, & ideo quarto digito inseritur, textu expresso in dict. cap. *Fœminæ 7. caus. 30. quest. 5. in fine*, ibi; *in primis Nuptiis annulus a Sponso sponse datur; fit hoc nuptivum, vel propter mutue fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur. Unde & quarto digito annulus idem inseritur, quod in eo vena quadam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perveniat.*
- 4 Veritas Nuptiarum non consistit in sola commixtione maris, & femine, sed principaliter in Thori conjugalis fide, & cura ordinata Filios procreandi, ut expresse cavetur in cap. *Non enim caus. 32. qu. 1.* Unde qui non causa procreandi filios, sed explendæ libidinis sibi invicem copulantur, non tam conjuges, quam fornicarii videntur, textu expresso in cap. *Pudor. 1. caus. 32. quest. 2.* ibi: *Qui ergo non causa procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis sibi invicem copulantur, non tam conjuges, quam fornicarii videntur.*
- 6 Nuptiæ terram replent, Virginitas Paradisum; Sic expresse dicitur in cap. *Nuptiæ 11. caus. 32. q. 1.* Nuptiæ secundæ permittuntur ut licitæ; cap. *Hac ratione 9. cap. Quomodo 10. cap. Aperiant 11. cap. Deus 12. & cap. Quod si dormierit 13. caus. 31. q. 1.* cum similibus.
- 8 In Nuptiis non debent Christiani saltare, & alia similia facere; Concil. *Leodic. cap. 53.* ibi. *Non oportet Christianos ad Nuptias cantus vel ballare, vel saltare, sed castè conari, vel promerere, sicuti competit Christianis.* Et hoc in secundis Nuptiis prohibetur sub pena Excommunicationis, & alia arbitraria; Conc. *Turonen. IV. cap. 13.* ibi: *Fieri omnino prohibemus sub Excommunicationis sententiâ, & alia poenâ arbitraria.*
- 9 Nuptiarum solemnitas Jure veteri prohibita erat a Septuagesima usque in Octavam Paschæ, & tribus hebdomadis ante Festivitatem Sancti Joannis Baptistæ, & ab Adventu usque post Epiphaniam; textu expresso in cap. *Non oportet 10. caus. 33. q. 4.* ibi; *Non oportet a Septuagesima usque ad Octavam Paschæ, & tribus hebdomadis ante Festivitatem Sancti Joannis Baptistæ, & Adventu Domini usque post Epiphaniam nuptias celebrare, quod si factum fuerit, separentur; & ex parte concordant cap. Non oportet 8. cap. Non licet 9. & cap. Nec uxorem 11. ead. caus. 33. & q. 4. & de his sit sermo in cap. Cappellanus 4. de Feriis.*
- 10 Jure autem novissimo Concilii Tridentini sess. 24. de reformat. Matrimonii cap. 10. Nuptiarum solemnitas prohibetur solum ab Adventu Domini usque in diem Epiphaniæ, & a Feria IV. Cinerum usque in octava Paschatis inclusive; ibi: *Ab Adventu Domini Nostri Jesu Christi usque in diem Epiphaniæ, & a Feria quarta Cinerum usque in Octavam Paschatis inclusive antiquas solemnium Nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observare Sancta Synodus præcipit. In aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit. Quas Episcopi in ea, qua decet, modestia, & honestate fiant, curabunt; Sancta enim res est Matrimonium, & sanctè tractandum.*
- 11 Tempus Adventus in hac prohibitionem incipit a primis Vesperis Sabbathi præcedentis; in Feria autem quarta Cinerum a medianocte illius Feriæ; Barbosa in dict. sess. 24. Concilii Tridentini cap. 10. n. 2. Molfes. in Summa Theologiae moralis tractato. 4. cap. 11. num. 7. 11. & alii passim. Terminat autem tempus dictæ prohibitionis in die Epiphaniæ inclusive, & in die octava Paschatis etiam inclusive; Concilium enim, dum dicit, *usque in diem Epiphaniæ*, excludit ipsius octavam, & dum subjungit *inclusive* comprehendit tam ipsam totam diem Epiphaniæ; quam totam diem octavæ Paschatis, quia illud verbum *inclusive* ad utrumque tempus est referendum, cum nulla subit ratio diversitatis, ut rectè notat Fagnan. in cit. cap. Cappellanus 4. num. 5. de Feriis arg. leg. *Plures 29. ff. de rebus dubiis, & leg. Cum post omnes 1. Cod. de libris præteritis.*
- 13 Nuptiarum solemnitas pro certis temporibus potuit, & potest licite prohiberi ab Ecclesia, & contrarium asserens est anathema; Concil. *Trid. sess. 24. Doctrina de Sacramento Matrimonii Canon. 11.* ibi: *Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superfluitio nem esse tyrannicam ab Ethnicorum superstitione profectam, aut benedictiones, aut alias caeremonias, quibus*

„ Ecclesia in illis utitur, damnaverit, anathema sit. Omnia ea, quæ concernunt Nuptiarum benedictionem; vi- 14 de verb. *Benedictio art. 4. per totum.*

Traductionem Uxoris ad domum viri etiam privatam, & sine solemnitate, item & carnalem copulam, seu consummationem Matrimonii prohiberi in supradictis anni temporibus censet, & multis adductis probat Fagnanus in cit. cap. *Cappellanus 4. de Feriis a num. 8. usque in finem;* At solam traductionem, quæ fit cum solemnitate, esse interdictam, tenet Gofredus in Summa tit. de Matrim. contrabend. contra interd. dict. *Eccles. num. 2.* Tancred. & post eum Hollien. in citat. cap. *Cappellanus num. 2. in fine.* Reiffentuel *Theolog. Moral. dist. 14. qu. 2. num. 12.* Sanchez de Matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 7. num. 16. cum pluribus ibi citatis, et alii passim. Item & copulam carnalem, seu consummationem Matrimonii esse licitam dictis temporibus tenent Sanchez *loc. cit. num. 23.* Navarr. in *Manual. cap. 22. n. 7.* Card. Bellarmin. lib. 1. de Matrim. cap. 31. ad finem, Barbosa in dict. sess. 24. cap. 10. de reformat. Matrim. n. 15. & alii passim, & signanter Nicolius in *Floresculis verb. Matrimonium num. 6.* ubi expresse dicit, quod Matrimonium contrahere, vel consummare absque Nuptiis, & traductione sponse solemniter, ac sine benedictione nuptiali nullo tempore prohibetur; Ex *Rituale Roman. Rubric. de Sacramento Matrim. Navarr. cap. 22. num. 7. 1.* et jam sic obtinuit praxis, ut quocumque tempore licite Matrimonium contrahatur coram Parocho, et testibus absque solemnitate, per textum ubi dicitur, quod *est Romana Ecclesia consuetudo, ut quocumque tempore Matrimonium contrahatur.* 16 Unde denunciationse Matrimonii fieri possunt temporibus prohibitis nuptias celebrare, ut expresse decrevit *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. 18. Decembr. 1589.* apud Barbof. in Summa Apostolic. decis. verb. *Denunciationse Matrimoniale num. 2. de Offic. & potest. Parochi cap. 27. num. 14.* per nuptias enim 17 prohibitas proprie intelligitur ipsamet solemnitas, seu pompa exterior, quæ in contractu Matrimoniali communiter adhiberi solet; arg. Concil. *Trid. cit. sess. 24. Canon. 11.* ibi; *Prohibitionem solemnitatis nuptiarum, & citat. c. 10. ejusdem sess. 24* ibi: *Solemnium nuptiarum prohibitiones. . . Nuptias solemniter celebrari, ut expresse docet Reiffentuel loc. cit. dist. 13. n. 2 & alii passim.*

Attendenda sunt hic quæ sapientissime suo more tradidit 18 Card. de Lambertinis, deinde Summus Pontifex felic. record. in suis eruditissimis Notificationibus volumine 4. *Notificatio 13. per tot.* ubi plurimis solidissime ad rem adductis merito ibi videndis, docet ad licite contrahenda Matrimonia, temporibus vetitis, seu feriatis requiri licentiam Ordinarii in illis Diocæsiibus, ubi adest, vel legitima consuetudo, vel Diocæliana Dispositio ipsam petendi dictis temporibus; qua ibi obtenta, & licite contrahitur Matrimonium, & Sponsa absque solemnitatibus ad viri domum traditur, juxta Decretum *Sacrae Congregationis Concilii sub die 10. Junii 1684.* ab ipso allegatum his verbis.

DUBIUM TRADUCTIONIS SPONSÆ.

Nonnulli Parochi pro sua & Matrimonia contrahentium quiete supplicanti declarari.

An concessa per Episcopum licentia contrahendi Matrimonium temporibus a Sacro Concilio vetitis, in iis locis, in quibus dispositio ejusdem Concilii ad ipsum quoque Matrimonii Contractum reperitur a consuetudine extensa, dicatur etiam permittit traductionem Sponsæ, seu Uxoris ad domum Viri? *Die, & anno quo supra, Respondit:* Affirmative, dummodo traductio fiat absque solemnitatibus, . . .

Ac inde concludit Sapientissimus Pontifex; Nemo ergo 19 super hoc se, ac alios inquietet; et si quis zelat evellere in hac materia abusus, curet potius eradicare a mente nubere volentium superstitionem jam pene universaliter introductam nolendi Uxorem ducere Menfe Maii, juxta sancita in Concilio Provinciali Burdigalensi de anno 1624. cap. 7. de Matrimo- 20 num. 5. ibi; „ Abolenda sane perverta illa, ac superstitione, sa quorundam opinio, Menfe scilicet Majo Uxorem non ducendi, quasi aliquid ex eo mali omnino emanans fidelitati contrahentium, ac prosperitati Nuptiarum officere possit. 21 Doceatur igitur populus, & ab omnibus Parochis sapè in struatur, ut superstitionis illius nullam fidem haud quaquam adhibeat; sed propter ea tempora, in quibus ex præsertim pro Ecclesiæ & celebratione Nuptiarum abstinetur, nul- 22 lum

- „ lum esse, quo ipsæ jure, & canonice celebrari prohibentur, . . .
- 20 Mater transiens ad secundas nuptias privatur tutela Filiorum prioris Matrimonii, textu expresso in l. *Matres 2. Cod. Quando Mulier tutela officio fungit potest.* ibi: *Nam si maluit alia optare Matrimonia, tutelam administrare non debent, & concordant Authent. Sacramentum, & l. Si Pater 3. Cod. Item perdit etiam curatellam eorum. l. Quod si nolit 31 §. 13. ff. De Edicto Edicto, Reiffentuel lib. 4. Decret. tit. 21 num. 39. Sanchez de Matrimonio lib. 7. disp. 88. num. 4. & 11. Joannes Angelus Bossius de Matrim. contrab. cap. 11. numer. 268. Rosignol. in alias de Matrimonio Controversias contrab. 15. de Matrimonio IV. prenot. 6. num. 1. & 3. & alii passim. Et ratio est, quia vehemens, & efficacissima præsumptio est, quod femina transiens ad secundas nuptias negligat Filiorum præcedentis Matrimonii curam, eorumque bona in commodum posterioris Matrimonii cum illorum jactura, disperdat.*
- 22 Dicta tamen poena non afficit Patrem transentem ad secundas nuptias; Baldus *Authent. Eisdem poenis num. 8. Cod. De secundis nuptiis, Angelus l. Ex factio num. 4. ff. de vulgari, & pupillari substitutione, Pinellus l. final. num. 15. De bonis maternis, Reiffentuel loc. cit. num. 39. Rosignol loc. cit. num. 2 Sanchez loc. cit. num. 12. & alii: Immo existente Patre non datur Filiis Tutor, nisi eisdem emancpet: l. Si infans 18. Cod. de Jure delib. and. manetque Pater legitimus administator gaudens usufructu honorum Maternorum Filiis quoad proprietatem competentibus; l. Generaliter 5. verb. *Negotia, Cod. De secundis nuptiis, & l. Omnem 4. Cod. de bonis maternis: ibi: Patres igitur usufructum rerum mat. narumetiam ad secundas nuptias migraverint, sine dubio habere debebunt.* Supradicta enim Lex cum præcise loquatur de Matre binuba, & non de patre binubo, utpote pœnalis, est strictè interpretanda, nec est extendenda ultra expressa arg. cap. *Omnia 15. de Regul. Juris in 6.* cum similibus; Tum quia in Patre binubo non currit illud tantum periculum in damnum Filiorum prioris Matrimonii, quod currit in Matre binuba, ut de se patet, adeoque &c.*
- 23 Parentes transentes ad secundas nuptias, quando amittant hæreditatem, & Legitimam filiorum præmortuorum, Vide verb. *Legitima a num. 33. ad 35.* Alia ad rem, Vide verb. *Benedictio art. 4. per tot. & verb. Uxor num. 42.*
- 24 Nuptiarum ritus superstitione infecti, Fidelibus Indis prohibentur; Benedictus XIV. Tom. 1. Constit. 107. incip. *Omnium sollicitudinum §. 3.* & 14. Nuptiarum tempora ab Ecclesia præscripta, sunt observanda etiam in Regno Servia, & finitimis Regionibus; Idem Constit. 89. incip. *Inter Omnigenas §. 16.* Nuptiis Infidelium, quæ temporibus vetitis celebrantur, non prohibentur fidelibus assistere, dummodo fieri possit absque Creatoris injuria, & offensione fidelium, & Ecclesiæ Dei; Idem *ibid.*
- 27 Secunda, tertia, & posteriores nuptiæ sunt fidelibus permittæ; Idem Constit. 57. incip. *Essi Pastoralis §. 8. & Constit. 129. incip. Eo quavis tempore §. 29.* Attamen a Presbyteris minime benedicendæ sunt; Idem in cit. Constit. *Essi Pastoralis §. 8.* Secunda nuptiæ impedimento sunt, ne quis promoveri possit ad Ordines Sacros, etiam in Ecclesiæ Græca; Idem *ibid.* Secunda nuptiæ prohibentur Diaconis, & Presbyteris Græcis, aliisque Orientalibus, sub poena nullitatis, & depositionis ab Ordine; Idem in citat. Constit. *Essi Pastoralis §. 7. & citat. Constit. Eo quavis tempore §. 30.*
- 31 In Nuptiis Canæ Galilææ, ad quas fuit Christus vocatus, quis fuerit sponsus, valde inter se dissent Auctores. Plures enim volunt, quod sponsus fuerit S. Joannes Evangelista, qui viâ miraculo conversionis aquæ in vinum, una cum sponâ de contrahendo matrimonio abjecit consilium. Auctores hujus sententiæ inter alios refert Tirinus in *Chronico sac. pag. 51. num. 67.* præcisus his verbis: *Aldiv S. Hieronymus, Augustinus, Beda, Alcuinus, Lyranus, Vincencius, & nemo veterum refragatur (immo ipse Joannes revelavit S. Gertrudi) Joannem fuisse sponsum illum in nuptiis Canæ Galilææ.* Brandius dicit, sponsam quoque Joannis se paviter consecrasset Christo, & lateri B. Virgini adhaesisset. Theophilus Raynaudus tom. 8. in opere de titulis cultus specialis Sanctorum *part. 14. pag. 574.* inter Virgines in conjugio recentet juxta aliquorum sensum (quem tamen ipse non amplectitur) Sanctum Joannem Evangelistam, quem volunt fuisse sponsum, idest absque conjugii usu jam virum, a Nuptiis in Cana Ga-

lilææ a Christo adductum. S. Augustinus in *Prefat. in Ican.* hæc habet: *Ille siquidem est Joannes, quem Dominus de fluiti vasa nuptiarum tempestate vocavit, & cui matrem virginem virginem commendavit;* cui videtur subscribere S. Thomas 2. 2. quest. 186. art. 4. in resp. ad 1. ibi: *Et ideo Patrum, quem invenit matrimonio junctum, non separavit ab uxore; Joannem tamen volentem nubere a Nuptiis revocavit.* At contrariam sententiam secutum fuisse S. Augustinum tradit Baronius ad an. Christi 31. num. 30. & seq. dicens, quod S. Augustinus aliter Joannem revocatum fuisse a nuptiis, non quod uxorem duxerit, eamque reliquerit, sed quod eam prius non acceperit, id colligens ex præcisus verbis ejusmet S. Doctoris in fine citati operis, ibi; *Plus amatur, quod neque uxorem duxerit, & ab ineunte pueritia castissimus vixerit.* Sicque tenet etiam eruditissimus Card. Lambertinus Benedictus XIV. lib. 3. de Canonizat. Sanctor. cap. 37. num. 1. ubi ex relatis dictis verbis S. Augustini sic concludit: *Adherendum esse videtur communi veterum sententiæ, quæ eum calibem fuisse affirmat.* Legi potest Card. Baronius ad an. Christi 31. numer. 32. & seqq. memoratamque sententiam amplectuntur ex Patribus Epiphanius Hæres. 53. §. 4. Chrysostomus de *Virginitate cap. 32.* Cassianus *Collat. 16. cap. 4. 2.* Ambrosius de *Institut. Virginit. cap. 7.* Paulinus *Epist. 43.* hæc ipse ad lit. qui idemque confirmat in *Opere de Festis 1. c. num. 16.* ubi insuper dicit, quod Baronius ad an. Christi 31. num. 30. optimo jure reprehendi Scriptores aliter Sentientes, & potius Nicephoro tribuendam esse fidem qui affirmat sponsum in illis nuptiis fuisse vel Simonem Cananæum, qui in duodecim Apostolorum numerum adscriptus, Zelotes appellatus est, vel Natanaelem e Cana oppido in Galilæa gentium. Et quod S. Joannes non fuerit talis Sponsus in Nuptiis Canæ Galilææ iustinet D. Calmet in *Dictionario verb. Joannes Evangelista.* expresse dicens; *Quæ utique de virginitate sententiæ validioribus rationum argumentis fulcitur, quam quæ Canæ sponsum fuisse tenent.*

Novæ additiones ex aliena manu.

DE secundis nuptiis non incongrue hic paucis differendum.

Nuptiæ secundæ bifariam accipiuntur. Nonnunquam non tantum a primis, sed etiam a tertiis, & ulterioribus distinguuntur: Nonnunquam vero dicuntur quæcumque sunt post primas. De his agere intendimus.

Secundæ nuptiæ a primis in eo differunt, quod legatum Virgini, sub illa conditione relictum, si non nupierit, debetur licet nupserit; *L. 2. cum tale legatum 72. §. Moxius ff. de Condit. & demonstr. At eadem sub conditione relictum videtur, tamen olim idem ex Lege Julia Miscella obieret; L. 62. §. 2. & L. 63. p. incip. ff. eod. tit. Jure tamen novo a secundis nuptiis abstinere debet, vel legato carere; *Novell. 22. cap. 43.**

Differunt præterea, quod vidua unius Matrimonii propter ingratitudinem revocare valet donationes liberis factas; *L. 7. C. de Revoc. donat.*; At quæ iterum nupserit, ob injuriam, quam vicissim facit liberis prioris Matrimonii, non utique, nisi l. Filius aperte infidatus fuerit vitæ matris, aut II. impias manus ipsi intulerit, aut III. circa totius substantiæ ablationem aliquid molitus fuerit; *Novell. 22. cap. 35.*

Item differunt, quod ex communi juris Canonici interpretatione secundis nuptiis benedictio adhiberi non debet, nisi prima non fuerit benedicta; *cap. 1. & 3. de secund. nupt.*

Sunt qui & aliam differentiam addunt, quod scilicet nuptiæ simpliciter prolatae de primis, non item de secundis intelliguntur, favore primarum, & odio secundarum. At hæc differentiam rejiciendam esse firmat *Mestert. de secund. nupt. quest. 3. fer. per tot.* nisi intentio proferentis, vel subjectæ materia, aliud evincant.

Atque hinc legatum dotis relictum *Mulieribus pauperibus* debatur non solum Puellis, quæ post legatum ad primum Conjugium invitantur, sed & viduis, nisi tamen illud semel fuerint consequtate; *Mestert. de secund. nupt. q. 3. n. 8.*

In manifesto errore versantur, qui secundas nuptias odiosas esse credunt, & varias earum poenas recentent. Causa erroris est, quod non distinguunt inter secundas nuptias, & id quod præter naturam secundarum nuptiarum evenire potest, quum contrahuntur, uti est ad eas nimia festinatio, & liberis prioris matrimonii quæstia injuria.

Nimum autem festinare dicuntur mulieres, quæ intra tantum tempus (quod anni est) eligendis maritis præfixum ad secun-

G g 2

- da vota transeunt, L. 1. C. de secund. nupt. Duplex autem
- hujus juris est ratio. Prima, ne fiat turbatio sanguinis, & incertitudo generationis. Nec cessat hæc incertitudo, licet constet mulierem ex primo Marito gravidam esse, propter metum superfectionis, quod tamen derident saniores Phisici. Altera publica honestas, quod indecorum videatur mulierem, statim a morte Mariti, ad secunda vota transire, veluti quæ adhuc vivente Marito pudicitiam violasset, vel de violanda cogitasset.
- Mulier, quæ intra annum a die defuncti Mariti nubit, varias incurrit penas; L. 1. C. de secund. nupt. Prima, & præcipua est infamia ipso jure, ita ut ne requiratur quidem Judicis sententia declaratoria; L. 1. C. de secund. nupt. Idque procedit, sive major, sive minor sit Mulier: Quinimo eam incurrit Maritus, qui eam ducit, sciens annum luctus nondum præterisse, tamen sit miles; & parentes, qui eamve in potestate habent, quia prohibere potuerunt. Ad Mæstert. de secund. nupt. q. 9. per tot.
- Secunda pena est, quod non possit Mulier nomine dotis, aliove quovis titulo plus in secundum Maritum conferre, quam tertiam partem suorum bonorum; L. 1. Cod. de secund. nupt.
- Tertia pena est, quod nihil ex ullius extranei Testamento titulo hæreditatis, legati, fideicommissi, alteriusve ultimæ voluntatis capere possit; dict. Leg. 1. Cod. de secund. nupt.
- Quarta pena est, quod omnia amittat, quæ a defuncto Marito ei obvenierunt; dict. L. 1. Cod. de secund. nupt. Prior autem Maritus hæc intelligitur, quem non debite Mulier eliget. Quocirca si hæres instituta a primo Marito, post annum luctus secundo nupserit, ac etiam a secundo Marito hæres scripta ad tertia vota intra annum luctus tranierit, non hæreditate primi, sed secundi privabitur.
- Quinta pena est, quod ultra tertium gradum nulli consanguineo ab incestu succedere possit; dict. L. 1. Cod. de secund. nupt.
- Supra scriptis poenis Justinianus Mulierem subjecit, quæ intra annum luctus non nupserit quidem, sed undecimo mense a morte Mariti partum, quem ex inhonesta scortatione, & non ex defuncto Marito conceperat, eiderit; Novell. 39. cap. 2. Probe autem hic monet Mæstert. de secund. nupt. q. 1. num. 7. totum hoc negotium relinquendum esse arbitrio Judicis, qui examinatis diligenter Mulieris moribus, aliterque circumstantiis, diiudicabit, an pænis undecimo mense natus Marito sit tribuendus, nec ne.
- Mulierem vero, quæ intra annum luctus impudice vivit, nec tamen parit, aut parit, sed diu post annum luctus, præfactis poenis haud subijci firmant Scipio Gentilis de secund.

nupt. cap. 7. per tot. & Mæstert. eod. tract. q. 16. pariter per tot.

Quatuor tamen casibus prædictas poenas Mulier evitat. 30 I. Si a Principe impetraverit, ut ipsi intra annum luctus nubere liceat; Leg. 10. ff. De his, qui notantur infamia. II. Si Princeps Mulierem, quæ intra annum luctus nupit, a fidei poenis liberet. Sed vide distinctionem hic traditam a Mæstert. de secund. nupt. q. 18. per tot. III. Si Mulier iuste crediderit longo tempore extinctum Maritum fuisse, arg. Le. 33. ff. De his, qui notantur infamia. IV. Si intra annum luctus partum ediderit, quem ex Marito illo conceperat, cui mortuo nullum debet luctum, ut est hostis Patriæ, damnatus Perduellionis &c. Leg. 11. §. 2. ff. de his, qui notantur infamia.

Hactenus de poenis, quas Mulier incurrit nimia festinatio- ne intra annum luctus nubens. Sunt & alia poenæ, quas incurrit Mulier, tamen post annum luctus nubat, in favorem, & commiserationem Filiorum, si quos superstitibus habet. Prima est, quod omnia, quæ quocumque titulo a priori Marito percepit solo usufructu excepto ad Liberos ipsius prioris Mariti transmittere debeat, nec eorum alienandi facultatem habeat; Leg. 3. Cod. de secund. nupt.

Secunda est, quod quidquid perceperit ex successione Liberiorum, id quoad proprietatem solo in diem vitæ suæ deducto usufructu, reliquis ejusdem Matrimonii liberis reservare debeat; dict. Leg. 3. Cod. de secund. nupt. Vide tamen Mæstert. de secund. nupt. q. 27. & plur. sequent. qui probe discutit, quid Justinianus circa duas hæc poenas per Novellas suas immutaverit. Vide quoque eundem q. 44. & plur. sequent. qui de aliis poenis differit, tum examinat, an aliquibus in casibus eas evitet Mulier.

Nostrium autem est hic tantummodo examinare, an Jure Canonico in cap. penult. & ultim. de secund. nupt. omnes poenæ, de quibus hactenus loquuti sumus, cessaverint? Non ignoro, plures in ea esse sententia, ut omnes prædictæ poenæ a jure canonico sublatae sint. Confer Scipion. Gentil. de secund. nupt. cap. 18. Ex aliorum vero sententia sublata a Jure Canonico sunt poenæ in odium tantummodo secundarum nuptiarum introductæ, non item illæ, quæ in favorem liberorum primi Matrimonii sunt statuta; Peregrin. de Jure Fisci lib. 3. tit. 15. n. 3. Anton. Matth. de secund. nupt. disput. 6. per tot.

At mihi semper arrisit opinio Humii ad Treutler. Selectar. disput. vol. 1. disput. 8. Thej. 5. lit. B. tenentis, solam infamiam poenam, non item cæteras poenas jux Canonice sustulisse. Confer omnino eum loco citato, tum clarissimum P. Givald. in addit. ad Maschat. Instit. Canon. tom. 2. pag. 677. column. 1.

O B E D I E N T I A,

Vide verb. Votum art. 2. a num. 10. ad 14.

O B L A T I O N E S.

Oblati: & qui Donati appellantur, quamvis non sint Religiosi, si tamen bona sua, ne minima quidem parte excepta, quoad proprietatem, & usufructum sibi non retinuerint, sed transferant in Monasterium, sunt personæ Ecclesiasticae, gaudent privilegio Fori, & immunitate ab exactioibus secularibus. Verum ut subtrahantur ab jurisdictione Episcopi requiritur, ut actu inserviant suæ Religioni, ut late docet Benedictus XIV. De Synodo Dioces. lib. 6. cap. 3.

O B L A T I O N E S.

Oblationes dupliciter sumi possunt, scilicet large, seu improprie, & strictè, seu proprie: Communis. Oblatio-

nes large, seu improprie sumptæ important omnes actiones, per quas quæcumque res ad divinum cultum exhibentur, seu offeruntur, ut explicat Sotus de Justitia lib. 2. q. 1. art. 1. Barbosa lib. 3. Juris Eccles. univers. cap. 23. num. 1. & de Officio, & potest. Parochi part. 3. cap. 24. & alii; Et sic sub nomine Oblationum veniunt etiam Decimæ, & Primitiæ, ut in specie advertit Silvester in Summa verb. Decima n. 2. & Barbosa loc. cit. & de Decimis patet ex Genes. cap. 28. ibi: Decimas offeram tibi, & Num. cap. 28. ibi: Decimarum Oblationem. Et de Primitiis patet Exodi 34. ibi: Primitias frugum terræ tuæ offeres, & Levitici 2. ibi: Primitias tantum eorum offeretis. Oblationes strictæ, & proprie sumptæ dicuntur res illæ, quæ Fideles Religionis intuitu immediate offerunt Deo ut deserviant, vel ad usum Ecclesiæ, vel ad usum Ministrorum, juxta illud Matthæi 5. ibi: Si ergo offers minus tuum ad Altare, & Deuteronomii 23. ibi: Non offerens mercedem & Malachia 1. ibi: Si offeratis, sive res sunt mobiles, sive

immobiles, sive testamento legentur, sive aliter donentur; arg. cap. qui Oblationes 1. 6. & cap. Clerici 11. conf. 13. qu. 2. Sic Marc. Socin. in tract. de Oblationibus lib. 1. Troil. Malvet. in simili tractatu fere per tot. Monet. de Decimis cap. 2. num. 9. Galgan. de jure publico lib. 3. tit. 53. num. 1. Barbosa loc. cit. & alii passim.

Unde harum Oblationum tres sunt species. Prima dicitur Donatio rei inter vivos facta Deo, & Ecclesiæ, arg. cap. Indigne 21. caus. 12. quest. 2. Secunda dicitur donatio causa mortis, quæ fit in Testamento pro animæ redemptione, arg. cit. cap. Indigne. Tertia dicitur usualis, & est illa, quam faciunt fideles offerendo aliquas suas res in Ecclesiâ ad Altare, aut in alio Ecclesiæ loco, aut etiam extra Ecclesiâ ad Imaginem miraculosam, vel Devotam, & hujusmodi, pro ut ad longum refertur in cap. Cum inter 29. de verbor. significat. in cujus Summario sic prædictæ habetur: Oblationis nomine intelligitur quidquid offertur Ecclesiæ, quocumque modo in Missâ, vel extra, & in Ecclesiâ, vel extra.

Oblationum usus capit ab origine mundi tempore Cain, & Abel. Genes. 4. ibi: Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino; Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adibus eorum, & deinde tempore Noe. Genes. 8. ibi: Edificavit autem Noe Altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta, super Altare. Et postea tempore Moysi Numer. 7. ibi: Obtulerunt Principes Israel, & capita familiarum, qui erant per singulas tribus, Præfectique eorum, qui numerati fuerant, munera coram Domino &c. & hæc sæpius aliis temporibus, ut patet in toto Veteri Testamento, & etiam in novo, ubi Matth. 23. Magi Obtulerunt ei munera Aurum, Thus, & Mirram; Et sic in lege Gratiaæ adest antiquissimus usus offerendi in Altari, vel Ecclesiâ tempore Missæ panem, vinum, oleum, ceram, & alia hujusmodi; ut constat ex Canonibus Sextæ Synodi; & in Canone 28. Trullano declaratur, quæ ratione possint fructus aliqui offerri.

Oblationes non debentur ex præcepto, nisi in quatuor casibus enumeratis a S. Thoma 2. 2. quest. 86. art. 1. Barbosa locis citatis num. 10. Reiffenstuel lib. 3. decret. tit. 30. a numer. 183. & ab aliis passim. Primus casus est, cum debentur per modum census, aut pensionis, seu conventionis antea factæ cum Ecclesiâ, seu ejus Ministris, quia omne pactum servandum est; l. Finis Edicti 1. ff. de pactis, cap. Avignonum 1. & cap. Qualiter 3. de pactis, cum similibus. Secundus casus est, cum debentur ex Testamento Legato, Voto, vel donatione inter vivos; Vota enim realia, & legata adimpleti debent etiam per Successores, cap. Licet 6. de Voto, & Voti redemptione, leg. Si quis 2. de pollicitationibus cum similibus, sicuti & omnimode servari debent ultimæ testamentaria voluntates; cap. Ultima voluntas 4. caus. 13. quest. 2. cum concordantibus; nec revocari possunt donationes inter vivos sine legitima causa; leg. Si donati mem. 5. & leg. Generaliter sancimus 10. de revocandis donationibus.

Tertius casus est, cum Ministri Ecclesiæ non habent congruam sustentationem; tenentur enim Parochiani ex præcepto naturali, & divino ad exhibendas Oblationes, quando Presbyteri indigentes sunt, nec habent un le possint sibi necessaria ministrare; quia ex quo ministrant populo spiritalia, merentur ab eo temporalia; cap. Si Episcopus 6. de Offic. Ordinar. in 6. & Mart. cap. 10. n. 10. dicitur expresse; Dignus est enim Operarius mercede sua, & 1. ad Corinth. cap. 9. num. 12. expresse habetur: Qui in Sacratio operantur, quæ de Sacratio sunt, edunt, & qui Altari deserviunt, cum Altari participant; Unde cap. Cum secundum 16. de præbendis, expresse dicitur: Cum secundum Apostolum, qui Altari servit, vivere debeat de Altari, & qui adonus eligitur, repelli non debeat a mercede, patet a simili, ut Clerici vivere debeant de patrimonio Jesu Christi, cujus obsequio deputantur, ut ipsa nobis ratio persuadet.

Quartus casus est, cum alicubi longa consuetudine introductum habetur, quod certis anni temporibus & Festivitatibus a populo Oblationes fiant; cap. Omnis Christianus 69. dist. 1. de consecrat. ibi: Omnis Christianus procuret ad Missâ, rum solemniam aliquid Deo offerre, & dicere ad memoriam, quod Deus Moysi dixit: non apparebis in conspectu meo vacuus; Etenim in Collectis SS. Patrum liquido

apparat, quod omnes Christiani offerre aliquid Deo ex usu SS. Patrum debent, ex quibus ultimis verbis clare patet ex usu, et consuetudine oriri talem obligationem, & cap. Ad Apostolicam 42. de Simonia, ubi laudatiles consuetudines aliquid dandi, et offerendi ex devotione fidelium introductæ, præcipiuntur observari; Et sic cum S. Thoma, et aliis præcitatibus num. 6. tenent communiter Doctores.

Ad hoc autem, ut consuetudo faciendi Oblationes obliget, duo præcipue requiruntur. Primum, ut longo tempore vigeat talis consuetudo, videlicet saltem per decem annos, argum. §. 1. Institut. de ususcap. ubi decem anni longum tempus efficere dicuntur: Unde quando tanto tempore populus ex devotione perseveravit facere dictas Oblationes, præsumitur ad eas se voluntarie obligasse: quamvis enim hæc consuetudo a principio fuerit voluntaria, & minime obligatoria, elapso decennio, habet vim Legis, & obligat; quia acceptata est, & præscripta, ut obligatoria. Gutierrez Canonica. qq. lib. 2. cap. 21. num. 140. & seq. Reiffenstuel. lib. 3. decret. tit. 30. num. 140. Barbosa de Offic. & potest. Paroch. part. 3. cap. 24. num. 12. & lib. 3. Juris Eccles. univers. cap. 23. num. 12. cum aliis ibi citatis, arg. cap. Ad Apostolicam 42. de Simonia. Secundo requiritur, ut totus populus, vel saltem major pars observaverit dictam consuetudinem, Gutierrez loc. cit. num. 150. & sequent. Navarr. in Manual. cap. 13. num. 19. Reiffenstuel loc. cit. n. 186. Barbosa locis citatis, & alii.

Unde, si dictis duobus requisitis concurrentibus ad consuetudinem faciendi Oblationes, populus ultimus eas facere recusaret, posset, & deberet per Ordinarium loci ad eas continuandas compelli etiam per Excommunicationem, si opus foret; Covarruvias variar. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 3. Gutierrez loc. cit. Barbosa loc. cit. num. 10. Reiffenstuel loc. cit. num. 187. & alii communiter ita intelligentes Glossam in cap. Statuimus 55. caus. 16. q. 1. ubi dicit, populum via Excommunicationis esse compellendum ad faciendas consuetas Oblationes, arg. citat. cap. Ad Apostolicam 42. de Simonia, & cap. Omnia Christianus 6. dist. 1. de consecrat.

Oblationes omnes factæ intra Ecclesiâ Parochialem, seu extra ipsam in quocumque loco sit intra limites Parochiæ de Jure communi spectant ad Parochum loci, nisi aliud habeat loci legitima consuetudo, aut aliter constat de offerentium intentione, & voluntate, Communis cum Barbosa loc. citat. a numer. 22. Reiffenstuel loc. cit. num. 190. Fagnan. in cap. Pastoralis 9. a num. 16. De his, quæ sunt a Prelatis, Rota recent part. 1. decis. 256. num. 1. & decis. 480. num. 1. part. 5. tom. 1. decis. 161. n. 9. & decis. 402. num. 10. part. 19. tom. 1. decis. 234. num. 2. & 3. & hæc sæpius alibi, arg. cit. cap. Pastoralis 9. De his, quæ sunt a Prelatis, ubi Parochianorum proventus Parochiali Ecclesiæ, & ejus Ministris attribuntur; cap. Ex transmissa 10. de Præscript. capit. Quia Sacerdotes 13. & cap. Sanctorum 14. caus. 10. quest. 1. Et ratio est, quia nisi aliter constat de voluntate, & intentione offerentis, Oblationes fieri censentur Parochio ratione Curæ animarum, administrationis sacramentorum, & aliorum Divinorum; arg. cit. cap. Quia Sacerdotes 13. caus. 10. quest. 1. Rota recent. part. 5. tom. 1. decis. 402. num. 11.

Notanter autem dicitur in conclusionibus: Nisi aliud habeat legitima loci consuetudo, aut aliter constat de Offerentium intentione, & voluntate; quia si alicubi legitima consuetudo habeat, ut Oblationes, non ipsi Parochio, sed Ecclesiæ, vel alio pio loco, seu causa pie applicentur, v. gr. ad comparanda Ecclesiastica ornamenta, ad construendam, vel reparandam Fabricam Ecclesiæ, seu Cappellæ; & hujusmodi, seu pro commod. alterius Sacerdotis celebrantis, seu Ministri, tunc Oblationes sunt applicandæ juxta talem consuetudinem; arg. cap. Cum tanto 11. de consuetudine, & cap. Cum inter 29. de verbor. significat. Et sic tenent Communis Doctorum, teste Fagnano loc. cit. num. 36. Et a fortiori non Parochio, sed supradictis locis, & causis piis applicari debent Oblationes, quando sufficienter constat talem esse intentionem, & voluntatem offerentium; Rota part. 5. tom. 1. dec. 37. num. 1. ubi expresse dicit, Oblationes, quæ præstantur a Fidelibus ad certum finem, & usum, nullo modo spectare ad Parochum, sed eorum voluntatem esse servandam; Et sic tenet Communissima Doctorum, arg. l. In re mandata 21. Cod. Mandati.

Hinc Oblationes, quæ sunt Oratorii, Capellis, aut aliis locis intra, vel extra Ecclesiâs, ubi aliqua Imagines miraculosæ depictæ, vel sculptæ existunt, non spectant ad Parochum,

rochum, sed ad Oratorium ipsum, seu Capellam pro Fabrica, vel ornatu Ecclesie, vel Imaginis, vel pro construenda in honorem Imaginis ampliori, & splendidiori Ecclesia, seu Capella; Consecratio enim pene universalis, & intentio, seu voluntas dantur, dicto fini, & non Parochia tales Oblationes attribuit, ut recte observant Card. de Luca de Decimis disc. 19. n. 11. Reiffensuel loc. cit. n. 193. & alii passim ex jam communi praxi docentes, quod hinc temporibus sola Oblationes, quæ in Ecclesia sub Missis ad Altare fiunt, & quæ pro administratione Sacramentorum, pro benedicendis Nuptiis, aut Mulieribus post partum, pro Exequiis, & sepulturis, aut aliis similibus functionibus specialiter offeruntur, ad Parochiam spectent, consuetudine, & intentione offerentium reliquas ferme omnes alias Oblationes Ecclesie ipsi, Capellis, Altaribus, aut aliis certis finibus applicantes, ut recte observant Reiffensuel loc. cit. n. 193. Van-Eipen in jur. Ecclesiast. univers. part. 2. tit. 33. cap. 10. cum aliis ibi citatis.

17 Administratio tamen similibus Oblationum spectat ad Parochiam, ut scilicet eas ad debitum finem juxta consuetudinem loci, aut intentionem offerentium applicet; Rota p. 5. tom. 1. decis. 37. num. 9. & sequens. Fagnan. in cit. cap. Pastoralis num. 30. Abbas ibid. num. 2. Barbosa loc. cit. num. 30. Reiffensuel loc. cit. num. 194. Van-Eipen loc. cit. num. 24. & alii passim.

18 Nisi tamen ex longæva consuetudine talis administratio ad Laicos ab initio legitima auctoritate ad id deputatos pertineat, quæ in tali casu, ut de facto pluribus in locis id praxis docet, possunt Laici, vel soli, vel una cum Parochia juxta consuetudinem tales Oblationes licite administrare, cum talis administratio non sit alicujus juris spiritualis, sed rei mere temporalis; sicut enim Laici tales Oblationes, ac reliquam Ecclesie impellestem custodire, ita & easdem administrare, ac pro debito usu applicare possunt; Fagnan. cit. cap. Pastoralis num. 20. & sequens. Van-Eipen loc. cit. Reiffensuel l. c. Card. de Luca lib. 14. part. 4. Miscellan. Ecclesiastic. disc. 35. per tot. ubi pluribus adductis id ad longum demonstrat; & consuetudinem admittendam esse in materia Oblationum docet de communi Barbosa loc. cit. num. 31. Unde Confraternitates Laicorum ex consuetudine possunt recipere, & administrare Oblationes, dummodo Laici nihil sibi applicent, sed in pios usus totum convertant; Amostaz de causis piis tom. 1. lib. 4. cap. 1. num. 1. cum aliis ibi citatis. Card. de Luca loc. cit. num. 12. Fagnan. loc. cit. num. 22. Decius consil. 148. num. 3. vers. Sed tamen in casu proposito, Ferret. consil. 143. num. 6. & alii. Vide verb. Confraternitas art. 3. n. 23. & 24.

20 Oblationes factæ Imagini depictæ in pariete Domus alicujus personæ private spectant ad Parochialem, intra cujus fines situs est paries, non vero ad ipsam personam privatam dicti parietis dominam; Amostaz loc. cit. num. 11. Marefcottus Variar. lib. 2. cap. 42. num. 4. Barbosa loc. cit. num. 26. Hieronymus Carat. in Opuscul. de jurib. Paroch. tit. 3. cap. 21. Fagnan. loc. cit. num. 18. cum pluribus aliis. Nisi tamen offerens obtulisset contemplatione Domini domus; puta si talis effect pauper; vel Offerens sciret Dominum domus ex consuetudine convertere Oblationes in suas necessitates, vel in pios usus, ut advertunt Hieronymus Carat. & Barbosa loc. citat. addentes, non obstat cap. Hanc consuetudinem 15. caus. 10. quest. 1. quia loquitur de oblatis non in loco profano.

22 Oblationes, quæ fiunt tempore Jubilæi, vel anno Sancto in Ecclesia Cathedrali, seu Imaginibus intra Ecclesiam, & Parochiam existentibus, spectant ad Archiepiscopatum ejusdem Ecclesie privative ad Episcopum; Cum enim Archiepiscopus habeat curam animarum, & Sacramentorum administrationem, habet per consequens de Jure communi fundatam intentionem in omnibus Oblationibus; cap. Pastoralis 9. de his, qua fiunt a Prelatis sine consensu Capituli, cap. Quoniam 13. de Decimis, cap. Dilectus 18. de Offic. Ordinari. cum concordantibus; adeoque Oblationes ad ipsum Archiepiscopatum, seu Parochiam pertinent, & non ad Episcopum; Sic tenent Amostaz loc. cit. n. 13. cum pluribus ibi citatis; Barbosa loc. cit. n. 27. & 29. cum aliis, Marian. Soccin. in tractat. de Oblat. libell. 18. num. 9. testans de communi; Fagnan. loc. cit. num. 18. affirmans hanc sententiam esse receptissimam; & sic sæpius censuit Rota, & signanter part. 1. recent. decis. 255. & part. 5. tom. 1. decis. 37. n. 2. ubi refertur ita etiam censuisse S. Cong. Conc. in una Cavenfi. Si autem loca, ubi sunt depictæ sacræ Imagines, non sint intra fines alicujus Parochie, aut incertum sit, de cujus Parochia existant, eo quod limites

non sint distincti, tunc Oblationes integre pertinent ad Episcopum Diocelanum, per textum in cap. Quoniam 13. de Decimis, ut ibi notant communiter Doctores, teste Fagnano ibidem num. 10. & in cit. cap. Pastoralis 9. de his, qua fiunt a Prelatis sine consensu Capituli n. 32. & sic expresse Rota recent. part. 4. tom. 1. decis. 37. num. 4. Intellige tamen quoad omnia supradicta, Nisi aliud habeat leg. vima loci consuetudo, aut aliter constet de Offerentium intentione, & voluntate, ut jam supra dictum est num. 14. & 15.

Oblationes, quæ fiunt in Ecclesiis Regularium, quarum tur Monasterio pro Religiosis ibi fervientibus; Rota part. 5. recent. tom. 1. decis. 373. num. 11. Fagnan. loc. citat. numer. 34. Engel. lib. 3. Decret. tit. 30. num. 69. Reiffensuel ibid. n. 195. Abbas in cap. Theodosius 1. de statu Monachorum, & alii communiter; arg. cit. cap. Theodosius 1. de statu Monachorum, ibi cum Monachis ibi fervientibus debeat proficere quicquid a fidelibus offerri contigerit. Unde Oblationes, & elemosynæ inter Missarum solemniam possunt recipi a Regularibus, qui possunt se vertere ad populum, & generalem confessionem pro eo facere sistendo in medio Altaris, non autem illinc discedendo, & Ecclesiam circummeando; Sac. Congreg. Concil. in Nullius Provincia Ravennaten. 15. Septembr. 1629. apud Barbosa in Summa Apostol. decis. verb. Oblationes numer. 3. Aldan. & Novar. ibi citat.

Parochi diebus Festis possunt post Offeritorium in medio Altaris vertere se ad populum, & invitando ad Oblationes, manipulum, vel aliud præbere deosculandum offerentibus; At alii Sacerdotibus id non licet; Sic decrevit Sacram. Congregationem Concilii refert Fagnan. in cit. cap. Pastoralis num. 40. Parochi, stante consuetudine, possunt recedere ab Altari post Offeritorium, & ad infimum locum Ecclesie accedere ad recipiendas Oblationes mulierum inibi existentium se junctim a maribus; Sic declaratum fuisse a Sanctissimo refert Fagnan. loc. cit. num. 41.

Sacerdotes novi non prohibentur in suis primis Missis post Offeritorium in medio Altaris ad populum se convertere, & Oblationes accipere sponte dantibus, sed perambulationes prohibentur; Sic decrevit Sacram. Congregationem Concilii approbante Sanctissimo refert Fagnan. loc. cit. num. 39. ubi subiungit, quod & Sacra Congr. Episcop. & Regul. declaravit, Sacerdoti Missam novam celebranti licere Oblationes accipere, modo non discedat ab Altari. ut in tamen. 2. Octob. 1601. in registro originali fol. 96. Et tales Oblationes factæ novis Sacerdotibus, dum celebrant primas Missas, quaruntur ipsi, & non Parochia, quia sic habet ubique locorum consuetudo, & talis est mens, & voluntas Offerentium; Fagnan. loc. cit. num. 37. & 38. cum pluribus ibi citatis, & alii passim, sic docente praxi ubique recepta.

De primo ad ultimum in materia Oblationum attendenda est legitima locorum consuetudo, & mens, seu voluntas Offerentium; Rota part. 5. recent. tom. 1. decis. 37. numer. 13. Barbosa de Offic. & potest. Parochi part. 3. cap. 24. num. 31. & lib. 3. juris Eccles. univers. cap. 23. num. 31. cum pluribus ibi citatis, Fagnan. loc. cit. num. 24. 36. 37. 38. & seq. & alii communiter, & patet ex dictis supra num. 14. & 15.

Oblatio major in alienatione bonorum Ecclesiasticorum semper recipitur, quando actus non est perfectus, id est quando nondum est factum instrumentum alienationis cum Beneficentia Apostolica jam obtento, & executo ab Executore; Beneficentia enim Apostolica conceditur solum cum clausula: Si in eadem militatem Ecclesie; Sic expresse eruditissime docet more suo Eminentissimus Cardinal. Petra tom. 1. Commentar. ad Constitut. Apostolicas in Constit. 1. Divi Leonis Magni sect. 3. num. 27. cum Cardin. de Luca, Salgad., Riccio, Del Bene, & aliis ibi citatis, Sabell. in Repertorio vers. Substantio num. 11. & plurimi alii ab ipso relati.

Oblatio major habet locum in re vendita in concursu creditorum. Hoc enim privilegium majoris oblationis in tali concursu æque & juste admittendum est ratione utilitatis defendende ipsi creditoribus, ut quantum fieri potest majori eorum indemnitati consulatur; Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2. cap. 2. num. 12. Riccio in collect. 1726. vers. Limita 3. Ridolphin. in Praxi part. 1. cap. 15. num. 127. & seq. Thor. in compend. Decis. Regni Neapol. verb. Obligatio; ubi de iudicatio Sacri Concilii, Card. Petra loc. cit. num. 38. & alii.

Oblatio major in casu, quod habet locum in venditionibus non requiritur, ut sit in sexta parte, sed fufficit quæcumque ad differentiam lætionis post contractum. Interveniente enim læsione in sexta parte datur remedium restitutionis in integrum

grum, quod non evenit in nostro casu, alias si oblatio deberet esse ad terminos lætionis, hoc non esset privilegium, quod tamen hic admittitur ab omnibus supradictis. communiter cum Cardin. Petra loc. cit. n. m. 37. & 40.

Oblatio major nunquam admittitur post perfectum actum venditionis; quia tunc jam contractus est completus, & effectus, nec res amplius est integra, ut possit admitti nova major oblatio; Actus autem non dicitur plene perfectus, nisi sit factum alienationis instrumentum cum Beneficentia Apostolica jam obtento, & ab Executore executo, de consensu partium in actu stipulationis instrumenti; Cardin. Petra loc. cit. num. 41. & 44. & alii passim.

Oblationis novæ privilegium post extinctam candelam conceditur Minoribus; L. Et sine dolo §. Quæsitum, ff. de Minoribus. Ecclesia autem potest uti omnibus privilegiis Minorum, adeoque potest etiam ipsa illo uti, vel post extinctam candelam per tantum temporis, vel post 40. dies; Card. Petra loc. cit. num. 36. Salgad. loc. cit. num. 17. De Luca ad Gratian. dispensat. 479. num. 3. & alii communiter.

Oblatio major quando admittitur in venditionibus rerum Ecclesie, semper primus emptor habet prælationem pro eodem prætio: Sic expresse Sac. Congreg. Concil. in Neapolitana pro P. P. Tertii Ordinis S. P. Francisci die 17. Augusti 1697. in qua responsum fuit: Ad mentem Eminentissimi Præfetti pro concessione domus majori oblati, data tamen prælatione pro eodem prætio primo emptori. Et idem confirmavit die 28. Septembris 1697. persistendo in decis. & 23. Novembr. ejusdem anni 1697. teste Card. Petra loc. cit. num. 42.

Oblatio major admittitur, etiam si fuerit initum instrumentum venditionis cum reservatione Beneficentia Apostolica, donec hoc subsequatur; quia licet fiat instrumentum venditionis, si reservetur Beneficentiam Apostolicam, quoad usque hoc obtineatur, actus est nullus, & sine vigore, adeoque interim sine ulla difficultate est locus novæ majori oblationi; Card. Petra loc. cit. num. 42. Card. de Luca de alienat. disp. 12. & alii passim.

Immo oblatio major admittitur, etiam si sit jam expeditum Beneficentiam Apostolicam in forma Commissaria, & nondum ab Executore sit executioni demandatum; quia donec ab Executore non profuerit sententia, & executioni demandetur, res adhuc remanet integra, adeoque in majori Ecclesie utilitatem potest, & debet interim admitti nova major oblatio; Card. Petra loc. cit. num. 42. & Card. de Luca cit. dispensat. 12. & alii.

Insuper oblatio major habet locum, etiam si fuerit concessum Beneficentiam Apostolicam, & executum, cum facultate vendendi pro certo prætio certæ & determinatæ personæ; quia semper est locus novæ majori oblationi, donec actus sit perfectus, & completus; ad perfectionem autem, & complementum actus requiritur consensus partium in actu stipulationis instrumenti; Card. Petra loc. cit. num. 44. & alii. Et ad id videtur facere Resolutio Sac. Congreg. Concilii in Urbinate. 3. Maii & 24. Julii 1734. apud Thesaurum. Resolutio Sac. Congreg. Concil. tom. 6. quæ Resoluciones prostant Romæ apud Hieronymum Mainardi.

Oblator secundus, quando præfertur in emptione bonorum Ecclesiasticorum, tenetur reficere expensas primo emptori pro Beneficentia impetrato, illiusque executione; Card. de Luca cit. dispensat. 12. Card. Petra loc. cit. num. 43. & alii.

Oblationum, vel elemosynarum in Oratorio collectarum nequit Parochus administrationem exercere, vel clavem capsi la pro illis conservandi exposita retinere; Sac. Cong. Conc. in Novarien. Aggregationis. 24. Septembris. 1717. ad VI. dub. apud Thesaurum Resolutio Sac. Congreg. Concil. tom. 1.

De oblationibus Fidelibus exteris, & non Parochianis Oratorio rurali B. M. V. relictiis nulla Parochia portio debetur; Sac. Cong. Concil. in Tarantasiens. 22. Aprilis 1719. ad 5. dub. apud dict. Thesaurum tom. 1.

Oblationum ad Imaginem spectantium administrationem, spectare ad Parochiam una cum Oeconomio Ecclesiastico ab ipso Episcopo deputato, vel in casu vacationis Episcopatus a Metropolitanano, rescipit Sac. Congreg. Concil. in Portuallien. 11. Januarii 1727. ad III. dub. apud d. Thesaur. tom. 4.

Oblationum factarum Confraternitati administratione spectat non ad Rectorem Ecclesie, sed ad Præfectum Confraternitatis; ita tamen, ut de eis rationem Episcopo reddat; S. Cong. Concil. in Cusentina Capella 3. Decembris. 1729. ad IV. dub. apud d. Thesaur. tom. 4.

Administrationem oblationum propriam esse Rectoris Ecclesie, in qua illa fiunt, excluso etiam Parochia, fute probat Card. Petra tom. 2. ad Constitut. 1. Anastasi IV. Jun. 2. n. 20. & statuit Sac. Congreg. Concil. in Asculana Jurium, & fundationum Parochialium 29. Augusti 1733. ubi ad IV. dub. Ad eadem Rectori debeantur oblationes, seu elemosynæ colligi solite in dicta Villa Tini, seu in Oratorio prædicto, & an valeat in illarum administratione ingerere absque licentia, & consensu dicti Parochi? Respondit: Ad IV. Affirmative quoad oblationes, & elemosynas in Oratorio, ita tamen, ut ratio reddatur Episcopo, & dictæ elemosynæ convertantur in usum, & cultum illius Ecclesie cum approbatione ejusdem Episcopi; Sic apud d. Thesaurum tom. 6.

In Hydraceni ad dubium: An, & ad quem spectet deputatio Capellanorum, & Eremitarum pro servitio Ecclesie S. Marie de Poppis, & respective Procuratoris pro administratione elemosynarum, seu oblationum, de quibus agit in casu? S. Congreg. Concil. 30. Maii 1743. respondit: Spectare ad Abbatem sub obligatione reddendi rationem Episcopo, a quo visitari etiam possit Ecclesia jure saltem delegato, & quoties id sibi in Domino videbitur expedire; Sic apud d. Thesaurum tom. 12.

Novæ Additiones ex aliena manu.

Oblationes ex consuetudine quantumvis vetusta necessarias evadere haud posse, tenet Jacobus de Lalande in Prolegomen. ad tit. Decretal. de Decim. relatus in vol. 5. Novi Thesauri Meermanni verbis hæc: „Verumtamen hic potior casus mihi admittendus esse non videtur, quia oblationes sui natura voluntariam omnino præstationem continent, & in Christianissimi cunabulis tales institutæ fuerunt, ut donantium arbitrio, & liberalitati relinquerentur, cujus rei probatio facilis, & expedita est; Justinus Martyr de his sermonem faciens in Apologia secunda ita loquitur: Quia per facultates possunt, & volunt, pro arbitrio quisque suo, quod lubet, donant. Non minus expressa sunt verba Tertulliani in loco superius laudato, quæ propterea hic subijciam: Etiam si quod Archæ genus est, non de honoraria summa quasi redemptæ Religionis congregatur; modicam uniusquisque stipem mensura die, vel cum velit, & si modo velit; & si modo possit, apponi; nam nemo compellitur, sed sponte confert. Ibi narrat Tertullianus, quæ pietatis opera suo tempore Christiani in Ecclesiis cæcis agentes exercerent, & inter cætera oblationum meminit, quæ ex sola beneficentia proficisci manifeste declarat, consequenter temporis diuturnitate in necessitatem converti nequeunt. Et huic sententiæ convenit id, quod vulgo dicitur præscriptione non acquiri ea, quæ sunt mere voluntatis, nec ex ipsorum aëis actibus quasi possessionem induci. At recedendum haud est a sententiâ illa communi, quod oblationes consuetudine legitime præscripta evadant necessariz; quam ultra Doctores relatos ab Authore num. 11. tenuit Rota in Cracovien. præstationis Lignorum 30. Junii 1749. §. 2. & 20. Aprilis 1750. §. 1. cor. illustriſſim. Capraræ Alms Urbis Gubernatore, modo tamen ex admixtam habeant causam retributionis, ut sunt illæ, quæ fiunt Parochia Ecclesieque Parochiali, qualis erat casus mox allegatarum Decisionum.

Questionis vero est; An oblationes difformiter præstitæ consuetudine necessariz evadere queant? Hæc autem distinctio placuit Rotæ in mox allegata prima Decisione §. 7. Quod nimirum (sunt ejus verba), tum demum consuetudo vires exercere nequiret ad obligationem inducendam etiam in futurum, si difformitas annuæ præstationis consisteret in ipsa specie, ut puta si uno anno datum fuisset oleum, alio vinum, alio frumentum, & sic deinceps alia hujusmodi; & ratio est, quia ex actibus difformibus in specie, & sic in ipsa substantia nulla oriri valet obligatio, nullaque possessio efficax potest emergere; Secus autem quando prout hic non agitur de difformitate in ipsa specie, sed solummodo de difformitate respectu quantitatis &c. quibus in terminis difformitas nihil officit efficaciz consuetudinis, ut obliget etiam pro tempore futuro eam ob prævalidam rationem, quia licet varius fuerit modus, seu quantitas annuæ præstationis lignorum, species tamen semper fuit una, & eadem. Unde sicuti quoad speciem, quam plus & minus non variant, consuetudo dubio procul uniformis deprehenditur; ita hoc sufficit, ut quilibet ex Incolis Villæ Podolize, juxta propriam possibilitatem quotannis ligna proprio Parochia in posterum tradat; prout antea per dictum

temporis spatium tradere consuevit., Confer etiam de hac distinctione de Marin. Resolut. Jur. lib. 2. cap. 71. num. 11. & sequent. Lagun. de Fructib. cap. 33. num. 124. & seq.

O B R E P T I O .

Vide verb. Rescriptum n. 28. & 29.

O B S E R V A N T I A V A N A .

Vide verb. Superstitio a num. 41. ad 64.

O B S T E T R I C E S .

1 O bstetrix dicitur ex eo, quod obstat dolori; vel certe pignori, ne laxatis uteri genitalibus claudis in terram desinat; S. Ambrosius Oper. moral. Epistol. 46. ad Siagrium. fol. 234. impressionis Romanæ anni 1585.

2 Obstetrix, quæ obstetricatur ex officio, tenetur sub mortali dicere formulam, & modum baptizandi, quia ex tacito pacto ad id obligatur; Non enim admitterentur ad hoc officium obeundum, nisi tacite se obligarent ad Baptismum rite ministrandum in tam frequentibus casibus necessitatis; Navarr. in Manual. cap. 22. num. 6. cum Paludano, & S. Antonino ibi citatis, Reginald. lib. 27. num. 45. Henriquez lib. 2. cap. 29. num. ultim. Gobat tom. 1. tract. 2. cas. 5. num. 167. La Croix lib. 6. part. 1. num. 270. alique multi cum Aversa q. 67. sect. 2. §. Teneri.

3 Hinc in pluribus Diocæsis, & signanter in Leodiensi, & Trevirensi, teste Chapeville de modo administrand. Sac. tempor. pest. cap. 2. q. 2. & Gobat loc. cit. quando Obstetrix admittuntur ad hoc munus, juramentum emittunt procurandi salutem spirituales sobolis, & puerperæ. Et in obsequio Constantiensis fol. 62. traditur, Obstetrix debere esse in primis ab ipsis Parochis, & Potestate seculari approbatas.

4 Unde Parochi tenentur ipsas Obstetrix diligenter examinare, & si non sciant jam esse examinatas, & approbatas ab aliquo bene perito, peccant graviter eas non examinando, quia cum Obstetrix in tali casu sint Vicariæ Parochi, & quique obligetur scire, utrum suum locum tenens sit peritus Officii sui, nec ne? stat elatum maxime ad id sub gravi teneri Parochum ad indagandam peritiam Obstericam pro officio tanta necessitatis; Quintanadvenas Singular. tract. 1. singul. 6. Gobat loc. cit. num. 169. Layman lib. 5. tract. 2. c. 5. num. 3. cum aliis ibi citatis; Et certe omnes fere Constitutiones Synodales sub gravi videntur id oneris Parochis imponere, ut signanter novissime fuit recte impostum in hac Synodo Alexandrina celebrata die 1. 2. 3. Maii 1732. ubi tit. 6. de Baptismo sic præcise statuitur: Oneratam Parochorum conscientiam volumus, qui exactissime certo tempore Obstetrix examinent, quæ perfecte callere debent, & mente retinere modum Baptismi rite conferendi.

5 Baptizati ab Obstetricibus sunt rebaptizandi sub conditione, si Obstetrix sint suspectæ de beneficiis, aut aliquando confessæ se non rite baptizasse, vel si a Parocho examinata, qua materia, forma, & quas corporis partes baptizaverint, non satis constanter respondeant, aut si aliunde oriatur probabile dubium de valore Baptismi ab ipsis collati; Communis arg. cap. De quibus dubium est 2. de Baptismo, ubi sic expresse habetur: De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis præmissis: Si baptizatus es, non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, Ego te baptizo in nomine Patris &c. Sic enim & constituitur reverentia Sacramenti, & saluti animarum. Si vero nullum sit dubium de valore Baptismi ab ipsis collati, ex quo diligenter a Parocho examinata, reperiuntur bene peritæ, & rite adhibuisse debitam materiam, formam, & intentionem, non sunt rebaptizandi ab ipsis Obstetricibus sic rite baptizati, cum Baptismus rite collatus, neque sub conditione debeat iterari, ex quo fit de sui natura initerabilis, ex cap. Majores 3. de Baptismo, Concil. Florentin. in Literis Unionis, & Trident. sess. 6. canon. 9. Sic tenent Doctores committere.

6 Hinc Obstetrix, quæ infantem aliquem baptizaverint, sunt a Parochis diligentissime examinande, an & quomodo, quibus verbis, & forma, qua materia, & aqua, & cum qua intentione baptizaverint; & si rite repererint, fuisse a dictis

Obstetricibus collatum Baptismum, non debent, nec possunt ipsum repetere; Si vero probabiliter dubitent, debent Baptismum sub conditione repetere; Catechism. Roman. part. 2. cap. 2. §. 43. & sic solent statuere Constitutiones Synodales. ut recte statuunt illæ Diocæsis Constantiensis part. 1. tit. 6. n. 4. ibi: Examinent diligentissime Parochi, aut eorum socii Obstetrix, vel alios, qui infantem aliquem baptizaverint, an, & quomodo, quibus verbis, & forma, qua materia, & aqua, & cum qua intentione baptizaverint? Quod si debitam materiam, formam, & Ecclesiæ institutionem adfuisse cognoverint, Parochi Baptismum ab Obstetricibus collatum, minime repetant; Si probabiliter dubitent, Baptismum cum conditione conferant.

7 Obstetrix Egyptiæ respondendo Exodi cap. 1. numer. 19. Pharaoni; Non sunt Hebrææ sicut Egyptiæ mulieres, ipsæ enim obstetricant habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt; non sunt culpabiliter mentitæ; Vide verb. Mendacium a n. 14. ad 18.

8 Obstetrix antequam ad officium admittantur, sunt serio, ac diligenter instruendæ a Parochis de Baptismo infantibus in casu necessitatis conferendo, cum vera materia, forma, & intentione; Benedictus XIV. De Synodo Diocæsana lib. 7. c. 6. num. 4.

Novæ Additiones ex aliena manu.

1 I n Judicio nullitatis Matrimonii ob impotentiam alterutrius conjugis, tum in illo dispensationis super Matrimonio rato, & non consummato, differi solet de viribus relationis Obstericam.

2 Ex sententia autem multorum, si Obstetrix referant de virginitate Mulieris adhibitis consuetis experimentis, probata remanet non consummatio Matrimonii. At si referant de virginitatis defectu, minime consummatio Matrimonii remanet probata, quum virginitas amitti ex aliis causis possit, quam ex Matrimonii consummatione; Confer Bohemer. in Decret. lib. 4. tit. 15. §. 26. & plur. sequent. Sanchez de Matrim. lib. 7. disput. 9. num. 16. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 2. num. 22. ad plur. sequent. Sperell. decis. 141. num. 37.

3 Falluntur vero qui septem Obstetrix requirunt. Licet enim in cap. 4. de Probat. habeatur septem Obstetrix in petitioni adfuisse; hoc tamen tantummodo refertur, atque narratur, non item per modum necessitatis præscribitur, ut tradunt communiter Canonistæ in dict. cap. 4. de Probat. Granaiet. num. 7. Gonzal. num. 4. Bohemer. in Decret. lib. 4. tit. 15. §. 27. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 2. num. 4. Sperell. decis. 4. num. 4.

O C C A S I O P E C C A N D I .

1 O ccasio peccandi est duplex. scilicet proxima, & remota. Occasio proxima est illa, quæ frequenter, & sæpe sæpius homines similis conditionis ad peccatum inducit, vel experientia constat eam in hoc nomine, circumstantiis attentis, talem effectum causare. Est in re communis. Occasio remota est illa, quæ quamvis aliquo modo inducat ad peccatum, tamen raro inducit ad illum homines similis conditionis, vel experientia constat eam in hoc nomine, circumstantiis attentis, talem effectum raro causare. Est in re communis.

2 Hinc maxime sunt attendendæ circumstantiæ loci, temporis, personarum, & hujusmodi, quia sæpe contingit, quod eadem occasio, quæ uni, attentis circumstantiis loci, temporis, & personæ, est occasio proxima, alteri, seu etiam eidem ipsi, in diversis circumstantiis, sit remota; sic sæpe eadem occasio carnis, seu conversatio mulieris, quæ juveni est proxima, seni, aut juveni valde timorato est remota; Ita etiam sæpe contingit, quod eidem juveni conversatio unius mulieris sit occasio proxima, & conversatio alterius mulieris sit ei solum occasio remota, & quod etiam conversatio ejusdem mulieris in uno tempore, & loco sit ei occasio proxima, ut si in tempore magis periculoso reperitur solus cum sola, & in alio tempore minus periculoso, aliis simul adstantibus, sit ei tantum occasio remota.

3 Sicuti occasio est duplex, ita duplex est periculum peccandi, scilicet proximum, & remotum. Proximum est illud, quod, attentis circumstantiis, habet frequentem conjunctionem cum peccato. Remotum autem est illud, quod, attentis circumstantiis, habet raram conjunctionem cum peccato. Sic in re Communis Doctorum. Periculum autem, vel occasio, non

O C C U L T A T I O .

Additio ex Auctore, e II. Editione.

non ideo dicitur proxima, quod inter ipsam, & peccatum, nihil mediæ, plerumque enim mediæ aliquid, verb. grat. tentatio, aspectus, tactus, colloquium, & hujusmodi, sed ideo dicitur proxima, quia inter ipsam occasionem, & peccatum communiter nihil intervenit, quod impediatur peccatum. Card. de Lugo de Penitentia disp. 14. numer. 162. La Croix lib. 5. num. 252. & alii.

5 Periculum proximum aliud est formale, & aliud materiale, Formale est illud, quod attentis circumstantiis, ita inclinatur, & movet ad peccandum, ut in persona similis conditionis solet frequenter, & sæpe sæpius esse conjunctum cum peccato. Materiale vero est illud, quod de se secundum circumstantias suas extrinsecas solet esse conjunctum cum peccato, quamvis non conjungatur ob specialem conditionem subjecti. Unde materiale periculum est occasio externa, quæ secundum se solet frequenter esse conjuncta cum peccato; Formale autem præter occasionem externam includit tales circumstantias, ut in omnibus attentis in persona similis conditionis existimetur hic, & nunc fore conjunctum cum peccato; Sic in re Communis Doctorum. Hinc idem periculum potest esse respectu unius formale, & respectu alterius solum materiale, ut, salva proportione, dictum est supra sub numer. 2. de occasione proxima, & remota. Periculum formale aliud est intrinsecum, & aliud extrinsecum. Intrinsecum est illud, quod oritur ex propria, & personali intrinsecâ prava conditione, seu natura ipsius talis personæ. Extrinsecum autem est, quod non oritur ex intrinsecâ prava conditione ipsius personæ, sed ex aliqua occasione extrinsecâ; Communis.

6 Qui est in occasione remota potest absolvi, alioquin deberemus ad evitandas occasiones remotas exire de hoc mundo, ut inquit Apostolus 1. ad Corinth. cap. 5. n. 10. ibi: Alioquin deberetis de hoc mundo exiisse. Cum etiam in ipsa solitudine, & in licitis commerciis humanis adsit occasio remota, peccandi; Communis.

7 Qui est in occasione proxima involuntaria, nec est in sui potestate eam removere, potest absolvi, dummodo tamen vitare conetur periculum formale peccandi per actus proprios. Vide verb. Absolutio art. 2. num. 3. 9. & 10. ubi assignantur dicti actus proprii, assertur ratio conclusionis, & datur ad hoc monitio pro Confessariis.

8 Absolvi tamen non potest, qui est in occasione proxima voluntaria, nec vult eam, cum possit, desistere; licet sub prætextu cujuscumque utilitatis, commodi, vel boni spiritualis, vel temporalis sui, vel proximi; Habetur clare ex pluribus propositionibus damnatis relatis sub dict. verb. Absolutio art. 2. n. 12. Vide ibi usque ad n. 13.

9 Absolvi non potest consuetudinarius, & recidivus, qui semper labitur in eisdem peccatis sine ulla spe emendationis, nec facit quantum in se est pro tali consuetudine peccaminosa deservenda. Vide ibid. a n. 14. ad 16.

10 Si vero consuetudinarius, seu recidivus post ultimam suam Confessionem se, vel paululum emendavit (a), nec tot peccata, ut ordinare solitus erat, commisit, & aliquem conatum ad se emendandum adhibuit, debet absolvi. Vide ibidem n. 17.

11 Cum recidiva peccati sunt ex sola fragilitate intrinsecâ, potest penitens toties absolvi, quoties Confessarius judicat eum serio dolere, & proponere in posterum se emendare. Vide ibid. n. 18.

12 An sint absolvendi, nec ne, illi consuetudinarii, seu recidivi, qui in aliqua Confessione minora afferunt peccata, & in alia majora, & sic vicissim longo tempore sua peccata continent, & quomodo cum eis procedendum? Vide ibidem n. 19.

13 OCCASIO Vide verb. Homicidia. Homicidium. Biblioth. Ferrar. Tom. 7.

(a) Nota. Non ita facile absolvi debet consuetudinarius, qui paululum dumtaxat se emendavit, ac aliquem ad sui emendationem conatum adhibuit ut Author alicui. Etenim, uti fere omnes sanioris ethicæ Theologi fatentur, iis impetientia est absolutio, qui efficaciter adversus peccata remedia adhibent, qui sua crimina sincere plangunt, & detestantur supra quocumque detestabile, adeo ut mori malint, quam in eadem relabi; uno verbo, qui idonea emendationis indicia præstant. Quæ indicia tunc manifestantur, quando penitens

1 O ccultatio Fidei cum simulatione Mahumetismi damnatur; Benedict. XIV. tom. 1. Constit. 89. incip. Inter Omnigenas §. 3. Præsertim in Judicio; Idem ibid. §. 4.

2 Occultantes Fidem tali simulatione excluduntur a Sacramentis in vita, & a suffragiis in morte; Idem ibid. §. 5. Ad occultandam Fidem, non licet vitæ institutum amplecti omni Religionis exercitio vacuum; Idem ibid. §. 7. Nec Ecclesiæ præcepta infringere; ibid. §. 3. Occultantibus Fidem cum dicta simulatione Mahumetismi nullæ dispensationes, aut gratiæ de Ecclesiæ thesauro sunt concedendæ; Idem ibidem §. 14.

3 Occultatio impedimenti, sive defectus, de quo quis in actu Professionis interrogatus fuit, addita declaratione, quod Religio ipsum cum eo impedimento, aut defectu admittere non intendebat, an allegari possit ab ipso Professo ad obtinendam declarationem nullitatis Professionis, est a Superiore Regulari & ab Ordinario Loci simul mature discutendum, donec a Sanctissimo, ut in præmissis, hæc cum aliis similibus questionibus explanatur, & definiatur; Idem tom. 2. Constit. 47. incip. Si datam.

OCCULTUM. Vide verb. Notorium num. 12. & per tot.

OCCUPATIO PRO ACQUIRENDO RERUM DOMINIO. Vide verb. Dominium art. 3. a numer. 6. ad 45.

O C T A V Æ .

1 O ctavarum usus est in Ecclesia antiquissimus, de quibus agit Durandus in suo rationali lib. 6. cap. 1. n. 45. Et introductæ fuerunt ad majorem solemnitatem præcipuarum Festivitatum. Hinc Radulfus propos. 19. ait: Magnitudo Festi a nobis exigit, ut prius illud incipiamus, & tardius terminemus, prævenimus vigilia, prorogamus cum ad octavam diem Festum protendimus, prævenimus ergo, & prorogamus, ut ardentius, quos debemus, recolamus, quæve uno die minus possimus, reliquis diebus compensemus.

2 Cur autem octo dies assignentur ad hunc effectum, spectat ad mysterium numeri octonarii. Quarti Comment. in Rubr. Missal. p. 1. tit. 2. ante dub. 1. & alii ibi cit. In sensu igitur Mytherico primum Octavæ Mythericum consistit in expressione perfectionis omnimodæ & completæ illius Sancti, cujus Festum celebratur cum octava, vel sublimitatis Mytherii, quod recollit urgeo quia octonario numero designatur iustitia & perfectio, etiam apud Gentiles Pythagoricos; quippe iustitia aequalitatem respicit, & servat numerus autem octonarius primus omnium ita solvitur, & dividitur in numeros pariter pares & hoc est in bis quaterna, ut nihilominus in numeros æque pariter pares divisio ipsa solvatur, hoc est in bis binas; & idcirco Auctores hunc numerum appellarunt plenum. Hic enim numerus efficit cubum corporeæ soliditatis indicium. Insuper in Evangelio manifestum habemus, eisdem significationis exemplum in octo Beatitudinibus, quibus Christianæ vitæ perfectio continetur, & exprimitur, de quibus loquens Divus Augustinus lib. 1. de serm. Dom. in Monte cap. 3. Oblata, inquit, tamquam ad caput redit, quia consummatum, perfectumque ostendit.

vitiosum habitum sic vincit, ut periculum proximum, seu probabile peccandi sustulerit; quando non adeo facile obliviscitur statim sui propositi, sed saltem per aliquod tempus perseverat, & difficilior, vel rarius cadit. Hæc autem non verificantur certe de penitente illo, qui paululum se emendavit ab ultima confessione, ac aliquem adhibuit conatum ad sui emendationem, loquendo præcipue de consuetudinario, qui pravi sui habitus radices omni quo potest conatu evellere debet.

dit, ac probat. Hinc perfectam justitiam Sanctorum, vel consummatam sublimitatis cujusque Mysterii perfectionem, octo dierum numero Sancta Mater Ecclesia veneratur.

Secundo, in sensu analogico Octava significat æternitatem gloriæ, qua fruuntur Sancti, & Beati. Ubi adnotandum, septem dies hebdomadæ significare spatium hujus vitæ presentis, qui in Sanctis fuerunt pleni virtutibus, & donis Spiritus Sancti, juxta illud Psalmista: *Dies pleni inventur in eis.* Additur insuper dies Octava in præmium virtutum, & laborum, idest dies æternitatis, quæ una est, & illi nec succedit nox ulla, nec caligo, & consequitur vitam præsentem septem dierum. Ita Fortunatus lib. 4. cap. 2. *Celebretur, inquit, per septem dies opus septiformis Spiritus, & Octava die consummatio, & glorificatio ejusdem operis.*

Tandem in sensu tropologico concludimus cum Hesychio lib. 6. in *Levit.* ubi sic ait: *Ut doceamur debere nos exempla Sanctorum sequi, & tempore vitæ, quod septenario significatur, Deo placere, quousque ipso Deo Octava demum die fruamur.* Hæc Hesychius, & ad litteram Paulus Maria Quarti *Commentario in Rubricas Missalis part. 1. tit. 2. ante dudum primum.*

Dies Octava cujuslibet Festi, quod cum hujusmodi solemnitate celebratur, quia non transferatur, excludit, & transferri facit quodlibet Festum Duplex in ea occurrens per annum, sive sit Minus, sive Majus; solique cedit Festis solemnibus 1. aut 2. Classis, seu talium vim habentibus, nisi sit privilegiata, qualis est Octava Epiphaniæ, de qua in Rubricis generalibus: Hinc ubi Festum S. Elisabeth Hungariæ celebratur cum Octava, Festum B. Delphinæ occurrens in die octava, licet sit Duplex Majus, transferri debet in primam diem non impeditam, ex Decreto Sacre Rit. Congregationis 1. Martii 1631. Sic in Rubricis particularibus nostri Breviarii Franciscani numer. 131.

Infra Octavam Paschæ, & Pentecostes prohibetur Officium de Feito consularumque Ritus, & Dignitatis. Item prohibentur Missæ votivæ, & de Requiem; S. C. Rit. 28. Augusti. 1627. & 23. Augusti. 1704. & 1714. & 10. Decembris 1718.

Infra Octavam Epiphaniæ prohibetur quodcumque Officium præter primæ Classis, sed in die Octavæ etiam Officium primæ Classis. Item prohibentur Missæ Votivæ, & de Requiem; Sacr. Rit. Congr. 28. Augusti 1627. & 23. Augusti. 1704. & 1714. & 10. Decembris 1718.

Infra Octavam Corporis Christi prohibetur Officium de duplici translato, & semiduplici occurrente. Item prohibentur Missæ Votivæ, & de Requiem; Sacr. Congreg. Rit. 21. Junii 1670. & 23. Augusti 1704. & 1714. & 10. Decembris 1718.

Infra Octavam Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi prohibentur Missæ Votivæ, & de Requiem; S. R. Congr. 27. Septembris 1707.

Infra reliquas Octavas non privilegiatas fit Officium etiam de Festis Semiduplicibus, & de ipsis translatis, si incidant in Dominicam infra Octavam, & haberi possint immediate die Lunæ, seu incidant in Festo duplici occurrente infra Octavam, & dies immediate sequens non sit impedita alio Festo duplici, vel Semiduplici; S. Rit. Congr. 30. Septembris 1679. & 22. Decembris 1696. Unde sequitur, quod semiduplicia infra Octavam die impedito occurrentia, si non possint haberi die immediate sequenti, debeant transferri post totam Octavam, & post omnes Octavas, si plures sibi immediate succedant; ex decreto S. Rit. Congr. 11. Julii 1664. & ex Rubricis anni 1666. ab eadem S. C. approbatis. Duplicia autem licet non possint haberi prima die immediate sequenti, possunt haberi aliis diebus sequentibus infra Octavam. De semiduplicibus ad libitum non fit infra quamcumque Octavam; S. C. Rit. 24. Januarii 1682.

Occurrentibus in eadem die infra Octavam Corporis Christi duobus Festis duplicibus, alterum eorum est transferendum post Octavam; S. Rit. Congr. 7. Decembris 1680. Si Octava Corporis Christi occurrat, vel concurrat cum die octava S. Joannis Baptiste, seu SS. Apostolorum Petri, & Pauli, aut alterius S. Titularis, vel Patroni, aut Dedicacionis, fit totum Officium de Octava Corporis Christi, & sola Commemoratio aliarum Octavarum; Rubr. gener. Breviar. tit. De translatione Fest. num. 1. In dicta die octava Corporis Christi fit tantum de S. Joanne Baptista, si eodem die occurrat, vel de SS. Petro, & Paulo, aut de alio ex Solemnioribus cum commemoracione Octavæ; Rubr. gener. Breviar. tit. De

Congr. Rit. approbatis, & ex Rubricis generalibus Breviarii 16 tit. De translatione Festorum n. 1. Si Festum Sancti Antonii de Padua, aut alius Festum 2. Classis occurrat in die Corporis Christi, transferatur post octavam; S. Rit. Congr. 12. Jul. 1664. Observa tamen potest decretum in fine numeri sequentis. Si tamen tale Festum esset Titulare, sicuti & aliud quodlibet primæ Classis, tunc fieret de eo Officium infra octavam, cum infra octavam Corporis Christi possit, & debeat fieri Officium de Duplicibus primæ Classis, etiam translatis, ex c. Rubr. anni 1666. a S. Congr. Rit. approbatis, & ex Rubricis generalibus Breviarii tit. De translatione Festorum n. 1. Immo infra d. octav. fieri potest etiam Officium de Duplicibus translatis 2. Classis, ex posteriori Decreto 30. Maji 1699.

Si Festum habens octavam transferatur post dies octo a die Festi, non celebratur illo anno cum Octava. Si transferatur ad pauciores dies, octava non transferatur, sed numerari debet a die, quo Festum incidit, & celebrari debebat, si translatum non fuisset; Dies autem octava celebratur suo die, ac si Festum non fuisset translatum, etiam si occurrat statim post Festum ipsius, ex cit. Rubricis anni 1666. ut patet in Rubricis particularibus nostri Breviarii Franciscani num. 124.

Si festum, quod celebrari solet cum octava, venerit paulo ante Quadragesimam, ante Pentecostes, & ante diem 17. Decembris, tunc de tali Octava a Feria 4. Cinerum, a vigilia Pentecostes, & a die 17. Decembris, nihil amplius fit, nec commemoratio; Rubr. General. Breviarii sub tit. De Octavis num. 1. Intellige tamen, quod quando dies 17. Decembris, vel dies Cinerum occurrunt infra aliquam octavam, ipsa octava terminari debet ad nonam præcedentis diei, etiam si Vesperæ sequentes (nullo occurrente Festo) recitari debeant de Palæstris. Sic expresse Rubricæ particulares nostri Breviarii Franciscani tit. De Commemor. num. 96. ex Rubricis anni 1666. Et si antevigilia Pentecostes, seu Feria 6. post octavam Ascensionis occurrat infra aliquam octavam, ipsa octava definit ad Nonam inclusive dictæ Feriæ 6. ita ut in Vesperis illius diei nihil fiat, nec etiam commemoratio de dicta octava. Sic expresse cit. Rubricæ num. 95. Merat post Gavant. tom. 2. fest. 6. cap. 17. num. 5. Bauldry part. 4. cap. 3. n. 5. & alii Rubricæ passim. In ipsa autem Feria 6. post octavam Ascensionis potest fieri de Festo semiduplici etiam translato. Sac. Rit. Congregat. in Romana dubiorum 11. Augusti 1691. In Pascha Resurrectionis, & Pentecostes Officium Octavæ terminatur in Sabbato sequenti ad Nonam. Rubric. Generales Breviarii sub tit. De Octavis num. 2. Vide verb. Resolutiones Sacre Congregationis num. 466.

In Quadragesima sine speciali Privilegio non possunt celebrari octavæ; citat. Rubricæ Gener. tit. De Octavis num. 1. Si in Quadragesima occurrat Officium infra octavam, qui ex speciali Privilegio octavam celebrant, debent dicere Missam Conventualem de Feria cum commemoracione Octavæ, & Missas privatas possunt dicere de octava cum commemoracione feriv. Sac. C. R. 24. Jan. 1682.

Die octava concurrere cum alia die octava fit a Capitulo de sequenti cum commemoracione præcedentis, exceptis Octavis Privilegiatis, in quibus de aliis sequentibus non privilegiatis fit tantum commemoratio. Rubric. General. Breviar. tit. De concurrentia officii nu. 7. Die octava concurrente cum sequenti Duplici Majori etiam translato fit a Capitulo de sequenti cum commemoracione octavæ. Rubr. Gener. loc. cit. numer. 7. Die octava concurrente cum sequenti Duplici Majori etiam translato, totum officium fit de sequenti cum commemoracione octavæ, excepta die octava Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi, in quibus de sequenti etiam Duplici Majori fit tantum commemoratio. Rubr. Gener. loc. cit. num. 7. Die octava concurrente cum Duplici secundæ classis etiam translato, totum Officium fit de sequenti cum commemoracione octavæ. Rubric. General. loc. cit. num. 7. Concurrente autem die octava cum Duplici primæ Classis, totum Officium fit de sequenti sine commemoracione octavæ; ex regula generali in Tabula quando concurrat sub n. 1.

Quamcumque dies octava B. Mariæ Virginis debet habere integras utraque Vesperas in concurrentia cum Festo Duplici Minori. Sacra Rit. Congreg. Rit. 11. Augusti 1691. Die octava non privilegiata dimidiat Vesperas in concurrentia cum Duplici Minori. Sacra Rit. Congreg. Rit. 12. Julii 1664. Dedicatio Apostolorum, & Salvatoris extra Urbem non habent integras Vesperas, & die præcedenti, vel sequenti celebra-

tur Officium Duplex Mizus. Idem dicendum est de die octava Dedicacionis. Sac. Rit. Cong. 12. Julii 1664.

Si aliqua dies octava incidat in Dominicam privilegiatam, de qua debeat fieri Officium, in primis Vesperis dicuntur Psalmi Sabbati, Capitulum de Dominica cum commemoracione octavæ; & si in Sabbato sit Festum semiduplex, de hoc sunt Vesperæ, atque a capitulo fit de Dominica, & prima commemoratio est de priori semiduplici, quia de eo fit Officium, secunda est de octava, quæ nec habuit, nec habebit Officium. Sic ex Gavant. expresse La Croix lib. 4. numer. 1230.

Infra Octavam Officium fit semiduplex, in die octava fit duplex; infra octavam omnia dicuntur, sicut in secundis Vesperis Festi, & in primis Vesperis diei octavæ, omnia sicut in primis Vesperis Festi, nisi aliter in propriis locis notetur, Rubric. General. Breviarii tit. De octavis num. 5. De octavis Nativitatis, Epiphaniæ, & Corporis Christi fit semper commemoratio quocumque Festo in illis occurrente, Rubric. General. loc. cit. num. 3.

Si in die octava alicujus Festi habentis octavam occurrat aliquod Festum Duplex 1. vel 2. Classis, debet fieri officium de Feito cum commemoracione diei octavæ, excepta die octava Nativitatis Domini, & Epiphaniæ, in quibus non fit de aliquo Festo, sed transferuntur in primam diem non impeditam. Rubric. General. Breviar. tit. De Translatione. Festorum num. 2. Si autem non fuerit ex prædictis Festis, debet fieri Officium de octava, & Festum transferri juxta dicta super num. 7. Festum occurrens in Dominica in Albis, & Dominica Trinitatis, cujuscumque sit Ritus, & Dignitatis, transferuntur in sequentem diem non impeditam: Quamvis enim in Pascha Resurrectionis, & Pentecostes Officium octavæ terminetur in Sabbato sequenti ad Nonam, juxta dicta super numer. 18. tamen dictæ duæ Dominice cum aliis sunt privilegiatæ, ut patet ex Rubric. General. tit. De commemoracionibus n. 3. & tit. De Translatione. Festorum n. 1.

Dies octavæ omnes (exceptis Christi, & B. M. V.) ordinarie sunt ejusdem solemnitatis; hinc dividere debent Vesperas, juxta dicta supra sub num. 23. nisi aliter notetur. Octava autem Dedicacionis est dignior, quam Patroni, Patroni quam Titularis (nisi sit intra hos magna distantia Dignitatis); Assumptionis quam Dedicacionis. La Croix lib. 4. num. 1279. Octava autem omnium Sanctorum tamquam dignior præcedenda est octavæ dedicacionis Eccles. S. R. Cong. 5. Martii 1695.

Proposito in Sac. Rit. Congregat. a Capitulo Cathedralis Colletensis inter alia nono dubio: *An infra octavas privilegiatas possit cantari Missa defunctorum in Anniversario, & Officio solemniter eadem Sac. Rit. Congregat. in Collet. die 5. Julii 1698. Respondit. Ad IX. Negative.*

Infra octavam Corporis Christi non sunt canendæ Missæ Mortuorum, nisi præsentem corpore; Sac. Rit. Congregat. in Nuscana 12. Septembris 1671. Quod intelligendum est etiam de diebus infra omnes quinque octavas Privilegiatas, nempe Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, Pentecostes, & dictæ Corporis Christi, ex alio supra allato Decreto ejusdem Sac. Rit. Congreg. in Collet. die 5. Julii 1698. in responsione ad 9. dub.

Nemini licet facere octavam pro defunctis sine speciali indulto Sedis Apostolicæ; Sac. Rit. Congreg. 13. Augusti 1667. in Romana.

O C U L U S .

Oculo carens, si non sit valde deformis, non est irregularis, & consequenter ordinari potest; Vide verb. Irregularitas art. 1. numer. 12. §. Secunda ex defectu corporis

Impudicus oculus impudicis cordis est nuncijs; cap. Nec solo 12. caus. 32. quest. 5.

Oculi irritamenta sunt vitiolorum, Incessque scelerum; Seneca de remedijs fortunæ. Unde S. Joannes Chryostomus in cit. cap. Nec solo 12. caus. 32. quest. 5. sic ait, Mulier, si te decoraverit, & vocaverit ad te oculos hominum, etiam si plagam non intulerit, vindictam dabit eternam, venum enim obtulit, etsi nullus, qui bibat, inventus sit.

Oculus sibi depingere non licet; Pagan. lib. 3. Decretal. in cap. Multa 1. Ne Clerici, vel Monachi num. 66. Unde S. Augustinus Epist. 73. ante med. t. 2. dicit: *Fucari signemur, quod rubicundior, vel candidior appareat, adulterina sal-* Ferrar. Biblioth. Tom. 7.

lacia est. Sic impia Jezabel introitu Jesu audito depinxit oculos suos sibi, 4. Reg. cap. 9. num. 30., ibi: *Porro Jezabel, introitu ejus audito, depinxit oculos suos sibi, & ornavit caput suum; Et sub figura multiplicium stuprorum duarum Meretricum Oollæ, & Oolibæ acriter reprehendit idololatram Samaritæ, & Jerusalem Ezechiel 23. numer. 40., ibi: Circumlinisti sibi oculos tuos, & ornata es mundo muliebri, Oculis noxia, Allia, Vina, Venus, Pulvis, Ventus, Faba, Fumus. Ista nocent oculis, sed vigilare magis.*

Sic apud Urfayam in Miscellaneo Sacro, & profano litt. O. num. 24., & 25.

Oculos retro nulla lex, nulla appellatio, nulla inhibicio habet; Rota in Ierden. Hereditatis 4. Februarii 1705. §. Quod si, coram Ansfald. apud Urfayam loc. citat. numer. 26.

Oculorum officium amissæ durius est, quam linguæ; Fagnan. lib. 3. decretal. in cap. Cum percussio 1. de Clerico aggroante num. 14. arg. Cap. Causam que, de election. cap. 1. de tregua, & pac. cum similibus.

In Missa Sacerdos elevat oculos ad Munda cor meum, Veni Sanctificator, Ad oblationem Hostiæ, & Calicis; sed offerens Hostiam, statim iterum deprimit in Hostiam, offerens autem Calicem tenet elevatos. Item oculos elevat Ad suscipe Sancta Trinitas. Te igitur Clementissime. Gratias agamus, dum dicit Deo nostro, Qui pridie, dum dicit, Elevatis oculis, Quando Hostiam, & Calicem, elevat; hæc enim respicit, donec deponat, in fine, ad Benedicat vos Omni potens Deus; Sic ex Missali in Ritu, servando in celebratione Missæ per tot.

In Missa Sacerdos oculos demissos tenet, dum accedit, vel recedit ab Altari. Quodcumque se vertit ad populum, Sub utroque Memento. Post consecrationem plerumque conjiciuntur in Hostiam, nisi occupentur in legendo; Sic ex Missali loc. cit.

O D I U M .

Odiu opponitur directe amori, seu charitati; Communis.

Unde sicut duplex est amor, scilicet unus amicitie, & alter concupiscentie, ita duplex quoque est odium, scilicet unum per personam, seu odium inimicitie, & alterum odium qualitatis, seu odium abominacionis; Communis. Odium personæ, seu odium inimicitie, est illud, quo personæ alicui volumus malum quatenus absolute illi malum est; Est in re communis. Odium qualitatis, seu abominacionis est illud, quo personam adverlamur, non secundum seipsum, sed secundum suam malam qualitatem, quatenus ipsa est nobis, vel alteri, aut Communitati noxia; Est in re communis.

Odiu personæ, seu inimicitie non reperitur formaliter in Deo, quia Deus non odio habet Creaturam, ut Creaturam, cum de illo dicatur Sapient. 11. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Reperitur autem in Deo odium qualitatis, seu abominacionis, quatenus odio habet creaturam ut peccatricem, juxta id, quod dicitur, Psalm. 5. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem; & inferius. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus; & Psalm. 118. Iniquos odio habui; & ad Romanos 9. Eiaŭ odio habui, cum similibus.*

In homine reperitur (& utinam non reperiretur) utrumque odium, scilicet & odium inimicitie, & odium abominacionis; Communis.

Odiu inimicitie tum erga Deum, tum erga proximum est peccatum de genere suo gravissimum; Communis. Et colligitur ex Psalm. 73., ibi, *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper, & ex lib. Numer. cap. 10., ibi: Dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te, et ex 1. Joan. cap. 2., ibi, Qui odit fratrem suum, in tenebris est, cum similibus. Et probatur etiam ratione, quia odium inimicitie formaliter, & directe opponitur Charitati, quæ est maxima omnium virtutum, ex 1. ad Corinth. 13. numer. 13., ibi, Major autem horum est charitas, & de qua precipuum mandatum habemus ex Matth. 22. n. 37., & seq., ibi, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, hoc est maximum, & primum mandatum; secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ex Marc. 12. num. 30., & seq., ibi, Diliges Dominum Deum*

Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua; hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi, Diliges proximum tuum tanquam te ipsum; Majus horum aliud mandatum non est. Ex Luca 10. num. 27. ibi, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum, Adeoque odium inimicitiae, tum erga Deum, tum erga proximum, est peccatum de genere suo gravissimum.

Dicitur autem notanter de genere suo, quia licet odium inimicitiae erga Deum non possit esse veniale ob parvitatem materiae, cum quodlibet odium etiam in materia levi maxime repugnet summae ejus bonitati, potest tamen esse veniale ob imperfectum animi consentium, seu indeliberationem actus; Et odium inimicitiae erga proximum potest esse veniale, tum ob imperfectum animi consentium, seu indeliberationem actus, tum ob parvitatem materiae, puta si levem aliquam displicentiam, seu modicam aversionem habeat quis erga proximum, aut leve malum illi optet, ut recte notant Reiffenstuel Theolog. moral. tract. 4. dist. 7. quest. 1. num. 5. Layman lib. 2. tract. 3. cap. 4. Turrianus cap. 2. disp. 91. dub. 1. & alii passim.

Oidium abominacionis erga Deum est de genere suo peccatum mortale: erga proximum autem interdum licitum est, & laude dignum; Communis Ratio primae partis est, quia cum Deus sit infinite bonus, & in eum nulla malitia, sive defectus intrinsece, vel extrinsece cadere possit, ob quem abominacione, vel odio dignus sit, immo omnia, quae in eo sunt, & ab ipso procedunt, pro nobis bona sunt, quamvis caritati nostrae interdum mala videantur, ideo summa nostra deordinacio est Deum odire, adeoque peccatum mortale est, eum odio prosequi propter infirmitatem, paupertatem, afflictionem, & hujusmodi &c. quibus ad nostrum spirituale profectum, & utilitatem aeternam nos interdum visitare dignatur. Ratio autem secundae partis est, quia odium abominacionis interdum fundatur in amore amicitiae, seu Charitatis erga Deum, vel nos ipsos, vel erga proximum ipsum, quem odio prosequimur, aut alterum proximum, ut proinde tale odium, si debito ordine, & sine eliciatur, ex virtute Charitatis proveniat, adeoque sit licitum, & laude dignum; Unde (a) licitum est, & laude dignum mortem optare Haeresiarum, vel publicae pacis turbatori ob bonum commune, & multorum, juxta illud ad Galatas 5. Vitam abscindantur; Item mortem, egestatem, aut morbum alicujus desiderare, ut cesset a peccatis, & vitam in melius mutet (b); Item tristici de eo, quo dignitates conferantur indignis, vel de sanitate, & prosperitate, seu fortuna ejus, qui ex illa umit occasionem peccandi; Et generatim ad bonum spirituale proprium, vel alienum licet mala poenae inefficaci affectu aliis velle; quia cum in hoc affectu bonum spirituale praefertur temporali, non est inordinatus.

11 Cavendum tamen est, ne fiat ex vindicta, aut inordinate contra ordinem charitatis, quia quamvis licitum sit ordinare, & salva Charitate inefficaci affectu optare alicui mortem, morbum, aut aliquod temporale infortunium ob bonum spirituale proprium, vel ipsius, aut alterius, aut propter bonum commune Reipublicae, quod alias obtineri non posset, ut notant communiter Doctores cum S. Gregorio 22. Moral. 11. S. Thoma 2. 2. quest. 76. art. 1., & in 3. dist. 30. art. 1., & Scoto in 3. dist. 10. quest. unica, quia sic principalis intentio, & finis non fertur ad malum, sed ad bonum spirituale ipsius, vel alterius, vel ad bonum Communitatis, & ut alter graviter nocere desinat: Attamen illicitum est, & Charitati repugnans optare mortem proximo ob bonum temporale non necessarium, aut quodcumque etiam modicum temporale emolumentum censetur esse levioris momenti, facta comparatione cum vita hominis, & ita illicitum est desiderium, & gaudium de malo proximi, quod trahit secum nostrum, seu alterius, aut Reipublicae bonum, si tale bonum non sit comparatione ad malum proximi in ordine, & esse praesentius; Sic recte pluribus adductis notant Cardenas in Crisi Theologica ad propositiones 13. 14., & 15. ex merito damnatis ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. Viva ad eandem, & alii scribentes in ipsas, quae propositiones hic ad litteram dantur, prout jacent.

Propositio XIII.

Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tritari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personae, sed ob aliquod temporale emolumentum.

Propositio XIV.

Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis, quia nihil mirum ei obventura est pinguis hereditas.

Propositio XV.

Licitum est filio gaudere de parricidio Parentis a se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.

Oidium suscitatur rixas, & universa delicta operit Charitas; Proverb. cap. 10. num. 12.

Odiisse quem laeseris proprium humani generis est; Tacit. in Vita Agricola.

Alia, Vide Virtus a num. 34 ad 87.

OFFICIALES BELLICI.

Vide verb. Bellum art. 3. per tot.

OFFICIUM DIVINUM.

ARTICULUS I.

Quoad ea, quae concernunt ejus nomen, originem, divisionem, & obligationem.

Officium modo appellatur Divinum, ut cap. Dolentes 9. de celebratione Missar. ibi: De Divinum Officium, & Clementin. 1. eod. tit. ibi: Divinum Diurnum, & Nocturnum Officium; quia ad Dei cultum est institutum; Modo vocatur Ecclesiasticum, ut cit. Clementin. 1. de celebratione Missarum, ibi: Ecclesiasticum... Officium, quia nomine Ecclesiae peribitur; Modo vocatur Canonicum, seu Horae Canonicae, quia fit juxta Regulas Sacrorum Canonum; Modo vocatur Breviarium, quia est breve, & admirabile compendium veteris, & novi Testamenti, Patrum sententiarum, & vitae Sanctorum; Modo vocatur Orarium ab orando, quia magna ejus pars constat variis precibus, seu petitionibus suis ad Deum, & potissimum Deum oramus, & precamur per ipsum.

Unde Officium Divinum, seu Ecclesiasticum, vel Breviarium, aut Orarium, seu Horae Canonicae definiti possunt, Officia quaedam Divina ex Psalmis, Hymnis, Canticis, Sacris Scripturis, & doctrina SS. PP. constructa, atque ex Sacrorum Canonum Decreto a personis Ecclesiasticis Ecclesiae nomine, certis diei, noctisque horis persolvenda ad Deum, prout tradit Sporez tom. 3. Theolog. Sacram. Appendice de obligatione recitandi

(a) Nota. Numquam licet optare mortem alterius, sed ejus conversionem.

(b) Scripturarum Interpretum neminem novi, qui Apostoli verba Vitam, & abscindantur de morte intelligant. Vel eum ea explicant de abscisione per anathematis sententiam.

Vel de executione, ut si Apostolus dicere vellet: falsi isti Doctores, quibus tantopere curae est circumcisio, nedom circumcidantur, verum etiam abscindantur. Postremam hanc explanationem, inquit Eruditus Calmet in praefatum sextum, vulgo praebant scriptores.

sitandi Horas Canonicas quest. praebula num. 2. Vel, ut brevius tradit Layman lib. 4. tract. 1. cap. 2. Horae Canonicae sunt publica, ac statae preces ex Sacrorum Canonum decreto ab Ecclesiasticis personis nomine Ecclesiae ad Deum persolvenda.

7 Uius Divini Officii, ac recitatio. Horarum Canonicarum est antiquissimum in Ecclesia Catholica, & jam a tempore Apostolorum inchoatus, atque celebratus, & colligitur ex illo Actuum 5. ibi: Petrus, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam, & Act. 10. ibi: Ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam, & Act. 16. ibi: Media nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Deum, Et probat etiam illud S. Clementis Papae 1. lib. 3. Constitution. Apostolicar. Canon. 34. sic expresse dicentis: Precationes facite mane, hora tertia, sexta, & nona, & Vespere, atque ad galli cantum.

8 Cum autem aliqui dicunt a SS. Damaso, Gelasio, & Gregorio primis Horas Canonicas coepisse, intelligendi sunt Horas Canonicas a dictis Summis Pontificibus coepisse quoad novam, & reformatam formam ipsas recitandi, prout notant passim Scriptores, & colligitur ex notatis in initio nostri Breviarii Franciscani post Bullam Gregorii IX. incipient. Pivestri Collegio, ubi sic praecise habetur.

9 Breviaria autem a Gregorio IX. pro Ordine nostro sic approbata. formulam Divini Officii continebant, quae a SS. Damaso, Gelasio, & Gregorio Primis pro S. Romana Ecclesia constituta, & a S. Gregorio VII. reformatam extiterat, diuturnitate tamen temporis jam ab antiqua institutione deflexerat, & opera Haymonis Anglici Generalis Ministri ad praescriptum moderniorum decretorum S. Sedis tunc restituta fuerat.

10 Eaque propter hujusmodi formula Deo persolvendi sacras preces, laudes, & gratias, sic restituta, Officiumque Conceptionis B. M. Virginis, & aliorum Sanctorum a S. Bonaventura subinde aucta adeo Sedi Apostolicae placuit, ut testantur Raphael Tangrensi, Palmerio, Gavanto, & Card. Bona cum innumeris aliis Sacris Scripturis, a Nicolao III. anno 1277. ad Pontificatum assumptum, pro ipsa Ecclesia Romana postmodum suscepta, ac sancita comperitur.

11 Hanc deinde temporum injuria, alitque de causis variatam in pristinum statum, ex Decreto Tridentinae Synodi restituit B. Pius V. sub Rubricis praefertim, ac Ritibus, Regulisque pro Ordine nostro a Romanis Pontificibus Nicolai III. successoribus usque tunc approbatis, & contentis in directorio Divini Officii prius pro Ordine nostro edito, in cujus commendationem id testatum idem Gavantus reliquit, quod inruunt ejus infrascripta verba: Paucissimi tamen erant (inquit de Rubricis appositis in reformatione. Piana) earum tituli, nempe undecim tantum in prima editione jussu Pii V. haerit e Directorio Divini Officii, composito a Ludovico Ciconialiano Regularis Observantiae sub Paulo III. qui Directorium approbavit. Praedictae tamen restitutioni, seu reformationi suam operam addidit impensissimam, Clemens VIII. & Urbanus VIII. prout ex eorumdem sequentibus Bullarum Summaris, & ipsius formulae contextu luculentius apparebit.

12 Summa Bullarum Summorum Pontificum, pro editione Breviarii Romani.

S. Pius V. Bulla, quae incipit Quod a nobis, data Romae septimo Idus Julii anno 1568.

Significat causam edendi hujus Breviarii, nempe ad tollendam orandi varietatem.

Enarrat ea, quae in hac re praefert Paulus, & Pius nomine Quarti, & quam ipse adhiberi operam curavit ex Decreto Concilii Tridentini.

Tollit, & abolet omnino Breviarium a Cardinale S. Crucis compositum, quod erat brevissimum. Item alia Breviaria Romana, & alia, quae ex institutione, vel consuetudine legitima non superant ducentos annos.

Permittit tamen, ut antiquiora ducentis annis possint mutari in hoc Breviarium, iis omittis, si Episcopus, & universum Capitulum consentiant.

Revocat omnes permissiones, consuetudines, statuta, Privilegia, licentias, & indulta precandi, & placendi more, & ritu praedictorum Breviariorum suppressorum.

Praecipit observari hoc Breviarium in toto Orbe cum exceptione 200. annorum, de qua supra.

Statuit in eo nihil mutandum, addendum, & detrahendum.

Obligat quosque, qui tenentur Horas Canonicas recitare, ut hoc utantur Breviario, alias non satisfaciant muneri suo. Jubet omnibus Praelatis, ut hoc introducant, tam in Choro,

quam extra Chorum. Tollit peccati obligationem, quae erat recitandi in Choro Officium parvum B. M. V. & Defunctorum, Psalmos Poenitentiales, & Graduales, juxta Rubricas Breviarii.

Hortatur, ut recitentur eadem, propositis Indulgentiis dierum centum recitantibus Officium parvum B. M. V. & Defunctorum, quinquaginta recitantibus Psalmos Poenitentiales, & Graduales, quando Rubricae ea praescribant.

Non tamen tollit laudabilem consuetudinem, ubi est, recitandi Officium parvum B. M. V. in Choro, immo eandem confirmat, & tandem tempus decernit obligationis ad usum Breviarii post ejusdem publicationem.

Clemens VIII. Constitutione, cujus initium Cum in Ecclesia, data Romae die 10. Maji 1602. declarat se per viros pios, & eruditos Breviarium Romanum a Pio V. editum, & progressu temporis in multis depravatum examinasse, & in statum pristinum restituisse: illudque sic restitutum in Typographia Vaticana imprimi, & divulgari jussisse. Prohibet, ne alibi imprimatur, nisi juxta exemplar Vaticanum, & habita Ordinarium licentia sub poena Excommunicationis latae sententiae. Interdicit usum Breviariorum impressorum absque tali Ordinarium licentia in scriptis, quae fidem faciat de collatione facta praedictorum Breviariorum cum originali Romano, cujus etiam licentiae copia initio, vel in calcem, cujusque Breviarii semper imprimatur. Praedictis Ordinariis prohibet, ne aliquid addi, vel detrahi permittant. Et haec sub poena Excommunicationis, Suspensionis a Divinis, ac Interdicti ab ingressu Ecclesiae; Verumtamen in gratiam pauperum Breviaria haec impresse vendere, apud se retinere, ac illis uti permittit.

Urbanus VIII. Constitutione, quae incipit Divinam Psalmicam, data Romae die 25. Januarii 1631. declarat se pro Romano, Doctorumque Virorum a libita cura, Breviarium a Pio V. editum, & a Clemente VIII. recognovisse a pluribus mentis expurgasse, Hymnos ad metrum, & latinis Regulas revocasse, in Psalmis, & Canticis interpunctionem editionis vulgatae restituisse. Sermones, Homilias, & Sanctorum Historias collatis veteribus manuscriptis recognovisse. Quamobrem jubet, ut juxta hanc correctionem Romae imprimatur, alibi juxta Romanum exemplar excudatur, servatis conditionibus in supra scripta Clementis Bulla enumeratis, quas fere iidem verbis repetit. Adjungens easdem conditiones servandas in impressio re eorum, quae a Breviario Romano ortum habent, cujusmodi sunt Miscellanea, Diarnalia, Officia parva B. M. V. Officia majoris hebdomadae, & alia id generis.

Officium Divinum dividitur in Nocturnum, et Diurnum pro ut expresse habetur, ex cap. Dolentes 9. de celebratione Missarum, ibi: De divinum Officium Nocturnum, prout, & Diurnum, & ex Clement. 1. de celebratione Missarum, ibi: E debite celebretur Divinum Diurnum, & Nocturnum Officium Per Officium Nocturnum intelligitur id, quod de nocte celebrari consuevit, & adhuc apud plures Religiones, & Regiones celebratur, & vulgo nuncupatur Matutinum, cui juxta morem Ecclesiae Romanae adjunguntur Laudes. Quamvis istae olim in multis Ecclesiis fuerint Matutino separate, & adhuc nunc apud nonnullos Religiosos Ordines separantur, & posse licite, immo laudabiliter separari; fuit dictum sub verb. Matutinum. Per Officium Diurnum intelliguntur omnes aliae Canonicae Horae, quae de die sunt persolvendae.

Totum Divinum Officium dividitur jam fere communiter contra Navarr. & nonnullos alios in septem partes, seu septem Horas Canonicas, nempe Matutinum cum Laudibus, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas, & Completorium, juxta illud Davidis Psalm. 113. Septies in die laudem dixi tibi. Quae septenarius numerus (subjungit Concilium Agathense relatum in cap. 1. de celebratione Missarum) a nobis impletur, si Matutini, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperae, & Completorii tempore nostrae servitutis Officia persolvamus; nam de Nocturnis Vigiliis, id em ipse Prophetas ait: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ergo his temporibus laudes Creatori nostro super Judicia sua. Justitia referamus.

15 Et hujus septenarii numeri Horarum Canonicarum mysticam rationem assignat Glolla in cit. cap. 1. de celebratione Missarum verb. Septenarius, quia nempe septem sunt dona Spiritus Sancti; septem sunt dies saeculi, id est quibus completa fuit creatio mundi; septem sunt aetates, quibus completis, finietur mundus; septem sunt petitiones in Oratione Domini.

16

17

18

19

20

21

22

Dominica; septem sunt Psalmi Penitentiales, septem sunt Diaconi, septem sunt candelabra, & praesertim, septem sunt praecipua Dominicae passiois Mytheria, in quorum proinde commemorationem septem Horae Canonicae recitantur, iuxta illos vulgatos versiculos a Glossa loco citato relatos.

Hae sunt septenis propter quae psallimus Horis. Matutina ligat Christum, qui crimina purgat. Prima replet spiritus, causam dat Tertia moris. Sexta Crucis nescit, latus eius Nona bipartit. Vespera deponit, tumulo Completa reponit.

- 18 Obligatio recitandi Divinum Officium, seu Horas Canonicas oritur ex triplici titulo, scilicet ex titulo Sacri Ordinis, ex Titulo Beneficii Ecclesiastici, & ex Titulo Religionis Choro adstrictae. Communis. Titulo Sacri Ordinis obligantur ius mortali ad recitandum Divinum Officium, seu Horas Canonicas omnes majoribus Ordinibus initiati, scilicet Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri, quamvis nullum habeant Beneficium, nec aliquo voto ad id sint adstricti. Communis. De Sacerdotibus, & consequenter Episcopis habetur in cap. Presbyter 1. & cap. Dolentes 9. de celebrat. Missar. De Diaconis colligitur ex cap. Si quis Presbyter ultim. dist. 92. De omnibus etiam Subdiaconis habetur expresse in Concilio Basileensi sess. 21. §. Quoscumque. Quia tamen cit. cap. Praecipimus ultim. dist. 92. non satis convincit de Diaconis, & cit. Concil. Basileense fuit accephalum, & sine capite, adeoque non satis ex ipso inducit obligationem de omnibus constitutis in Sacris Ordinibus, dicendum est, obligationem recitandi Divinum Officium respectu Diaconorum, & Subdiaconorum fundari in communi, & antiqua Ecclesiae consuetudine, vim Legis secundum omnes obtinente, cum consuetudo legitime praescripta habeat vim Legis, simulque ea sit optima Legum interpretis, cap. Cum Dilatus 8. de consuetudine.
20 Obligatio recitandi Horas Canonicas incipit a prima die, & hora suscepti Subdiaconatus, ita ut ordinatus in Subdiaconum teneatur recitare illas Horas, quae correspondent horae suae Ordinationis, sicque sua obligatio a Sexta, vel Nona, si illo tempore, & hora fuit in Subdiaconum ordinatus. Communis.
21 Clerici in Sacris constituti tenentur ad recitationem Divini Officii, etiam si sint Excommunicati, suspensi, & Interdicti. Communis. Nemo enim debet ex propria culpa, & iniquitate commodum reportare; cap. Intellesimus 7. de iudiciis, ibi: Ne videatur de sua malitia commodum reportare, & leg. Nemo ex suo, ff. de Regul. Juris, ibi: Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. Idem propter eandem rationem censent de Degradatis, Navarrus, Sotus, Henno, Reiffenstuel, & alii contra alios volentes Clericos degradatos non obligari ad Horas Canonicas, ex quo ab Ecclesia spoliati sint omni Privilegio Clericali, atque adeo ad statum mere saecularem, seu Laicalem rejecti. Idem pariter propter eandem rationem de damnatis ad Tremenas, & de incarceratis docent Henno tom. 1. tract. in Decalogi praecipua dispart. 1. quest. 3. conclus. 1. & alii plures contra alios volentes ipsos non teneri ad talem recitationem; quod revera multum probabile est de damnatis ad Tremenas, & a fortiori de captivis apud infideles (a); non tamen de incarceratis, ut cum Tamburin. & aliis recte docet Sporer tom. 3. tract. Append. de Horis Canonicis cap. 1. num. 9. Unde Sacra Congregatio Concilii diebus 17. Augusti 1707, & 18. Augusti 1708. & 15. Decembris ejusdem anni, & 1710. noluit decidere utrum damnatus ad Tremenas teneatur recitare Divinum Officium: Immo neque Clemens XI. cui Congregatio Concilii dubium resolvendum reservarat. Sic refert Ursula in 1. Miscellaneo sacro, & profano lit. O. nu. 4.
24 Clericus in Sacris, qui cum dispensatione Papae duxit uxorem, tenetur adhuc probabilius ad recitationem Divini Officii, nisi quoad hoc etiam obtinuerit dispensationem Pontificiam, quia dispensatio utpote odiosa stricte est explicanda,

(a) Nota. Quamvis multum probabilis dici possit illorum Theologorum opinio, quae Clericos ad Tremenas damnatos a recitatione divini Officii eximit, Quia, ut ait P. Concina tom. 2. Theol. Christ. dist. 2. quest. 7. pag. 403. vix in tam misero statu implere hoc onus possunt, tum ob impedimentum continua, tum ob Breviarii privationem, tum etiam quia

argument. cap. Odia 16. de Regul. jur. in 6. & ipse adhuc characterem Ordinis Sacri retinet. Henno loc. cit. Bulemo. lib. 4. dub. 2. de Horis Canonicis num. 1. La Croix ibidem num. 1186. cum Bonacina, & Azorio ibi citatis, & alii plures contra Sporer loc. cit. & alios.

Titulo Beneficii Ecclesiastici obligantur sub mortali ad recitandum Divinum Officium, seu Horas Canonicas Beneficiati omnes, sive habeant Beneficium Curatum, ut Episcopi, Abbates, Archipresbyteri, Praepositi, Decani, Parochi &c. sive habeant Beneficium non Curatum, ut Canonici, Vicarii, Capellani, alique Beneficarii simplices. Communis, per textum in cap. Dolentes 9. de celebratione Missarum, & cap. Quia 15. de rescriptis in 6. ubi expresse dicitur, quod Beneficium datur propter Officium, ibi: Officium. . . . propter quod beneficium Ecclesiasticum datur, & Constituit. 7. Leonis X. incip. Suprema dispositio, & Constituit. 135. S. Pii V. incip. Ex proximo, ubi expresse dicitur: Item ille, qui primis sex mensibus Officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excuserit, grave peccatum intelligat admisisse.

Et hanc Beneficiatorum obligationem recitandi Divinum Officium non incipere a die, qua Beneficium ei collatum est, & ab ipsis fuit acceptatum, sed solum a die obtentae possessionis; dummodo per ipsos non sit, ne possessionem consequantur, sed bona fide illam habere conentur, tenent Flaminius Parisius, Rodriguez, Henriquez, Azorius, Lessius, Suarez citati, & secuti a Layman lib. 4. tractat. 2. cap. 5. num. 3. ubi dicit hanc opinionem esse in Scholis, & praxi receptiorem, & ultra supradictos id defendunt Filliucius, Naldus, Molfesius, Menochius, Cajetaanus, Philarius citati, & secuti a Bonacina de Horis Canonicis dispart. 1. quest. 2. punct. 2. num. 2. & Cardinal. de Lugo respon. moral. lib. 5. dub. 5. num. 1. ubi ex Gavanto in Rubricis Breviarii scilicet. 1. cap. 4. num. 5. testatur de praxi, & consuetudine Romanae Curiae. Sic etiam Sporer tom. 3. tract. Append. de Horis Canon. cap. 1. num. 22. Felix Poetelias tom. 1. part. 2. cap. 3. num. 490. Pontas distinctionar. cas. conscient. verb. Officium Breviarii casu 8. & alii plures, quos affert, & laequitur Diana part. 2. tract. de Horis Canonicis resolut. 21. Et ratio est, quia solum tunc censetur quis proprie habere Beneficium, cum ejus pacificam possessionem accipit, & habet, & colligitur ex Constitut. Leonis X. incip. Suprema, & ex alia S. Pii V. incip. Ex proximo, ubi imponitur Beneficiatis obligatio restituendi fructus perceptos, si post sex menses ab obtento Beneficio non recitaverint Divinum Officium. Fructus autem non percipiuntur ante adeptam possessionem Beneficii, & id etiam colligitur ex Concilio Tridentino, sess. 24. cap. 12. de reform. ubi statuit, quod provis de beneficiis teneatur emittere professionem Fidei intra duos menses a die adeptae possessionis, non autem a die obtenti tituli; Quod est contra Navarrum cap. 7. de orat. num. 29. & cap. 25. Manual. num. 103. existimantem solum Beneficii titulum sufficere post ejus acceptionem, & contra Henno tom. 1. tract. in decalog. dispart. 1. quest. 5. art. 1. concl. 3. dicentem obligationem recitandi Officium incipere ab eo tempore, quo fructus debentur Beneficiario, sive interim possessionem accepit, sive non; quia ratio dicitur, ut quando quis incipit gaudere fructibus, incipiat & praestare id, propter quod sunt fructus, dicitque, quod contraria praxis Romanae Curiae respicit solum Forum externum; quae opinio est vere probabilis, ubi nullum adstet dubium, & periculum obtinendi pacificam possessionem Beneficii, cum, ut dicit etiam Pontas loc. cit. verb. Observandum, sit tutior, & iustitiae affinium.

Immo tenentur Beneficiati ad recitationem Divini Officii, etiam si suum Beneficium sit tenue, si scienter illud acceptaverint. Vide verb. Beneficiatus artic. 1. num. 2. & seq. Item tenentur ad recitationem Divini Officii habentes Praestimonialia, & Praestimonialia portiones; Vide dist. verb. Beneficiatus num. 3. Clerici percipientes Pensionem ex Beneficio Ecclesiastico ex dict. Constitut. S. Pii V. incip. Ex proximo, tenentur

Pontifex, dum eisdem tanto supplicio subicit, videtur eisdem a recitando Officio tacite quodammodo dispensare, ne status religiosus (idem dicendum de statu Clericali) opprobrio exponatur; isthaec tamen opinio penitus falsa est de Clericis carceri mancipatis, qui certo certius recitare debent horas canonicas, ut omnes fateantur.

tenentur recitare Officium B. M. V. nisi (ut limitant communiter Doctores apud Tamburin. lib. 2. Decalog. cap. 5. num. 22.) recitent ipsum Officium Divinum, sive gratuito, sive ex alia obligatione, nempe vel ratione Sacri Ordinis, vel ratione Religiose Professionis; quia mens Pontificis solum fuit, ut Clerici Pensionarii non essent omnino immunes ab orando, non autem alio superaddito onere eos aggravare, si aliunde jam veniantur onerati Divino Officio.

Beneficiati, si post sex menses ab obtento Beneficio, Divinum Officium sine impedimento & culpabiliter (scilicet si inculpabiliter, ob impotentiam, oblivionem &c.) non recitaverint, tenentur ad restitutionem fructuum pro rata omissionis, seu respondentium temporis, quo non recitaverint: Communis; Vide dist. verb. Beneficiatus artic. 1. num. 5. Beneficiati tenentur in conscientia ad talem faciendam restitutionem ante omnem sententiam, & declarationem Iudicis; Vide ibid. num. 6. Neque talem restitutionem compensare, possunt Beneficiati per elemosinas ante neglectam recitationem datas ex fructibus Beneficii, ob quod tenentur ad Horas Canonicas. Vide ibid. num. 7. Pro restitutione tamen, ob neglectas Horas, satis est post illud tempus, a quo Beneficiarii omiserint dare elemosynam (a), etiam si non cogitent de debito, neque intendant dare in exolutionem suae obligationis; Vide ibid. num. 8. Possunt autem tales Beneficiarii elemosynas ob omissionem Horarum debitas pauperibus, sibi applicare, si vere sint pauperes, cum non sint peioris conditionis ipsi, quam alii, etiam si olim deliquerint, quia pauperibus istiusmodi in mortali peccato fieri hujusmodi elemosyna. Sic Viva ad propositionem 206. ex damnatis ab Alexandro VII. num. 10. ubi testatur de communi aliorum; Cavendum tamen, ne interveniat fraus, & dolus in Beneficiatis non vere pauperibus.

Obtinentes Beneficia, v. g. Praepositurae, Personatus, & hujusmodi, quibus ex speciali sua institutione, & erectione solum annexa est obligatio recitandi Officium parvum B. M. V. vel alia similis obligatio cum expressa conditione, quod Capellanus ratione Capellaniae non sit obligatus ad Horas Canonicas, eximuntur ab onere recitandi Divinum Officium, & consequenter ab onere restitutionis fructuum ob omissionem recitationis. Sporer loc. cit. num. 29. Reiffenstuel Theol. moral. tract. 6. quest. 2. num. 26. & alii passim. Item a tali onere eximuntur, qui titulum quidem Beneficii obtinent, sed per se non stat, quo minus de facto aliquos fructus percipere possint, sive per se, sive per alios, aut in aliis substitutis; Nemo enim suis stipendiis militare cogitur, 1. ad Corinth. cap. 9. num. 7. ibi: Quis militat suis stipendiis unquam? Sic tenent Navarr. cap. 7. de Orat. num. 28. Henricus par. 3. dispart. 7. num. 53. Layman lib. 4. tractat. 2. cap. 5. numer. 3. & seq. Sporer loc. cit. num. 22. Reiffenstuel loc. cit. n. 26. ubi testatur de communi.

Titulo Religionis professae Choro adstrictae obligantur sub mortali ad recitandum Divinum Officium, seu Horas Canonicas, sive publice in Choro, sive privatim omnes, ac singuli Regulares (exceptis Novitiis, & Laicis, seu Conversis) qui profitentur Religionem Choro adstrictam, & hoc ratione generalis consuetudinis, quae in omnibus Religionibus Choro adstrictis cum tali obligatione acceptata est, quamvis ad id non sint obligati, nec ex vi Ordinis Sacri nondum recepti, nec ex vi Beneficii non habiti, nec ex vi Regulae, aut voti; Sic paucis exceptis Doctores communiter; Et ratio est, quia universalis consuetudo habet vim Legis obligantis sub mortali;

(a) Nota. Beneficiarios omnes teneri fructus illos restituere, qui ex possessio beneficio percipiunt, in casu omissionis Divini Officii, tam certum est, quam quod maxime. Ita namque definitum percipere est in Lateran. Concilio sub Leone X. sess. 9. ac a S. Pio V. confirmatum in sua Constitutione anno 1571. edita, cujus initium est: Ex proximo Lateranensis Concilio. Onus illud restitutionis pro rata omissionis officii, impositum est Beneficiariis omnibus, saltem post sex menses a possessione pacifica beneficii, qui omnes, vel aliquos beneficii ejusdem fructus percipiunt, a S. Pio V. in sua mox laudata Constitutione. Huius oneri, seu obligationi non satisfieri per quascunque elemosynas, quas Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit, liquet ex propositione 117. ab Alexandro VII. damnata. Sed neque per elemosynas illas, quas Beneficiarius, post horarum canonicarum

li; Talis autem consuetudo, in Religionibus Choro adstrictis est communiter recepta, tum tali obligatione ex fere communis sensu Doctorem, quibus in moralibus standum est cum, quis raro bene loquatur, cum contra omnes loquitur, ut dicit Baldus consil. 112. in l. 2. adeoque &c.

Dicitur exceptis Novitiis, & Laicis, seu Conversis, quia Novitii ex quo necdum sint Religionem professi, sed possunt libere exire, ad onera Religionis non tenentur sub obligatione. Laici autem Conversi licet sint Religionem professi, tamen per Professionem non ad Chorum, sed ad exercitia corporalia Monasterii recipiuntur, & deputantur; Unde si ex propria Regula non sint obligati ad recitationem aliquarum precum, seu auditionem Missae, vel hujusmodi loco Officii, ad id non tenentur, ut tenent communiter Doctores. In illis autem Religionibus, ubi propria Regula obligat Laicos, seu Conversos ad consilium precum recitationem, vel hujusmodi, ut in Religione Minorum, Laici, seu Conversi ad illas tenentur, sicut ad alia praecipua propriae Regulae. Communis.

Item sub mortali obligantur ad recitandum Divinum Officium, seu Horas Canonicas, sive publice in Choro, sive privatim omnes, ac singuli Moniales Choro adstrictae ratione consuetudinis obligantis sub mortali, quamvis ad id non sint obligati ex vi Regulae, aut voti. Vide verb. Moniales art. 6. a num. 1. ad 3. Excipiuntur tamen Novitii, & Conversi, de quibus discurrendum est, ut de Novitiis, & Laicis, seu Conversis Regularium, uti supra sub n. 37. & 38.

Obligatio recitandi Divinum Officium in Choro incumbit toti Communitati, Monasterio, Capitulo, ita tamen, ut primario, & ex officio incumbat Praelato, seu Superiori, qui peccabit graviter, si ex ejus culpa Officium, vel omittatur, vel notabiliter negligatur, vel etiam indebite perolvatur. Communis, argum. Clemens 1. de celebratione Missarum. Secundario talis obligatio incumbit subditis, ita ut deficiente suo muneri Superiore, etiam peccent mortaliter subditi, si ex eorum negligentia Divinum Officium praetermittatur, aut indebite perolvatur. Communis, cum Donato tom. 4. prax. Reg. Regul. tract. 18. quest. 24. Sporer loc. cit. num. 16. Henno loc. cit. q. 1. art. 1. concl. 2.

Novitii soli de more recitantes in Choro Horas Canonicas satisfaciunt obligationi loco Professorum, dummodo tot numero ad sint, quot requiruntur ad constituendum corpus Communitatis, sive Collegium. Diana par. 7. tract. 11. Miscellaneo resolut. 5. ex Caramuel. in Reg. S. Benedicti dispart. 101. dub. 6. Pellizzar. in manual. tract. 5. cap. 3. sect. 1. quest. 22. num. 49. Reiffenstuel lib. 3. decret. tit. 31. num. 116. Donat. tom. 2. prax. Regum Regul. part. 4. tract. 6. quest. 22. & alii. Et ratio est, quia Novitii in favorabilibus reputantur Religiosi professi, adeo ut dici possunt pars, & membrum Communitatis, ac proinde possint satisfacere obligationi Chori; Tum quia sicut gaudent privilegiis Professorum, ita possunt concurrere ad implenda illorum onera, cum per hoc non possint dici habere oneribus Professorum, sed posse implere illa loco Professorum. Donatus autem tom. 4. prax. Reg. Regul. tract. 18. quest. 30. censet negativam, & contrariam, sententiam esse tutiorem, quia servitium Chori est onus personale Professorum, quod nequit per non Professos adimpleri nisi ex causa justa, & necessaria, & secundum hoc vult intelligi, quod dixit tom. 2. loco supra citato.

Ad satisfaciendum obligationi perolvendi Horas Canonicas in Choro satisfaciunt, & requiruntur saltem tres, quia tres

omissionem, pauperibus erogavit, nihil cogitans de suo debito, suaeque obligatione, ut Lucius noster opinatur; nam Beneficiarius largiens elemosynam, nullo habito respectu ad restitutionis suae debitum, liberaliter donat. Liberali autem donatione non satisfacit oneri, quod ex iustitia debetur. Quod, inquit P. Concina loco supra citato quest. 16. similibus elemosynis beneficiarius forsitan intendit satisfacere praecipuo erogandi superflua?

Ad hanc porro fructuum restitutionem ob Officii omissionem, nedum tenentur Beneficiarii illi, qui omnes Beneficii sui fructus percipiunt, sed illi quoque, qui aliquos quoquomodo percipiunt; etenim Plana Constitutio indiscriminatum loquitur in casu omissionis Officii, quod nempe Beneficiarius non faciat fructus suos, sive omnes, sive aliquos percipiat.

faciant Collegium; L. Neratius 85. ff. De verbor. signific. ibi; Neratius Priscus tres facere existimat Collegium, & hoc magis sequendum est, Reiffenstuel lib. 3. decret. tit. 31. num. 116. Donatus tom. 2. prax. rer. Regul. p. 4. tract. 6. q. 22. & alii contra Sporer loc. c. n. 17. & alios volentes requiri saltem quatuor.

46 Obligati ad Divinum Officium, & Choro addicti, licet extra chorum non teneantur diebus statutis recitare Psalm. Grad. nec Poenitentiales, neque Officium parvum B. M. V. nec Defunctorum, tamen in Choro ex præcepto recitare debent; Sic novissime S. Rit. Congr. per sequens Decretum. Persolventes Divinum Officium extra Chororum non teneantur ad Psalmos Graduales, nec Poenitentiales, neque ad Officium parvum B. M. V. nec Defunctorum, quæ quidem Officia, & Psalmi sunt onera tantummodo ex præcepto implenda in Choro; S. Rit. Cong. 2. Septemb. 1741. unde huic Decreto accommodari, ac juxta idem moderari debent dicta in verb. Canonicius, Canonicius art. 5. de Canoniciis... quoad chorum a num. 51. ad 56. Vide tamen infra art. 3. num. 107.

47 Religiosi fugitivi, seu Apostatae, Excommunicati, Suspensi, & Interdicti tenentur adhuc ad recitationem Divini Officii, licet non sint Sacris initiati; Sic fere communis Doctorum per dicta, & Jura adducta supra n. 21. De Religiosis condemnatis ad Tritemes, incarcerationis, seu factis captivis ab infidelibus idem dicendum est, quod de Clericis in Sacris dictum est supra n. 23. De Religiosis degradatis idem dicendum est, quod supra n. 22.

49 Quid autem dicendum sit de Religiosis ejectis; Vid. verb. Ejecti a religione n. 51. & 52.

51 Religiosis Chorilla nondum in Sacris constitutus, si ex Privilegio Papæ exeat ad ducendam Uxorem (nisi diploma aliud statuatur, propter quod est diligenter attendendum, & adimplendum) non tenetur Divinum Officium recitare, quia tunc Papa dispensans in Professione, censetur & dispensare in eo, quod talem Professionem sequitur; arg. l. cum principalis 178. ff. de Regul. Juris, & cap. Accessorium 42. de Regul. Juris in 6. Henno loc. cit. concl. 2. Donatus tom. 4. tract. 18. q. 14. La Croix lib. 4. n. 1191. & alii passim. Idem probabiliter dicendum est de eo Religioso nondum in Sacris constituto, qui obtinuit Pontificiam dispensationem perpetuo vivendi extra Monasterium, quia licet ipse maneat Religiosus, non tamen Regularis Chorilla. Unde cum obligatio recitandi Officium private sit sequela obligationis illud recitandi in Choro, ablata ab eo per Papam obligatione recitandi in Choro, censetur ablata etiam obligatio recitandi private, utpote accessoria ad illam, arg. Juribus cit. num. antec. Sic Scotus lib. 10. de justitia q. 5. art. 3. Azorius t. 1. lib. 10. cap. 6. q. 8. Bonacina de Horis Canoniciis disp. 1. qu. 2. punct. 2. n. 4. Faustus de Horis lib. 2. q. 43. Donat. cit. tom. 4. tract. 18. q. 13. num. 2. Busemb. lib. 4. dub. 2. de Horis Canoniciis art. 1. num. 2. cum aliis contra Navarr. Suarez, & alios.

53 Idem dicendum est propter eandem rationem de Religioso nondum in Sacris ex simili dispensatione Pontificia transeunte de Clericatu ad statum Conventuum, aut ad Religionem, ubi Religiosi non sunt ad Chororum professi, & obligati; Henno loc. cit. concl. 2. Donat. l. c. q. 17. Sotus l. c. art. 3. post 2. conclusionem in §. Dub. de Religi. ad finem, & alii passim.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 Prioribus Ecclesiæ sæculis nulla Clericos majores inter & minores fuit distinctio quoad obligationem recitandi Horas canonicas: Nullus enim tunc Minoribus Ordinibus initiabatur, quin una adscriberetur alicui Ecclesiæ, cui deserviret tanquam Ministri. Nil igitur mirum, quod quicumque Clericus Horas Canonicas recitare tenebatur.

2 Sequioribus sæculis disciplina hæc mutationem accepit, & ordinari Clerici ceperunt, sine adscriptione Ecclesiæ alicui. Atque ab eo tempore ab onere recitandi Horas Canonicas se eximere ceperunt, qui Clerici nondum Sacris Ordinibus initiati erant, neque Beneficium possidebant. Constatle Vanesp. de Hor. Canon. cap. 1. §. 1. qui §. sequenti docet, qua ratione Clericis merito injungatur Horarum Canonicarum recitatio.

ARTICULUS II.

Quoad ea, quæ concernunt intentionem, & attentionem requisitam ad recitationem Divini Officii.

1 Intentio generatim sumpta est actus voluntatis volentis aliquid facere, vel fieri a se, vel ab alio; Est in re communis. Intentio dividitur in actualem, virtuales, habituales, & interpretativam; Quæ sint omnes istæ intentiones? Vide verb. Intentio n. 3. ad 7.

2 Intentio alia est explicita, & quæ sit? Vide dict. verb. Intentio n. 8.

3 Alia est implicita, & quæ sit? Vide ibid. n. 9.

4 Alia est directa, & quæ sit? Vide ibid. n. 10.

5 Alia est indirecta, & quæ sit? Vide ibid. n. 11.

6 Alia est absoluta, & quæ sit? Vide ibid. n. 12.

7 Alia est conditionata, & quæ sit? Vide ibid. n. 13.

8 Ad recitandas Horas Canonicas, seu Divinum Officium, requiritur intentio aliqua formalis orandi Deum; Vide ibid. num. 44.

9 Non requiritur tamen intentio actualis, & explicita, sed 11 sufficit virtualis; Vide ibid. n. 45.

10 Et etiam sufficit intentio implicita; Vide ibid. n. 46.

11 Intentio autem mere habitualis; & interpretativa non sufficit; Vide ibid. n. 47.

12 Non requiritur expressa intentio recitandi attente, & studiose; Vide ibid. n. 48.

13 Intentio nova, vel primæ intentionis renovatio non requiritur, si plures Horæ consequenter recitentur, neque etiam ea requiritur, si fiat interruptio, & postea prosecutio Horarum; Vide ibid. n. 49.

14 Intentio satisfaciendi non requiritur ad recitationem Horarum, sed sufficit intentio ponendi opus debitum; Vide ibid. n. 50.

15 Immo satisficit præcepto, qui recitans Horas expressè intendit per illam recitationem non satisfacere, quamvis dicat: Nolo hæc Horarum recitatione satisfacere præcepto Ecclesiæ, sed ut satisficiam, decerno iterum hæc Horas recitare; Vide ibid. n. 52.

16 Affertur, & solvitur instantia; Vide ibid. n. 53.

17 Hinc, qui legit Horas non ea devotione, qua voluisset, 19 ideoque proposuit (sine voce tamen) ad satisfaciendum præcepto repetere, etsi deinde non repetat, satisfecit tamen præcepto; Vide ibid. n. 54.

18 Affertur ad id notabilis advertentia; Vide ibid. n. 55.

19 Attentione est actus intellectus, per quem homo considerat 21 ea, quæ facit, & differt ab intentione, quia intentio non est actus intellectus, sed est actus voluntatis circa finem; Sic Doctores communiter.

20 Attentione est duplex, interna, & externa, & quæ sit utraque? Vide verb. Attentione n. 2. 3. & 4.

21 Attentione interna circa recitationem Horarum est triplex, 23 scilicet superficialis, litteralis, & spiritualis; Vide dict. verb. Attentione n. 5.

22 Attentione superficialis quæ sit? Vide ibid. n. 6.

23 Attentione litteralis quæ sit? Vide ibid. n. 7.

24 Attentione spiritualis quæ sit? Vide ibid. n. 8.

25 Quælibet ex his tribus attentionibus adhuc est triplex, 27 scilicet actualis, virtualis, & habitualis; Vide ibidem numer. 9.

26 Attentione actualis quæ sit? Vide ibid. n. 10.

27 Attentione virtualis quæ sit? Vide ibid. n. 11.

28 Attentione habitualis quæ sit? Vide ibid. n. 12.

29 Ad satisfaciendum obligationi de recitando Divino Officio requiritur sub culpa mortali nedum attentio externa, sed etiam interna; Vide ibid. n. 13.

30 Adducuntur ad id duo versiculi Glossæ, Vide ibidem numer. 14.

31 Adducuntur alii duo versiculi; Vide ibid. n. 15.

32 Affertur efficax ratio; Vide ibid. n. 16. & 17.

33 Adducitur, & solvitur duplex instantia; Vide ibid. a numer. 18. ad 23.

34 Ad satisfaciendum obligationi recitandi Divinum Officium sufficit non solum attentio litteralis, & spiritualis, sed etiam attentio superficialis ad verba, cum pia intentione orandi, & 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

ARTICULUS III.

Quoad ea, quæ concernunt integritatem, continuationem, & formam recitandi Divinum Officium.

colendi Deum prolata; Communis (a). Vide ibidem numer. 22. & 23.

37 Ad satisfaciendum tali obligationi recitandi Divinum Officium non solum sufficit attentio actualis, sed etiam virtualis, minime vero sufficit attentio solum habitualis. Communis.

38 Ad peccatum mortale incurrendum ob defectum debite attentionis interna non est necesse, ut mentis evagatio, seu distractio sit deliberata, directeque volita, sed sufficit, si sit volita indirecte. Vide ibid. n. 24.

39 Si vero mentis evagatio, seu distractio non sit plene voluntaria, seu recitans inadvertenter aliud cogitet, aut faciat, quovisque advertat se distrahi, semper reputatur sufficienter attentus, & per consequens satisfacit obligationi recitandi Officium. Vide ibid. n. 25.

40 Clerici Beneficiati, qui cum voluntariis distractionibus recitant Divinum Officium, licet mortaliter peccent (b), non tenentur tamen ad ullam fructuum restitutionem, dummodo integre, & cum intentione orandi, & Deum colendi recitent. Vide ibid. a n. 26. ad 29.

Vide etiam notam Verb. Attentione numer. 28. Tom. 1. Pag. 165.

41 Ad satisfaciendum obligationi recitandi Divinum Officium sufficit attentio tacita, vel implicita: Non enim requiritur propositum expressum attente recitandi; Unde intendens in genere recitare Officium modo consueto, vel intendens Deum laudare, & debito suo satisfacere, sufficientem habet attentionem. Vide ibid. n. 30.

42 Qui Officium incipit recitare cum intentione recitandi debite, quoties dedita opera mentem non divertit, licet per totum Officium distractus, non peccat mortaliter. Vide ibid. n. 31.

43 Quod licet Sanchez intelligat de omnibus, Gobat tamen merito intelligit de solis scrupulosis, & solitis recitare, & devote. Vide ibid. n. 32.

44 Qui accedit ad Ecclesiam de more ibi Officium recitaturus, ut adimpleat munus suum, sufficientem habet attentionem, & ac proinde satisfacit, quamvis postea recitet involuntarie distractus. Vide ibid. n. 33.

45 Dummodo quis adhibeat mediocrem diligentiam pro repellendis distractionibus se vexantibus, & non supina; & crassa negligentia se evagari sinat, satisfacit obligationi recitandi Officium cum sufficienti attentione. Vide ibidem numer. 34.

46 Quinimmo absque culpa poterit admitti aliqua brevis mentis evagatio ad resollandum cerebrum, vel cor, & inter recitandum Officium aliquid annotare, seu famulo mandare, aut aliquid alteri significare, ne interim memoria decedat, aut evadat occasio. Vide ibid. n. 35.

47 Quamdiu scrupulose evidenter non constat, quod mutaverit propositum recitandi attente, vel advertens, sciens, volens inhaerere cogitationibus plane alienis inter recitandum Officium, credere potest se satisfacisse suæ obligationi, cum hoc sit privilegium scrupulosorum, Communis Vide ibidem numer. 36.

3 Omittens culpabiliter integrum Divinum Officium, peccat mortaliter; Communissima. An autem sit committat tot numero peccata, quot omittat Horas? Variant Doctores; Cajetanus enim, Toletus, & alii cum Lessio lib. 2. cap. 47. num. 53. dicunt, tot committere peccata, quot Horas omittit, & sic si integrum omittit Officium, septem distincta peccata in Confessione numeranda committit, quia septem Horæ, ut dicunt ipsi, sunt septem distincta præcepta. Alii vero communis, & verosimiliter tenent, ipsam committere unum solum peccatum, gravius tamen, quia est unicum præceptum de recitando integro Officio unius diei, cujus singulæ Horæ sunt pars: Omnes enim Horæ unum complent Officium, tamquam unum formale objectum unius debiti, & unius omissionis; Sic Navarrus, Sylvester, Suarez, Valquez, Bonacina, & alii passim cum Tamburin. lib. 2. Decalog. c. 5. §. 2. numer. 9. Sporer tom. 3. tract. Append. de Horis Canoniciis, cap. 2. num. 92. Henricus disp. 2. de Horis Canoniciis, quæst. 1. n. 8. Reiffenstuel Theolog. moral. tract. 6. dist. 1. quæst. 3. num. 29. Gobat tract. 5. Theolog. experiment. num. 617. Donat. tom. 4. prax. rer. Regul. tract. 18. quæst. 38. ubi dicit, quod in hoc omnes consentiunt, ille tamen probabilis tenetur in Confessione explicare, quod omisit totum Officium, quia licet unicum peccatum commiserit, est tamen notabiliter gravius, & in communiore, & veriori sententia, circumstantiæ notabiliter aggravantes sunt explicandæ in Confessione, ut cum aliis notat Sporer loc. cit. num. 92. Henno tom. 1. tract. 1. in Decalog. disp. 1. art. 7. concl. 1. & alii plures; & hoc maxime ob efformandum justum iudicium de statu poenitentis, & ob imponendam ei debitam poenitentiam; nam aliud iudicium est de omissione totius integri Officii, seu omnium septem Horarum, quam unius solius Horæ, majorque poenitentia est injungenda pro omissione totius, quam pro omissione unius solius partis; sicuti aliud iudicium est de furto mille Florenorum, quam decem, majorque poenitentia est injungenda pro illo furto, quam pro hoc; adeoque semper in Confessione debet quis explicare numerum, & qualitatem Horarum, quas omisit; maxime etiam quia, ut fuit dictum supra sub n. 2. plures Doctores tenent, tot numero peccata distincta committi, quod Horæ omittuntur. Probabile autem est etiam, quod is non teneatur in Confessione explicare, quod omiserit totum integrum Officium, aut tales, & tot Horas, sed sufficiat, quod dicat: Peccavi mortaliter omissione Divini Officii; Sic cum aliis notat Sporer loc. cit. num. 92. & alii plures tenentes itam sententiam nedum probabilem, sed

(a) Nota. Horæ Canonice recitari debent secundum Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 12. reverenter, distincte, devotè, ac ea animi attentione, quæ illi convenit, qui Deum suum præsentem considerat, qui in ipsum Creatorem omnium pio humilique affectu fertur, quique ipsum laudare intendit. Ex quibus inferitur, quam longissime a vero aberrare Auctores illos, qui asserunt, nullam requiri interiorum attentionem in recitatione Divini Officii, sed sufficere superficiale, quendam attentionem ad verba, ut nempe ita integre distincteque pronuntientur, quam opinionem sequitur etiam Luthici noster. Verum qui sic opinantur, meminisse deberent, quod qui absque ulla interiori attentione Deum precatur, non orat, sed simulat orare; vera namque oratio est ascensus mentis in Deum, secundum Damascenum; est actus religionis Deo gratus, ac Ecclesiæ utilis; at oratio illa, quæ sine interiori attentione fit, non est verus Dei cultus, qui fieri debet in spiritu, & veritate, sed est species quædam hypocrisis, ac simulatio orationis. Orandum est igitur non solo corpore, sed in spiritu & veritate, non superficiali dumtaxat attentione, sed mente ad Deum elevata.

(b) Auctor noster ratus sufficere superficiale tantummodo attentionem ad satisfaciendum obligationi Divini Officii, sufficit etiam propterea, Clericos Beneficiarios, qui cum

voluntariis distractionibus Horas Canonicas recitant, non tenentur ad ullam fructuum restitutionem, etsi mortaliter peccent. Verum opinio hæc pereruditissimis Romanis Censuribus non placet, & merito id quidem: Nam qui voluntarie, & data opera mentem alio distrahit, & positive atque animo deliberato persistit in hac distractione tempore recitationis, inquit P. Concina loco superius citato q. 10. re ipsa non implet præceptum, quemadmodum non implet præceptum confessionis anime per confessionem sacrilegam. Sicut enim qui constituitur sacrilege, facit confessionem voluntarie nullam, sic qui animo voluntarie distracto horas canonicas recitat, suæ obligationi non satisfacit, præceptum de recitando Divino Officio non adimplet, ac proinde idem est, ac si prorsus actus non poneret. Hinc fit, quod si Clericus Beneficiarius, ita animo voluntarie distracto Officium recitet, post primos sex menses a possessione beneficii, ne dum mortaliter peccat, sed tenetur etiam ad restitutionem pro rata omissionis, ut S. Pius V. in supra laudata sua Constitutione præcipit. Quæ cum ita se habeant, conficitur sane, summam debere esse solertiam, diligentiamque Clericorum, qui Ecclesiastica præcipue possident beneficia, repellendi a se voluntariis huiusmodi distractionibus, ne obnoxii fiant restitutioni ob non adimpletum præceptum recitandi Divini Officii.

sed & probabilior, quia totalitas est tantum circumstantia aggravans intra eandem speciem (a).

5 Peccat mortaliter nedum omittens totum integrum Officium, sed etiam omittens culpabiliter ejus partem notabilem; Communis. Notabilis autem pars sufficiens ad constituendum peccatum mortale est omissio integræ unius Horæ minoris, v. gr. Tertiæ, Sextæ, aut Nonæ; Sic fere communis Doctorum cum Donato prax. rer. Regul. tom. 4. quest. 39. Verricell. 1. part. Moral. tract. 8. Miscellan. quest. 58. Stoz lib. 1. p. 3. num. 380. La Croix lib. 4. num. 1202. qui omnes referunt, sic

7 etiam declarasse Sac. Congregationem Cardinalium. Sic etiam notabilis pars sufficiens ad mortale est omissio Laudum, unius Nocturni, aut alterius similis æquivalentis partis; Sic Suarez lib. 4. de Oratione cap. 25. num. 15. Henno loc. cit. art. 7. concl. 1. Illius tom. 5. num. 39. Sporer loc. cit. num. 93. cum pluribus ibi citatis.

8 Omittit minorem partem, quam totam parvam Horam, aut simile æquivalens non est peccatum mortale; Sic Lessius, Bonacina, Layman, Garzias, Bonartius, Tamburinus, Gobat cum La Croix lib. 4. num. 1202. & alii multi cum Stoz lib. 1. part. 3. num. 381. contra Suarez, Sanchez, Escobar, Reginald., Dianam volentes, ommissionem mediæ partis unius parvæ Horæ esse mortalem. Immo probabile est esse tantum peccatum veniale omittit totas Vesperas Sabbathi Sancti, cum sit tam exigua partis omissio, & quidem in die tam læto, in quo jam præcessit tam longum Officium; Tambur. in Decalog. lib. 2. cap. 5. §. 2. n. 11. Pellizar. tom. 1. tract. 5. c. 8. num. 91. Sporer loc. cit. num. 93. Gobat loc. cit. num. 609. Marchant. Franciscus Bonalpei, & alii. La Croix autem loc. cit. num. 1204. dicit, quod omittit totas Vesperas Sabbathi Sancti communiter censetur mortale, non ob quantitatem; sed ob qualitatem, quia nempe sunt integra Hora, & continent magnum Mysterium.

11 Omittit culpabiliter interruptim per totum Officium, quantitatem æquivalentem integræ parvæ Horæ, est peccatum mortale; Qui enim per plures diversas Horas Psalmum, vel partem aliquam hinc inde omittit, iste censetur omittit notabilem quantitatem Officii, quia licet secundum se seorsim sumptæ non sint partes notabiles, simul tamen aggregatæ notabilem Divini Officii partem constituunt; partes enim spectantes ad unum totius diei Officium coalescunt in unum, & omissio expendi debet ex respectu ad totum Officium, circa quod illæ partes consueverunt notabilem quantitatem,

(a) Nota. Quamplurima sunt, quæ in hoc Auctoris nostri Romanis Consensibus minime arident. Et sane quis ferre possit, opinionem illam esse probabilior, quæ negat in confessione exprimendum esse numerum & qualitatem horarum, quas Clericus omittit? Hæc namque opinio ne dum probabilior, sed omni etiam probabilitate caret. Etenim si Clericus confiteretur dumtaxat genericè: Peccavi mortaliter ommissione Divini Officii, quodnam esse posset Confessarii Judicium? Quonam pacto Poenitens suum, uti, revera est, fatetur peccatum? Certe majus ac gravius peccatum committit, qui totum integrum Officium Divinum omittit, quam qui unam, vel alteram Horam: Magis obnoxius est restitutioni, qui quinque Horas omittit, quam qui duas tantummodo, uti recte advertit etiam Lucius noster. Ipse itaque recte se gessisset, si opinionem hanc veluti improbabilem, pulloque solido suffultam fundamento rejecisset.

Verum Lucio nostro placent omnino, nisi me fallit animus, sententia illæ, quæ magis magisque benignitatem redolent, quæque obligationem minuunt. At non recte id quidem. Hinc fallum omnino est, esse tantum peccatum veniale omittit minorem partem, quam totam parvam Horam, si per totam minorem partem intelligat Auctor noster; uti recte intelligit, ultra dimidiam Horam. Nam admittit hac opinione, si quis tres unius Horæ psalmos omittit, & reliqua recitaret, non peccaret mortaliter, quod nemo sanæ mentis dixerit; nam omittit minorem partem, quam totam parvam Horam.

Falsa quoque est opinio illa, quæ adstruit, peccatum tantummodo esse veniale, omittit Vesperas Sabbathi Sancti, quamque Lucius noster obviis ulnis amplexatur. Nam Vesperæ Sabbathi Sancti integram constituunt Officii horam; qui aut in integram horam omittit, lethaliter peccat, quippe, qui materiam gravem, notabilemque partem omittit, ut fere omnes fatentur Theologi.

Sporer loc. cit. num. 95. La Croix loc. cit. numer. 1203. & alii contra alios sentientes contrarium.

Omittens ut supra notabilem partem officii probabiliter committit unum solum mortale peccatum, quamvis simul sit Sacerdos, Parochus, & Monachus; Sic Tamburinus in Decalog. lib. 2. cap. 5. §. 1. num. 33. Reiffenstuel. Theolog. moral. tract. 6. dist. 1. quest. 3. num. 30. Herincx disp. 2. de Horis Canonice. quest. 1. num. 9. Diana part. 1. tract. 12. de horis Canonice. quest. 5. Burgh. Cent. 3. cas. 81. Caltropal. tract. 7. disp. 2. part. 1. §. 2. num. 29. Gobat Theolog. experim. tract. 5. n. 580. Pellizar. tom. 1. tract. 5. cap. 8. num. 96. La Croix lib. 6. part. 2. num. 1112. cum Sanchez, Henric. Homobon. Filiucc. & aliis ibi citatis, contra Suarez, Bonacinam, Facundez, Lessium, Sanig., Layman, & alios volentes, quod duo ipse peccata committat specialiter in Confessione exprimens, unum contra virtutem Religionis ratione ordinis, vel Professionis Religiosæ, alterum contra virtutem Justitiæ ratione Beneficii, ratione cuius tenetur ex Justitia ad restitutionem fructuum ad ratam ommissionis. At ad istorum rationem respondetur cum supradictis Doctoribus, quod Beneficiarius omittens Horas non peccat contra Justitiam, sed tantum contra Religionem, ac præceptum Ecclesiæ, quæ talem obligationem restitutionis Beneficiarius imposuit, non tanquam debitam ob læsionem Juris alieni, sed tantum velut pœnam delicti, cum, ut patet, tum ex Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 9. tum ex Constitutione 135. S. Pii V. incip. Ex proximo, ubi imponitur talis restitutionis obligatio, imponitur solum faciendæ, si post festi mensæ a die Beneficii obtenti Beneficiatus Divinum officium non dixerit: Quod si talis obligatio restitutionis esset debita ex Justitia, oriretur statim a prima die obtenti Beneficii.

Qui notabilem partem Divini officii culpabiliter, seu etiam inculpabiliter ex oblivione omittit, si recorderetur eadem die, tenetur sub mortali adhuc supplere, cum pro tota die viget obligatio; Communis. Si autem recorderetur altera die, non tenetur supplere, quia cum quodlibet officium sit affixum propriæ diei, ea die transacta, transit etiam obligatio; Unde nec tenetur amplius supplere, quod inculpabiliter ex oblivione omittit, nec supplere potest, quod omittit culpabiliter, cum tam mortaliter violaverit obligationem, de recitando illa die, pro qua culpabiliter omittit; Communis.

Qui est dubius, an recitaverit aliquam Horam, v. gr. Primam,

Ex his sequitur, quod si omittens notabilem Officii partem, sit Beneficiarius, & Sacerdos, duplex committit peccatum, contra duplicem virtutem, Religionem scilicet, & Justitiam, ut recte P. Concina cum innumeris pene aliis defendit, qui etiam contrariam sententiam laxam vocat. Et sane quod peccet contra virtutem Religionis, nemo negat; quod peccet etiam contra Justitiam, evidens est; Nam ut bene, sciteque advertit Continuator Tournely: Obligatio recitandi Divinum Officium in Beneficiario, est juris naturalis, præcipue nunc, cum Beneficia præcipue propter horarum recitationem fundata sint: Hinc inter fundatorem & Beneficiarium pactum quoddam de recitando Officio intercedit; quod pactum est contractus quidam Deo ut facias, & Beneficium datur propter officium. Porro pacta & conventiones jure naturali servari debent; igitur Beneficiarii, non solum ex Religionis virtute, sed etiam ex Justitia commutativa restituere tenentur, saltem post festi mensæ, secundum Pii Quinti mentem, quia sub hoc onere Beneficium eis collatum est, & ab eis acceptatum.

Curare debent itaque omnes illi, qui Officium Divinum recitare tenentur, ut ipsum recitent integre, & perfecte, abique precipitantia, abiectione, atque syllabarum contractione. Integre nimirum, id est voce & pronuntiatione articulata & sensibili, nisi impotentia excuset.

Et sic, qui in pulsandis organo longo tempore occupatur, dum in Choro horæ Canonice perfolvuntur, debet submissa voce & per se illa recitare, quæ ipse non audit. Sic etiam Clericus, qui ob strepitum, aut alia de causa, ut si iurdastrer sit, partem alteram recitantem nullo modo percipit, nec verba audit, tenetur ex se repetere; alioqui non satisfaceret præcepto, quia omittit notabilem officii partem, si nihil perciperet. At si isti attenderent quantum possent ad aliam partem psallentem, & per eos non stare, quin conarentur percipere & audire, quæ dicuntur, tunc illarum obligationi satisfacerent, nec tenerentur postea privatim recitare.

man, Tertiam, & hujusmodi, si nullam habeat rationem, vel conjecturam, quod recitaverit, tenetur recitare, seu repetere, quia præceptum est in possessione, cum certa sit obligatio recitationis, & dubia recitatio; Communis. Si vero habeat rationem aliquam, vel conjecturam, quod recitaverit, non obligatur recitare, seu repetere, ut tradit Communis Doctorum: Immo male eum facere, si in tali casu repeteret, docent Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 34. & Sporer loc. cit. num. 97. & alii. Et a fortiori non tenetur repetere, qui certo scit, se dixisse aliquam Horam, & solum dubitat, an integre eam dixerit? seu aliquid in ea omiserit? quia proposito principali facto, in dubio præsumitur accessorium, ex communiter contingentibus; Sanchez loc. cit. Sporer loc. cit. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 11. Navarr. cap. 13. de Oratione. & alii passim.

18 Qui inter publicam Horarum Canoniarum recitationem, ex officio, vel Superioris mandato occupantur in parandis libris, in prævidendis Antiphonis, seu Lectionibus, in pulsandis Organis, in Thurificandis Altaribus, in sonandis Campanis, & hujusmodi, non tenentur repetere ea, quæ alii ipsis non audientibus, nec recitantibus canunt, seu recitant, quia Chorus, cui inserviunt, supplet pro ipsis; Communis.

19 Quamvis aliqui apud Pellizarium Manual. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 8. num. 42. & Tamburinus. l. 2. Decalog. cap. 5. §. 2. num. 11. probabile censent eos satisfacere, qui cum sola attentione externa assistunt integræ horæ a Musicis decantatæ; Tamen oppositum est teneendum, quia tales simpliciter audientes non erant vocaliter, nec orationem illam Musicorum faciunt suam, cum non alternent cum ipsis; Sporer loc. cit. num. 99. Gobat loc. cit. num. 705. La Croix loc. cit. num. 1199. & alii.

20 Psalmi, Hymni, Antiphonæ, & hujusmodi, quæ solo Organo, vel alio musico instrumento sine humana voce personantur, debent a Religiosis in Choro submissa voce recitando suppleri, cum sola Organi pulsatio non sit oratio, nec attendendo simpliciter ad Organum, attendatur orationi; Sic passim Doctores, & praxi fere communis. Quamvis tamen Sanchez lib. 7. consil. moral. cap. 2. dub. 26. aperte doceat oppositum, & nec id improbabile censet Sporer loco cit. n. 99.

21 Unde idem Sanchez ibidem, aliis citatis, Sotus, Navarr., Arragon., Rodriguez apud Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. n. 7. docent, Organædum, qui Choro Organis musicis, alternis verbis respondet, non esse obligatum, ut voce etiam profert.

23 Integre recitatur Divinum Officium, quod etiam privatim recitatur cum socio, seu sociis alternatim versus recitando; Communis. Unde potest licite recitari Divinum officium etiam privatim a quatuor, vel octo simul: dummodo non constituatur, nisi duplex Chorus, & alternis verbis recitentur Psalmi, & Hymni; Antiphonæ autem, Responsoria, Capitula, Lectiones, & Orationes possunt licite recitari ab uno solo, vel a pluribus, omnibus aliis attente audientibus; An nequeant duo, vel quatuor recitare totam primam mediam partem Matutini, v. gr. & alteram mediam audire a Sociis; Neque possunt duo recitare omnes Psalmos, & postea a tertio audire Lectiones, quia hoc esset recitare per tres Choros contra morem Ecclesiasticum, & communem consuetudinem Ecclesiæ, quæ non concedit recitari Officium Divinum cum socio, vel sociis, nisi alternatim in forma Chori alternis verbis recitando; Sporer loc. cit. num. 105. cum pluribus ibi citatis; La Croix lib. 4. num. 1298. cum multis ibi citatis, & alii passim.

25 Integre & licite recitatur Divinum officium cum socio etiam Laico non obligato, non attento, immo non audiente, dummodo ipse recte recitet alternatim versus, & ab obligato ad officium attente audiat; Diana part. 7. tract. 11. resolut. 6. Pellizar. tom. 1. tract. 5. cap. 8. num. 91. Stoz lib. 1. part. 3. num. 454. Gobat Theolog. Experiment. tract. 5. numer. 691. La Croix loc. cit. num. 1295. & alii passim.

26 Qui in Choro, vel cum socio Divinum officium recitando, non dum absolutis alterius Chori, seu socii versibus præproperat, notabiliter incipere suos peccat graviter, vel leviter juxta materiam quantitatem, quia ultra quod partem anticipatam non communicet alteri Choro, seu socio, non percipit ipsèmet versiculos a Choro, vel socio recitatos. Communis cum Sporer loc. cit. num. 101. Henno tom. 1. tract. in decalog. disp. 1. artic. 7. conclus. 1. resolut. 4. Item peccat graviter, vel leviter juxta materiam quantitatem, qui recitat Divinum Officium suscipiendo, mutilando, truncando, glutiendo, seu

absorbendo syllabas, sive medias, sive ultimas; nisi tamen sit fieret involuntarie, ex naturali linguæ precipitantia, aut balbutie, quia tunc nullum est peccatum. Communis cum Sporer loc. cit. num. 100. 102., & 103. Henno loc. cit. resolut. 3.

Qui ob alterius Chori defectum, vel ob strepitum aliqua ab altera parte prolata non percipit, adhuc satisfacit, nec opus est quidquam repetere, quia alioquin multi orientur scrupuli, ad quos removendos habemus Privilegium; Bonartius lib. 3. cap. 25. num. 4. Gobat Theolog. experiment. tract. 5. num. 692. Sporer loc. cit. num. 107. Tamburinus lib. 2. decalog. cap. 5. §. 4. num. 12. Felix Potestas tom. 1. part. 2. n. 444. & alii. Quinimmo Tamburinus, quem sequitur Felix Potestas loco citato, dicit ipsum satisfacere, quamvis ob socii, vel alterius Chori defectum, nihil ex eis percipiat; Habet enim Tamburinus loc. cit. hæc præcisa verba, Sine hæc, statione pronuncio, te satisfacere, si attendas, quantum moraliter vales, licet propter socii, vel alterius Chori defectum nihil ex eis percipias; Ratio est, quia hoc modo tu præstas id, quod potes, nec per te stat, quin audias, atque per debitam recitationem tuæ partis, & attentionem, nem ad alteram partem ejus orationem, vel recitationem, satis tibi communem facis. Et hoc esse verum etiam quis sit sordus, & inde alterius Chori partem audire non valeat, docent Henno tom. 1. part. 1. decalog. disp. 1. q. 1. art. 3. conclus. 1. Leander tract. 6. tractat. 8. disput. 6. quest. 40. cum Paschal., & aliis apud Felicem Potestatem loc. cit. num. 444. quia ex una parte ad impossibile nemo tenetur; leg. impossibilem 185. ff. de Regul. Jur., & cap. Nemo potest 6. de Reg. Jur., in 6., & ex alia parte, quod recitatur in Choro, est oratio totius Chori, adeoque etiam ejus, qui non audit, non valens, dummodo Choro assistat, & attendat. Non enim est credibile, quod benigna Mater Ecclesia voluerit illum obligare, vel ad repetendum privatim Officium, vel ad omnia, quæ ab aliis dicuntur submissè, recitanda, alias vix posset inter cantandum respirare; Tamburinus autem loc. cit. num. 13. quamvis concedat satisfacere iurdastrum, etsi nihil percipiat, dummodo quantum potest attendat, negat tamen satisfacere omnino sordum, & ita etiam tenet Mendo verb. Horæ n. 33. ubi dicit, quod sordus teneatur repetere, Sporer tamen loc. cit. num. 107. dicit se nihil huc definire auctore.

Officium Divinum nedum est recitandum integre, sed etiam tiam continue, ita ut una Hora Canonica cæpta debeat tota dici usque in finem continue, nec possit licite interrupti sine iusta causa. Communis, arg. Cap. Nullus 57. de consecratione, dist. 1. cap. Presbyter 1., & Cap. Dolentes 9. de celebratione Missar., & Clementin. 1. de celebratione Missarum. Unde graves Doctores, ut Navarrus, Medina, Azorius, 31 Vasquez, Marchant. apud Sporer loc. cit. num. 135. Suarez, Baldell., Covarruv., & alii apud La Croix lib. 4. num. 1306. dicunt, quod si in eadem Hora, vel Psalmo absque rationabili causa fiat magna, & longa interruptio, sit peccatum mortale, nisi repetatur totum, quia sic tollitur, seu dissolvitur unitas, & forma orationis ab Ecclesia instituta, seu quæ species non parvæ irreverentiæ erga Deum, cœptum cum ipso colloquium sine iusta causa, immo aliqua impertinente actione, seu vana locutione notabiliter interrompere, quod homo a sermo vix toleraret.

At vero per se, præscindendo a scandalo, & contemptu non erit peccatum mortale, sed solum veniale Horam Canoniceam cæptam abique omni rationabili causa interrompere; etiam notabiliter per multas horas, quia cum singulæ partes sint de per se quædam preces, vel laudes Divinæ, nec habeant necessariam connexionem cum aliis, sed tantum accidentalem ex ordinatione Ecclesiæ, qui eas etiam per multas horas notabiliter interruptit, dummodo omnes absolvat intra eundem diem, revera adhuc implet substantiam præcepti, quamvis in accidentali modo continuationis non servato peccet contra ordinationem Ecclesiæ, adeoque non mortaliter, sed solum venialiter. Sic Arragon. Layman, Bonacina, Quintanadven, Pellizzarius, Tannerus, Balteus, Sporer, Tamburinus, Lessius, Beja, Gobat, Illiung, aliique citati, & secuti a La Croix lib. 4. num. 1306. Suarez, Diana, & alii apud Sporer loc. cit. num. 136. ubi insuper dicit esse communem. Reiffenstuel. Theol. Moral. tract. 6. dist. 1. quest. 5. num. 55. Henno tom. 5. tract. in decalog. disputat. 1. quest. 3. conclus. 2., & alii passim.

Immo si iusta, & rationabilis aliqua causa interveniat, 32

34 nullum nequidem veniale peccatum est interrumpere paulif-
per recitationem Divini Officii. Sic *præcitati Doctores*. Tales
autem iustæ, & rationabiles causæ variæ esse possunt, ut si
in Confessionali Confessarius expectet penitentes, quorum
aliqui, dum recitat Horas, accedunt; si occurrat necessitas
succurrendi proximo infirmo, vel aliter indigenti; si eveniat
occafio amicum, vel alium salutandi, alloquendi, respon-
dendi &c. si quis interim aliquid faciat ad tollendam distra-
ctionem, aut aliquid in Charta notet ad repellendam inter-
nam inquietudinem, seu sollicitudinem, & hujusmodi. Sic
ritati Doctores.

35 Matutinum autem potest licite etiam sine ulla causa dividi
tota nocte a Laudibus. Vide verb. *Matutinum numer. 15.*

36 Immo multi dicunt id esse etiam laudabile; Vide *ibidem num-
mer. 16.* Quando matutinum dividitur a Laudibus, debet in
fine addi *Pater Noster*, & probabilis etiam addi debet Oratione
diei sine tamen alii commemoracionibus. Vide *ibidem*

37 *num. 17.* Probabilis est etiam, quod initio Laudum divisa-
rum non debeat dici *Pater Noster*, & *Ave*, quavis con-
sultum, & laudabile sit illa dicere. Vide *ibidem num. 18.*

38 Possit etiam separari in Matutino Nocturnum a Nocturno,
dummodo interruptio sit tantum unius, aut alterius horæ,
tenet probabilis Henno *tom. 1. tract. in decalog. disp. 1. art. 7. conclus. 2. in fine*, quia, dicit, sic fiebat in primitiva Ec-
clesia, ubi Matutinum canebatur in tribus vigiliis noctis,
Laudes in quarta vigilia, & idem censent *Lezana tom. primo
cap. 12. num. 16. Gobat tom. 1. tract. 5. num. 67.* & *Sporer
loc. cit. num. 138.* ubi dicit, quod non exigitur gravis ratio
ad tollendam omnem culpam ejusmodi separationis per di-
midiam circiter horam, & postea dicitur alium Nocturnum
non præmitti necessario *Pater*, & *Ave*, ut contra Reginal-
dum bene docent *Azorius t. 1. lib. 10. cap. 8. quest. 4. Gobat
loc. cit. n. 675.* & alii.

39 Pro recitando Divino Officio ab omnibus Breviario Ro-
mano adstrictis servanda est omnino forma generalis Breviarii
editi jussu S. Pii V. Constituitur incip. *Quod a Nobis*, & con-
firmati a Clemente VIII. Constituitur incip. *Cum in Ecclesia*,
& ab Urbano VIII. correcti, & novis Hymnis adornati,
Constituitur incip. *Divinam Psalmodyam*; quarum trium Con-
stitutionum Summarium habes supra *art. 1. num. 10, 11, &
12.* Dicitur autem notanter: *Ab omnibus Breviario Romano
adstrictis*, quia S. Pius V. in cit. Constituitur incip. *Quod a
Nobis*, confirmata a dictis Clemente, & Urbano octavis,
excipit Ecclesias illas, & Religiones, quæ ad centis annis
fuerant alio Breviario usæ, illisque indulget servare suam
antiquam formam, & uti dictis suis propriis Breviariis.

41 Clerici, & Religiosi adstricti Breviario Romano non sa-
tisfaciunt præcepto, sed mortaliter peccant, si recitent Of-
ficium ex alio Breviario peculiari alicujus Ecclesiæ vel Reli-
gionis, v.g. Ambrosianæ, Dominicanæ, & hujusmodi.
Communis, arg. cit. Constituitur S. Pii V. incip. *Quod a Nobis*,
ubi expresse statuitur, eum, qui sine Ecclesiæ, vel Religi-
onis formam non custodit, præcepto non satisfacturum: præ-
cepto autem non satisfacturum, quamvis esset etiam per unicum
diem, est materia gravis.

42 E contra Clerici, & Religiosi adstricti Breviario propriæ
Ecclesiæ, vel Religionis (nisi aliud specialiter pro ipsis poi-
dictam Constitutionem S. Pii V. a S. Sede sit cautum) non
peccant, si in privata recitatione Divini Officii utantur Bre-
viario Romano, quia tunc conformes se reddunt Ecclesiæ
Romanæ, quæ est Mater omnium Ecclesiarum, unde me-
rito præsumendum est, id non displicere Pontifici, maxime
cum S. Pio V. in d. Constitutione loquatur de Choro, & in-
super de his dicat; *Quibus inveteratum illud jus psallendi suum
Officium non admittimus*, quibus verbis, ut vides, illas Eccle-
sias, & Religiones ab hac nova Lege eximit quasi Privile-
gio; Privilegio autem utimur, quando volumus; cum li-

(a) Nota. Convenit penes omnes, quod si quis unum
Officium pro alio abique iusta, urgenti necessitate recitaret,
peccaret saltem venialiter. Quod si culpabiliter id faceret,
certe majus peccatum committeret, & in multorum non in-
ferioris notæ Theologorum sententia, lethale peccatum com-
mittere, præcipue post Bullam S. Pii V., & propositionem
damnata ab Alexandro VII. Pius quintus liquidem præci-
pit ne dum Divini Officii recitationem, verum, & modum,
formamque designat, qua dicendum, recitandumque est

berum sit unicuique Juri suo renunciare, cap. *Si de Privile-
giis, & leg. Si quis in scribendo 29. Cod. de pactis*; Et sic ex-
presse tenent Sæ verb., *Horæ*, *Bulemb. lib. 3. cap. 2. dub. 2.
art. 4. numer. 1.* cum Bonacina, & aliis ibi citatis, Sanchez
*lib. 7. Consil. Moral. cap. 2. dub. 33. Lectus lib. 2. de Jstit. cap. 44
37. num. 74.* Porrell. verb. *Horæ*, Diana *part. 2. tractat. 12.
resolut. 10.* *Sporer loc. cit. num. 114.*, & alii contra Suarez de
Oratione lib. 4. cap. 23. num. 6. Herincx de *Horis Canonici dis-
put. 2. quest. 2. num. 11.*, & alios oppositum sentientes, præ-
ferunt de Religiosis, qui vi Professionis suæ non improba-
biliter tenentur ad ritum sui Ordinis abstrahendo ab omni
Diocesi.

Forma recitandi Divinum Officium, nempe servanda,
est secundum dictum Breviarium, sed etiam secundum pro-
prium Calendarium, seu directorium, recitando qualibet
die, prout ibi signatur. *Communis*. Unde peccat mortaliter,
nec satis præcepto, qui data opera mutat Officium hu-
jus diei in aliud Officium notabiliter brevius; *Communis*;
arg. *Proposit. 34.* ex merito damnatis ab Alexandro VII. die
18. Martii 1686, ibi: *In die Palmatum recitans Officium
Paschale, satisfacit præcepto*; Et ratio est, quia ultra-
quam quod variatur hoc modo sine iusta, causâ forma
ab Ecclesia præscripta, omittitur etiam magna, & notabi-
lis pars Officii diei, ideoque peccatur mortaliter. Immo
peccat probabilis etiam mortaliter, qui, data opera, sine
iusta causa, mutat Officium hujus diei in aliud licet æqui-
valens, & etiam longius; Sic Divus Antonius, P. Marchan-
tius, & Siltanticensis citantes pro se quatuordecim Aucto-
res, ut notat, & sequitur Henno *tom. 1. tractat. in Decalog.
disp. 1. art. 5. conclus. 2.*, & tenent alii plures cum *Sporer
loc. cit. num. 117.* cum Castropal. *tract. 7. disp. 2. numer. 17.*
cum Stoz *lib. 1. part. 3. num. 388.* & 397. contra multos alios;
Et ratio est, quia Officium hac die ab Ecclesia præscriptum
sunt hi Psalmi, hi Hymni, hæ Antiphonæ, hæ Lectiones
&c., & forma tali die determinata a S. Pio V. est præscripta
veluti substantia rei præceptæ; Sanctus enim ille Pontifex
non præcepit Officium Divinum in genere, sed Officium ta-
le juxta occurrencem Festorum, aut dierum, ut patet ex
ejus toties cit. Constitutione incip. *Quod a Nobis*. Dicere
autem obligationem illam in re tanti momenti, & ponderis,
esse levem, videtur omnino sine fundamento.

Qui culpabiliter recitavit Officium de Martyre, v.g. cum
esset recitandum de Confessore (a), non tenetur totum re-
petere, sed sufficit, si repetat illa, quæ sunt Confessori
propria, quia quælibet Oratio, Antiphona, Lectio, Capi-
tulum, Responsorium &c. habet suam vim, efficaciam, &
significationem independentem a Psalmis, & aliis; Henno
*tom. 1. tract. in Decalog. disp. 1. art. 5. responsione ad primum
questionum*, Bussem. eodem loc. cum pluribus ibi citatis, Lugo
respons. Moral. lib. 5. dub. 8., & alii passim. Si a utem incul-
pabiliter per inadvertentiam recitavit Officium de Mar-
tyre, cum esset recitandum de Confessore, licet consultus,
& laudabilis sit illa repetere, non esset tamen obligatori uni-
neque sub veniali, quia is præcepto Ecclesiæ jam satisfecit;
neque præsumendum est, quod Ecclesia velit ad duo Officia
obligare eum, qui sine culpa est; Henno *loc. cit.* Reiffenstuel
loc. cit. num. 62., & *Communis aliorum*, teste *Viva ad pro-
positionem 34. ex damnatis ab Alexandro VII. n. 16.*

Qui per inadvertentiam, seu errore inceptit recitare Of-
ficium non præscriptum, & recitatio jam Matutino, primum
advertit errorem, si nolit ab initio repetere, uti esset con-
sultum, & laudabile, sufficit, quod ex tunc errorem
corrigit, & recitet Officium præscriptum illius diei quoad re-
liquas Horas: In tali enim casu eum excusat bona fides, &
eo maxime quod pensum quoad substantiam, & æquivalen-
tem quantitatem, jam perolverit; *Viva loc. cit. num. 16.*
Reiffenstuel loc. cit. num. 63. Herincx *disp. 2. de Horis Canonici*

Divinum Officium. Si quis itaque culpabiliter, & data
opera modum hunc, formamque mutaret, recitando Of-
ficium de Martyre, quando recitandum erat de Confessore,
probabilis est, quod totum de Confessore Officium repe-
tere debeat, nec sufficeret, si ea tantum reperat, quæ sunt
Confessoris propria. Imo sententia opposita, quam Lucius
nostrer defendit, ad laxitatem propensit, ratione propositi-
onis damnatæ, ac Bullæ Piane.

3. num. 19. Lugo *Respons. Moral. lib. 5. dub. 8.* *Sporer
loc. cit. num. 123.* Sanchez, Tamburin., & alii ibi citati.
Consultum tamen est, quod repetat saltem Antiphonas, Col-
lectam, & alii propria Festi, de quo erat secundum Rubricas
recitandum Matutinum, & hujusmodi.

49 Qui per inadvertentiam, vel errorem hodie recitavit Of-
ficium crastinum, aut Lectiones Scripturæ diei oratione af-
signatas, debet cras iterum recitare illud Officium jam ho-
die recitatum, aut Lectiones Scripturæ jam hodie recitatas;
quia pro tali die est præceptum obligans de persolvendo isto
Officio, cui heri, cum tempus præcepti necdum cucerit,
non potuit satisfieri. Nec error, & inadvertentia dat Jus
invertendi Rubricas; Unde si inadvertenter erravit heri, non
debet advertenter errare hodie non recitando Officium ho-
diernæ diei assignatum per hoc, quod jam illud recitavit
heri; quia sic esset bis errare contra Rubricas; *Viva loc. cit.
loc. cit. num. 16.* Henno *loc. cit. respons. 1. ad 2. questum*, Reif-
fenstuel *loc. cit. num. 64.* Herincx *loc. cit. num. 20.* Sanig. *disp. 2.
de Horis Canonici quest. 3. num. 5.* *Sporer loc. cit. numer. 127.*
Lugo Respons. Moral. lib. 5. dub. 8. ubi mordicus hanc senten-
tiam propugnat, & plurima adducit.

50 Unde sequitur, quod qui sic erravit, debeat potius eo anno
penitus illud Officium omittere, quam Rubricas invertere,
illud in alium diem transferendo, cum non sit præceptum
recitandi semel in anno de tali Sancto, sed recitandi tali die;
Sic Lugo, omnesque citati numero antecedenti, & alii.

51 Plura consilia vide apud *Sporer loc. cit. num. 129. & 130.*
52 Generaliter loquendo omnis Clericus, sive Sæcularis, sive
Regularis, existens etiam pluribus annis extra suam Diocesi-
m, aut Monasterium, sed solum tanquam peregrinus, aut ad-
vena, potest recitare Officium de Sanctis, de quibus recita-
ret, si existeret ipsa in sua Diocesi, aut in suo Mona-
sterio, adeoque de Religiis, aut de Dedicatione, aut de
Patronis suæ Ecclesiæ; Suarez, *Quintadaven. c. 2. titi, & le-
gati a Gobat tom. 1. tract. 5. num. 635.* La Croix *lib. 4. n. 1244.*
Unde *Sacra Congr. Rit. die 8. Sept. 1602.* decrevit, quod: *Qui
sunt de gremio alicujus Ecclesiæ, debent recitare Officium,
quod in Choro dicitur, & licet extra Ecclesiam, vel Dio-
cesim morantur, decet eos recitare Officium proprium Ecclesiæ
ipsorum.*

54 Regulares vero Choro adscripti debent semper recitare Of-
ficium, quod recitatur in illo Conventus, in quo sive ut mo-
ratores, sive ut hospites, existunt, ut dicitur in *Rubricis
particularibus Breviarii nostri Franciscani num. 143. & 144.*
ibi: *Cum ex decreto Sacre Rit. Congr. die 8. Septembr. 1602.
amanato, qui sunt de gremio Ecclesiæ, debeant recitare Of-
ficium, quod in illius Choro dicitur, & aliunde cum Fratres
ve ipsa de gremio illius Ecclesiæ confitentur, ejus Choro sive
ut hospites, sive ut moratores, sunt obligati; Hinc tamquam
ecertum tenendum, ipsos, dum sunt presentes, etiam ut hospites
in aliquo Conventu Ordinis, facere debere Officium, tam
de Festis, quam de Octavis, sicut fit in conventu illo, quamvis
per Ordinem generaliter de his non fiat; Postquam vero ab illo
Conventu recesserint, ad Officium consuetum redeant. Ita Rubr.
a S. Sede pro nobis, ac Patribus Dominicis, & Carmelitanis
approbata.*

55 Forma recitandi Divinum Officium juxta Calendarium,
& Breviarium Franciscanum servanda est ab omnibus Reli-
giosis, & Monialibus existentibus sub Obedientia Ministri
Generalis Fratrum Minorum; *Sac. Cong. Rit. 7. Augusti 1664.*
Vide *dict. Rubricas*. Et sic sæpe alibi.

56 Etiam Moniales tam S. Claræ, quam Tertii Ordinis, quam-
vis sint sub gubernio Ordinariorum, possunt uti nostro Bre-
viario Franciscano, ut expresse cavetur de mente S. Sedis
in *dict. Rubricis n. 141.* ibi: *Eidemque conformati queunt*
Moniales, tam S. Claræ, quam Tertii Ordinis sive sint sub
nostri Ordinis, sive sub Ordinariorum, aut aliorum Reli-
giosorum cura, & gubernio, quæ usum elegerint ejusdem
Breviarii; *Sacra liquidem Congregatio in Decreto die 30.
Angulli 1637.* edito consulto declinavit, licere prædictis
Monialibus S. Claræ, & Tertii Ordinis uti Breviario, vel
Patrum Conventualium, vel Patrum Observantium.

57 Etiam Tertiarium nostri Ordinis in sæculo degentes possunt
uti nostro Breviario Franciscano, ut expresse cavetur de
mente S. Sedis in *dict. Rubricis n. 142.* ibi: *Perlonæ tam-
dem Tertii status Tertii Ordinis prædicti (quæ quatenus
vi vendi formam, ac Regulam a S. Sede approbatam
opera nostra suscipiant quoad ejusdem Regulæ Observan-
tiam, directioni nostri Ordinis regulari ex Apostolico præ-*

scripto legitime subsunt) eodem poterunt uti Breviario,
quia præter superius adductum Decretum a Sacra Congr.
die 7. Augusti 1694 editum, id pariter præcipient tam
Rub. num. 1. 2. 3. 4. & 21. ut num. 22. innuitur, appro-
batæ, quam Bullæ Pauli III. ibidem apud Directorium
trium Ordinum citata; in qua sub cap. 4. Regulæ hujus
Tertii status sic adest sancium: *Fratres Litterati, seu Bea-
tæ Litteratæ, si voluerint, persolvant Divinum Officium,
ut Fratres primi status hujus Sacri Ordinis de Poenitentia.*
Tam Fratres, quam Tertiarium in sæculo degentes, qui ratio-
ne Episcopalis Dignitatis, ut alterius muneris sunt de gre-
mio alicujus Ecclesiæ, & ipsius Choro intervenire debent,
tenentur recitare Officia, quæ sunt particularia illius Ecclesiæ,
& Diocesis. Secus vero, si de gremio quidem fuerint, Cho-
ro tamen nullatenus sint obligati: Sic expresse ex Decreto
Sac. Congr. in dictis Rubricis num. 145. ibi: *Hinc tam-
dem, Fratres, quam Tertiarium tertii status in sæculo degentes, de
quibus loquuntur Rubr. num. 4. & 21. qui ratione Episco-
pali Dignitatis, & alterius muneris, de gremio alicujus
Ecclesiæ fuerint, & ipsius Choro intervenire debuerint,
recitare tenebuntur Officia, quæ sunt particularia illius Ec-
clesiæ, & Diocesis; Secus vero si de gremio fuerint. Cho-
ro tamen nullatenus sint obligati. Ex Decreto dicta die
8. Septembr. 1602. expedito.*

Generaliter autem loquendo Episcopus Regularis debet
Officium recitare, juxta ritum suæ Diocesis, non vero Re-
gulæ, & occurrente Festo Regulæ, in Festo Diocesis, hoc
erit præferendum; *Sacra Cong. Rit. 11. Junii 1605.* apud La
Croix *lib. 6. part. 2. num. 2055. Decret. 69.*

60 Communicatio etiam amplissima Privilegiorum unius Re-
ligionis alteri facta se minime extendit ad Officia Sanctorum;
Sacra Congr. Rit. 16. Decembris. 1679. Vide *dict. Rubricas
numer. 161.*

61 Facultas recitandi Officium de aliquo Sancto concessa uni
ex Ordinibus, seu Congregationibus Fratrum, seu Monialium
S. Francisci, non extenditur ad Fratres, seu Moniales alterius
Congregationis; Sic *Sac. Rit. Cong. in cit. Decreto*, ut patet
in *dictis Rubricis num. 162.* ibi: *Facultates recitandi Offi-
cium de aliquo Sancto concessa uni ex Ordinibus, sive
Fratrum, sive Monialium S. Francisci, seu uni ex Congre-
gationibus ad eisdem Ordines spectantibus, uti nequeunt
Fratres, aut Moniales alterius Ordinis, seu Congrega-
tionis, cui ea facultas expresse non fuerit impertita. Ex
eodem Decreto.*

62 Nec admitti debet mutua extensio inter Aggregationes
Observantium, Reformatorum, Discalceatorum & Recol-
lectorum utriusque Familiæ; *Sacra Rit. Congr. in cit. Decre-
to*, ut liquet in *citatis Rubricis num. 163.* ibi: *Nec ad-
mitti debet mutua extensio inter Aggregationes Observan-
tium, Reformatorum, Discalceatorum, & Recollec-
torum utriusque Familiæ, Ultramontanæ scilicet, & Cil-
montanæ, quoad prædictam facultatem, vigore folius
præfatæ Communicationis. Ex ipsomet Decreto.*

63 Multo minus admitti potest eadem extensio de Conventu
ad alios Conventus, & de Provincia ad alias Provincias; *Sacra
Rit. Congr. in cit. Decreto*, ut habetur in *citatis Rubricis
num. 164.* ibi: *Multo minus admitti poterit eadem
extensio de uno Conventu, seu de una Provincia ad alios
Conventus, aut Provincias ejusdem Ordinis, vel Instituti
Ex eodem Decreto.*

64 Quamvis Officia Sanctorum, quæ alicubi supersunt de-
menie Decembri, alias transferri possent in annum se-
quentem, ex *Decreto Sacre Congr. Rit. 7. Decemb. 1680.*
Nunc vero amplius transferri non possunt, ex *novissimo De-
creto ejusdem Sacre Congr. Rit. 8. Martii 1738.* ut infra.
Ex parte Ministri Provincialis Ordinis Minorum S. Fran-
cisci Discalceatorum Provincie S. Didaci in Regno Me-
xicano Sac. Rit. Congregationi pro declaratione infra scri-
pti dubii supplicatum fuit.

65 An Sancti, de quibus in toto anni decursu celebrari Of-
ficium non potuit, inferendi sint ad annum sequentem,
vel potius eo anno omittendi?
Sac. eadem Congr. inhaerendo alteri resolutioni in simi-
libus editæ ad instantiam Reverendissimi Archiepiscopi
Hispalen. sub die 26. Novembris 1735. rescibendum
censuit;
Sanctos, qui in fine anni supersunt, non esse ad annum
sequentem transferendos, sed quoties toto anni decursu
de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno diebus eo-
rum

rum propriis considerandos esse tanquam Simplicis, faciendos illorum commemorationem, ut in semiduplicibus, cum nona lectione ad Matutinum composita ex eorum omnibus lectionibus propriis secundi Nocturni ad modum unius, & ita declaravit die 8. Martii 1738. Vide verb. Resolutiones Sac. Congregat. in Indice 2. Decret. numer. 282. 337. & 341.

Card. Guadagni Pro-Præf. Sigilli. F. Patriarch. Hierosolym. Secret.

Vide Tom. VIII. Decreta Sac. Rit. Congr.

- 63 Episcopi Regulares, qui ex Indulto Sedis Apostolicæ gaudent privilegio suæ Religionis, de quibus sunt capaces pro eorum conditione, non possunt de Beatis suæ Religionis recitare Officium, et in propriis Cathedralibus Missam celebrare, & Altare prædictis Beatis erigere. Sac. Congr. Rit. 17. Aprilis 1660.
66 Capellanus Episcopi, qui cum eo recitat Officium, debet se illi conformare. Sacra Rituum Congregatio 11. Junii 1605.
67 Non possunt locorum Ordinarii tam Sæculares, quam Regulares addere Calendariis etiam propriis Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breviarii Romani Rubricas, vel Sacrorum Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur. Sacra Rituum Congregatio 8. Aprilis 1628. & 10. Junii 1690.
68 Si Festum S. Confessoris transferatur in proximè sequentem diem, in Hymno iste Confessor nulla fiat mutatio versiculi, sed dicatur Meruit beatus, dummodo primæ Versus non sint impeditæ, Sacra Rituum Congregatio 13. Januarii 1683.
69 Translato Festo S. Confessoris ultra sequentem diem, in Hymno iste Confessor faciendæ est mutatio versiculi dicendo; Meruit supremos. Sac. Rit. Congr. 14. Junii 1692.
70 Et hoc etiam si tali Confessori perpetuo translato sit fixa dies assignata. Eadem Sacra Congregat. Rituum 11. Junii 1701 in responsione ad 5.
71 Officium, seu Festum translatum, quamvis possit in diem immediate sequentem transferri, seu reponi, non debet recitari, seu celebrari ante alia Festa prius translata, quando sunt æqualis ritus. Sic recedendo a Decreto edito in una Ordinis Capucinorum 30. Septemb. 1679. statuit Sac. Cong. Rit. in Lycien. 24. Novembr. 1691. in Snessana 11. Julii 1695. & 23. Decemb. 1696. Quando proposito tali dubio expressè respondit; Officium celebrandum esse de primo translato. Sic refert Monacell. tom. 2. tit. 13. formul. 2. numer. 21. Vide tamen Resolutiones Sac. Congregat. in nostro tom. 8.
72 Si occurrerint, vel fuerint transferenda duo Festa ejusdem ritus, que unica die occurrerant, quorum unum sit universale & alterum particulare alicujus Diocesis, vel Religionis, prius fiat de universalibus, deinde de particularibus, nisi obstat ratio majoris Dignitatis. Sac. Cong. Rit. die 13. Junii 1682. & 27. Septembr. 1798. Item vide cit. Resolutiones Sacrar. Congreg. tom. 8. & serva posteriores, ut ibi.
73 Si plura sint transferenda Festa, quæ eadem die occurrunt, & quibus non convenit ratio majoris Dignitatis, attendatur in eorum repositione major apparatus, vel populi concursus, ex quo vocatur etiam major solemnitas, supposito tamen quod sint ejusdem ritus. Sac. Cong. Rit. 20. Julii 1686.
74 Si simul sint transferenda Festa S. Marci Evangelistæ, & SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi, prius reponatur Festum S. Marci, deinde Festum Apostolorum. Sacra Rit. Congregat. 18. Septembris 1666. Vide dict. Tom. 8. Resolutiones Sac. Congr.
75 Si vero simul sint transferenda Festa S. Josephi, & Annunciationis, prius reponatur Officium Annunciationis, deinde S. Josephi, non obstante Decreto edito in contrarium sub die 12. Jan. 1682. Sic decrevit Eadem Sacra Cong. Rituum 14. Junii 1692. Vide d. tom. 8. Resolutiones Sac. Congregat.
76 Capellanus Monialium potest Missam celebrare de Sancto, cujus Officium ab ipsis Monialibus recitatur in Choro, Missam tamen Romano, in quo si Missa particularis de eodem Sancto non adest, tumitur de communi. Sac. Rit. Cong. in Austria Osciponti 22. Decemb. 1672. apud Barbosa in summ. Apostolic. decis. verb. Capellanus n. 4. Et eadem Sac. Cong. 20. Novemb. 1628. apud Nicol. Lucubrat. Canon. tit. 1. de vita, & honestat. Clericor. et Gavant. in Manual. Episcop. verb. Monialium cura spiritus n. 33. & Monacell. tom. 1. tit. 11. formul. 23. num. 6. Et novissime eadem Sacra Cong. Rit. die 20.

Novembris 1717. idem concessit Confessariis, et Capellanis Monialium approbante Clemente XI. die prima Decembris ejusdem anni 1717. ut apparet in ejus Bullario Decr. 28. Sacre Congregat. Rit. Vide verb. Moniales art. 5. num. 48.
Unde Capellani, & Confessarii Monialium, ad hoc ut Missa concordet cum Officio possunt etiam recitare Officium (a), quod recitant Moniales, sed cum Breviario Romano, & de communi ad instar citati Decreti de die 28. Novembris 1717. in quo statuitur, quod Missas Sanctorum, de quibus Moniales recitant Officium, Confessarii, & Capellani ipsarum celebrent cum Missali Romano, & de communi; Non vero Missas proprias eorumdem Sanctorum variis Ordinibus a Sacra Congregatione concessas. Gobat tom. 1. tract. 5. numer. 625. Henno tom. 1. tract. in Decalog. disp. 1. art. 4. concl. 4. Quintanadven. singular. tract. 8. singular. 7. Tambur. in Decal. lib. 2. cap. 5. §. 2. num. 32. Sto. lib. 1. part. 3. num. 386. La Croix lib. 4. num. 254. & alii dicentes, quod tales Capellani, seu Confessarii videantur æquiparari Beneficiatis, qui possunt recitare Officium Ecclesiæ cujuscumque, in qua habent Beneficium.
Regulares tenentur sub ritu duplici 1. Classis cum octava ad Officium tam Dedicationis, quam Titularis Ecclesiæ Conventus, in quo morantur. Sac. Rit. Congr. 3. Junii 1682. Item sub eodem ritu, sed sine octava tenentur ad Festa Sanctorum, qui Provinciis Regularium præstant, tamquam eorum Patroni, seu Titulares. Rubric. Particular. Breviarii nostri Franciscani num. 77.
Regulares tenentur celebrare Festum de Dedicatione Ecclesiæ Cathedralis, sed sub ritu duplici 2. Classis, & sine octava. Sacra Congreg. Rit. 8. Aprilis 1662. Officia autem de Patrono principali loci Conventus, ac de Patrono, seu Protectore Principali Civitatis, Regni, aut Provinciæ, et de Titulari Ecclesiæ Cathedralis tenentur Regulares celebrare sub ritu duplici 1. Classis, et sine Octava. Sacra Congr. Rit. 3. Junii 1682. ut patet in dict. Rubr. particularib. nostri Breviarii Franciscani num. 78. & 80.
Ad officia vero de Patronis minus principalibus, ac de Sanctis Diocesis non tenentur, nisi sint descripta in Calendario, et tunc non sub alio Ritu quam ibi assignato: Cit. Rubr. particularib. d. num. 78. ex Decreto Sacre Congregationis Rituum ibi adducto.
Ad hoc autem ut Regulares teneantur ad Officia Patronorum principalium, et Clerici sæculares etiam ad Officia Patronorum minus principalium, debent esse electi in Patronos juxta conditiones præscriptas in sequent. Decret. emanat. de ordine SS. Domini Nostri Urbani Papæ VIII. die 23. Martii 1630.
Sacra Rituum Congregatio annuente SS. D. N. in Electione Patronorum mandavit inscripta in posterum servari, vari debere, declarans, quod aliter facta Electio nulla sit, ipio jure.
(a) Nota. Scio plurima ex Sacra Rituum Congregatione variis temporibus prodidisse Decreta, quibus præcipitur, ut Sacerdotes sæculares, etiam Capellani, Missas celebrent in Ecclesiis Monialium de Sanctis illis, de quibus Officium Monialibus celebratur, sed cum Missali Romano. At Capellanos istos posse se conformare in officio quoque cum Monialibus, factum mihi omnino est. Nam si Capellani, aut alicui Ecclesiæ, aut Religioni, certe recitare nequeunt Officium Monialium illarum, quarum Ecclesiæ intervium. Si vero nulli Religioni, aut Ecclesiæ sunt addicti, utpote ad solum Patrimonii Titulum ordinati, tunc Officia illa recitare debent, & juxta illum ritum, quo recitantur in toto illa Diocesi, in qua sunt; Sic videmus quotidie in praxi; & nullus Monialium Capellanus arbitrat se posse conformare in recitatione Divini Officii, cum Monialibus, quarum Ecclesiæ intervient. De Monialium Confessariis, qui Missam Conventualem, vel canere, vel quotidie legere debent, quæque quoad fieri poterit concordare debet cum Officio, nonnullorum est opinio, quos inter Continuator Tournely tom. 1. part. 2. c. 2. quer. 3. eos posse convenire cum Monialibus in recitatione Divini Officii; sed praxis Confessariorum est in contrarium, etiam si nulli Ecclesiæ sint addicti; imo neque id facere posse existimant sine privilegio speciali.

Primo, quod elegi possint in Patronos si solum, qui ab Ecclesia universaliter titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatorum dumtaxat.
Secundo, quod de Patrono Civitatis electio fieri debeat per secreta suffragia a Populo mediante consilio generali illius Civitatis, vel loci, non autem ab Officialibus solum, & quod accedere debeat consensus Episcopi, & Cleri illius loci.
Idemque servari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per secreta suffragia a Populo singularum Civitatum Provinciarum.
Et quod Repraesentantibus Regnum, Civitatem, vel Provinciam, nulla competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulterius interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum Civitatum.
Et tertio, quod cause electionis novorum Patronorum debeant in Sac. Congregat. deduci, & ab ea examinari, ac demum causa cognita ab eadem Congreg. approbari, & confirmari.
Et ne præmissorum ignorantia ullo unquam tempore possit allegari, eadem Sacra Rit. Congregatio suprascriptum Decretum imprimi, & publicari mandavit.
Approbatio S. Patroni, seu Protectoris principalis solet concedi pro unico solo cum hac clausula: Dummodo alium principalem Patronum, seu Protectorem non habeant, ut in una Mazzarini. 30. Martii 1617. pro universitate Castri Veterani, & in alia Lycien. 12. Julii 1699. pro Univ. sitate Terræ Monteroni, apud Monacell. tom. 2. tit. 6. form. 10. num. 11.
Regulares exempti utentes Breviario Romano, quamvis ex dictis supra num. 83. non tenentur recitare Officia de Patronis minus principalibus, & de Sanctis Diocesis, seu solitis recitari in Diocesis, in quibus existunt, post tamen illa licite recitare, si velint, expresse tenent Henno tom. 1. tract. in Decalog. disp. 1. art. 4. conclus. 3. La Croix lib. 4. num. 1246. Sporer tom. 3. Theolog. Sacramental. part. 1. cap. 2. num. 122. & alii; Et favent Rubricæ particularibus nostri Breviarii Franciscani num. 84. ibi: Ad alia tandem specialia Locorum Officia nequiquam tenentur, nisi expressa adstet mentio de Regularibus in concessionibus, et tunc, deficient præcepto, adhuc recitandæ erant ad libitum, prout superius in Rubr. num. 11. manet præscriptum; Et ratio conclusionis est, quia Privilegium Principis alicui Provincie, aut Civitati concessum, quando nemini nocet, est latissime interpretandum, cum sic habeat rationem Beneficii; cap. Olim 16. de verbor. significat. ibi: Cum Beneficiis Principum sine interpretanda largissime; Teme- rarium enim est, et per absurdum liberalitatem Principis non ad augmentum Privilegiorum, sed ad diminutionem convertere, seu interpretari velle, ut expresse dicitur in l. Hac saluberrima 2. Cod. de Præpositis agentium in rebus. Ergo Privilegium Apostolicum concessum alicui Diocesi, seu Provincie, vel Regno pro recitandis certis Officiis particularibus potest ita late interpretari, ut etiam comprehendat Regulares, ut eo uti possint, si velint, eo vel maxime, quod potissime in Privilegiis concessis favore cultus Divini sit lata faciendæ interpretatio ut notat Fagn. in cit. c. Olim 16. de Privilegiis. n. 25. et Calderin. consil. 422. alias 6. de privilegiis, per clarum textum in cap. In his 30. de privilegiis, ibi: In his, que cultum Divinum facere dignoscuntur, non maligna, sed benigna est potius interpretatio faciendæ. Et concordat cap. Odiat 15. de Regul. juris in 6. ibi: Favores convenit ampliari; Tum quia hoc conducit ad servandam uniformitatem Divini Officii. Non est tamen recedendum a Decreto Sac. Congregationis Rit. 19. Julii 1687. disponente contrarium, ut apparet in Rubricis particularibus nostri Breviarii Franciscani numer. 78. in fine, ubi sic expresse habetur: Immo nec possunt Octavas prædictas, & Patronorum minus principalium, ac Sanctorum Diocesis Festa cum Officio celebrare vigore Constitutionum a Sede Apostolica approbatam, nisi de eisdem Festis singularis ibi adstet mentio, & particularis dispositio. Ex Decreto 19. Julii 1687. Vide ad id verb. Resolutiones Sacrar. Congreg. in Indice 2. Decembr. Merati num. 142. & 224.
Hinc quando permittitur fieri Officium aliquod per ditiones subiectas Cæleri, per has intelliguntur etiam Urbes Imperiales; In omnibus enim Cæsaribus Rescriptis, in quibus Cæsar de aliqua talium Civitatum loquitur, semper dicit: Nos & Sacri Romani Imperii Urbis. Item intelliguntur etiam

omnes Provincie, Ditiones, & Loca, quæ de facto sunt proprie dictæ Feudi Imperii, quia ejusmodi Feuda sunt vere subiecta Cæleri, cum sit illorum Dominus directus, ut liquet ex communi definitione Feudi apud Schraderum Tract. Feudal. part. 2. cap. 2. Sic Gobat tom. 1. tract. 5. num. 650. Append. 5. lit. N. La Croix lib. 4. num. 1247. & alii.
Locorum Ordinarii tam Sæculares, quam Regulares, nequeunt propria auctoritate, quovis prætextu, mutare ritum, qui habetur in calendario Romano, seu Rubricis Breviarii in altiore ritum, neque extendere concessa Officia de loco ad locum; Sic expresse statuit Sac. Rit. Congregatio approbante Urbano VIII. qui insuper tale Decretum cum aliis iussit apponi in novis Breviariis, uti de facto in initio nostri Breviarii Franciscani reperitur, ut sequitur.
Sac. Rituum Congreg. declaravit, & decrevit, non potuisse post Bullam Pii V. de Breviario Romano, neque posse locorum Ordinarios tam Sæculares, quam Regulares, addere Calendariis etiam propriis, Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breviarii Romani Rubricis, vel Sac. Rit. Congr. seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur; Neque propria auctoritate, quovis prætextu, mutare Ritum, qui habetur in Calendario Romano, seu Rubricis Breviarii in altiore ritum, neque extendere concessa Officia de loco ad locum.
Item vetuit, & prohibuit celebrari per totam Civitatem, vel Diocesium, etiam de cujuscumque Ordinarii auctoritate Festum cum Officio, eo quod in loco adstet Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia; sed tantum in ipsis Sancti Ecclesiæ Titulari, seu ubi asseratur Corpus, aut insignis Reliquia, & non alibi.
Insignes autem Reliquias declaravit esse Caput, Brachium, Crus, aut illam partem corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra, & non parva, & legitime ab Ordinariis approbata.
De Sanctis Episcopis locorum, Martyribus, Civibus, & aliis Festis, de quibus in Calendario Romano, seu Rubricis Breviarii nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum Canonizatis, nihil propria auctoritate constituitur, sed omnino consulatur Sac. Rit. Congr.
Decretum quoque nuper editum super electione Sanctorum in Patronos, & impetium omnino servetur. Et hæc omnia decrevit, statuit, & mandavit, innovando pœnas Constitutionis Pii V. respective.
Facta demum Relatione horum Decretorum SS. Urbano Papæ VIII. ea laudavit, & approbavit, ac in omnibus ubique sub prædictis pœnis servari præcepit, necnon in novis Breviariis de mandato Sanctitatis Sæc. imprimendis apponi iussit.
Loco * Sigilli. T. Tegrinus Episcopus Assisen. Secret.
Officium recitatur sub ritu duplici minori de illo Sancto, 89 cujus habetur Reliquia insignis, scilicet Caput, Brachium, Crus, aut ea pars Corporis, in qua passus est Martyr, dummodo sit integra, & non parva, et legitime ab Ordinariis approbata, cujus ratione recitandum est Symbolum in Missa; Sac. Rit. Congr. 8. April. 1628. Qui recitant Officium de 90 Sancto, de quo habent insignem Reliquiam in propria Ecclesia, si celebrent eo die in alia Ecclesia, debent omittere Credo; Sacra Cong. Rit. 2. Decembr. 1684.
De Sancto, cujus habetur Corpus, vel insignis Reliquia, 91 non potest fieri Officium, nisi constet de identitate, et nisi reperatur in Martyrologio Romano; Reliquiæ vero Locorum Ordinariis approbate, possunt exponi ad fidelium venerat onem, Sacra Cong. Rit. 11. Augusti 1791. approbantur S. S. die 19. Octobris ejusdem anni 1691, ut patet ex Originali prout sequitur.
Decretum Generale.
Cum Sacrorum Rituum Congregationi innotuerit, quamplures abusus irrepressè circa recitatione Officii sub prætextu Decreti ab eadem Congregationem evulgati de anno 1630. & in Breviario Romano impressi, in quo permittitur posse in Ecclesia recitari Officia, Missas celebrari de illis Sanctis, quorum Corpora, aut Reliquiæ insignes in ea asservantur. Eminentissimi Patres eisdem Sacre Congregationi Præpositi iidem abusibus evellendis præcipue

intenti, inhaerendo Decretis alias in similibus editis, declarant, praedicta Officia Sanctorum ratione Corporis, seu insignis Reliquiae recitanda, intelligi debere de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquiae insignis illustri met Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus; De ceteris autem sanctis in praedicto Martyrologio non descriptis, aut quibus a S. Sede non fuerit specialiter concessum, Officia recitari, & Missas celebrari venterunt, non obstante, quod ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiae in Ecclesia aserventur. Quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatis debitam fidelium venerationem (prout haecenus servatum est) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio, & Missa, sub poenis de non satisfaciendo praecipio recitandi Officium, alitque in Constitutione B. Pii V. contentis, die 11. Augusti 1691, Et facta de praedictis Sanctissimo per me Secretarium relatione, Sanctitas sua huiusmodi decretum approbavit, ac ut debite executioni demandetur, locorum Ordinariis injungendum esse praecipit. Die 19. Octobris ejusdem, anni 1691.

22 Dedicacionis Festum, & Officium extra actum Consecrationis non potest amplius mutari ab Episcopo inconstuta Sede Apostolica Sac. Rit. Cong. 16. Octobr. 1604.

23 Si in locis Dioecesis nullus reperitur electus Patronus, tenetur Dioecesis non solum ad Festum de Patrono Civitatis, sed etiam ad octavam Sac. Rit. Cong. 29. Septemb. 1698. In Patronorum, sive Protectorum praecedentia servandus est ordo Hierarchiae Ecclesiae, & inter ordinem Hierarchicum anterioritas in electione. Sac. Rit. Cong. 12. Martii 1690.

25 Canonici sub onere, & obligatione restitutionis fructuum tenentur psallere, seu canere in Choro cum aliis, & non satisfaciunt, si solum assistant, & intersint Horis, & per Capellanos, & alios Beneficiatos psallant; ipsi vero vel ibi,

(a) Nota. Quamvis Concilium Tridentinum, & Concilia quam plurima Provincialia a Sancta Sede approbata, quamvis Summus Pontifex Bened. XIV. in sua Constit. die 19. Augusti 1744. edita, praecipiant, ut Canonici omnes in Choro cum aliis psallant, & canant, & Lucius noster asserat, quod ad id stricto jure tenentur; nihilo tamen minus ipse autumat, Episcopum illos posse hortari, sed non cogere, juxta Sac. Rit. Cong. Decretum. Verum Auctor noster proprio se perimit gladio. Si Canonici tenentur psallere, & canere, aliter non satisfaciunt suae obligationi, Episcopus itaque potest illos cogere ad psallendum & canendum, si sola hortatio sufficiens non esset. Quod ut magis magisque planum fiat, audiatur Bened. XIV. in suo Brevis ad Eminentissimum Cardinalem Delphinum Patriarcham Aquileiensem dato, die 19. Januarii 1743. in quo haec habet verba: „ Porro nolumus inter tot tantaque privilegia eidem Capitulo, & Canonici concessa, numerandum esse illud, quod, quemadmodum Tibi, aequae ac Nobis notum est, antiqua traditione contra Sacrorum Canonum sanctiones, ac nostram praesentem Constitutionem, cujus initium est, *Cum super oblatas*, inventum ab ipsis Canonici, non modo contenditur, sed etiam servatur, intercessit dumtaxat Choro, & cum ceteris Mansionariis, Capellanis, Acolythis, & Clericis canentibus, psallentibusve assistendi, numquam vero cum iisdem canendi, psallendive, etsi nonnullos eorumdem esse accepimus, qui aliter sentientes a conscientiae angore, agitantur, ex eo quod ea propter se non fecisse fructus suos existunt. Itaque a Te, dilecte Fili noster, poscimus. & flagitamus, ut non solum huiusmodi ABUSUM & CORRUPTELAM ab Ecclesiastica disciplina absonam, & Canonici ordinationibus, ac nostrae quoque Constitutioni contrariam penitus evelere, & eradicare admittaris; verum etiam ipsos suaviter fortiterque admoneas, & hortaris, ut in posterum ea qua decet, ac tenentur reverentia, Choro intersint, assistantque, nec non pari pietate, attentione, ac vigilantia omnino canere, vel psallere cum ceteris studeant, & contendant. Deinde iisdem edicas & motum facias; Nos, quemadmodum per haec nostras in forma Brevis litteras Tibi declaramus, & injungimus, discernere, atque statuerere, sicut in eadem Constitutione nostramimus ipsos suosque successores Canonicos, Choro quidem interessentes, assistentisque, minime vero canentes, psallentisque, Nullo pacto, ex praebendis, et

vel domi privatim recitent Horas, quia institutio Canonice tuum est, non ut assistant tantum in Choro, sed ut canendo assistant, & ob id eis dantur distributiones; Colligitur ex Concilio Tridentino sess. 24. cap. 12. de reform. ibi: „ Omnes vero Divina per se, & non per substitutos compellantur obire Officia. . . . atque in Choro ad psallendum instituto Hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare: Et sic censuit Sacra Congr. Concilii, nam proposito dubio: An Canonici, & alii, qui intersint Divinis Officiis, satisfaciunt eorum muneri exhibendo suam praesentiam in Choro etiam, quod non content, neque psallant, maxime si allegare se eo tempore meditari, vel submissa voce dicere, quae ab aliis cantantur, vel alias praecites tunc recitare? An vero tenentur praecite alta, & consona voce Divina Officia, & Horas Canonicas recitare, cantare, & psallere, & aliter non satisfaciunt muneri, & obligationi? Eadem Sac. Cong. sub die 20. Aprilis 1602. censuit teneri omnino psallere, alioquin obligationi suae non satisfacere. . . . Vide verb. Missa, artic. 3. num. 11. ubi ad id affertur novissima dispositio Benedicti XIV. Canonici ex decencia debent alta voce cantare in Choro, & Episcopos potest illos ad hoc hortari, sed non cogere. Sacra Cong. Rit. in Egitanensi 23. Nov. 1602. (a)

Extra Chorum ipsi Canonici, & quicumque alii, quando soli recitant, non obligantur tam late loqui, & recitare, ut circumstantes possint audire, quia id nulla Lex praecipit, ut testibus Gobat. tom. 1. tract. 5. num. 691. & Sporer loc. cit. num. 110. docet Officium Doctorum, Probabilis tamen privatim, et soli recitantes debent ita alte proferre verba ut possint ipsimet ea audire, si non impediatur propria turditas, vel tumultus, et strepitus aliorum, quia Divinum Officium est junctum per modum orationis vocalis. Sic cum multis docet Suarez, et Sporer loc. cit. num. 110. Monacell. tom. 2. tit. 76. form. 1. num. 9. et alii. Sufficere autem, ut quocumque

distributionibus facere fructus suos, atque adeo RESTITUTIONI obnoxios esse, ac fore &c. Ex Summi itaque Pontificis Maximi verbis evincitur, ut Episcopi omni nitii, omni que conatu curent, non hortatione tantum, sed etiam coactione, ut Canonici in Choro cum ceteris canant, psallantque, et sic abulium illum, ac corruptelam penitus evelant, et eradiceant, quae multis in locis invaluit, contra Ecclesiasticas ordinationes.

Quid vero dicendum de privilegio a Leone X. Fratribus Minoribus concessio, quod Lucius noster obtulit? Illud nempe, aut omnino commentitium esse, aut si verum, omnino revocatum censeri a Summis Pontificibus Gregorio XV. et Urbano VIII. qui illud, et alia viva vocis oracula Praedecessorum Pontificum revocarunt. Verum enim vero, quo authentico documento hoc probatur privilegium? Forsan authenticis litteris Card. Laurentii? At ubinam gentium sunt istiusmodi authenticae litterae? Ab Auctoribus, qui privilegium hoc dividunt non producantur. Porro privilegium hoc omni caret verisimilitudine. Primo, quia in cap. Dolentes praecipitur distincta, ac devota Officii Divini recitatio, quae in Deum dirigat non solum propriam, sed etiam aliorum mentem. Tum quia praecipitur recitandi Divinum Officium Ecclesiasticum est, quod secundum omnes Theologos directe pertinent ad exteriorem recitationem, quae spectat immediate ad forum Ecclesiae. Quoniam pacto itaque poterat Pontifex Summus Leo X. Fratribus Minoribus concedere, ut totum Divinum Officium mente recitarent, etiam quando soli recitant, contra naturam, & institutionem Ecclesiasticam ipsiusmet Divini Officii?

Quod si privilegium hoc viva vocis oraculo concessum velint, iam cum ceteris viva vocis oraculis revocatu censemus a Gregorio XV. & Urbano VIII. 20. Decembris 1631. qui omnia & singula privilegia, facultates, licentias, & gratias quascumque viva vocis oraculo a Praedecessoribus suis concessas, omnino revocant. Neque in mentem alicui veniat, privilegium recitandi mentaliter Divinum Officium esse declarationem juris communis, adeoque non revocatum a dictis Pontificibus; Nam jus commune Ecclesiasticum conceptis verbis praecipit, ut Divinum Officium clara, ac distincta voce persolvatur, ut omnes sentiantur, non autem mente; unde tale privilegium non esset declaratorium juris communis, sed potius ipsi oppositum, uti est perspicuum.

que minimo sono, seu voce absque syllabarum confusione, verba distincte pronuncient, docent Azorius part. 1. lib. 10. cap. 11. q. 4. Tannerus de Horis Canonicis q. 1. num. 110. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 6. Buiembau lib. 4. cap. 2. dub. 2. art. 4. num. 2. cum Bonacina, et aliis ibi citatis: Item Caramel, Balenus, Baldellus apud Dianam part. 10. tract. 11. resolut. 33. et alii, quia revera non potest exhiberi Lex aliqua requirens clariorem pronunciationem.

Et hoc maxime pro Regularibus ob Privilegium a Leone X. concessum Fratribus Minoribus, ut possint Horas Canonicas mentaliter persolvere, ut patet ex infrascriptis verbis dictae petitionis relatis a Rodriguez in Bullana Regularium inter viva vocis oracula Leonis X. & a Sporer loc. cit. num. 111. ibi: „ Placeat Sanctitati vestrae, ut ne Fratres tuos se impediant in Officio Divino, aut aliis sint turbati, quod, quae in ordinario jubentur dici secreto sub silentio, tam in Horis Canonicis, quam etiam in Missa, non tenentur proferre vocaliter, sed satisfaciunt dicendo mentaliter aut legendo intra se per librum, quia aliqui devotius sic dicunt, & absque impedimento, & fastidio aliorum. Et eodem modo possit facere, qui dicit Officium solus, cum prolatio verbalis sit praecipue, ut ab aliis intelligatur. Cui postulationi cum aliis simul propositis annuit Leo Papa, ut per suas Litteras authenticas testatur Eminentissimus Laurentius Presbyter Cardinalis SS. Quatuor Coronatorum, die 15. Aprilis anno 1516.

An autem illa verba: Et eodem modo possit facere, qui dicit Officium solus, debeant referri solum ad praecedentia, nimirum illa, quae in ordinario jubentur dici secreto sub silentio, ut Pater, Ave, Credo, & alia quaedam; an vero sint extendenda ad totum Divinum Officium, ita ut solus extra Chorum possit totum Divinum Officium dicere mentaliter absque ulla pronunciatione, seu expressione, vel harmonione verborum? Gravis est inter Doctores controversa. Quidam enim, ut Navarrus de Oratione cap. 19. n. 88. Rodriguez q. Regular. tom. 1. q. 2. art. 4. Calarubius, Corduba, Miranda, eosque citans Bruno Cassing. de Privilegiis Regularium part. 2. tract. 8. cap. 4. proposit. 5. Joannes Crucius, Sanctorius, Perficus, Tamburinus apud Dianam p. 10. tract. 11. resolut. 1. & Sporer loc. cit. n. 111. tenent, quod solus extra Chorum possit totum Divinum Officium dicere mentaliter, quia id suadet ratio addita in petitione: Cum prolatio verbalis sit praecipue, ut ab aliis intelligatur, quae ratio non tantum de illis paucis Pater, Ave, Credo, sed de toto Officio a solo recitando militat; Alii tamen, ut post Garciam, & Pellizarium Diana part. 10. tract. 11. resolut. 1. Lugo Respons. moral. lib. 3. dub. 17. Henno loc. cit. art. 6. conclus. 4. & fere communiter de hoc scribentes tenent oppositum, teste Sporer loc. cit. conclus. 4. ubi dicit hoc Privilegium, ut pote viva vocis oraculo concessum, fuisse ab Urbano VIII. revocatum, sed de hoc infra sub verb. Oracula viva vocis.

102 Litaniam in Festo S. Marci, & tribus diebus Rogationum sunt pars Divini Officii, adeoque recitandae sunt de praecipuo lib. mortali; Vide verb. Litaniam n. 16. Et quidem recitandae sunt proprio mane, nec possunt recitari Vespere praedictae post Matutinum, & Laudes ab illis, qui Matutinum, & Laudes recitant Vespere praedictae. Vide dict. verb. Litaniam numer. 17.

104 Adstricti Breviario Romano non tenentur in diebus in Breviario notatis recitare Officium B. M. Virginis, Officium Defunctorum (excepto die Animarum) Psalmos Graduales, & Penitentiales, quia a tali obligatione ipso expressit liberavit S. Pius V. Constit. incip. Quod a Nobis, cujus Summarium habes supra art. 1. n. 10. uti adest in Intro Breviarii Franciscani. Excepit tamen S. Pontifex expressit illas Ecclesias, in quibus viget sancta consuetudo, & usus recitandi in Choro Officium B. M. V. ita ut in praedictis Ecclesiis, sive secularibus, sive Regularibus, debeat adhuc servari talis laudabilis, & sancta consuetudo recitandi more solito praedictum Officium; Unde in praedictis Ecclesiis saltem dicta Constitutione S. Pii V. antiquioribus manet obligatio recitandi praedictum Officium B. M. V. in Choro, non tamen privatim extra Chorum, ut notant Herincx de Horis Canonicis disp. 2. q. 2. num. 13. in fine, Sporer loc. cit. num. 115. & alii passim, sic servante communi praxi.

106 Hinc Canonici tenentur recitare in Choro Officium Defunctorum, Psalmos Graduales, & Penitentiales solum juxta dictam Constitutionem S. Pii V. & non alias; S. Cong. Rit. in Suesan. 28. 207. januar. 1606. Et qui praedicta non recitant, minime peccant; Ferrar. Biblioth. Tom. V.

Sac. Congregatio in Barchinonens. 10. Januarii 1699. Observanda tamen sunt novissima sequentia Decreta. Proposito enim dubio in Sacra Congregatione Concilii. An in Ecclesia Suesiana recitandi sint Psalmi Graduales, Penitentiales, & Officium B. M. V. & Defunctorum in diebus assignatis a Rubricis Breviarii; Ead. Sac. Cong. 18. Aug. 1708. respondit: Ad formam Bullae Pii V. Sic refert eruditissimus Scartantonius ad Ceccoperium part. 2. lib. 3. in animadvers. ad tit. 10. sub num. 11. Et Sac. Rit. Congregatio 2. Septemb. 1741. sic expresse declaravit; Persolventes Divinum Officium extra Chorum non tenentur ad Psalmos Graduales, nec Penitentiales, neque ad Officium parvum B. M. V. Defunctorum; Quae quidem Officia, & Psalmi sunt onera tantummodo ex praecipio implenda in Choro; Sic refert eruditissimus P. Cavalieri in suis egregiis Commentar. tom. 1. part. 2. cap. 46. Decret. 4. ubi post multa ad rem doctissime observata sub num. 3; haec expresse habet; Haec indubia cum sint, iisdem conciliari debet Decretum; ita ut, dum extra Chorum dictorum Officiorum nullam obligationem agnoscit, veritatem undequaque habet relate ad Romanam Clerum; Secus ad reliquum, qui in obligatione suae consuetudinis persistit. Dum vero eadem Officia qualificat onera ex praecipio implenda in Choro, id verum erit de Officio Divino pro ii. Ecclesiis, in quibus consuetudo adeat; secus de reliquis Officiis, in quorum omissione, uti & Officii B. Virginis relate ad Ecclesias, quae ejusdem consuetudinem minime habebant, non nisi concessas deperdunt Indulgentias. Dicuntur autem adhuc onera ex praecipio implenda in Choro; quatenus Rubricae eidem praefixae, dispersi verbis Choro demandant eadem: secus extra Chorum ubi possit dici pro temporis opportunitate, dumtaxat adserunt. Haec ille, qui sub num. 5. subiungit, quod licet plurimi insignes Auctores asserant, consuetudinem in favorem Officii B. Mariae in Bulla S. Pii praeservatam, non obligare sub peccato, tamen loquendo de tali antiqua consuetudine ante S. Pium V. vult, quod peccati periculo fuerit, & adhuc reperitur obnoxia; secus autem loquendo de consuetudine introducta post Sanctum Pium V. quia cenietur potius inducta ex devotione, & causa lucrandi Indulgentias, quam ex animo se sub peccato obligandi, ut recte concludit ipse sub num. 4.

Officium B. M. V. tenentur Canonici adhuc recitare, ubi vigebat talis pia consuetudo, quia S. Pius V. in dicta Constitutione ipsam non abtulit, sed iussit servari, ut observat Fagnan. in cap. 1. num. 35. de celebratione Missarum. Immo Officium B. M. V. debet dici in Choro etiam in Dominicis, si aderat consuetudo; Sac. Rit. Congr. 1. Septembris 1607. apud Gavant. in Manual. Episcoporum, verb. Hora Canonice numer. 17. Et tempore Paschali recitantes Officium parvum B. M. V. in Choro debent recitare sine addito Alleluja; Ead. Sacra Rit. Cong. 28. Martii 1626. Et sic expresse Breviarii Rubrica 37. de Officio parvo B. Mariae, & alii num. 2. ibi: Tempore Paschali in Officio parvo B. Mariae, quod dicitur in Choro, non additur Alleluja Antiphonis, neque Versibus, neque Responsoriis. Et hoc ad distinctionem Horarum majorum Canoniarum. Quod asserendum videtur etiam de aliis precibus, & versibus, extra Divinum Officium, ut in versibus Sanctorum, V. G. Ora pro nobis B. P. Franciscus, Ora pro nobis B. Antonii, Ora pro nobis B. Didace &c. qui cani solent in Novendiis, quae sunt ad eorum gloriam pro aliqua gratia impetranda, sicque ipsis non est addendum Alleluja, ut etiam pro versiculo: Panem de Caelo &c. statuerat Sac. Rit. Congregatio in Colleen. 5. Julii 1698. quae ad dub. An in expositione, & depositione SS. Sacramenti etiam causa devotionis, sit addendum Alleluja ad versiculum Panem de Caelo, respondit, Negative; Cui tamen versiculo peculiari ratione addendum esse Alleluja tempore Paschali, & in tota octava SS. Corporis Christi mandavit Clemens XI. die 20. Januarii 1705. & confirmavit, ac innovavit Clemens XII. die 1. Septemb. 1730. ut patet in verb. Eucharistia in Instructione pro expositione SS. Sacramenti §. 21.

Et non esse addendum Alleluja versibus Precum, etiam in Officio, praescribit Breviarii Rubrica 24. de Versibus numer. 4. ibi: Versibus praedictis tempore Paschali semper additur Alleluja; Non autem versibus Precum, ut ibidem recte notat Gavantus sequutus a Merati, nam in his attenditur potius ratio humilitatis, & merois, quam laetitiae.

Congregationes, Religiones, sive Ecclesiae, vel Nationes habentes Apostolicum Indultum semel, vel pluries in singulis hebdomadibus, vel mensibus celebrandi Officium de Sanctissimo Sacramento, vel de aliquibus Sanctis in diebus

non impeditis aliquo Festo duplici, vel semiduplici, non possunt huiusmodi Officia facere in diebus Quadragesimæ, Adventus, Vigiliarum, & Quatuor Temporum, etiam in Indulto de his diebus nulla sit facta specialis mentio. Nec in diebus, in quibus ponendum sit Officium de Festo duplici, vel semiduplici translato, ut novissime declaravit Sacra Rituum Congregatio, ut sequitur.

DECRETA GENERALIA

Circa Rubricas.

- Cum Sacrorum Rituum Congregationi demisse supplicatum fuerit sequentia dubia declarare, Primum, An cum multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit a Sancta Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadibus, vel mensibus celebrentur varia Officia per annum v. g. de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis, in diebus non impeditis aliquo Festo duplici, vel semiduplici, liceat eiusmodi Officia facere etiam in diebus Sanctæ Quadragesimæ, Adventus, Vigiliarum, & quatuor Temporum, etiam si de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus Officiorum concessionibus? Secundum, An dies impeditus Festo duplici, vel semiduplici pro dictis Officiis recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim a Sacra Congregatione; Quod scilicet Festum duplex, vel semiduplex etiam translato, necnon dies Octavæ, sit dies impeditus respectu aliorum Officiorum? Tertium, An Regulares abique speciali Privilegio, sed sola communicatione Privilegiorum aliarum Religionum, possint addere nomen Sancti Fundatoris in Litanis, & Confiteor, itemque recitare Officia, & Missas concessas aliis Religionibus? Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis Coloredorensis respondit; Ad primum negative, & huiusmodi Indulta non habere locum in Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, sive cum jejuniis sive absque jejuniis, nec in Feria secunda Rogationum, nec in alia Feria, in qua secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ; Ad secundum Affirmative; Ad tertium negative in omnibus. Et ita declaravit, ac servari voluit. Ac insuper ut declaraciones, seu Decreta prædicta omnibus innotescerent, typis ea imprimi mandavit, Die 20. Martii 1706. G. Card. Carpineus, Loco * Sigilli.

B. Inghirami Sac. Cong. Secret.

113 Habentes Indultum recitandi Officium de Sanctissimo Sacramento, debent illud recitare, uti recitatur in die ipsa Corporis Christi. Sac. Congregat. Rit. in Aquen. 18. Junii 1689. ubi inter alia Quæstia adiunt sequentia cum dictæ Sacræ Congregationis responsione.

- Secundo, cum Regulares varii sint in assignando quolibet mense Lectiones secundæ, & tertiæ Nocturni pro huiusmodi Officio, quaeritur: An constet de Decreto ejusdem Sacræ Congregationis Rituum, quo utuntur PP. Barnabitarum, quod nimirum Lectiones secundæ, & tertiæ Nocturni semper recitari debeant, pro ut in die Solemnitatis Corporis Christi? Ad secundum affirmative ex Decreto pro Ordine Minorum de Observantia emanato die 12. Julii 1664. Tertio Quaeritur: An quando recitatur Officium prædictum, Missa dici debeat, prout in Solemnitate Corporis Christi, & cum sequentia Lauda Syon &c. vel ut Missa votiva de SS. Sacramento in fine Missalis, & an 2. & 3. Oratio dici debeant, ut infra Octavam ejusdem Solemnitatis, vel 2. A cunctis, & 3. ad libitum? Ad tertium Missa votiva celebranda est sine Sequentia & cum Orationibus temporariis congruentibus ex eodem Decreto; Et ita censuit, & servari mandavit Sac. Rituum Congr. hac die 18. Junii 1689.

A. Card. Cibo. Loco * Sigilli. Bernardinus Casalius Sac. Rituum Cong. Secret.

Unde caute legenda est expositio dicti Decreti de die 12. Julii 1664. facta in Rubricis Breviarium Franciscani sub numero 33. nempe recitandum esse prædictum Officium, ut in die, idest cum Alleluja, quia in die dicitur Alleluja; cum ex prædictis clare, & expresse constet diversam fuisse mentem, & concessionem dictæ Sacræ Congregationis; Tum quia si contingat recitari dictum Officium inter Septuagesimam, & Feriam 4. Cinerum non potest congruere prædictæ expositio, idest cum Alleluja, quia dicto tempore non dicitur Alleluja.

Ad Horas omnes, quæ recitantur in Choro, debent adhiberi duæ saltem candelæ in Altari. Sac. R. Cong. 7. Augusti 1594. apud La Croix lib. 6. part. 2. num. 205. Decret. 31.

Assignantur Officia Beatissimæ Virginis Mariæ in toto statu Ecclesiastico ex obligatione celebranda de mandato Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIII. sequenti Decreto.

- Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIII. benigne indulget, atque concessit, ut in toto Ecclesiastico Statu ab omnibus utriusque sexus, tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, sequentia Officia B. M. V. in ejus respective Festivitatibus recitari, & Missæ celebrari debeant. Videlicet I. Die 23. Januarii Desponsationis B. M. V. cum S. Joseph, II. Feria 6. post Dominicam Passionis de Septem Doloribus B. M. V. III. Die 16. Julii B. M. V. de Monte Carmelo. IV. Dominicæ Secunda Novembris Patrocinii B. M. V. V. die 10. Decembris Translationis Sacræ Domus Lauretanæ. VI. Et die 18. Decembris Expectationis partus B. V. Et ita declaravit, ac servari mandavit die 23. Augusti 1725.

F. Card. Paulinus Prasæctus.

Loco * Sigilli.

Nicolas Maria Tedeschi Archiepiscopus Apamen. S. R. C. Secret.

Adducuntur ad rem varia dubia proposita in Sacra Rituum Congregatione a Capitulo Cathedralis Colletensis, & resoluta, ut infra.

I. An recitatio Officii Beatissimæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo possit (ut pluribus in locis sit) transferri in Dominicam sequentem diem decimam sextam Julii?

II. An Cathedralis Colletensis, quæ per triginta circiter annos recitavit Officium S. Artemis Virginis, & Martyris die secunda Junii, eo quod in ea servetur Corpus, possit talem recitationem continuare?

III. An occurrente in feria tertia Rogationum Festo simplici, in Cathedrali, & Collegiata, sint cantandæ duæ Missæ?

IV. An in absolutionibus in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, sit dicenda tota conclusio in Oratione?

V. An in expositione, & depositione SS. Sacramenti, etiam causa devotionis, sit addendum Alleluja ad versiculum, Panem de Cælo?

VI. An Parochus duarum Ecclesiarum unitarum debeat de ambarum Patrono, & Titulari recitare Officia juxta Rubricas?

VII. An in Anniversario occurrente in Festo duplici secundæ classis, possit cantari Missa de Requiem?

VIII. An in duplicibus primæ classis, præsentem corpore, possit defunctorum Missa cantari? Et an dici possit una Missa privata deficientibus Clericis in Choro?

IX. An infra octavas privilegiatas possit cantari Missa Defunctorum in Anniversario, & Officio solemniter?

X. An in die Anniversarii, & depositionis possit cantari defunctorum Missa loco Conventualis, ut Rubrica innuere videtur?

XI. Quando in Mense Novembris sunt eadem die ponenda plura Initia Prophetarum, an sit tantum dicenda unica Lectio?

XII. An poni possint plura Initia unica die.

XIII. An ubi sunt plura Officia habentia primas Lectiones proprias, possint omitti aliqua ex dictis Initis?

XIV. An in Dominicis Adventus, & Quadragesimæ, in quibus sit de duplici primæ classis, sint cantandæ duæ Missæ?

XV. An quando ab aliqua Congregatione dicitur totum Officium Defunctorum, dici debeat, ut secunda die Novembris, omittendo Psalmos post Vesperas, & Matutinum postpositos?

XVI. Si Anniversarium anticipetur, aut postponatur per aliquot dies, an possit dici Missa, ut in Anniversario?

XVII. An occurrente Festo S. Marci infra octavam Paschalis in Missa Rogationum sit dicendum Credo?

XVIII. An deficiente Subdiacono pro Missa solemniter posita per Superiores substitui constitutus in minoribus ad cantandam Epistolam, paratus absque Manipulo?

XIX. An Sacerdos Missam celebraturus, transiens ante Altare, ubi sit populi communio, debeat permanere genuflexus, donec & quousque terminetur communio?

XX. An Officium Defunctorum pro secunda die Novembris, possit recitari etiam præsentem Episcopo, ante Completorium diei Festi omnium Sanctorum?

XXI. An in Cathedrali Colletensi, quæ habet privilegium recitandi Officium Sanctæ Crucis qualibet sexta Feria non impedita, possit cantari unica Missa cum commemoratione Sanctæ Crucis, quando in dicta feria sexta occurrit feria, quæ habet Missam propriam?

XXII. An sit toleranda consuetudo, quod Hebdomadarius, aut alius Canonicus post Processionem in Festo S. Agathæ Virginis & Martyris, stans ad Altare majus benedicat populum, habens tantum superpelliceum, & Stolum, sicut in aliis Processionibus, in quibus circumferantur aliqua Reliquia cum Alba, Stola, & Pluviali?

Dicta Sacra Rit. Congregatio in Collet. die 5. Julii 1698. Respondit:

- Ad I. Negative. Ad II. Doceant, an sit descripta in Martyrologio, & de ejus identitate. Ad III. Negative. Ad IV. Negative. Ad V. Negative. Hæc resolutio non est intelligenda de tempore Paschali, nec de diebus infra Octavam Corporis Christi; Merati in 2. Indice Decretorum n. 200. ex Decreto anni 1705. 20. Januarii & 1. Septembris 1730. Ad VI. Pro utroque Titulari Affirmative, maxime si Ecclesie sint peræque unitæ. Ad VII. Negative. Ad VIII. Negative in omnibus. Ad IX. Negative. Ad X. Negative. Ad XI. Affirmative. Ad XII. Negative. Ad XIII. Occurrente legitima causa, Affirmative. Ad XIV. Negative. Ad XV. Negative. Hæc resolutio confirmata fuit 23. Junii 1736. 3. Aug. 1737. & 8. Maji 1738. Ad XVI. Affirmative. Ad XVII. Negative. Ad XVIII. Data necessitate, posse permitti. Ad XIX. Negative. Ad XX. Affirmative. Hæc resolutio spectat ad Cathedralis Ecclesias tantum; Merati in 2. Indice Decretorum num. 206. & 220. ex Decret. 1. Septembr. 1607. & 22. Jan. 1701. Ad XXI. Negative. Ad XXII. Posse permitti.

ARTICULUS IV.

Quoad ea, quæ concernunt ordinem, tempus, locum, situm, & habitum recitandi Divinum Officium.

IN recitandis Horis Canonicis servandus est Ordo ex præscripto Ecclesie in Breviario signatus, ut videlicet recitetur primo Matutinum ante alias Horas; Prima ante Tertiam, Tertia ante Sextam, & huiusmodi, nec invertatur talis Ordo, recitando v. gr. Primam ante Matutinum, Tertiam ante Primam, Sextam ante Tertiam, & huiusmodi; Communiissima. Ordo recitandi Horas Canonicas publice in Choro servandus est sub mortali; Sic expresse post Merchant. Sporer tom. 3. tract. Append. de Horis Canonicis cap. 2. sect. 4. §. 3. ante n. 131. & alii. Extra Chorum autem, & privatim solum sub veniali, secluso contemptu, vel scandalo; Communis contra Vasquez de Beneficiis cap. 4. §. 1. art. 1. ubi dicitur Ferrar. Biblioth. Tom. 4.

cit peccare mortaliter, qui sepe talem ordinem invertit; At certe, secluso contemptu, vel scandalo, etiam si sine causa invertatur talis ordo, recitando v. g. Vesperas ante Primam, Sextam ante Tertiam, & huiusmodi, est solum peccatum veniale, quia talis ordinis inversio ne gravem continet deformitatem, nec de substantia Divini Officii quidquam immittit; Sic Sporer l. c. n. 131. testans esse communissimam Doctorum sententiam.

Immo aliqua interveniente rationabili causa neque erit peccatum veniale integras Horas transportare, & dictum ordinem invertere; Communis. Causa autem rationabilis, & justa, seu sufficiens invertendi ordinem est, si quis sero veniat ad Chorum, una Hora jam integre finita, seu jam incepta; iste enim licite, & laudabiliter pergit cum aliis in Choro psallere, postea Horam, seu partem Horæ omniam recitaturus: laudabilis enim est, statim cum Choro psallere, & se illi conformare, quam velle prius supplere, & interim Chorum obsequio suæ vocis defraudare, Navarrus, Toletus, Ss, & alii cum Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 7. Sporer loc. cit. n. 132. & seq. La Croix lib. 4. n. 1309. Item si quis non habeat Lectiones ad manum, potest interim licite recitare Psalmos Matutini, & Laudum, & etiam reliqua, quæ habet, Lectiones postea recitaturus: Communis cum supra citatis. Item si quis in itinere, vel alibi, ubi non potest commode expectare, non habeat Breviarium, sed solum Diurnale, potest licite sine omni scrupulo interim recitare horas minores, postea Matutinum recitaturus; Communis cum prædictis. Item si quis ab amico, vel ab alio alicujus auctoritatis invitetur ad secum recitandas horas minores, cum ipse necdum recitavit Matutinum, tunc si hoc negare non possit absque sui periculo, seu aliqua nota saltem inurbanitatis, poterit licite cum ipso minores horas recitare postea Matutinum recitaturus; Communis cum supra citatis.

Qui absque rationabili, & justa causa incipit Officium sequentis diei, non dum finito Officio præsentis diei, v. g. nondum dictis Vesperis, & Completorio, recitat Matutinum diei sequentis, peccat venialiter, quia licet ex illis non fiat unum Officium, nec videantur inter se habere ordinem, tamen voluntas Ecclesie est, ut prius persolvatur obligatio hujus diei, quam inchoetur alterius; Communis cum Suarez de Oratione lib. 4. cap. 24. n. 3. Sporer l. c. num. 134. Si autem id fiat ex rationabili, & justa causa, non peccatur nequidem venialiter; Communis cum supra citatis, & alii. Hinc si quis timeat sibi lucem diei defuturam pro Matutino, potest ipsum licite prius recitare, nondum persolutis horis præsentis diei, quas memoriter sine indigentia lucis potest recitare, dummodo non sibi suppetat modus habendi aliud lumen; Et universaliter omnis causa sufficiens ad inversionem inter horas unius diei est sufficiens etiam hic; Gobat tom. 1. tract. 5. num. 666. La Croix loc. cit. num. 1315. Sporer loc. cit. n. 134. & alii passim.

An autem sit, & quod peccatum, Matutinum, & Laudes non recitare ante celebrationem Missæ? Vide verb. Matutinum a n. 19. ad 21.

Tempus pro absolvendo toto Divino Officio a Matutino ad Completorium ex primæva institutione incipit a medietate nocte præcedenti usque ad mediam noctem sequentis diei. At vero ex communi, & jam recepta apud omnes consuetudine potest nunc licite anticipari, & recitari Matutinum cum Laudibus Vesperarum pridie; Sic docente praxi communi, & tenente communissima Doctorum cum S. Thoma Quodlibet 5. cap. 8. ubi hujus praxis, & introductæ consuetudinis congruam hanc reddit rationem: Quia solemnitas diei sequentis a Vesperis incipit, ideo merito casus obtinuit, ut post publicum Officium Vesperarum, & Completorium a meridie ordinarie in Ecclesiis jam persolutum ante horam quartam, deinceps preces nocturnas inclinare liceat.

Quantam autem hora Vesperarum pridie inchoari possit Matutinum, habetur in Tabella, quæ singulis annis in Calendario, seu Directorio dari solet, & ubi non detur, potest observari Tabella, quæ anno 1706. prodit Romæ typis Cæmæ Apostolicæ, & traditur a La Croix lib. 4. post num. 1314. Per unam tamen recitationem Matutini, & Laudum non potest satisfieri obligationi pro hac die præsentis, & pro die sequenti, ut clare patet ex propositione 35. inter merito damnatas ab Alexandro VII. die 18. Martii 1666. ibi: Unico Officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsentis & crastina.

Tempus statutum, & habile pro implendo toto Divino Officio

ficio unius diei terminat in media nocte sequenti; *Communis*.
 14 Hinc, tali tempore elapso, cessat obligatio Officii recitandi illa die, & si nondum fuerit ei integraliter satisfactum, non potest amplius statim transacta dicta media nocte satisfieri: quia recitatio Divini Officii est pensum cujuslibet diei, & ideo terminus diei est & terminus Officii legendi pro illa die, alias non legeretur totum integrum Officium eadem die; *Communis* contra Leandrum docentem sufficere inchoare Officium paulo ante mediam noctem diei sequentis, & sine interruptione prosequi post mediam noctem, eo quod omnes horæ sequentes efficiant unum totum integrale cum Matutino, jam tempore habili incepto, licet transacto.
 15 Tempus proprium pro singulis horis persolvendis juxta suam primævam institutionem est illud, quod ipsi nominibus horarum præfertur, & in suis respective Hymnis indicatur, videlicet Matutinum circa mediam noctem, Laudes sub Auroram, Prima ad Ortum Solis, Tertia tempore medio inter Ortum Solis, & Meridiem, Sexta in ipso Meridie, Nona tempore medio inter Meridiem, & Solis Occasum, Vesperæ ad Solis Occasum, Completorium sub crepusculum nocturnum; *Communis*.
 16 Cum autem hæc originaria distributio ob humanam fragilitatem, & multiplicès occupationes jam dudum abierit in desertudinem fere apud omnes (paucis rigidioribus, & Observantioribus Religiosis exceptis) jam receptissima facta est consuetudo, ut tempus proprium, & accuratum habeatur pro Matutino, & Laudibus a pridie Vespere usque ad horam post ortum mane Solem. Pro Tertia ab ortu Solis usque ad Meridiem. Pro Sexta, & Nona etiam fere usque ad Meridiem. Pro Vesperis extra Quadragesimam a meridie usque ad Occasum Solis: in Quadragesima autem (exceptis tribus primis diebus, & Dominicis) ante Meridiem, & prandium. Pro Completorio a tertia hora post Meridiem usque ad mediam noctem.
 17 Vesperæ tamen possunt licite sine ullo peccato privatim recitari post prandium etiam in Quadragesima, quia Rubrica, & cap. Solent 49. dist. 1. de consecration. si quod continet præceptum, obligat solum respectu Officii publice recitandi in Choro; Gobat tom. 1. tract. 5. n. 688. Burgh. Genur. 3. cap. 33. Lohm. part. 4. §. 10. n. 4. La Croix lib. 4. n. 1316. cum Gavant, Sanchez, & Stoer ibi citatis, Sporer loc. c. n. 144. cum Bonartio, & Elcobar ibi citat., Reiffenit. Theolog. Moral. tract. 6. dist. 1. q. 6. n. 73. & alii. Immo congruentius est nunc secundum multos Vesperas privatim recitare etiam in Quadragesima post prandium, quia ideo primitus recitabantur ante prandium, seu cœnam, ne nimis diu differrentur, cum tunc solum Vespere cœnaretur; cap. Solent 49. dist. 1. de consecr. quæ ratio nunc amplius non militat, quia pia Mater Ecclesia ob corporis, & naturæ semper magis declinantis infirmitatem, refectionem illam tanquam prandium sumi indulsit in meridie, retento nomine Cœnæ, statuiteque, ut in Quadragesima vespere dicantur ante ipsam refectionem meridianam, Cœnam adhuc nuncupatam ob memoriam antiquitatis, & ordinavit, ut pro benedictione mensæ dicantur preces, ut in Cœna: Unde cum ad conservandam dictam memoriam antiquitatis sufficiat publica recitatio vespere in Choro, congruum, & congruentius erit privatim recitare vespere suo congruo tempore, scilicet a meridie usque ad Occasum Solis, uti recitantur extra Quadragesimam; Sic ex Bellarmin. Tamburin. in Decalog. lib. 4. c. 5. §. 4. n. 4. La Croix lib. 4. n. 1316. & alii, quibus etiam favent Gobat loc. cit. n. 688. Sporer l. cit. n. 144. Bonartius, & Elcobar apud ipsos, & alii docentes nullam adesse obligationem recitandi vespere privatim ante prandium, seu Cœnam in Quadragesima.
 19 Pro publica recitatione horarum in Choro servanda sunt tempora consueta Ecclesiarum etiam sub mortali, nisi interdum adsit iusta, & rationabilis causa differendi, seu anticipandi; Sporer l. c. n. 144. & alii passim. Pro privata tamen recitatione non sunt servanda sub mortali tempora statuta singulis horis; Unde quamvis notabiliter etiam sine ulla causa anticipetur, vel posticipetur talis privata recitatio, seculo scandalo, & contemptu, non est peccatum mortale, sed solum veniale; dummodo totum Officium quacumque hora diei recitatum sit absolutum ante mediam noctem sequentem; *Communis*.
 21 Immo, aliqua iusta, & rationabili interveniente causa, neque veniale erit, non servare statuta tempora in recitatio-

ne privata; *Communis*. Causæ autem iustæ, & rationabiles, 22 ob quas potest licite anticipari, vel posticipari privata horarum recitatio sunt, v.g. Concio, vel Lectio paranda, major commoditas studendi, major devotio, periculum impedimenti obventuri, iter obviandum, & hujusmodi; Sic Doctores passim cum Gobat l. c. n. 681. Sporer l. c. n. 146. La Croix l. c. n. 1313.
 Recte tamen movent Doctores, quod aliqua iusta, & rationabili interveniente causa non recitandi privatim horas istis temporibus, melius, & consultius esset anticipare, quam posticipare, seu postponere, nam, ut inquit Ugo a S. Victore apud Sporer l. c. n. 146. Ante horam orare providentia est, post horam negligentia, in hora obedientia. Pro majori vero securitate Patres undequaque præstantissimæ Societatis Jesu fruuntur Privilegio Apostolico expresso his verbis apud Gobat l. cit. n. 681. ibi: „ Ratione itineris, aut alterius occupationis, quando creditur, quod cum majori devotione dicatur Divinum Officium, potest illud a nostris recitari, mane totum usque ad Completorium: Vni concessum fuisse Fratribus Minoribus refert in Compendio Privilegiorum Fratr. Minorum, verb. Officium Divinum tertio, Cap. puccini Annoratio lit. B. ibi: Posiunt etiam Fratres Minores, qui ad horas Canonicas tenentur, sine scrupulo ratione itineris, vel alterius honestæ occupationis, quando creditur, quod tunc majori devotione Officium recitabunt, dicere Matutinum vespere ante Solis Occasum, vel mane totum usque ad Completorium inclusive. Ita concessum est per Sanctum Pium V. Minoribus, ut referunt in Compendio Societatis Jesu verb. horæ Canonice §. 2. & in manuscripto Privileg. Minorum fol. 79. pag. 2.
 Qui tamen non habent, nec participant simile Privilegium, nec aliquam habent iustam, & rationabilem causam Horas anticipandi, vel posticipandi, debent pro viribus quaslibet Horas etiam privatim statim temporibus recitare, temper præmente habendo, quod referunt Joannes Andreas, & Abbas Panormitanus in cap. 1. de celebratione Missarum, & ex ipsis Gobat loc. cit. sub num. 681. ibi: Angelus Dei Sandæ quemdam Eremitam cibis deficientibus aiebat, & tempore vespere ipsi quandoque marcidus portabat. Interrogatus Angelus ab Eremita, quæ sit tantæ diversitatis causa? Respondit Angelus, quod bonas portabat, quando dicebat Officium horis competentibus, agrestes vero, quando anticipabat horam dicendi Officium, marcidus, quando dissebat ultra debitam horam, & hoc ideo, quia Eremita non occupatur aliis exterioribus.
 Insuper attentius reflectere debent, quod ex Bzovio ad annum Christi 1502. refer. Monacell. tom. 2. tit. 16. formul. 1. num. 6. de Beato Peregrino Archiepiscopo Coloniensi, qui post mortem cuidam Clerico illius Ecclesiæ apparenis, dataque manu, tactu tantus eam ardor absorbit, ut undique carnes ejus resolute diluerent, & ossa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem Clericus: Cur te pestilens vorago constrinxit? Respondit: Nihil in me remansit ultione plebendum præter hoc tantum, quia dum in Aula Regia constitutus, Imperialibus consiliis me vehementer applicavi, Canonice Synaxis Officia per distincta Horarum spacia non persolvei; Mane quippe omnia coarctans, simul tota die negotiis ingruentibus seculari libertate vacabam; ob hanc itaque negligentiam, ardoris hujus fero supplicium (hoc est in Purgatorio.) Hæc tenentur recitare Officium in Choro, nec ipsis potest Episcopus concedere, ut officient in Sacritia; Sacra Congregat. Episcop. in Segnina 12. Januarii 1604. Potest tamen aliquando ex causa, veluti ob frigus, seu nimium calorem extra Chorum arbitrio Episcopi recitari Divinum Officium in diebus ferialibus, in diebus vero Festivis omnino recitandum est in Choro; Sacra Rit. Congregat. in Lumen. Savan. 5. Martii 1633. Hinc tolerandum est, quod Canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus Matutinum in Sacritia; Sacra Congregat. Episcop. in vna. S. Severini 13. Septembris 1641. apud Nicolium in Flosculis verb. Officium num. 19.
 Privata Horarum recitatio fieri potest in omni loco honesto, juxta illud Psalmi 102. in omni loco Dominationis ejus bene-

32 benedic anima mea Domino; *Communissima*. Immo Sanchez in consil. lib. 7. cap. 2. dub. 44. Angies apud ipsam, Trullenchus, Caranuel, & alii apud Dianam part. 10. tract. 11. resolut. 33. Sporer loc. cit. num. 148. La Croix lib. 4. num. 1320. & alii contra Sotum, Navarr. Bonacin. Castropol. & alios excusant a peccato etiam veniali recitantes Horas privatim etiam in locis sordidis, & immundis, etiam dum ventrem (a), seu naturam exonerant, quia, dicunt ipsi, potest ibi mente orari, ergo & voce, nec de se est irreverentia, Deus enim ubique est, ubique a se ipso, & Angelis laudatur, & Oratio dirigitur ad Deum sine ullo speciali respectu ad locum. Ego autem non auderem a veniali excusare eum, qui potens Horas Canonicas recitare in loco honesto, sine necessitate eas recitare in dictis locis sordidis, & immundis. Unde Tamburinus lib. 2. Decalog. cap. 5. §. 6. num. 2. refert ex Molfesio quemdam, qui in locis immundis orabat Officium, in istem post mortem fuisse pœnas; Audi ipsium Tamburinum sic ibi loquentem: „ Si locus ejusmodi sordidus sine delectu eligatur ad Horas recitandas, aliæ preces, cum potest mundior eligi, & aliquam irreverentiam committi probabile est; At si semel casu, vel ex aliqua occasione in loco immundo reperiaris, orato libenter, quia etiam in loco sordido orare est melius, quam otiosum esse. Molfesius refert, quemdam, qui in locis immundis orabat officium, in istem post mortem fuisse pœnas; & merito, is enim non ex amore non cessandi a Dei laudibus in quo, cumque loco, sed fortasse temere, & sine delectu, cum alibi facile potuisset, in locis sordidis sacrum pensum persolvebat.
 33 In Choro, & publica recitatione Divini officii servandus est situs, & habitus corporis, stando, sedendo, genuflectendo, præscriptus in Rubricis, & hoc sub veniali propter uniformitatem, quam non servare in publica recitatione Divini Officii parit aliquale scandalum; Henno tom. 1. tract. 1. in Decalog. disput. 1. quest. 3. art. 6. conclus. 1. Navarr. de Oratione cap. 4. Suarez de Oratione lib. 4. cap. 27. numer. 2. & alii, & consensere videtur La Croix lib. 4. num. 1321. ubi ait, quod, quando Navarrus dicit peccari venialiter, si id non observetur, loquitur de Oratione publica in Choro, in quo peccatur venialiter potius ratione scandali, quam coerectionis præmissæ; Unde ipse cum Tolet, Filiucio, Bonacin, Bass, Reginaldo, Castropol. & aliis ibi citatis vult, quod sedere, cum stando, vel genuflectendum est, per se loquendo non sit peccatum, quia Rubrica solum consilium dat ad majorem devotionem, & reverentiam habendam.
 34 In privata Horarum Canonicarum recitatione, quamvis optimum, & laudabilissimum sit se uniformare laudabilibus ritibus, & consuetudinibus observatis in publica recitatione Chori pro diversis Divini Officii partibus stando, genuflectendo, sedendo; tamen absque ullo peccato potest quilibet Divinum Officium persolvere, sive itando, sive sedendo, sive ambulando, prout ei liberit; *Communis*.
 35 Canonici in Choro, vel in Ecclesia Divinis Officiis interrescentes sine habitu Canonicali, & superpelliceo debent punctari; Sac. Rit. Congregat. in Lumen. Savan. 3. Martii 1633. apud Sellium in selectis Canonic. cap. 3. num. 107. & Barbos. in Summ. Apostolic. dec. verb. Canonici in Choro n. 15.
 36 Qui recitat Matutinum pro Feria secunda sequenti ante Solis Occasum diei Dominicæ, non debet genuflectere ad Antiphonam finalem B. M. V. Gavant. de fin. Officii cap. 22. num. 18. Debet tamen genuflectere si illud recitet post occasum Solis, quia ritus standi incipit a primis Vespere Dominicæ, non a media nocte, adeoque definit in occasu Solis ejusdem Dominicæ more Indulgentiarum; Idem ibid.
 37 Attendenda est decisio Controversiæ inter Episcopum, & Capitulum Cathedralis Papiensis edita a Benedicto XIII. 6. Julii 1726. Præterdente enim dicto Capitulo sine petitione

necessariæ licentiæ Episcopi uti Indulto Sacræ Congregationis Concilii, quamvis remisso ad arbitrium Episcopi, recitandi certis anni temporibus Matutinum post Completorium, & contradicente Episcopo, nunc Archiepiscopo, tandem dicta Controversia extincta, & decisa fuit die, & anno quo supra a Benedicto XIII. per suum speciale Breve relatum a laudato Card. de Lambertinis, post felic. record. Summo Pontifice, loc. cit. volumine 5. Notificatione 19. §. 4. his verbis: Quod igitur Dignitates, & Canonicos illos primum a Beneficio ad mensum, deinde a Divinis suspendendis, eo quod Matutinum Officium, te contradicente, ac vetante, recitare, ausi fuerint post vespertinas horas antecedentis diei, obtentu interpositæ appellationis, & rescripti Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum, laudamus consilium, zelumque Fraternalitatis tuæ &c. Propterea cum ex antedicta Matutini Officii recitatione aniam repugnanti arripuerint Canonici, per præsentem etiam Litteras declaramus, tuæ auctoritatis hæcenus fuisse, semperque fore decernimus, potestatem istdem Canonicis facere, sive licentiam impertiri, quoties, & quandiu tibi opportunum videbitur, antevertendi, statutis recitationis temporibus.

ARTICULUS V.

Quoad ea, quæ concernunt causas excusantes, vel non, a recitatione Divini Officii.

A Recitatione Divini Officii excusatur in primis impotentia, quæcumque physica, vel moralis. *Communis, argum. l. Impossibilem 185. ff. de Regul. juris, cap. Nemo potest 6. de Regul. juris in 6.*
 Hinc, qui inculpabiliter caret Breviario, vel quia ipsum in itinere perdidit, aut ei furto sublatum est, vel incendio, seu naufragio consumptum, excusatur a recitanda illa parte Divini Officii, quam sine Breviario recitare non potest. *Communis*. Non excusatur tamen a recitanda illa parte, quam recitare potest ex Diurnali habito, vel memoriter tenet; Unde tenetur ad recitandos Psalmos, & alia, quæ memoriter sciat, licet ignoret, aut non habeat Lectiones, & similia, quia præceptum de recitandis Horis Canonicis, cum sit virtualiter multiplex, est divisibile assequitur singulas partes. Henno tom. 1. disput. 1. quest. 3. art. 3. conclus. 2. Sporer loc. cit. n. 152. La Croix lib. 4. num. 1220. Cardenas ad prop. 54. ex damnatis ab Innoc. XI. cap. 4. num. 30. Viva ad eandem propos. num. 13. & alii communius & probabilius (b), arg. cit. propos. 54. ex damnatis ab Innoc. XI. die 2. Martii 1679. ibi: Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trabitur ad se minorem.
 Sic cæcus excusatur a legenda, seu recitanda illa parte Officii, quam non potest, nec memoriter scit. *Communis*. At vero non excusatur a recitanda illa parte, quam memoriter tenet. Sic *Communis* & probabilior sententia, cum supracitati Doctores.
 Qui ob cæcitatem, vel aliam causam non potest Officium recitare solum, tenetur ipsum recitare cum socio gratuito, vel sponte se offerente, sive antea solitus fuerit uti socio, sive non; Ita (contra Sanchez, & quosdam alios docentes nequidem teneri admittere socium se se ultro offerentem, & contra Lessium, & quosdam alios afferentes non obligari, nisi antea soleret uti socio) Henno loc. cit. conclus. 2. Sporer loc. cit. num. 181. ubi testatur sic tenere omnes alios communiter, quia talis adhuc potest facile satisfacere suo Officio; adeoque tenetur.

Si

(a) Potuisset L. Ferraris ab hac exagitanda controversia abstinere.
 (b) Nota. Si damnata ab Innocentio XI. est propositio, quæ asserit, non teneri ad recitandam partem, qui totum persolvere nequeat officium, non solum communior, & probabilior, sed omnino certa est sententia, quæ ait teneri virum Ecclesiasticum ad recitandam partem, quam possit, dum nequeat integrum recitare. Atque hanc adnotationem

subnectendam duximus, quia secundum Lucianam, & probabiliora principia licitum est sequi opinionem minus probabilem, ut ex art. de Conscient. liquet; ergo liceret etiam ea stabilita hypothese opinionem illam sequi, quæ a recitanda officii parte hominem absolvit, non obstant Pontificia definitione; Vides ergo consecutiones, quæ ex probabilitarum principis oriuntur.

- 7 Si autem sit Beneficiatus, tenetur eo casu non solum recitare cum socio se ultro offerente, sed insuper ipsum quare, quia Beneficiatus ratione Beneficii strictius obligatur ad recitationem Officii, quam alii, cum obligetur ex iustitia, ut possit percipere fructus Beneficii, adeoque strictius, quam alii, obligatur adhibere media congrua, uti est socium quare pro recitando Officio; Navar. *De Oratione cap. 11. n. 13.* Henno *loc. cit.* Suarez, Valquez, Azorius, Reginald. Layman, & plures alii cum Bonacin. *disput. 1. de Horis Canoniceis g. 6. prop. 1. n. 8.* & Sporer *loc. cit. n. 182.*
- 8 Immo Beneficiatus, si habeat Beneficium satis pingue, tenetur eo casu, non solum quare socium, sed etiam ipsum pretio conducere pro recitando Officio, quia ex quo obligetur ex iustitia ad dictum Officium, propter quod fructus pingues recipit, tenetur partem ipsorum expendere in conducendo socio pro adimplendo tali debito, cum sic commode possit habere medium ad suam obligationem adimplendam, a qua non excusatur, nisi ratione magni incommodi: Suarez, Molfesius, Castropal. citati, & secuti a Sporer *loc. cit. num. 183.* Bonacina *loc. cit.* cum pluribus aliis ibi adductis, Henno *loc. cit.* & alii contra Sanchez, Dianam, Tamburinum, & Gobat *tom. 1. tract. 5. num. 713.* volentes, Beneficium non obligari socium pretio conducere, eo quod hoc medium sit nimis extraordinarium. Qui Breviarium voluntarie, & sponte abiecit, vel combussit, vel alias culpabiliter eo caret, tamdiu remanet obnoxius peccato mortali omissionis Divini Officii, quamdiu de culpa commissa non poenitet, nec propositum satisfaciendi suo Officio concepit. *Communis.* Postquam autem poenituit, & propositum satisfaciendi quamprimum poterit, concepit, tunc deinceps omisso Divini Officii non imputatur amplius ei ad culpam, quamdiu aliud Breviarium habere non potest; quia ex tunc omisso cessat esse voluntaria, tam in se, quam in sua causa; & ipsi pro tunc est impossibilis recitatio; Ad impossibile autem nemo obligatur, *l. Impossibilem 185. ff. De Regul. juris, & cap. Nemo potest 6. de Regul. juris in 6. Et sic tenet Communis Doctorum*, teste Sporer *loc. cit. n. 152.*
- 9 Infirmas gravis, ob quam infirmus nequit recitare Divinum Officium sine laesione suae valetudinis, vel sine incommodo, vel incremento morbi, excusat a recitatione totali.
- 10 *Comm. argum. cap. Clericus 2. dist. 91.* Non sic autem excusat infirmitas levis. Vide verb. *Infirmus num. 5.*
- 11 Infirmas impediens infirmum ad recitandum v. g. solum Matutinum, non excusat ipsam a recitatione aliarum Horarum. Vide *ibid. n. 6.*
- 12 In dubio, an infirmitas sit gravis, vel levis; & an infirmus, seu convalescens possit sine gravi nocimento recitare totum Officium, vel partem, standum est iudicio Medici, vel superioris, aut viri prudentis, & interdum etiam proprio. Vide *ibid. num. 7.*
- 13 Si autem nec supradicti, nec infirmus ipse, possint solvere dubium, sed adhuc illud permaneat, tunc non tenetur infirmus tale Officium recitare (a). Vide *ibid. num. 8. & 9.*

(a) Nota. Scimus universum Theologos tradere, piam, ac tenerimam matrem Ecclesiam nolle filios suos notabili periculo exponere, ideoque obligare nolle ad Officium, vel Officii partem, si timeatur recitationem notabiliter nocituram; ne vero tam faciles sint homines ad omittendum officium infirmitatis pretextu, afferre hic placuit S. Caroli Borromaei verba, quae in IV. Mediolanensi Concilio ab ipso celebrato, reperiuntur: *Meminerit*, inquit, *qui officio adstrictus est, se febrim, morbove aliquo, vel adversa valetudine aliquando laborantem, non iustam propterea excusationem habere, quamobrem illud intermittat, omittatve.* Ex quibus colligunt eruditi Theologi tandiu infirmitatem, vel febrim non censeri dispensare ab officio, quandiu non impedit, ne homo alia sua negotia gravia, atque molesta tractet. Expende itaque, num dispensari ab officio licite possit, qui magnum diei partem in confabulationibus, ac librorum lectione impendere solet? Is enim factus probat suo, se non ita esse ab infirmitate oppressum, ut recitare officium nequeat sine notabili damno. Atque hinc habes etiam, quam improbabilis sit altera opinio, quam Ferraris tuetur, de convalescente, qui ita officii recitationem diserre possit, ut prius valeat incipere sacrum facere, quam officium recitare. In eo enim,

Regulares infirmi, valetudinarii, senes, aut alias invalidi, quando non possunt, nec sciunt se determinare, an licite possint totum, vel partem Officii Divini omittere, satisfaciunt praecipuo, recitando Psalmos, Hymnos, Pater, & Ave, aut alia sibi a suis Superioribus, aut Confessoribus assignata. Vide *ibid. num. 10.*

Infirmi omnes, qui ex recitatione Divini Officii verius milititer proventurum credunt aliquem dolorem capitis, aut aliquam crudelitatem stomachi, vel virium lassitudinem, aut etiam febrim tardius remittituram, excusantur a praecipuo illud recitandi. Vide *ibid. n. 14.*

Immo secundum multos, tales infirmi non tenentur adhuc ad recitationem Officii, quamvis bonam diei partem confabulationibus expendant, atque etiam libros recreationis causa legant. Vide *ibid. n. 15.*

Item dum tales infirmi convalescunt, possunt ad aliquos dies diserre recitationem Divini Officii, & aliquando incipere prius celebrare, quam recitare illud. Vide *ibid. n. 16.*

Qui ob infirmitatem non possunt horas recitare debito tempore, possunt autem commode sine nocimento valetudinis recitare alio tempore, ante, vel post, non excusantur a praecipuo; Vide *ibid. num. 17.* Alii autem sentiunt contrarium, Vide *ibid. num. 18.*

A recitatione Divini Officii excusat omnis superveniens, 22 repentina, & improvisa occupatio gravis, & necessaria seu multum utilis, quae absque scandalo, aut suo, vel aliorum gravi detrimento omitti non possit, cum qua tamen recitatio Officii in toto, vel in parte consistere non potest. *Communis.*

Item a recitatione Divini Officii excusat Charitas, tum propria sui, tum etiam proximi, quando, nisi Officium totaliter, vel partialiter quis omittat, cogitur aliquod grave incommodum adire, vel magnum opus Charitatis proximo negare; tunc enim ipse potest tuta conscientia omittere de officio tantum, quantum erit necesse ad illam. *Communis.* Unde ad hoc jurat hic expresse adducere ad litteram, quae habet doctissimus Sanchez *lib. 7. Conf. moral. c. 2. dub. 52.* & etiam ad litteram adducunt Gobat *1. 1. tr. 5. n. 727.* & Sporer *loc. cit. num. 161.* ibi: *I. Quando supervenit aliqua occupatio, quae non non potuit praeveneri, & nequit praetermitti sine scandalo, aut gravi poena, aut aliorum iactura, & non compatitur Horas recitare, excusat, ut si quis esset per totum diem occupatus in audienda Confessione existentis in articulo necessitatis, ve in vitando magno scandalo, vel in componendis gravibus inimicitias vel rixis ad arma currentium, ita ut tantum superesset tempus ad esum, & somnum. II. Sufficiens etiam causa est ad excusandum, si quis ita esset impediens circa infirmos, vel aliter, ut nullatenus superesset tempus ad commode recitandum. III. Non Confessarii, quando magna est poenitentium copia, vel instat dies ultimus Iubilaei, vel praecipui Ecclesiae, possunt licite omittere Horas, si non possunt recitare, nisi omittendo Confessiones quorundam, qui non consequerentur Iubileum, vel non adimplerent praecipuum Ecclesiae. IV. Excusatur etiam, vel lecturus lectionem oppositionum, in qua re-*

qui celebrare possit, non ea virium debilitas esse potest, quae a recitando officio, praesertim dum in varias istud horas distribuatur, ac in distinctis diei horis absolvat, dispensare illum possit. Sed ut haec clarius intelligantur, placet regulas nonnullas praescribere, quas Tournely continuator exponit. Primo itaque notat, eum, qui totum non posset officium persolvere, teneri ad eam partem, quam recitare potest: hinc damnata fuit ab Innoc. XI. anno 1679. haec propositio n. 54. *Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas ad nihil tenetur; quia major pars trahit ad se minorem.* II. Eum, qui non potest Horas legere ipsa accessus die, regulariter teneri ad recitationem aliis diebus, quibus febrim non corripitur, quia tunc cessat, aut suspenditur causa non recitandi. III. Longe tutius esse, ut qui praevidet futurum, ut propter febrim, aut aliquod aliud impedimentum, die sequenti recitare non possit, pridie recitet Matutinum, & Laudes: qui enim ad munus aliquod stricte obligatur, eo fungi debet cum potest; atque hanc praeveniendi obligationem timoratorum omnium sensus, & usus laicus ostendit. Ita auctor Ethicæ amoris *lib. 10. cap. 17.* pro se adducens Lestium, Sanchezium, imo & Dianam. IV. Eum, qui non potest iolus recitare, teneri socium sibi adficiere, si commode possit. *Quin-*

- 24 plurimum interest vel sua, vel Reipublica doctum se praebere, si simul recitare non possit. Probantur haec omnes conclusiones, quia non obligat magis hoc praecipuum, quam praecipuum audiendi Sacrum; sed hoc potest omitti propter praedictas causas; Item quod pro Charitate institutum est, non debet contra Charitatem militare. Haec tenet Sanchez probans singula variis auctoritatibus.
- 25 A recitatione Divini officii potest excusari Concionator non satis paratus, qui debeat in Quadragesima quotidie Conciones habere, cum crederet non quotidie ad ipsas obligandus (a). Sporer *loc. cit. n. 162.* attestans hunc casum inter excusantes communiter afferri; Et expresse tenet Rosignolus *de Ordinis Ecclesiasticis part. 2. quest. 6. art. 28. num. 13.* & sequentibus. At vero universaliter recitationem officii esse, fere semper impossibilem cum onere concionandi quotidie, ac proinde communiter excusari tales Concionatores, ut scripsit Leander *g. 37.* merito negant ipse Sporer *loc. citat.* & Gobat *loc. cit. n. 627. in fine,* asserentes nihil de hac impossibilitate sciri in Germania, multoque alios operarios in vinea Domini per Europam, & maxime per Indias esse, ac fuisse distentos tantis laboribus ac curis, quantis illi Concionatores Quadragesimales, & tamen nec suo, nec aliorum iudicio fuisse exemptos a perfolutione Divini officii; Unde, iustissime ab Alexandro VII. die 24. Septembris 1665. fuit inter alias damnata sequens propositio 21. in ordine: *Habens Cappellaniam collatam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum si studio litterarum vacet, satisfacit suae obligationi si Officium per alium recitet.*
- 27 In Compendio Privilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, & non Mendicantium verb. *Officium Divinum tertio Capucini Amovato lit. D.* refert ut sequitur: *Frates Ordinis praedicationi verbi Dei, audentia Con-*

quin & Suarez, Bonac. aliique, quibus aspiculamur, existimant, Beneficium coeum v. g. teneri conducere socium, quo cum recitet, si sufficientes ad hoc fructus ex Beneficio percipiat; quia fructus percipit, ut officium persolveret, & per illos sibi comparare potest medium persolvendi.

At, inquit aliqui cum Caramuele, posse officium anticipare, vel officium legere cum socio, gratia est & privilegium; nemo autem privilegio uti tepetur. Sed quis non miretur fatilibus hinc cavillis eludi graviora Ecclesiae praecipua? Anticipatio itaque, & socii usus sunt privilegia, & gratiae, eo sensu quod qui aliter facere possunt, ad hoc non teneantur: non autem eo sensu, quod qui nisi anticipet, aut socio utatur, recitare non poterit vel ab anticipatione, vel a comparando sibi socio, si commode potest abstinere possit. Idem sentiunt Navarrus; Pontas *offic. cap. 16.* Ceterum qui socium habere non potest, eam debet partem recitare, quam memoriter tenet: quia praecipuum quod ex toto non potest, saltem ex parte impleri debet. Sic qui tota Quadragesima jejunare non valet, aliquot saltem si potest diebus jejunare tenetur, qui ne una quidem die jejunare potest, a carnibus abstinere debet, vel ex toto, vel ex parte per unum sinum vires. Ex hinc principis colligunt aliqui, Canonicum furdum, & coeum, adhuc teneri Choro interesse, ibique mentaliter orare, aut ea, quae memoriter tenet, secum recitare: quia licet cum aliis canere nequeat, cum aliis Choro interesse potest, & magnum aedificationis exemplum praebere. Vide Navar. *de Orat. cap. 19. auctor. theor. & prax. tom. 3. p. 131. qui ibidem docet*, eum, qui Breviario careret, nec sciret memoriter, debere id compensare oratione vocali, aut piis meditationibus: quisque enim, inquit, tenetur facere id, quod potest, ut Deo secundum Ecclesiae intentionem servitium praestet.

(a) Nota. Non adeo facile probantur Censoribus, quae circa finem *num. 24. num. 26. 27. & 28.* confidenter a Lucio nostro asseruntur. Neque enim sufficiens esse videtur excusandi ab officii recitatione titulus lectio oppositionum; dum plurimum interest homini se doctum praebere. Cavendum enim hic est, ne susceptum aut privata utilitatis causa, aut captandae apud homines gloriae studium, causa sufficiens habeatur, quae a recitationis onere homines eximat; plus enim interest hominem Ecclesiae parere, obligationibus proprii status satisfacere, ac per ea, quae Ecclesiae iudicio praescripta sint, ut apta media ad debitam proprii status perfectionem procurandam, ad hanc perfectionem tendere, quam

festinatum, & Sacrae Theologiae, ac Sacrorum Canonum studiis insistentes ad suam, & animarum fidelium utilitatem; & qui occupant infirmitate propria, aut infirmorum erratum curatione, satisfaciunt pro Horis Canonice recitantes certum numerum Psalmorum per Priorem eis assignandorum, numero non minus septem, aut sex cum devotione, aut Orationem Dominicam septies, & Symbolum Apostolorum bis, graviter autem aegrotantes Orationem Dominicam septies in die recitando septem Horis Canonice similiter satisfaciunt. Ita concessum est a Clemente VII. Societati Clericorum Sancti Sylvestri, & S. Andreae de Urbe alias Theatini nuncupatorum, & refertur in Compendio Privilegiorum S. Hieronymi Hispan. collectio a Patre Garzia anno 1591. fol. 108. §. 70.

A recitatione Divini officii excusat metus gravis, ut quando versantes inter Haereticos, vel Infideles, seu per eorum loca transientes ex recitatione Horarum prudenter timeant grave malum, seu notabile damnum in propriis, vel alienis bonis, puta iacturam vitae, vel fortunam: Leges enim Ecclesiasticae non obligant cum tanto periculo: *Communis.*

A recitatione Divini officii excusat legitima dispensatio, seu Privilegium; *Communis.*

Privilegium, & legitimam dispensationem non recitandi Officium concedere potest omnibus etiam Beneficiatis Summus Pontifex; Gobat *tom. 1. tract. 5. num. 729.* Sporer *loc. cit. num. 166.* La Croix *lib. 4. num. 1233.* & Communis aliorum, *arg. cap. Proposuit 4. de concessione praebende.*

Episcopus, quamvis per se iure ordinario nequeat talem concedere dispensationem, cum inferior nequeat per se loquendo relaxare legem Superioris; *cap. inferior 4. dist. 1. cap. Cum inferior 16. de majorit. & obedient. & Clem. Ne Romani, de election.* Tamen ex consuetudine (b) jam ubique recepta potest Episcopus ob rationabilem causam valide, & licite

se doctum ostendere; praesertim cum contentio haec, aut vanagloria sit, aut inanis gloriae fomentum; quae duae res abesse omnino debent ab homine in Dei sortem vocato, Deoque consecrato. Ad Concionatores quod attinet, primum, non subsistit privilegium, quod *num. 27.* decantatur: deinceps etiam a Leandro, aliisque a Ferrario citatis, si a recitatione excusentur, quibus felix saltem memoria concessa non sit; tamen novum hoc dispensationis genus, inquit Tournely continuator, nescierunt Apostolici viri, ut Franciscus Salesius, & Franciscus Xaverius, qui nunquam uti voluit licentia sibi per Romanum Pontificem facta recitandi Breviarium solito brevius; nesciunt etiam hostes qui Deum timeant. Ex eo autem quod concionatorum quidam tardioris sint memoriae, id unum sequitur eos ocyus, & dignius studium amplecti debere. Afferunt tamen casus, in quo possit aliquis studium officii praepone, puta si cras concionem habere debeas in die admodum solemnem, eamque sine notabili cum tui infamia, tum affluentis populi murmure, & scandalum omittere non possis, & ipsam ob gravia quibus obrutus es negotia memoriae mandare non potueris, nec mandatus sis, si officium recites. Et is quidem casus laicus est metaphysicus, cum vix concipi possit quo pacto parum illud temporis quod ad privatam officii lectionem sufficit, ita concionis studio sit necessarium, ut aliqui concio memoriae committi nequeat. *Num. 28.* dum excusantur ob metum gravei inter Haereticos degentes, addendum est, modo occulte, vel memoriter nequeat recitare. Nam ita recitando cessat periculum, ex quo metus ille ortus sequitur.

(b) Nota. Falsum est ex consuetudine ubique recepta Episcopus ab officio persolvendo dispensare homines solere; ac multo magis fallum est, posse id Vicarios generales, vel Regularem Superiores; satis enim nota nobis res est, pro huiusmodi dispensationibus ad solum Romanum Pontificem recurrendum esse; ac recurri solere; Romanum vero Pontificem Episcopi informationem exposcere, vel aliorum Superiorum, ut petitioni indulgeat. Nec Romani & Itali tantum Teologi ita sentiunt, sed etiam inter Gallos doctiores. Audiatur Cont. Tournely, qui laudat etiam Pontasium; Episcopi, inquit, ab officii recitatione dispensare non possunt; quia inferior in lege superioris non dispensat, nisi de eiusdem consensu: porro Ecclesia, Romanive Pontifex, nullibi legitur huiusce dispensationis facultatem Episcopis concessisse.

licite suis subditis dictam dispensationem ad breve tempus concedere; Tamburin. *lib. 2. Decalog. cap. 5. §. 8. numer. 24.* Sporer *loc. cit. num. 167.* La Croix *loc. cit. Gobat loc. cit. & alii passim.* Quam licentiam concedere posse etiam Vicarium. ³³ Episcopi, tenent Gobat *loc. cit. num. 714. & 729.* La Croix *loc. cit. & alii.* Rationabilis autem, & iusta causa est, si dubitetur de morali impotentia recitandi; La Croix *loc. citat. & alii passim.*

³⁴ Superiores Regulares etiam locales dispensare possunt valide, & licite ob iustam, & rationabilem causam cum suis subditis; *Communis.* Sic enim habent ex variis Apostolicis Privilegiis, ut patet in *Compendio Privilegiorum Fratrum Minorum verb. Officium Divinum primo num. 10. & verb. Infirmi Fratres num. 6. 8. & sequen. & dictum est supra num. 16. & 17. & habetur etiam in Compendiis Privilegiorum aliarum Religionum.*

³⁵ Disparitas autem est inter Dispensationem concessam a Papa, & Dispensationem concessam ab aliis, quod Dispensatio concessa a Papa sine causa sit valida, licet illicita (a); Dispensatio autem concessa ab aliis sine causa, nec sit valida, nec licita; Henno *tom. 1. tract. 1. in Decalog. disput. 1. quest. 3. art. 10. concl. 1. & alii communiter.*

³⁷ A recitatione Officii excusatur etiam Beneficiarius, qui sine sua culpa privatur ad tempus notabile fructibus sui Beneficii; Dummodo nec sit Religiosus Professus, nec Sacris initiatus; *argum. cap. Quia 15. de Rescriptis in 6.* Cum enim ibi dicatur, quod propter Officium datur Beneficium, sequitur, quod cessantibus, sine culpa Beneficarii, fructibus Beneficii, non teneatur Beneficiarius ad Officium; cum cessante causa cesset effectus; *cap. Cum cessante 60. de appellatione.* Tum quia, si iustum est, ut ille, qui Altari inservit, de Altari vivat, ex *cap. Cum secundum Apostolum 16. de prebendis;* ita etiam iustum est, ut qui de Altari non potest vivere, Altari non teneatur inservire; Henno *loc. cit. conclus. 3. & alii passim.*

³⁸ Impeditis recitare Officium statis horis, vel temporibus tenetur anticipare, vel postea supplere, quia preceptum de Officio perfolvendo non urget solum suis correspondentibus horis, sed incipit a media nocte antecedenti, seu ex consuetudine a Vesperis pridie, & substantialiter durat tota die usque ad mediam noctem sequentem, ut dictum est supra num. 9. & 10. Est enim unum preceptum totius diei, & accidentaliter tantum propter Mytheria repræsentata una hora obligat pro hac parte diei, & alia pro alia parte, utique non ad finendam, sed potius ad augendam obligationem, cum transacta illa hora, adhuc perseveret substantialis obligatio pro tota die usque ad mediam noctem sequentem; *Communis.*

³⁹ Hinc qui mane prævidet, se ob aliquod impedimentum sibi superventurum non posse suo tempore recitare horas pomeridianas, tenetur anticipare, & etiam mane eas perolvere; Sic jam Communior, & sine dubio probabilior, & tutior sententia Doctorum cum Sporer *loc. cit. num. 171.* Bonacina *de horis Canonicis quest. 6. proposit. 2. num. 2. & alii plurimi* apud ipsum Gobat *loc. cit. num. 711.* Less. Sanchez, Tamburin. Diana, Suarez, Azor. & alii apud Sporer *loc. cit.*

⁴⁰ Item qui ob aliquod impedimentum non potuit Officium recitare suis propriis horis, & temporibus, tenetur postea recitare intra eandem diem; si enim, v. g. non potuit recitare ante meridiem Matutinum, & Laudes, ac Horas minores, tenetur postea recitare quacumque hora potuerit ante mediam noctem; *Communis.*

⁴¹ Qui ob aliquod impedimentum non potest recitare totum Officium, potest autem partem, tenetur ad illam; *Communis, argum. cit. proposit. 54. ex damnatis ab Innocentio XI. adducta supra num. 3. Vide ibi.*

⁴² Qui per seipsum non potest ex iusta causa recitare Officium Divinum, non tenetur illud recitare per alium; *Communis.* Nullo enim Jure constat talis obligatio recitandi per alium; Tum quia obligatio recitandi Officium est personalis, cui proinde per alium satisfieri nequit. Unde jure merito Alexander VII. damnavit inter alias proposit. 21. adductam, *supr. n. 26.*

(a) Cum Summus Pontifex nolle sine causa dispensare sit præsumendus; hinc dispensatio a recitatione officii ab ipso sine causa obtemperata, censenda est subreptitia; & per conse-

Qui uno die sive culpabiliter, sive inculpabiliter omisit recitare Officium, non tenetur alio sequenti die supplere, seu recompenfare; *Communis.* Cum enim onus recitandi Officium qualibet die sit suæ cuique diei alligatum, & transeunte illa die, transit, & cessat etiam obligatio recitandi Officium illius diei, nec potest eidem altera die satisfieri.

De causis exculantibus a recitatione publica in Choro; Vide *verb. Canonicus art. 5. a num. 33. ad 40. & verb. Distributiones per tot. ubi abunde assignatur, quibus absentibus Choro debeantur, vel non, Distributiones.*

Recitantes in fine Horarum Canonicarum Orationem *Sacrofanctæ &c.* consequuntur remissionem culpæ in recitatione committarum, ex concessione Leonis X. Vide *verb. Indulgentia art. 6. num. 11.*

Officii Divini recitatio imposta est Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, & expressa lege Ecclesiæ Occidentalis; Benedicti XIV. tom. 1. Constitut. 129. incip. *Et quamvis tempore §. 42.* Similibus consuetudo obtinet in Ecclesiâ Orientali, eamque legis vim habere decretum est; Idem *ibid. §. 44.*

Officiorum Divinorum ratio immutari non debet, ubi celebratio dierum Festorum transibit tantummodo pro commoditate populi; Idem Constitut. 138. incip. *Nuper §. 3.* Officia Divina in primitiva Ecclesiâ de nocte celebrari consueverunt; Idem Constitut. 137. incip. *Singularum §. 6.* Sed ea disciplina deinde fuit utiliter immutata; Idem *ibid. Officia Hebdomadæ majoris de die sunt celebranda; Idem ibid. §. 1. Ad Officia, & Beneficia Urbis doctorum exulgentia, non suffragatur gradus in extera Universitate in posterum adeptus; Idem Constitut. 106. incip. Inter conspicuos §. 29. Officia propria Sanctorum non conceduntur, nisi præcesserit saltem approbatio Cultus. Item si non habeantur gesta authentica; Idem tom. 2. Constit. 29. incip. *Jampridem.**

In Officii Divini recitatione pro aliqua morali difficultate, si dispensanda, commutare potest Major Pœnitentiarius. Idem tom. 1. Constit. 95. incip. *Pastor bonus, §. 30.*

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Officium Defunctorum non prima, sed secunda die Novembris celebrandum est juxta consuetudinem universalis Ecclesiæ; *Sacra Rit. Congregat. in Egitanien. 23. Maji 1603. in respons. ad dubium 3.*

Occurrente festo duplici minori, etiam translato in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, Officium faciendum est de Sancto, Missæ vero celebrandæ sunt de Requiem; *Sacra Rit. Congregat. 5. Octobris 1686.* Officium enim Defunctorum ea die etiam sub ritu duplici celebratur. Sub eodemque ritu celebratur pariter Officium generalissimum præscriptum in *particularibus Rubricis nostri Breviarii Franciscani sub num. 9.* pro Defunctis Patribus, Sororibus, Patribus, & Matribus, ac Benefactoribus, & illis omnibus, qui in nostris Ecclesiis, seu Cæmeteriis sunt sepulti; Pro quo infirmal non erit dies impedita ea, in qua occurrit duplex minus etiam translatum, quia Missæ pari ratione dici poterunt de Requiem ob Commemorationem amplissimam, quæ ibi adest sancita; Sic *Rubric. particul. nostri Franciscani Breviarii num. 32. Sacra Rit. Congregat. 5. Maji 1736.* Vide *verb. Resolutiones Sacra Congregat. in indice 1. Decretor. Merati n. 683. & alios ibi indicatos.*

Officium, seu Matutinum Defunctorum in Festo omnium Sanctorum post Vesperas recitandum non est, sed ipsamet die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum mane recitari debet (b); *Sacra Rit. Congregat. sub die 1. Septembris 1607. & 22. Januar. 1701.* Vide *verb. Resolutiones Sacra Congregat. in indice 2. Decretor. Merati n. 206. & 220.*

Officium Defunctorum, & Missa potest cantari in die Dominico, vel Festivo pro Defunctis, quorum corpora sunt adhuc supra terram; Secus, si jam sint sepulta; *Sacra Rit. Congregat. in Egitanien. 23. Maji 1603. in respons. ad dub. 4. & saepe alibi.*

Non potest autem Officium & Missa cantari etiam præsentate Cadavere, in Solemnitatibus, primæ Classis, nempe Nativitatis D. N. J. C. Epiphaniæ, triduo ante, & biduo post Pas-

quens nedum illicita; verum etiam invalida. (b) Nota. Ex Decreto Sacra Cong. Rituum 4. Septembris 1745. privatim potest recitari.

Pascha, Ascension. Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, Corporis Christi &c. Et in die S. Paschæ prohibentur etiam exequiæ, & quodcumque signum Defunctorum, ex Decreto *Sacra Congr. Rit. 23. Augusti 1704. & 1714.*

⁷ Anniversaria, & Missæ de Requiem relicta ex dispositione Testatorum (non autem ad placitum vivorum) cantari possunt, etiam si occurrant in Duplici Majori; *Sacra Rit. Congregat. 22. Novembr. 1664.* Officium, & Missa Defunctorum cantari potest cum primum habita fuerit certa noticia de obitu alicujus Religiosi Ordinis, vel Provinciæ, etiam in Duplici Majori; Secus vero in Festo de præcepto, quia tunc differri debet ad aliam diem simili Festo non impeditam; *Sacra Rit. Congr. 4. Maji 1636.* Vide *Rubric. particul. Franciscani num. 47.*

⁹ Officium anniversarium, vel septenarium, seu tricenarium Defunctorum post obitum, si cadat in die Dominico, vel Festivo, transferatur ad diem sequentem cum eadem solemnitate; *Sacra Rit. Congr. in Egitanien. 23. Maji 1603. in respons. ad dub. 5.*

¹⁰ Officium Defunctorum ad consequendas Indulgentias in Constitutione S. Pii V. concessas debet recitari prima die, cujuslibet mensis non impedita Festo novem Lectionum; *Sacra Rit. Congr. in Egitanien. 6. Septembris 1606.*

¹¹ Ad Officium Defunctorum non tenetur etiam in Choro illi, qui utantur Breviario Romano; Talem enim obligationem ab eis abtulit S. Pius V. & eis concessit Indulgent. 100. dierum, si illud recitent; Sic in sua Constitutione incip. *Quod a Nobis*, cujus Summarium habes *supra verb. Officium Divinum art. 1. num. 10.* Tenentur autem ad ipsum Officium Defunctorum die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quia pro tali die est pars Officii, adeoque cadit sub præcepto etiam privatim; *Communis.*

¹³ Non utentes Breviario Romano, cum S. Pius V. in dict. Constitutione ipsos reliquerit propriis consuetudinibus, & Constitutionibus, tenentur solum Officium Defunctorum recitare ad præscriptum earum. Unde in Ordine Prædicatorum *dist. 1. de Officio Ecclesiæ cap. 1. fol. 14. col. 3. in fine*, adest præceptum recitandi Officium Defunctorum in Choro semel in hebdomada, quo fit, ut omnes Religiosi Clerici teneantur illud sub mortali semel in Septimana publice in Choro recitare, vel privatim, si fuerint impediti Choro interesse; Sic expresse habet de eisdem P. Donatus ejusdem Præstantissimi Religiosis dignissimus Filius *prax. rerum Regular. tom. 4. tract. 18. p. 45. numer. 2.* Ad dictum autem Defunctorum Officium non tenentur sub mortali Moniales ejusdem præclarissimi Ordinis, ad longum, pluribus adductis, probat Felix Potestas *tom. 1. part. 2. a num. 469. ad 487.*

¹⁶ Addenda sunt sequentia Decreta, tradita, & scite commentata ab eruditissimo Cavalieri in Agenda Defunctorum.

¹⁷ Matutinum Defunctorum pro generali eorum commemoratione non debet cantari pridie vespere in festo omnium Sanctorum, sed recitandum est mane die 2. Novembris post Laudes diei; *Sacra Rit. Congregat. 23. Maji 1603. in Egitanien.*

¹⁸ Matutinum Defunctorum pro generali eorum commemoratione prohibetur esse cantari pridie vespere in festo omnium Sanctorum; sed recitandum est mane die 2. Novembris post laudes diei; *Sacra Rit. Congr. 1. Septembris 1607.*

¹⁹ Officium defunctorum pro secunda die Novembris potest etiam præsentate Episcopo ante Completorium diei festi omnium Sanctorum recitari; *Sacra Rit. Congregat. 5. Julii 1698. in Collen.*

²⁰ Matutinum diei commemorationis omnium Fidelium defunctorum non potest recitari in Choro in die festivitatis omnium Sanctorum post Completorium, sed servandæ sunt Rubricæ; *Sacra Rit. Cong. 22. Januar. 1701. in una Camald. Montis Coronæ.*

²¹ Vesperæ defunctorum pro prima die mensis dicuntur post vespere, etiam Dominicæ, vel festi de præcepto, si accidat; *Sacra Rit. Cong. 23. Maji 1603. in Egitanien.*

²² Officium defunctorum non potest dici in semiduplicibus & Officiis novem lectionum, nisi ad effectum dumtaxat satisfaciendi menti Testatorum; *Sacra Rit. Cong. 12. Julii 1623. in Januarii.*

²³ Officium defunctorum dici potest in choro separatim ab officio diei in diebus exceptis a Breviario pro adimplenda Testatorum voluntate; *Sacra Rit. Cong. 12. Augusti. 1682. in Triventini.*

²⁴ Duplicatio antiphonarum præter diem commemorationis omnium Fidelium defunctorum, & diem depositionis Defunctorum, *Ferrari Tom. V.*

Et, fiat in diebus 3. 7. 30. & anniversario; *Sacra Rit. Congr. 8. Martii 1738.*

Quando ab aliqua Congregatione dicitur totum Officium defunctorum, non debet illud dici ut secunda die Novembris omitendo Psalmos post vespere, & Matutinum positos in officio defunctorum; *Sacra Rit. Congregat. 1. Julii 1698. in Collen.*

In Officio defunctorum in Vesperis, & Laudibus dicendi semper sunt psalmi appositi *De profundis, & Lauda anima mea Dominum, & post Vesperas, & Laudes* omitantur iidem psalmi tantum in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, & in die depositionis defuncti; *Sacra Rit. Congregat. 23. Junii 1736. in Einsliden.*

Psalmi *Lauda anima mea Dominum, & De profundis* omitantur in precibus post officium in die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, & in die obitus, seu depositionis defuncti dumtaxat, cæteris autem diebus semper, & omnino dicantur; *Sacra Rit. Congregat. 3. Augusti. 1737. in Nolana.*

Hujusmodi decreta in *Nolana, & in Einsliden.* confirmata fuerunt a *Sacra Rit. Congreg. die 8. Martii 1738. & in una Eremitarum Ord. Camaldul. teste P. Merati tom. 2. sect. 9. cap. 2. num. 5. in fine, & in Indice Decretor. num. 339.* Vide *verb. Resolutiones Sacra Congr. in Indice 2. Merati num. 339.*

Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum non est celebranda, nec facienda in die Dominico, sed transferri debet in feriam secundam sequentem; *Sacra Rit. Congr. 24. Septembris 1605. in Augustan.*

In commemoratione omnium Fidelium Defunctorum potest fieri Officium de festo duplici minori, sed Missæ sunt celebrandæ de Requiem; *Sacra Rit. Congregat. 5. Oct. 1686. in una Urbis.*

Occurrente duplici minori, seu translato in die commemorationis Defunctorum, Officium faciendum est de Sancto, Missæ vero celebrandæ sunt de Requiem; *Sacra Rit. Cong. 19. Junii 1700. in Curien.*

In die commemorationis omnium defunctorum in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, ubi quotannis occurrit dies Octavae Dedicationis Ecclesiæ, Missæ privatæ dicendæ sunt de Requiem, & cantandæ sunt duæ Missæ Conventuales, seu scilicet de die Octavæ post Tertiam, & altera de Requiem, post Nonam juxta Rubricas. Quando vero dies octavæ incidit in Dominicam, omnes Missæ celebrandæ sunt de die octavæ, & commemoratio omnium Fidelium Defunctorum transferatur in diem sequentem; *Sacra Rit. Cong. 17. Septembris 1696. in una S. Germani. Montis Cassini.*

Jam in omnibus Congregationibus Ordinis Benedictini post festum omnium Sanctorum 13. Novembris celebratur solemnis commemoratio omnium defunctorum Confratrum dicti Ordinis; quid si illa die 14. Novembris alicubi adstet festum duplex translatum, aut occurrens Erine ejusdem duplex ulterius transferendum, vel duplex celebrandum, & tamen peragendum cum officio defunctorum, & dicendæ omnes Missæ pro Defunctis Confratribus præter unam de festo? Vel erine Officium alia die dicendum? Et tunc non amplius in celebrando convenient Monasteria nostri Ordinis. Sacra vero Rituum Congregatio die 1. Maji 1736. respondit: *Commemoratio omnium Defunctorum non est transferenda, sed si die illa occurrat festum duplex minus, seu translatum, fiat Officium de festo duplici cum Missa solemnâ post Tertiam; Officium vero Defunctorum recitandum erit post Laudes, & omnes Missæ privatæ dicentur pro Defunctis in paramenis nigris.*

Quando Anniversarium seu Officium solemne pro animabus omnium defunctorum Confratrum alicujus Congregationis fit in festo ritus duplici minoris, potest cantari Missa de Requiem; secus, si occurrat in festo altioris ritus; *Sacra Rit. Cong. 8. Martii 1738.*

In abolitione in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum non est dicenda tota conclusio in Oratione. *S. R. C. 5. Julii 1698. in Collen.*

Ubi ex dispositione Testatorum singulis diebus canendum est in Ecclesiâ Responsorium pro Defunctis, potest quotidie decantari, exceptis festis 1., & 2. classis, & octavis privilegiatis, nec non tota hebdomada majori; in prædictis autem festis 1., & 2. Classis, & octavis privilegiatis, ac majori hebdomada, ne pia Testatorum voluntas defraudetur, Responsorium prædictum recitetur privatim in choro, absolutis horis canonicis. *S. R. C. 8. Julii 1741.*

Alia ad rem, vide v. *Matutinum num. 14., & in tom. 8. De*

Decreta S. R. Congregationis, quæ consule ex eorum proprio indice.

OMEN.

Vide verb. Superstitio num. 30.

ONYROMANTIA.

Vide ibidem num. 25.

OPINIO.

Vide verb. Conscientia a num. 68. ad num. 114.

OPINIO PROBABILIS.

AN opinio recentiorum, ceteris paribus, faciat majorem probabilitatem, quam antiquorum opinio; An minus communis opinio, dummodo sit probabilis, possit Episcopus legem prudenter, & rationabiliter agendi constituere; Et an unius opinio, dummodo sit optima ratione munita, possit communiori præferri; Vide Leges Prudentiæ Episcopalis a Josepho Maria Maraviglia Episcopo Novariensi indicatas, atque Innocentio XI. dicatas, Leg. 167. 312. 340.

Verum superioribus annis circa usum Opinioni probabilis tria edita sunt Decreta: primum ab Episcopo Tridentino: alterum a Sacros. Rom. & Universal. Inquisitionis Congregatione: utrumque occasione quarundam Thesium, quas publicæ, licet in ædibus Parochialibus, concertationi quidam Theologus exposuerat Avissi in Tridentina Diocesi. Tertium denique a Capitulo Generali Mantuano totius Ordinis FF. Minorum Sess. xv. habita die 6. Junii 1762. Ut votis aliquorum fieret satis visum est præfata Decreta hic adducere: Sunt autem tenoris ut sequitur.

DECRETUM I.

Franciscus Felix, Dei gratia Episcopus, & S. R. I. Princeps Tridenti, Marchio Castellarij, Sacris Cæsareis Regis Majestatis a Consiliis secretis, ex Comitibus de Albertis de Enno &c.

Perillusibus, Nobilibus, admodum Reverendis, & venerabilibus respectivè Parochis, & Curatis Nostra Tridentina Diocesis salutem in Domino sempiternam.

Dolenti equidem animo perceperimus, proxime elapso Mense Junio in loco Avissi Tridentinæ hujusce nostræ Dioceseos quosdam articulos, quos infra notabimus, manuscryptos ad discipulandum privatim domi fuisse propostos, ac discipulis, ubi nullæ sunt scholæ; quod quidem tunc dissimulandum duximus, minime nescii, privatam ejusmodi exercitationem probro dedecorique cessisse Auctori, qui ab Oppugnatoribus in arcum ita adductus est ut causa illum palam cecidisse aditantes omnes facile intellexerint. Cum vero novissime harum Thesium exemplar extra hanc Diocesim typis editum in manus nostras pervenerit, muneris nostri ratio flagitat, ut confessim gliscenti malo obviam eamus, ne Populus nostræ curæ concreditus nimia opinandi licentia a recta salutis semita deducatur. Noveritis itaque, a nobis articulos, quos infra subijciemus, acervatim sumptos omnino rejici, improbarique, prout harum litterarum tenore rejicimus, atque improbamus, prohibentes, ne sub pœnis Canonicis, ac aliis arbitrio Nostro iidem articuli acervatim sumpti in disceptationem, asumque deducantur. Officii porro vestri partes in eo esse debent, ut Populum cum ex sacro suggestu, tum in Pœnitentiæ Tribunali dexterrime eo inducatis, ut ea sequatur dogmata, quibus tum ratio solidior, tum gravior Authoritas suffragatur, quod dum a vobis sanctè observandum confidimus, Episcopalem vobis Benedictionem impertimur.

Datum Tridenti ex Arce Nostræ Residentiæ hac die tertia Januarii 1761.

Franciscus Felix Episcopus.

Ad mandatum Celsissimi, & Reverendissimi D.D. principum Presb. Joseph Antonius Bertinalli-Cancellarius.

Hic recitantur Theses damnatæ, quæ legi poterunt in sequenti Decreto.

DECRETUM II.

S. Rom. & Universal. Inquisitionis confirmatum a SS. D. N. Clemente Papa XIII. quò prohibentur Theses circa Probabilitatem expositæ publicæ disputationi anno 1760. Avissi in Diocesi Tridentina.

Feria V. die 26. Februarii 1762.

Per suas litteras ad Congregationem S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis, labente superiori anno datas, dolenter nimium conqueitus est Antonius Celsi Tridentinæ Ecclesiæ Canonicus Decanus, Theses quasdam de Probabilitate a Parocho Avissensi Diocesis Tridentinæ in Ædibus canonicalibus jampridem propugnatas, postmodum sine nota loci, & Auctoris obscuro prælo fuisse curatas, & vulgatas non sine Religionis detrimento, & bonorum offensione, præsertim Ecclesiasticorum, quorum pars suo est regimini, & vigilantia concedita. Postulante itaque eodem Decano congruum adhiberi remedium inveniendi malo, ne latius serpat, Theologicæ censuræ de more subiectæ fuerunt prædictæ Theses unico contentæ folio impresso, cujus tenor ita se habet.

PROBABILISMUS

Publicæ disputationi Ven. Clero Avissensi exercitii gratia expositus contra Probabiliorismum stricte talem, utpote negotium perambulans in tenebris.

Pro die 10. Junii 1760. in Ædibus Canonicalibus Avissi.

Utinam observaremus mandata Domini certa! Quid nobis tanta sollicitudo de dubiis? Celerrimus P. Conf. Roncaglia lib. 2. cap. 3.

I.

Probabilismus noster versatur circa hæc tria.

Licet sequi probabiliorum pro libertate, relicta minus probabilis pro Lege.

Licet sequi æque probabilem pro libertate relicta æque probabilis pro Lege.

Licet sequi minus probabilem pro libertate, relicta probabiliori pro Lege.

Ex iis deducuntur sequentia Paradoxa.

II.

Ufus Probabilismi maxime tutus. Ufus Probabiliorismi maxime periculosus.

III.

Ufus genuini Probabilismi minime in laxitatem degenerare potest.

Ufus Probabiliorismi stricte talis in Rigorismum excurrere debet.

IV.

Probabilioristas qua tales, qui ex consilio probabiliora sequuntur, laudabilissime operari affirmamus.

V.

Probabilioristis stricte talibus, qui ex præcepto, quod numquam clare probant, se ipsos, & alios ad probabiliora impellunt, merito Rigoristarum nomen imponimus.

V I.

V I.

DECRETUM.

In Capitulo Generali Mantuano totius Ordinis FF. Minorum Sess. XV. habita die 6. Junii 1762. promulgatum.

Qui nullatenus ad Christianam perfectionem tendere possunt, nisi sequendo probabilissima.

V II.

Abusus Probabiliorismi stricte talis non solum licentiæ frænum, sed licentiæ calcar est; quod Gallorum testimonio comprobamus.

V III.

Genuinus itaque noster Probabilismus, qui nec morum corruptelam inducit, nec a S. Sede umquam male fuit notatus, origine sua Thomisticus, progre. u ætati Jesuiticus, utpote a quo arctatus, emendatus, & contra Janfentianos furores propugnatus fuit.

X.

Qui ergo habitat in adjutorio fundatissimi Probabilismi, sub protectione plurimorum ex omnibus Orbis Christiani nationibus præstantissimorum Theologorum commemorabitur securus.

Ex Historia Critica.

X.

Hinc sine ulla laxissimi nota Benignissimum etiam vocamus; sed legitimum, quem sua sent utraque lex Cæsarea, & Pontificia; sed Dominicanum, quem illustris Dominicanorum ordo jam a primis temporibus est amplexus; sed Pium, qui Christianam pietatem fovet; sed Thomisticum, quem S. Thomas in amoribus habuit, qui ducentas, & plures opiniones libertati faventes in suis sententiæ libris docet; sed Christianum, qui Christo Domino summe familiaris fuit.

O. A. M. D. & V. G.

Pro coronide. Probabilismus noster stans pro libertate, est notabiliter probabilior ipso Probabiliorismo stante pro Lege.

Cum vero Theses hujusmodi notæque Theologicæ expensæ fuerint in Congregatione generali habita in Palatio Apostolico Quirinali coram Sanctissimo Domino Nostro Clemente Papa XIII. Sanctitas sua auditis Eminentissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitionum a S. Sede Apostolica specialiter deputatorum suffragiis, folium prædictum, & Theses in illo expositas prohibendas, ac damnandas esse censuit, prout præfati Decreto damnat, & prohibet tanquam continentia propositiones, quarum aliqua sunt respectivè falsæ, temeraria, & piarum aurium offensivæ. Illam vero excerptam a numero X. nempe Probabilismum, qui Christo Domino summe familiaris fuit, proferendam uti erroneam, & hæresin proximam, Præfatum itaque folium sive Theses ut supra excerptas sic damnatas, & prohibitas Sanctissimus Dominus noster vetat, ne quis cujusque status, & conditionis ullo modo sub quocumque prætextu, quovis idioma te imprimere, ac imprimi facere, vel transcribere, aut jam impressum, sive impressas apud se retinere, & legere, sive publice propugnare audeat, sed illud, vel illas Ordinarius locorum, vel hæreticæ pravitatis Inquisitionibus tradere, & consignare teneatur sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis.

Benedictus Veterani Assessor.

Ferrar. Biblioth. Tom. V.

L I 2

Cupiens Generale Capitulum ea scandala ab Ordine, 2
removere, quæ ex nimia opinandi licentia, in doctrinis
præcipue ad mores pertinentibus oriri, & suscitari possent;
renovat, & confirmat eas omnes Constitutiones, quæ in
aliis præcedentibus Generalibus Capitulis de Doctrinis in
nostris scholis, & a nostris scholis legendis decreta sunt.
Et ad hunc effectum mandat, & præcipit Sacre Theologiæ
Lectoribus, aliisque omnibus, quatenus doctrinas tutiores,
& probabiliores semper doceant, & amplectantur.

Hoc autem Decretum, datis a suis subditos Encyclicis
litteris, vulgarunt & illius observantiam quanta possent
auctoritate præperunt Reverendissimus P. Petrus Joanne-
tus de Malina Generalis totius ordinis FF. Minorum S. Fran-
cisci iterato Minister die 4. Octobris 1762. Romæ ex Ara
Cæli, nec non Reverendissimus P. Paqualis a Variis Com-
missariis Generalis Civitatis Romæ ad mem-
tiam Martium proxime superioris anni 1761.

Porro quanti faciendum sit hujusmodi Decretum, vel in-
de licet arguere, quod a gravissimis Patribus longe amplissi-
mi Ordinis manarit, sitque oppido contentanum aliis anti-
quioribus ejusdem Ordinis Constitutionibus; neque ullus il-
li auius fuerit contraire, sed plenum, ut asserunt, deinceps
in Franciscanorum scholis effectum habuerit; acta quoque
prædicti Capituli a summo Regnante Pontifice ultimum ob-
tinuere roboris firmitatem. Cetera, quæ de Opinione
probabili habet Auctor noster P. Ferraris vide verb. Conscien-
tia a n. 68. ad 114. in Tomo Secundo.

ORACULA VIVÆ VOCIS.

Oracula vivæ vocis sunt concessiones Privilegiorum, 1
seu Gratia facta a Supremo Principe ver. gr. Summo
Pontifice sola voce, seu Oretenus sine Scriptura; Ita in re
communis; Oracula vivæ vocis alia sunt authentica, & alia
non. Oracula authentica sunt illa, quæ ne memoria pereant,
& ut etiam pro Foro externo probari, & practicari possint,
subinde in scripturam rediguntur, & testimonio authentico
ab iis, quibus ex officio incumbit, fide digna redduntur.
Oracula autem non authentica sunt illa, quæ vel neglectu
impetrantium, vel alia de causa non sunt tali forma in scri-
pturam redacta; Communis. Hinc Oracula vivæ vocis Au-
thentica, ut teneantur a non authenticis, solent in colle-
ctionibus Privilegiorum, & Oraculorum vivæ vocis distin-
cto, & diverso signo notari, ut patet in Compendio Pri-
vilegiorum Fratrum Minorum, ubi Oracula vivæ vocis authen-
tica signantur O magno, & non authentica O parvo, ut tes-
tantur Auctores ipsius Compendii; Ad Lectorem in declara-
tione Abbreviatorum Allegationum.

Gratiæ, & Privilegia vivæ vocis Oraculo concessa quoad
substantiam pro Foro interno, sive sint authentica, sive non,
dummodo non sint revocata, sunt ejusdem valoris, quanti
sunt Privilegia in scriptis concessa; Communis, textu ex-
presso in cap. Institutionis 7. caus. 25. q. 2. Et sic expresse con-
cessit nostræ Ordini Leo X. ut habetur in Compendio Privi-
l. Fr. Minorum verb. Oracula vivæ vocis n. 2. ibi: Idem Leo
concessit, quod non sit minoris efficacitæ. Et valoris vivæ vo-
cis Oracula, quam si per Bullam, aut Breve ad perpetuam rei
memoriam essent concessa. Ad essentiam enim, & substan-
tiam Privilegii non requiritur scriptura, sed etiam oretenus,
seu vivæ vocis oraculo concessum subsistit; Communis, arg.
cap. Si quis cum Clerico 5. caus. 11. q. 1. Et cit. cap. Institu-
tionis 7. caus. 25. q. 2. Clement. Dudum, de Sepulturis, &
Extravag. Et si Dominici, de Pœnitent. Et remission. ibi:
Considerans, quod plurimum contingit, suam Sanctitatem
hujusmodi facultates etiam oraculo vivæ vocis concedere
&c.

Notanter autem supra n. 4. dicitur: Pro Foro interno, quia
Oracula vivæ vocis, ut practicari possint etiam pro Foro ex-
terno, non sufficit illa esse concessa, sed insuper requiritur,
ut illorum concessio probetur authentico testimonio, ut patet
ex Constitutione Julii II. incip. Romani Pontificis, & ex
Regula 52. Cancellariæ; Et ratio est, quia, si sine testimonio
authen-

authenticè valerent etiam pro Foro externo, posset quilibet asserere se habere Privilegium vivæ vocis oraculo concessum, & sic prætextu oraculi vivæ vocis posset cum maxima perturbatione boni Communis eludere Leges, & Canones in Foro externo, quod nemo sanæ mentis audebit admittere; Communis.

7 Omnia, & singula Indulta, & Privilegia quibuscumque vivæ vocis oraculo concessa a Summis Pontificibus ante Gregorium XV. (exceptis concessis ad supplicationem Regum, nec non illis manu Cardinalium firmatis) revocavit pro utroque Foro, scilicet, tam pro Foro interno, quam pro externo, dictus Gregorius XV. die 2. Julii 1622. Constituit. incip. Romanus Pontifex, quæ ad aberiorem legentium notitiam, hic ad litteram datur.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in specula militantis Ecclesiæ Divina Providentia constitutus, Gratiarum, & Indulta a se, & prædecessoribus suis concessa, justis interdum suadentibus causis, juxta creditum sibi pastoralis Officii debitum moderatur, aut revocat; prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Itaque motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singula Indulta, Facultates, Privilegia, Gratiarum, & Concessionum qualescumque spirituales, & Ecclesiasticas, tam ad forum interius, quam exterius spectantia; ac tam ad supplicationem partium, quam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus a Sede Apostolica, quæ tamen vivæ vocis Oraculo hæcenus quodcumque, & qualitercumque, & quavis etiam de necessitate exprimenda causa, quibusvis Collegiis, Capitulis, Ordinibus tam Mendicantium, quam non Mendicantium Societatibus, etiam Societatis Jesu, ac Congreg. quibuslibet; sive eorum & eorum respectivè Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælati, Prioribus, Rectoribus, Generalibus, vel Provincialibus, quocumque nomine nuncupatis, Superioribus, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi prædictæ immediate subiectis, cujuscumque Dignitatis, præminentie, aut quovis Privilegio munitis, non tamen ad supplicationem, Regum concessas, in iis videlicet, quæ non sunt sortita effectum, tenore præsentium revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus; ac revocata, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua perpetuo fore, & esse, neque in posterum cuiquam suffragari posse, vel debere, neque aliquem iis de cætero uti ullo modo posse, etiam si expressa, & specifica mentio, etiam de verbo ad verbum de iis faciendâ esset, decernimus, & declaramus.

§. 2. Firmis tamen, & in robore permanentibus omnibus Indultis, & aliis Concessionibus prædictis vivæ vocis Oraculo S.R.E. Cardinalibus ad ipsorum, vel aliorum quorumcumque favorem propria S.R.E. Cardinalium manu firmatis pro ipsis, vel aliis factis, & de quibus idem S.R.E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt.

§. 3. Decernentes præsentibus Litteris, & in eis contenta quocumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu aliquo quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in Jus, vel in controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, aut adversus illas quodcumque Juris, Gratiarum, vel Facti remedium impetrari, nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, sicutque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere.

§. 4. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutio-

tionibus, & ordinationibus Apostolicis Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorumque Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælati, Prioribus, Rectoribus, & aliis Superioribus prædictis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habent es, illis alias in suo robore permanentibus, ac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, exteriusque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in Judicio, & extra illud, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostentæ.

§. 7. Quodque eadem præsentibus Litteris, seu illarum, exempla ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die secunda Junii MDCXXXII. Pontificatus nostri anno secundo.

Postea autem Urbanus VIII. die 20. Decembr. 1631. Constituit. incip. Alias felicitis recordationis Gregorius Papa XV. revocavit etiam omnia, & singula Indulta, & Privilegia vivæ vocis oraculo concessa, etiam ad instantiam Imperatoris, & Regum, & manu quorumcumque Cardinalium firmata: Quæ Constitutio etiam hic pro omnium scitu ad litteram datur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Alias felicitis recordationis Gregorius Papa XV. Prædecessor Nostræ, ut subnascens jugiter variis difficultatibus, & abusus ex Privilegiis a Sede Apostolica vivæ vocis oraculo sæpe numero concessis obviam iret, Constitutionem edidit tenoris subsequens, videlicet: Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam Romanus Pontifex in specula militantis Ecclesiæ &c. ut supra.

§. 2. Cum autem experientia rerum magistra compertum sit, concessionibus, & gratias vivæ vocis oraculo, etiam a S.R.E. Cardinalibus obtentas, & ipsorum manu firmatas, sæpe ab his, in quorum favorem emanarunt, minus canonice interpretatione extendi, & perperam in disciplina Ecclesiastica detrimentum executioni demandari: Idcirco quantum cum Domino possumus, his, & aliis malis occurrere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, & de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, quibus negotium hujusmodi mature discutendum commissimus, omnia, & singula Privilegia, facultates, Licentias, & Gratiarum qualescumque per Summos Pontifices Prædecessores nostros, ac per Nos vivæ vocis Oraculo, & S.R.E. prædictæ Cardinalium quorumcumque manu firmata, quibuscumque Generalibus, Provincialibus, ceterisque Superioribus, & personis cujusvis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, sive secularibus, sive Regularibus, vel etiam ipsis Ordinibus, Congregationibus, Instituti, & Societatis, etiam Societati Jesu, aut ejus Clericis, seu Presbyteris, aliisque personis prædictis, quocumque de causa, etiam de necessitate exprimenda, occasione, prætextu, vel colore, etiam intuitu, contemplatione, seu ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcumque, aut alias quomodolibet concessa, nullatenus posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, sicutque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere.

§. 3. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostentæ, quodque eadem præsentibus Litteris, seu illarum exempla ad valvas Basilicarum prædictarum, & in acie Campi Floræ hujusmodi similiter affixæ omnes, quos concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 20. Decembris 1633. Pontificatus nostri anno nono.

Deinde idem Urbanus VIII. die 11. April. 1695. Constituit. incip. Alias felicitis recordationis Gregorius Papa XV. justis de causis declaravit, prædictam suam revocationem non comprehendere illos Officiales, seu Ministros, quibus ratione suorum Officiorum, seu Munerum de Summi Pontificis Oraculis, fides haberi solet, et debet; Quæ Constitutio, utpote summe necessaria ad hujus notitiam complementum, etiam hic ad litteram datur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias felicitis recordationis Gregorius Papa XV. Prædecessor Nostræ, ut subnascens jugiter variis difficultatibus, et abusus ex Privilegiis a Sede Apostolica vivæ vocis Oraculo sæpe numero concessis obviam iret; Constitutionem edidit tenoris subsequens, videlicet: Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam Romanus Pontifex.

Et subinde per nos accepto, quod experientia rerum magistra compertum erat, concessionibus, & Gratiarum vivæ vocis Oraculo, etiam a S.R.E. Cardinalibus obtentas, & ipsorum manu firmatas, sæpe ab his, in quorum favorem emanarunt, minus Canonice interpretatione extendi, & perperam in disciplina Ecclesiastica detrimentum executioni demandari, idcirco, quantum cum Domino possumus, his, & aliis malis occurrere volentes, motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium hujusmodi mature discutendum commissimus, omnia, & singula Privilegia, Facultates, Licentias, & Gratiarum qualescumque per Summos Pontifices Prædecessores nostros, ac per Nos vivæ vocis Oraculo, etiam S.R.E. prædictæ Cardinalium quorumcumque Generalibus, Provincialibus, ceterisque Superioribus, & personis cujusvis Ordinis Congregationis, Instituti, & Societatis, sive secularibus, sive Regularibus, vel etiam ipsis Ordinibus, Congregationibus, Instituti, & Societatis, etiam Societati Jesu, aut ejus Clericis, seu Presbyteris, aliisque personis prædictis, quocumque de causa, etiam de necessitate exprimenda occasione, prætextu, vel colore, etiam intuitu, & contemplatione, seu ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcumque, aut alias quomodolibet concessæ, illorum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem pro tempore existentibus nonnullis nostris, & Sedis Apostolicæ Officialibus, seu Ministris, qui eorum Officiorum, seu Munerum ratione de Gratiis, Concessionibus, & Dispositionibus, quibuscumque per Nos faciendis, mandatisque, & jussionibus nostris exequendis, aliisque rebus, & negotiis gerendis, Nobiscum diversa tractant per se, seu de eorum mandato faciendâ, gerenda, & executioni demandandâ, vivæ vocis Oraculo commiserimus, & in dies circa ea, quæ ad cuiuslibet eorum officium, seu Munus, quo funguntur, pertinent, committamus: Nos firmiori gestorum de mandato nostro per Officium, seu Ministrorum securitati consulere volentes, motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Officiales, seu Ministros prædictos, quibus alias ante emanatas prædictas Constitutiones ex Officiorum auctoritate, & prærogativa de Oraculo per eos a Romanis Pontificibus pro tempore existentibus habito, fides haberi solebat, quoad ea, quæ, ut præfertur ad cuiuslibet eorum officium, seu Munus, quo funguntur, pertinent, in litteris etiam nostris prædictis super revocatione Oraculorum hujusmodi emanatis, minime comprehensos fuisse, nec esse, nec comprehendi debere declaramus, & ad abundantiorum cautelam eosdem Officiales, seu Ministros adversus easdem Constitutiones, quatenus opus sit, restituimus, & plenarie reintegramus in omnibus, & per omnia, perinde ac si quoad illos prædictæ Constitutiones non emanassent; Decernentes, presentes Litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Gregorii Prædecessoris hujusmodi, nostrisque Litteris præfatis, ac omnibus illis, quæ in dictis Litteris concessa sunt non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 21. Aprilis 1635. Pontificatus nostri anno duodecimo.

Unde,

- 10 Unde, ut vides, ex hac secunda Constitutione Urbani VIII. §. Cum autem pro tempore existentibus, clare patet, quod omnia illa Indulta, & Privilegia vivæ vocis oraculo a quocumque Pontifice concessa & testificata, seu authenticata per Officiales, & Ministros, quibus vi sui officii, de Privilegiis, & Gratiis per Pontifices oretenus concessis, vel concedendis, fides adhiberi solet, & debet, adhuc impræsentiarum valent pro utroque Foro, scilicet tam interno, quam externo, valideque, et licite practicari possunt. *Communis, ac certa, Reiffenstuel lib. 5. decr. tit. 33. num. 155.*
- 11 Officiales autem, seu Ministri prædicti sunt multi, et diversi, ut patet in *Extravagant. commun. Ad regimen. 13. de præbendis, & dignitatibus*, ibi: *Officialium dicte Sedis, videlicet Camerarii, Vicecancellarii, Notariorum, Auditorum, Litterarum contradiçarum, & Apostolici Palatii causarum Auditorum, Corredtorum, & Scriptorum Litterarum Apostolicarum, ac Poenitentiarum præfate Sedis, ac Abbreviatorum, nec non Commensalium, & aliorum quorumlibet Capellanorum Sedis ejusdem. Et etiam quorumcumque Legatorum, sive Nuntiorum, ac in Terris Ecclesie Romanæ Redtorum, & Thesaurariorum &c.*
- 12 Inter Officiales, seu Ministros præfatos computantur, & revera sunt Cardinales illi, qui ad id a Papa deputantur, vel Protectores Ordinum existunt; quia quamvis in *did. cap. Ad regimen non numerentur inter Officiales Papæ, & Sedis Apostolicæ*, tamen in Religiones sibi committas Jurisdictionem, curam, & vigilantiam exercent tamquam Ministri Papæ, qui est omnium Religionum Generalissimus, & Administrator, Gubernator, & Rector? Unde est ipsis omnino credendum in iis, quæ testantur de Religionibus, quas protegent, ut recte *ex cit. Constitutione Urbani VIII. sub num. 9. abata colligant, & docent Peyrinus in Formul. Prælat. Regul. lit. 2. cap. 3. & Appendice 4. ad Urban. VIII. num. 2. fol. 726. Donatus præf. rer. Regul. tom. 1. tract. 16. quæst. 12. num. 1. Reiffenstuel loc. cit. num. 157. & alii passim.*
- 13 Hinc plurima adhuc impræsentiarum valent Privilegia vivæ vocis oraculo concessa, utpote debite authenticata ab aliquo ex prædictis Officialibus, seu Ministris, vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus juxta dictam Constitutionem Urbani VIII. Et talia sunt omnia illa, quæ in *Compendio Privilegiorum Fratrum Minorum* a Hieronymo a Sorbo juxta Decreta Concilii Tridentini, & alias Constitutiones Pontificias reformato, comprehenduntur, & signanter *O magno*; quia Privilegia tali *O magno* signata, ut fuit dictum supra, num. 3. sunt vivæ vocis oracula vere Authentica, sicut sunt illa signata æquivalenti signo in libris Privilegiorum aliorum Ordinum. Et vivæ vocis oracula authenticata per prædictos Officiales, & Ministros Papæ, & Sedis Apostolicæ, non sunt revocata: ut expresse declarat Urbanus VIII. in *supra num. 9. adducta sua secunda Constitutione §. Cum autem pro tempore existentibus.*
- 14 Unde saltem pro foro interno valent adhuc hodie Privilegia vivæ vocis oraculo concessa ante tempora, vel tempore Leonis X. quia dictus Leo X. concessit, quod *Fratres Minores Regularis Observantie secunda conscientia possint uti omnibus a Sede Apostolica, sive per Bullas, sive per Brevia, sive vivæ vocis oraculo concessis Privilegiis, prout ea in libris Ordinis reperuntur, ac si omnia specificè fuissent tunc expressa. Et quod hujusmodi vivæ vocis oracula non sint minoris efficacia, ac valoris, quam si per Bullam, aut Breve ad perpetuam rei memoriam essent concessa*: prout testatur Laurentius Presbyter Cardinalis tituli Quatuor Coronatorum, & Protector dicti Ordinis Minorum, & habetur in 1. tom. *Collec. Bullar. Rodrig. in fine Bull. Leonis X. fol. 1317. & in supplement. ejusdem Ordinis concess. ibi fol. 58. de quo idem Rodrig. tom. 1. qq. Regul. quæst. 7. art. 5. & tom. 3. q. 22. art. 1. & 2. & habetur etiam in Compendio Privilegior. Ordinis Minor. v. 76. Oracula vivæ vocis num. 1. & 2. ubi num. 1. insuper additur, quod pro majori conscientiarum securitate omnia de novo concessit vivæ vocis oracula authentica; atque vivæ vocis oracula vere authentica, (uti sunt ista, utpote testificata a prædicto Eminentiſſimo Cardinali Laurentio tunc Ordinis Protectore) non sunt revocata, ut expresse declarat Urbanus VIII. in dicta sua secunda Constitutione allata supra sub num. 9. ergo adhuc hodie vigent.*
- 15 Item eadem ratione adhuc hodie valent pro Foro conscientie Privilegia vivæ vocis oraculo concessa ante tempora, vel tempore S. Pii V. quia dict. S. Pius V. die 13. Martii 1566. vivæ vocis oraculo confirmavit Privilegia Ordinis Minorum

pro Foro conscientie, etiam illa, quæ sunt contra Concilium Tridentinum, cujus copia authentica est in Archivio Conventus S. Joannis Regum Ordinis Prædicatorum, prout in *Compendio Societatis Jesu. tit. de Concil. Trident. §. 3. & Rodriguez. tom. 1. qq. Regular. q. 8. art. 8. & habetur in 2. collec. Bull. Rodrig. in fine Oraculorum S. Pii V. fol. 428. num. 15. & sub an. 1567. Conclit. incip. Ejsi Mendicantium, & alia incip. Ad ubi res, multa expresse concessit suo Præclarissimo Ordini Prædicatorum, quæ Decretis Concilii Tridentini adversantur.*

Nec obstat, quod Gregorius XIII. immediatus Successor S. Pii V. anno 1572. Conclit. incip. *In tanta rerum, & negotiorum mole* revocaverit expresse omnia Privilegia a dict. S. Pio V. concessa contra Concilium Tridentinum, & ad terminos ejusdem Concilii Tridentini reduxerit, ibique statuerit, Regulares teneri stare Decretis Concilii Tridentini, & Juri veteri, ac si dictæ Concessionibus, & Constitutionibus S. Pii V. nunquam emanassent. Non obstat, inquam, quia Greg. XIII. in d. sua Constitutione non revocat Privilegia concessa Regularibus pro Foro interno; revocat enim ibi sola illa Privilegia Regularibus concessa contra dispositionem Concilii Tridentini, ex quibus perturbatio inter Episcopos, & Mendicantes solet oriri; quandoquidem in Proemio dictæ Constitutionis, ubi causa finalis exprimitur, sic præcisè legitur: *Demum animadverso. quod ea omnia multis dubitationibus involuta, magnisque difficultatibus obstructa, multas, magnasque dissensiones, altercationes, & lites inter prædictos Locorum Ordinarios, & Fratrum ipsorum Ordines non sine gravi Divini cultus, & animarum detrimento, ac populorum scandalo concitaverant. Ulis autem privilegiorum Mendicantium in Foro conscientie exercitus, nec magnam, nec parvamlitem inter prædictos poterit excitare; quod esse mente valde tenendum, ut recte dicit Donatus infra citandus, quia causa finalis est illa, quæ stringit, & ampliat Privilegia, cum ratio Legis sit anima Legis; l. Cum ratio ff. de donis damnatorum; & cessante ratione, & causa Legis cessat ipsa Lex; leg. Adigere 6. §. 2. ff. de jure patronat. & cessante causa cessat effectus; cap. Cum cessante 60. de appellationibus; Sic citatus Donatus præf. rerum Regular. tom. 1. tract. 11. q. 17. numer. 19. & alii plures; Tum quia in dicta Constitutione Gregorii XIII. nullatenus nominantur Oracula, unde ad ista non debet extendi, cum uti poenalis non debeat extendi ad non expressa, quia, si voluisset, expressisset; quod enim voluit, expressisset; arg. c. Inter corporalia 2. de translation. Episcop. §. Sed neque istud, & cap. Quia circa 22. de privilegiis. & cap. Ad audientiam 12. de Decimis, et uti odiosa debet restringi, ne minus lædat, juxta Regulam in cap. Odia 15. de Regul. Juris in 6. & cap. Olim 16. de verbor. significat. & l. Beneficium 3. ff. de Constitutionibus Principum. Oracula enim favore animæ concessa, revocatis Privilegiis, non intelliguntur revocata, nisi in specie, et expresse revocentur, prout docent Innocent. in cap. Constitutus num. 2. de rescriptis. Felin. in consil. 6. num. 1. Henricusque lib. 7. de Indulgent. cap. 24. num. 8. Donatus loc. cit. num. 17. & tract. 16. q. 6. num. 5. cum Navarr. Rodriguez Faust. Peyrin. et Bordon. ibi citatis.*

Item adhuc hodie valent pro Foro conscientie Privilegia vivæ vocis oraculo concessa ante tempora, vel tempore Clementis VIII. dummodo non adversentur Concilio Tridentino, quia dictus Clemens VIII. die 20. Decembris 1595. Constitut. incip. *Ratio Pastoralis officii* confirmavit: et innovavit ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine omnia, et singula Privilegia Fratrum Minorum, etiam vivæ vocis oraculo concessa, ut patet ibi §. 3. Unde cum ob Clausulam ex certa scientia, sub qua de novo concessit omnia Fratrum Minorum Privilegia a quocumque Pontifice, sive per Bullam, sive vivæ vocis oraculo concessa, jam ipsa vivæ vocis oracula acquirunt novam naturam, et novum esse, et ex vivæ vocis oraculis evadunt Privilegia scripta, seu Bullata, eorumque naturam assument, ut recte observant Pellizar. tract. 9. cap. 1. num. 132. Reiffenstuel lib. 5. Decretal. tit. 33. num. 161. et alii, adeoque non sunt revocata saltem pro Foro interno a Greg. XV. et Urbano VIII. in supra adductis Constitutionibus a num. 7. ad 9.

Item valent adhuc hodie omnia vivæ vocis oracula post Gregorium XV. et Urbanum VIII. concessa, quia cum par in parem non habeat imperium; cap. Innotuit 20. de election. §. Quamvis, & cap. Exiit 3. de verbor. significat. in 6. §. Ceterum sanctæ memoria, fiat clarum, quod Gregorius XV. et Urbanus VIII. in dictis suis Constitutionibus non ligaverint manus

manus Successorum Pontificum, adeoque vivæ vocis oracula ab illis expost concessa valent adhuc hodie pro Foro interno, etiam si de iis testimonium authenticum ab Officialibus, et Ministris prædictis non habeatur, sed alii fide digni Superiores, Generales, Provinciales, Procuratores, Generales, et hujusmodi, in quorum præsentia aliqui Papa Gregorii XV. et Urbani VIII. Successor Privilegium oretenus concessit, testimonium ferant; Supradicti enim duo Pontifices loquuntur præcisè de Oraculis antea concessis, & probatio per testimonium dictorum Officialium Papæ, & Sedis Apostolicæ ab Urbano VIII. præscripta se extendit solum ad probanda Oracula præcedentia, non autem ad Oracula in futurum concedenda (a).

19 Ut autem vivæ vocis oracula post Urbanum VIII. concessa valeant etiam pro Foro interno, quamvis absolute non requiratur probatio concessionis per testificationem dictorum Officialium propter dicta numero antecedenti; Atamen requiritur tale fide dignum testimonium de eorum concessione, quale ad probandum in Foro externo alias requiritur, & sufficit. arg. toto titulo 19. de probationibus. Sic Reiffenstuel loc. cit. num. 164. & alii passim.

20 Hic juvat ad rem addere novissimam Constitutionem Clementis XII. revocatoriam diversarum facultatum, ut sequitur.

Clementis XII. revocatio diversarum facultatum a Romanis Pontificibus per eorum vivæ vocis oraculum, vel Rescripta.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam,

Romanus Pontifex, Gregis Dominicæ curæ sibi Divinitus commissæ, more Sæculi Pastoris jugiter advigilans nonnulla, quæ a Prædecessoribus suis concessa noscuntur, justis interdum suadentibus causis, quibus præsertim Ecclesiasticæ disciplinæ conservationi, animarum Christianissimum salutem, ac recto rerum ordini consulitur, pro Apostolice muneris sui sollicitudine moderatur, revocat, & immutat, sicuti omnibus debite considerationis trutinâ perpensis conspiciet in Domino salubriter expedire.

Itaque de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum, S. R. E. Cardinalium consilio, ac etiam motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine omnia, & singula infra scripta Indulta, facultates, & gratias, quæ tam ad supplicationem partium, quam motu, scientia, & potestate plenitudine, a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, vivæ eorum vocis oraculo, vel per Rescripta propria illorum, aut de eorum mandato cujusvis S. R. E. præfate Cardinalis, alteriusve ipsorum Prædecessorum, vel Sedis Apostolicæ Officialis, & Ministri manu signata, quibusque utriusque sexus personis Sæcularibus, vel Regularibus, cujuslibet status, gradus, conditionis, præeminentiæ, ac Dignitatis, sive Ecclesiasticæ, sive temporalis existentibus, etiam si de iis specialis, ac individua mentio, & expressio necessario faciendâ foret: Communitatibus quoque, Universitatibus, Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Confraternitatibus, Conventibus, & Monasteriis cujusvis Ordinis, Congregationis, Militiæ, etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac Instituti, & Societatis etiam Jesu, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Exemptorum, & non Exemptorum, ac quovis tandem Privilegio suffultorum nullis

prorsus exceptis, quandocumque, & qualitercumque concessa fuerint, tenore præsentium revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, irritamus, & annullamus, viribulque, & effectû penitus, & omnino vacuumus, ac revocata, cassata, sublata, abrogata, irrita, & annullata, viribulque, & effectû vacua esse, ac perpetuo fore, neque de cetero cuiquam suffragari posse, vel debere decernimus, & declaramus.

Indulta autem, facultates, & gratiæ hujusmodi sunt, quæ sequuntur videlicet.

I. Excipienti Confessiones sive Sæcularium, sive Regularium, etiam Monialium, aut aliarum quarumvis Personarum in Conventibus, Monasteriis, seu Conservatoriis degentium absque expressâ Ordinariorum, ac Superiorum illorum, ad quos pertinet, facultate: nec non eligendi sibi Confessarium ab iis respective non approbatum.

II. Absolventi quocumque sive Sæculares, sive Regulares utriusque sexus a peccatis, pœnis, & Censuris in Litteris die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari consuectis, vel alias Sedi Apostolicæ, Locorumve Ordinaris, aut Superioribus Regularibus quoquo modo reservatis; Prout quoque eligendi Confessarium, etiam ex legitime ad audiendas Confessiones approbatis, qui a peccatis, pœnis, ac Censuris sic reservatis absolvat.

III. Eximendi, seu absolventi quemlibet ab obligatione denunciandi in casibus, quibus denunciatio juxta Præscriptum Constitutionum Apostolicarum seu alias fieri debet.

IV. Utendi quibuscumque facultatibus etiam generaliter concessis quoad altercunque di tæ Sedi, vel etiam ipsi Romano Pontifici reservata, sive per eos, Majori, vel Minoribus Poenitentiaris attributis, durante Jubilæo, vel Missionum, Exercitiorum spirituum, Quadragesimæ, Adventus, aut alio quovis anni tempore; sicuti etiam utendi facultatibus quæ ab Officio Poenitentiarie Apostolicæ aliquando impertiri solent.

V. Relaxandi juramenta quælibet, etiam si de nullo cuiusquam agatur damno, seu præjudicio.

VI. Dispensandi, sive commutandi vota quæcumque, licet simplicia duntaxat, ac juramento minime confirmata.

VII. Dispensandi cum quibusvis personis Sæcularibus pariter, vel Regularibus super quibuslibet irregularitate & in habilitate quomodocumque ex delicto, vel defectu etiam prorsus occultis proveniente, tam pro exercendis susceptis, quam pro suscipiendis quibusvis Ordinibus, ac retinendis, & atsequendis quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis.

VIII. Dispensandi super quocumque impedimento quantumvis occulto matrimonium dirimente, sive agatur de matrimonio contrahendo, sive de convalidando jam contracto.

IX. Convalidandi titulos Beneficiorum Ecclesiasticorum Simoniacæ, vel ex alio quovis capite invalidè obtentorum, ac condonandi fructus qualitercumque indebite perceptos, aut componendi super iisdem fructibus.

X. Celebrandi Missam in itinere, aliave occasione in quocumque loco super Altari portatili, sive extra tempus, ab Ecclesia definitum, vel non servandi omnia, & singula ab ipsa Ecclesia præcepta, & ordinata circa celebrationem, Missæ, & administrationem Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ.

XI. Officium Divinum absque legitima causa non recitandi, illudve commutandi in alias preces, vel opera pia, sive recitandi unum Officium pro alio, aut extra tempus ab Ecclesia statutum, vel super præmissis cum aliis dispensandi.

XII. Indulta quæcumque a Regularibus utriusque itidem sexus obtenta, votum paupertatis quomodolibet laxentia, aut Regulari observantiæ, Apostolicis Constitutionibus, pro-

(a) Multa profecto in hoc articulo occurrunt, quæ seriatim indigerent animadversione. Si stemus Auctori, nullius sunt roboris Constitutiones Greg. XV. & Urbani VIII. vivæ vocis oracula in tam ampla forma revocantes, saltem quantum ad Forum internum. Hic nihil aliud agam, nisi subnectere verba P. Remigii Matchat, quæ veluti regula inconcussa mihi sunt, postquam ejus opus a Clar. Ubald. Giralda illustratum est. Is autem ita habet L. V. tit. XXXIII. Rz. 5. Privilegia vivæ vocis oraculo concessa hodie revocata sunt per Conclit. Urb. VIII. incipient. *Aliis*, & Greg. XV. incip. *Romanus*:

quæ vero post dictas Bullas viva voce concessa sunt, pro-
babilibus valent pro foro interno, cum ob substantiam privi-
legii scriptura non requiratur: & in foro externo non pro-
bant, nisi fuerint authentizata per publicos officiales Papæ,
ad id constitutos, ut statuitur in cit. Conclit. Urb. VIII.,
Confer, mi lector, æquam ac sobriam hanc doctrinam cum
portentosa extensione privilegiorum vivæ vocis oraculo con-
cessorum, non obstantibus præfatis Constitutionibus. Videnda
tamen est Conclit. Clem. XII. ut infra.

priique Ordinis, seu Instituti statuti contraria, vel adversantia.

XIII. Facultas Regularibus alloquendi Moniales etiam con-

XIV. Indulta facultates, & gratias mox relatas, eorumve aliqua in toto, vel in parte inlesite, vel ad tempus, & in casu particulari, seu alio quovis modo aliis communicandi.

Quæ quidem omnia, & singula, etiam si sub quibuslibet aliis quantumvis amplis verborum formis, & tenoribus concessa, & impetrata fuerint quoad utrumque forum, ac generaliter, sive res sit de casu occulto, sive de publico, revocata, & abrogata esse, ac intelligi, & ceteri debere statui.

Dilicte propterea prohibemus, ne quisquam deinceps indultis, facultatibus, & gratiis sic per Nos revocatis, & abrogatis ullatenus uti audeat, seu præsumat sub pena Excommunicationis, ac privationis Officiorum, Dignitatum, & quorumvis Beneficiorum obtentorum, vocis activæ, & passivæ, nec non inhabilitatis ad audiendas Confessiones, & ad Officia, Dignitates, & Beneficia hujusmodi in futurum obtinenda ipso facto absque ulla alia declaratione per Frangitres respective incurrenda, a qua non nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam quoad Excommunicationem præfatam in mortis articulo constituti, absolutionis, dispensationis, seu rehabilitationis beneficium valeat obtinere.

Noverrint insuper Pœnitentes, & alii fideles, absolutiones, dispensationes, relaxationes, commutationes, convalidationes, compositiones, & alia ejusmodi, si quæ in posterum contra hanc nostram prohibitionem obtinuerint, nulla fore, nulliusque roboris, ac momenti.

Ceterum per præfatas non intendimus revocare suprascripta Indulta, facultates, & gratias, quæ per qualvis Litteras Apostolicas, etiam in simili forma Brevis expeditas, vel Rescripta a S. R. E. præfata Cardinalium, aut Romanæ Curia Prælatorum, aliive Almar Urbis Congregationibus edita, & ab eisdem Prædecessoribus approbata, nec non per dict. Officium Pœnitentiariæ Apostolicæ quodcumque concessa fuerint, seu emanaverint, quæ salva, ac firma remanere volumus.

Decernentes, eisdem præfatis Litteras, & in eis contenta, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in controverfiam vocari, aut adversus illa quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed ipsas præfatas Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, dictaque Sedis Nuncios, & alios quoslibet, quavis præminencia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si tecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit quarumlibet Ecclesiarum, Ordinum, Congregationum, Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitanæ, Institutorum, Societatum, etiam Jesu, Communitatum, Universitatum, Capitulorum, Collegiorum, Confraternitatum, Convencionum, & Monasteriorum, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, usibus & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolentibus clausulis irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine pariter, ac Confortialiter, & alias quomodolibet

libet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, et quantilcumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et infererentur præfatis pro plene, et sufficienter expressis, et intertis habentes, illis alias in suo robore permanentis ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse, ac plenissime, et amplissime derogamus, et derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem eadem præfatas Litteras ad omnium notitiam, facilius deveniant, volumus, illas, seu earum exempla ad Valvas Ecclesie Lateranensis, et Basilicæ Principis Apostolorum, Curiaque generalis in Monte Citorio, et Acie Campi Floræ de Urbe præfata, ut moris est, affigi, et publicari, sicque publicatas, et affixas omnes, et singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, et afficere, ac si unicuique eorum nominatim, et personaliter intimatæ fuissent: Utque ipsarum Litterarum Transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in Judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ eisdem præfatis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam majorem sub Annulo Pictoris die xxi. Februarii MDCCXXII. Pontificatus nostri anno secundo.

Novæ additiones ex aliena manu.

NON inutiles est, hic accuratius inquirere, quænam vivæ vocis oracula fuerint revocata.

Illud principio monendum est, sub generali revocatione oraculorum vivæ vocis non venire Privilegia oretenus omnibus fidelibus, aut omnibus Ecclesiasticis, vel aliis, quam Regularibus concessa, quia in Bullis revocatoriis exprimitur duntaxat privilegia oretenus concessa Regularibus Ordinum, tum Mendicantium, tum non Mendicantium; Grueber de Privilegiis, tract. 1. disput. 4. sect. 5. num. 48. De Privilegiis itaque concessis oretenus Regularibus erunt sequentes quaestiones.

An sub generali revocatione venerint oracula illa vivæ vocis, quibus declarantur Privilegia Regularium, aut Constitutiones Pontificiæ etc. Negat Grueber de Privilegiis, tract. 1. disput. 4. sect. 5. numer. 43. At recte Amort. in addit. ad mox laudatum Auctorem: Inter declarationes (ait) alias esse authenticas, dispositivas, ac novæ legis constitutivas, quæ non habent vim Legis. Itaque si circumstantiis constet, declarationem in re indeterminatam per Legem, esse novæ Legis constitutivam, aut a Lege generali non per episcopiam, sed ex gratia exceptivam, eadem ratio erit de his oraculis declarativis, quæ de aliis. Intentio enim Pontificis privilegia revocantis talis esse præsumenda est, qualis esse debet. Talis autem esse debet, quale exigit virgens ratio.

De indulgentiis quoque oretenus concessis queritur, an ea comprehendantur sub generali revocatione oraculorum vivæ vocis? Pariter negat Grueber loco citato. Sed Amort. tum in addit. ad ipsum, tum in tractat. de Indulgent. quest. 56. nota 5. affirmativam sententiam tenet, et merito, quia etiam Indulgentiæ sunt indulta, et gratiæ etc. quæ in Bulla Urbani VIII. revocantur, imo majus est confusiois, deceptionis, aut scandali ex hujusmodi incertis indulgentiis periculum, quam ex aliis privilegiis.

Gravior quaestio est, an Privilegia vivæ vocis oraculo concessa, quæ ante revocationem Gregorii XV. sortita fuerint effectum, qui tamen tractum habet successivum, dici debeant revocata? Fertur autem, P. Dominicum Molin. Procuratorem Generalem Ord. Prædicat. petiisse a Sac. Congregatione Episcoporum, et Regularium negotiis proposita declarari, an stante præfata revocatoria Gregorii XV. gratia, & privilegia vivæ vocis oraculo concessa Generalibus, Vicariis Generalibus, & Procuratoribus Generalibus, ac eorum Ordinibus, quæ sortita erant effectum ante revocationem, licet

Vide verbo Superstitio num. 32.

ORATIO.

Orationis nomen sumitur tripliciter, scilicet generalissime, generaliter, & specialiter; Navarr. in cap. Quando, seu Enchirid. de Oratone, & Hor. Canonice præfud. 5. num. 8. & 9. Gobat t. 1. tract. 5. n. 733. et alii passim. Oratio generalissime sumpta significat quamlibet sanctam operationem; Oratio generaliter sumpta significat laudem Dei, gratiarumque actionem; Oratio specialiter sumpta significat petitionem rei alicujus decentis a Deo; Gobat loc. cit. numer. 733. Navarr. loc. cit., et alii passim. Et Oratio hoc tertio modo sumpta, scilicet specialiter, seu proprie, recte definitur a D. Thoma 2.2. quest. 83. art. 1. his verbis Est petitio rerum decentium impetrandarum a Deo immediate, vel mediate ad eum directa; Et sic in re alii communiter.

Oratio recte dividitur in mentalem, et vocalem; Oratio mentalis, seu interna est illa, quæ non voce, sed sola mente formatur, exercendo videlicet interiores animæ potentias circa Deum cum interna, pia, & familiari ad eum directâ colloquutione, prout fit in Meditatione, de qua S. Augustinus lib. de Spiritu, & anima cap. 70. dicit: Meditatio parit scientiam, scientia compunctionem, compunctio devotionem, devotio vero perficit Orationem; Oratio autem vocalis est illa, quæ formatur voce externa exprimente pium nostrum internum desiderium ad Deum. Et additur notanter exprimitur nostrum internum desiderium, quia Oratio vocalis ad hoc, ut habeat veram rationem Orationis, necessario debet habere adjunctam Orationem mentalem, seu internam, aliter sine interiori affectu, & attentione prolata non prodest juxta illud vulgatum;

Si mens non orat, in vanum lingua laborat.

Et sic orantes tamquam hypocritæ merito reprehenduntur a Christo Matthæi 15. num. 7. & 8. his verbis: Hypocrite, bene prophetavit de vobis Isaias dicens: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.

Oratio vocalis divi sicut in privatam, & publicam. Oratio privata est illa, quam proprio suo motu, & nomine homo privatim quocumque decenti modo, & loco effundit ad Deum pro se, vel pro aliis. Oratio publica est illa, quæ auctoritate publica, & nomine totius Ecclesie a Ministris ad id deputatis Deo offertur, uti fit in Missa, & Horis Canonici.

Oratio Adultis usum rationis habentibus est necessaria necessitate præcepti Divini, positivi, & naturalis. Communis; Et quod sit necessaria necessitate præcepti Divini positivi, habetur expresse ex pluribus Sacre Scripturæ locis, ut Luc. 18. Oportet semper orare. Ad Colossens. 4. Orationi instate vigilantes in ea. 1. Ad Thessalonicens. cap. ult. sine intermissione orate. Ad Ephes. 6. Orantes omni tempore, & sæpe alibi: Quod autem sit necessaria necessitate præcepti naturalis, clare de se patet, quia jus naturæ exigit, ut Deum, quandoque per actus Religionis honoremus, & colamus, & hoc naturale præceptum est adeo naturæ rationali insitum, ut omnes gentes etiam barbaræ, & infideles semper agnoverunt, cum nunquam fuerit gens tam barbaræ, ac infidelis, quæ Deum aliquem, seu verum, seu falsum aliquo cultu non honoraret, & coleret, & signanter per Orationem, quæ naturæ obvia maxime indigentiam nostram a Deo primo omnium Principio declarat.

Immo Oratio secundum ordinarium Dei concursum salvandi Adultos, est ipsi necessaria ad salutem etiam necessitate medii. Ita Suarez tom. 2. de Religion. lib. 1. de Oratione cap. 28. Layman lib. 4. tract. 1. de oratione num. 2. Sporer tom. 1. tract. 2. in 1. Præcept. Decalog. cap. 7. num. 21. ubi dicit sic tenere omnes. Et hoc desumitur ex verbis Apostoli ad Romanos 10. ibi: Omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit, & mox addit: Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? indicans non minus quam Fidem, etiam invocationem Divini Nominis, seu Orationem esse medium necessarium ad salutem. Item ex verbis Christi Luc. 11. ibi: Petite, & accipietis, quasi dicat, nisi petieritis, non accipietis; adeoque petitionem, seu Orationem ordinarie esse me-

M m dium

licet effectus tractum habeat successivum, vel alias respiciet personas particulares, ut sunt presentaturæ, & magistreria, maneat in suo robore, & valida censeatur, ac si in dicta Constitutione revocatoria non essent comprehensa, an vero aliqua indigeant revalidatione, tam in temporalibus, quam in spiritualibus; et mox dictam Sacram Congregationem verbis hinc rescriptis: Sacra Congregatio etc. prædictas gratias, & privilegia in dicta revocatoria Constitutione non comprehendendi nullaque revalidatione indigere, proindeque validas fore, & esse, eisdemque secure uti posse censuit, prout alias fuit responsum. Vide Castellin. de elect. Canonice. cap. 5. numer. 37.

Inixi autem huic rescripto complures negativam in hac quaestione opinionem tenent. Sed non conveniunt, de intelligentia privilegii sortientis effectum, qui habeat tractum successivum; Confer Grueber loco citato num. 50., & 51.

Non omitendum vero, quod Amort. in addit. ad num. 50. Hanc conclusionem (inquit) admittendam quidem esse quoad privilegia personalia, de quibus agit illa Molinæ interrogatio, & S. Congregationis responso. Non vero extendendam ultra personas actu gaudentes usu Privilegii. Ratio est, quia intentio illius clausule exceptivæ Pontificiæ præsumenda est esse qualis debuit esse juxta Leges prudentiæ. Quum ergo prudentia solum suadeat excipi personas, non successores, solum inter exceptos censendi sunt tempore Gregorii XV. actu gaudentes usu Privilegii

At verba ac eorum Ordinibus pandunt actum hanc hujusmodi solummodo de privilegiis concessis Generalibus, Vicariis Generalibus etc. Quod si actum dicendum sit de privilegiis solummodo concessis Generalibus, et Vicariis Generalibus, nisi ea fuerint restricta ad eos, qui tunc munera illa obibant, non video cur ad successores non sint transitura.

Privilegia vivæ vocis oraculo concessa, de quibus testati sunt Officiales Summi Pontificis, quibus vi officii de privilegiis Pontificiis oretenus concessis fides haberi solet, non esse revocata, communis sententia est inmixta Bullæ VIII. incipienti Alias felicitis recordationis. Intellege tamen modo non sint contraria Decretis Concilii Tridentini, vel Pontificiarum Constitutionum, ut probe notat Amort. in addit. ad Grueber dict. loco num. 53.

Ad magna est dissenso, quinam veniant nomine Officialium, quorum facta attestatio de concessis viva voce privilegiis sufficit, ut non sint revocata. Ad Grueber dicto opere num. 54., et ibi Amort. in addit.

Pariter in eam communiter eunt Doctores sententiam, Privilegia oretenus primitus concessa, ac postea per Constitutiones Pontificias, Motu proprio, et ex certa scientia confirmata, non comprehendi in Constitutionibus revocatoriis Privilegiorum. Vide innumeros Auctores relatos a Grueber eodem loco num. 55. tum rationes ab eo numeris sequentibus adductas. Sed Amort. in addition. hanc opinionem impugnat.

Impugnat quoque idem Amort. in addit. ad num. 56. opinionem illam, quod Privilegium primum per Bullam concessum uni Religioni, deinde vero alteri communicatum per oraculum tantum vivæ vocis, non veniat sub generali revocatione oraculorum vivæ vocis.

Reliquum est, ut duo adnotemus. Alterum est, quod revocata tantummodo dici debent Privilegia oretenus concessa ante Bullas revocatorias, non item post ipsas. Recte vere, ait Amort. in addit. ad Grueber loc. cit. num. 54. Non esse verisimile ullum Romanum Pontificem post ea tempora voluisse, aut velle integris Communitatibus concedere Privilegium notabile sine scriptura authentica. Solum enim Privilegia personalia solent concedi aliquando sine forma probante non publicata.

Alterum est, quod si qua post Bullas revocatorias concessa sunt Privilegia, vel concedentur vivæ vocis oraculo, ea veniunt sub generali Privilegiorum revocatione. Etenim si Papa, vel Concilium intendit revocare Privilegia omnia etiam scripta, adeoque matura deliberatione edita; multo sane magis revocare intendit Privilegia vivæ vocis oraculo concessa, ut contra Grueber dict. loc. num. 45. firmat Amort. in addit.

dium necessarium ad salutem ; Quamvis enim Divinum auxilium ad vincendas tentationes , & servanda Dei præcepta necessarium quandoque detur non petentibus , ordinariæ tamen non datur , nisi petentibus , ut patet ex illo Jacobi Apostoli cap. 4. num. 2. Non habetis , propter quod non postulatis .

9 Quamvis tempus , quo urget obligatio orandi , per se loquendo , & ex virtute Religionis determinari non possit , necessarium tamen est , ut non nimis diu ab Oratione desistant , juxta illud Lucæ 18. Oportet semper orare , & non deficere . 1. Ad Thessalonicens. capitul. ultim. Sine intermissione orate , & ad Ephes. 6. Orantes omni tempore . Unde Sanctus Joannes Chrysofostom. lib. 2. De orando Deum sic dicit : Si teipsum desistis precatione , perinde feceris , ac si piscem ex aqua extraxeris , ut enim piscis vita est aqua , ita tibi deprecatio . Et idipsum fortius inculcat Sanctus Bonaventura de perfectione vitæ cap. 5. respectu Religiosorum . Revera Religiosus non frequens assidue Orationem , non solum est miser , & inutilis , quinimo coram Deo fert animam mortuam in corpore vivo Non est mirum , si tentationibus succumbat frequenter miserabiliter , qui studium Orationis non frequentat .

10 Per accidens vero , & saltem ex lege Charitatis tenetur quilibet homo orare in variis casibus . Primo , quando adest necessitas gratiam recuperandi . Secundo , quando adest periculum gratiam amittendi . Tertio , quando adest periculum grave propriæ mortis . Quarto , quando occurrit aliqua spiritalis necessitas proximi , cui aliter succurri non potest , nisi orando pro eo . Quinto , quando Respublica , seu Communitas adest in aliqua gravi necessitate , seu periculo , sive spiritali , sive temporali . In istis enim , & similibus casibus tenetur quis ex populo orare sub gravi , vel levi culpa omnino æstimanda prudenti judicio , juxta gravem , vel levem casum indigentiam , & urgentiam . Communis .

11 Respectu autem aliquarum particularium personarum potest insuper adesse obligatio orandi in quatuor specialibus casibus . Primo , quando adest specialis status , vel Ordinis Sacri , vel Beneficii , vel Religionis professio . Secundo , quando adest speciale votum . Tertio , quando adest speciale pactum . Quarto , quando adest speciale præceptum impositum a Superiore , vel in Sacramento Pœnitentiæ . Communis .

12 Oratio fieri potest pro omnibus , qui nondum sunt in termino ; adeoque non solum pro nobis , sed etiam pro quibuscumque aliis , etiam sceleratissimis peccatoribus , pro Paganis , Turcis , Judæis , Schismaticis , Hæreticis , & Excommunicatis . Communissima . Et patet tum ex praxi Ecclesiæ , signanter in Feria sexta majoris Hebdomadæ , tum ex verbis Apostoli 1. Ad Timoth. 2. ibi : Obsecro vos primum omnium fieri obsecrationes , Orationes , postulationes , gratiarum actiones pro omnibus hominibus .

13 Dicitur notanter , qui nondum sunt in termino , quia non est orandum pro Beatissimis in Cælo existentibus , cum ipsi Orationibus non indigeant , sed nos potius eorum Orationibus indigemus , cap. Cum Martha . §. Tertio loco , de celebratione Missarum , ibi : Respondemus , quod , cum Sacra Scriptura dicat auctoritas , quod injuriam facit Martyri , qui orat pro Martyre , idem est ratione consimilis de aliis sanctis sentiendum , quia Orationibus nostris non indigent pro eo quod , cum sint perfecte Beati , omnia eis ad vota succedunt , sed nos potius orationibus eorum indigemus . Quamvis tamen variis doceant , posse illis peti novam gloriam accidentalem , ut videtur etiam concedi in cit. cap. Cum Martha , §. Tertio loco . Item nec orandum est pro damnatis , cum ipsi nec dilectionis Dei , nec hominum , nec ullius Orationis effectus capaces sint . Communis .

15 Orandum est tamen pro Animabus Purgatorii , quia licet ipsæ sint in termino merendi , & demerendi , non tamen sunt in termino mansionis . Certa de fide , etiam in veteri Testamento , Machabeor. 2. cap. 12. & idem alibi : Sancta ergo , & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare , ut a peccatis solvantur . Quo in loco S. Augustinus lib. de cura pro mortuis habenda cap. 11. addit : Esi id nunquam in Scripturis veteribus omnino legeretur , tamen sufficere deberet universa Ecclesiæ in hac consuetudine clara auctoritas . Et de verbis Apostoli cap. 32. ait : Orationibus S. Ecclesiæ , & sacrificio salutaris , eleemosynis , quæ pro eorum spiritibus erogantur , non est dubitandum mortuos adjuvari , ut cum eis misericordius agatur a Domino . quam eorum peccata meruerunt : Hoc enim a PP. traditum universa observat Ecclesiæ .

Immo nedum est orandum pro Animabus Purgatorii , sed & ipsæ sunt probabiliter orandæ , & invocandæ , ut orent pro nobis ; quia licet non sint in statu merendi , id tamen ad orandum , & impetrandum non requiritur , ut testatur ipsemet S. Thomas 2. 2. quæst. 83. art. 16. ad 2. Et de facto ex Scriptura Sacra constat , Animas Patrum veteris Testamenti , dum erant in Limbo , fuisse solitas orare pro populo , Jeremie 15. & 2. Machabeor. cap. ultim. ubi de Jeremia Defuncto dicitur : Hic est qui multum orat pro populo . Sic tenent Bellarminus lib. 2. de Purgatorio cap. 15. Joannes Medina cap. de Orat. quæst. 4. verb. de Animabus , Gabriel ject. 85. in Canone Missæ prope finem , Sporer tom. 1. tract. 2. in 1. præcept. Decalog. cap. 7. num. 1. Layman lib. 4. tract. 1. cap. 1. nu. 5. cum Valentia , Suarez , & Lessi. ibi citatis , & plurimi alii passim , quamvis S. Thomas , & alii senserint contrarium ; Verbo Anima .

17 Animæ in Purgatorio orant etiam Deum pro se ipsis , quia cum pœnam , & miseriam suam cognoscant , & intensissime desiderant , & sperent suam liberationem , nihil obstat , quo minus hoc suum desiderium , & spem , suamque indigentiam Deo humili petitione explicare possint , saltem ut excitet fideles viventes ad suffragia pro illis ferenda . Ita Alesius in 4. part. quæst. 91. membr. 4. Valentia tom. 2. disp. 6. qu. 2. part. 6. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 1. de Orat. cap. 11. §. sed jam dicendum , Lessius lib. 2. cap. 37. dub. 5. Layman loc. cit. num. 5. ubi dicit hoc certum esse debere , Sporer tom. 1. tract. 2. in Præcept. Decalog. cap. 7. n. 17. ubi dicit hoc certum esse , & alii passim .

18 Angeli , & Sancti in Cælo , & orant pro nobis , & a nobis recte , & salubriter invocantur tamquam Intercessores apud Deum ; Eit de Fide quoad utramque partem contra Hæreticos . Et prima pars , scilicet , quod Angeli , & Sancti in Cælis orent pro nobis , clare patet ex Sacra Scriptura , Zachar. cap. 11. , ubi habetur , quod Angelus afflictionem populi miseratus ita Dominum deprecatus sit : Domine exercituum usquequo tu non misereberis Hierusalem , & Urbem Juda , quibus iratus es ? Et Tobie 12. ubi Angelus dixit ad Tobiam : Quando orabas cum lacrymis Ego obtuli Orationem tuam Domino ; & Jeremie 15. ubi Deus ipse dixit : Si steterint Moyses , & Samuel coram me , non est anima mea ad populum istum , per quod clare demonstrat , quod Moyses , & Samuel jam Defuncti poterant , & solebant orare pro populo Judæorum ; Alioquin si nunquam orarent , vel orare non potuissent , inepta fuisset talis Dei locutio . Et Apocalyp. cap. 5. Describuntur viginti quatuor seniores in Cælo prociadisse coram Deo habentes Phylaxas aureas plenas odoramentorum , quæ sunt Orationes Sanctorum ; Et ibidem cap. 8. dicitur , quod Ascendit fumus incensurum de Orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo , & sæpe alibi in Sacra Scriptura , tum veteris , tum novi Testamenti habentur consimiles textus probantes Angelos , & Sanctos in Cælis orare pro nobis .

19 Secunda etiam pars , scilicet quod Angeli , & Sancti a nobis recte , & salubriter invocentur tamquam intercessores apud Deum , clare etiam patet ex pluribus textibus Sacre Scripturæ . Genes. 48. legitur , quod Jacob Patriarcha Angeli opem imploravit ; & Sanctos posse invocari monstravit , ibi : Angelus , qui eripuit me de cunctis malis , benedicat pueris istis , & invocetur super eos nomen meum , nomina quoque Patrum meorum Abraham , & Isaac , & crescant in multitudinem super terram ; Et Job 5. ibi : Vocæ ergo , qui tibi respondeat , & ad aliquem Sanctorum convete . Exodi 32. ita Moyses orabat Dominum . Recordare Abraham , Isaac , & Jacob servorum tuorum ; Et Psalm. 113. ibi : Memento Domine David , & omnis mansuetudinis ejus . . . Propter David servum tuum non avertas faciem Christi tui : Daniel. 3. ibi : Ne auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum , & Isaac servum tuum , & Israel sanctum tuum .

20 Tum quia de Fide est , homines Sanctos , & justos a viventibus recte utiliterque orari , seu invocari ut Patroni . vel Intercessores nostri apud Deum , ergo multo magis eisdem Sanctos nunc cum Christo regnantes in Cælis licebit orare , & invocare ut Patroni , & Intercessores nostri apud Deum ; antecedens clare habetur ex variis Sacre Scripturæ textibus ; 1. Reg. 7. dicunt filii Israel ad Samuel : Ne cesses clamare ad Dominum Deum nostrum , ut salvet nos de manu Philistinorum . Job ultimo , dicitur : Ite ad servum meum . Job. Jeremie 42. habetur : Dixeruntque ad Jeremiam Prophetam , cadat Oratio nostra in conspectu tuo , & ora pro nobis Dominum Deum

Deum tuum . Baruch 1. legitur : Pro nobis ipsis orate ad Dominum Deum nostrum . quia peccavimus Deo nostro . Ad Romanos 15. sic habet Apostolus : Obsecro vos Fratres per Dominum nostrum Jesum Christum , & per Charitatem Sancti Spiritus , ut adjuvetis me in Orationibus vestris pro me ad Deum . Et Jacob cap. 5. dicitur : Orate pro invicem , ut salvemini , malum enim valet deprecatio justis assidua .

21 Nec valet dicere cum Hæreticis , quod invocatio Sanctorum cedit in injuriam Christi Mediatoris , qui solus est Mediator , & Advocatus noster . 1. Ad Timoth. cap. 2. ibi : Unus est Mediator Dei , & hominum , Homo Christus Jesus . Non valet , inquam , quia , cum ibi Apostolus itatim subjungat : Qui dedit redemptionem semetipsum pro nobis , aperte demonstrat , quod non loquitur de Mediatore per intercessionem (a) , sed solum de Mediatore per Redemptionem , quem solum esse Christum Jesum unicuique nostrum Redemptorem , de Fide nos ipsi indubitanter tenemus ; quamvis plures Mediatores per Intercessionem admittamus .

22 Oratio ex Christi promissione habet infallibilem impetrandi vim , dummodo adint conditiones requisitæ ; Communis . Habetur enim clare ex pluribus Evangeliorum textibus ; Matthæi 7. dicitur : Petite , & dabitur vobis , & ibidem cap. 21. habetur : Omnia quacumque petieritis in Oratione credentes , accipietis , & Marc. 11. promittitur expresse : Propterea dico vobis , omnia quacumque orantes petitis , credite , quia accipietis , & eveniet vobis . Luc. 11. absolute dicitur : Omnis enim , qui petit , accipit , & Joann. 16. concludit suam infallibilem promissionem dicens : Amen amen dico vobis , si quid petieritis Patrem in nomine meo , dabit vobis .

23 Prima conditio requisita ad efficaciam , & infallibilem effectum orationis est , quod petantur necessaria , & utilia ad salutem ; Cum enim ad infallibiliter obtinendum juxta textum mox allatum Joannis 16. debeamus petere in nomine Salvatoris , clare indicat , quod petenda sint necessaria , & utilia ad salutem , quia , ut optime adeum locum exponit S. Augustinus tract. 102. in Joannem : Non petitur in nomine Salvatoris , quidquid petitur contra rationem salutis .

24 Secunda conditio est , quod Oratio sit pia , scilicet cum Devotione , & maxime cum firma Fide obtinendi id , quod petitur , quia supradictæ promissiones Christi ad infallibilem effectum , seu impetrationem Orationis exigunt Fidem orantis . Unde Jacobi 1. dicitur : Postulet autem in Fide nihil hæsitans ; qui enim hæsitat , similis est fluctui maris , qui vento movetur , & circumferetur ; non ergo æstimat homo ille , quod accipiat aliquid a Domino .

25 Tertia conditio est , quod Oratio fiat pro se ipso , & non pro aliis . Ut enim optime observat S. Augustinus tract. 102. in Joannem : Exaudiuntur omnes pro seipsis , non autem pro omnibus : Unde non simpliciter dicitur est , dabit , sed dabit vobis . Quamvis enim ex Charitate orare possimus , ac debeamus etiam pro aliis , juxta illud Jacobi 5. Orate pro invicem , ut salvemini , tamen multo difficilior censetur impetratio pro aliis , quam pro seipso . cum alii possint obicem ponere ratione propriæ indispositionis , quam indispositionem tollere , & dispositionem ponere pro aliis , non est in potestate orantis , sicuti est in sua potestate pro se ipso : Dato autem , quod alii , pro quibus oratur , sint debite dispositi , etiam Oratio pro ipsis facta , & cæteris aliis conditionibus vestita , habebit suum infallibilem effectum , seu impetrationem , ut recte docent Layman loc. cit. num. 10. Reiffenstuel tract. 5. dist. 1. quæst. 5. de Oratione n. 53. & alii .

26 Quarta conditio Orationis infallibiliter , & certo impetrantis est , quod fiat perseveranter , id est , si prima vice non obtineamus , iterum , iterumque instemus . Unde Christus Dominus Luc. 18. dicit : Oportet semper orare , & non deficere : Et ex professo late id ostendit Lucæ 11. de amico , & tribus panibus dicens : Et si ille perseveraverit pulsans , dico vobis , Esi non dabit illi surgens , eo quod amicus ejus sit , propter improbitatem tamen ejus surget , & dabit illi quotquot habet necessarios . Et ego dico vobis : Petite , & dabitur vobis , querite , & invenietis , pulsate , & aperietur vobis .

27 Supradictis quatuor conditionibus concurrentibus , Oratio semper infallibiliter impetrat , et si non impetret , pro-

(a) Christus est etiam Mediator per intercessionem , & diversimode a sanctis . Vide Expositionem doctrinæ Catholicæ Ecclesiæ magni Boiluetii , c. 1v. Ferrar. Biblioth. Tom. V.

venit ex defectu alicujus ex dictis conditionibus , ut omnes ipsas egregie complectens dicit S. Basiliius ferm. de orando Deum , ibi : Ideo quando petis , & non accipis , est quia peccatam postulasti , vel infideliter , vel leviter , vel non conferentia tibi , vel desististi ; Et jam dixerat Jacobus Apoll. in sua Canonica cap. 4. Petitis , & non accipitis eo quod male petatis . Immo supradictis quatuor conditionibus concurrentibus 28 exaudiuntur etiam ipsimet peccatores , ut docet Communis Doctorum cum S. Thoma 2. 2. qu. 13. art. 16. Et expresse S. August. tract. 44. in Joannem , dicens : Si peccatores Deus non exaudiret , frustra ille Publicanus oculos in terra dimitterens , & peccus suam percutiens diceret : Deus propitius esto mihi peccatori . Et S. Joann. Chrysofostom. explicans illa verba Christi Matthæi 7. Omnis , qui petit , accipit , addit , sive justus sit , sive peccator , dum rite orat ; Et ratio est , quia Orationis proprius effectus , seu impetratio non nititur justitia , seu statu gratiæ , sicut meritum solum , sed tantum gratia , misericordia , et liberali promissione Dei , qui dives est , ac pius in omnes justos , ac impios , Judæos , et Græcos , qui invocant illum . Non enim (scribit Apostolus ad Romanos 10. n. 12.) est distinctio in læi , & Græci , nam idem Dominus omnium , Dives in omnes , qui invocant illum .

Nec valet objicere illud cæci nati Joann. 9. Scimus quia Deus 29 peccatores non audit , non valet , inquam , quia , ut respondet S. Augustinus , loc. cit. illud est dictum nondum Spiritu Sancto inuncti , seu perfecte illuminati , et ideo non est ratum , quamvis possit ratificari (ut dicit S. Thomas loc. cit.) si intelligatur de peccatore in quantum peccator est , utpote qui , vel cum actuali affectu peccati , vel pro ipso affectu peccati petat ; Hunc enim Deus non exaudit ex mera misericordia , nisi quandoque ad vindictam , juxta illud S. Augustini tract. 73. in Joann. Deus quædam negat propitius , quæ concedit iratus ; Tum quia propitius sensus illius cæci videtur esse , quod Deus peccatores non exaudiat ad patrationem miraculorum in confirmationem fidei , et consequenter Christum non potuisse tunc facere miraculum , nisi ejus vita , et doctrina esset justa , vera , et a Deo . Sic ad litteram Sporer loc. c. num. 15.

Oratio quotidiana Fidelium , & præsertim Pater noster &c. 30 delet peccata venialia , & quotidiana , textu expresso in cap. De quotidianis 20. dist. 3. de Pœnitentiæ , ibi : De quotidianis , brevioribus , levibusque peccatis , sine quibus hæc vita non ducitur : quotidiana Oratione fidelium satisfaciunt : Eorum est enim dicere Pater noster , qui es in Cælis &c. delet omnino hæc Oratione minima , & quotidiana peccata .

Advertendum est , quod in Instructione pro expositione 31 SS. Sacramenti occasione Orationis 40. Horarum italicè tradita de mandato Clementis XI. & a nobis allata sub verbo Eucharistia in fine , non excipiuntur sub §. 10. pro facultate canendi Missam votivam de SS. Sacramento omnes dies , qui excipiuntur in posteriori , & novissima simili Instructione italice pariter tradita de mandato Clementis XII. In hac enim sub dicto §. 10. post verba Come anche eccettuata la Feria quarta delle Ceneri , e le Ferie seconda , terza , e quarta della settimana Santa , excipiuntur etiam li giorni dell' Ottava di Pasqua , e di Pentecoste , le Vigilie del S. Natale , e della Pentecoste , e l'Ottava dell' Epifania , qui non erant excepti in dicta Instructione Clementis XI. Hinc utpote posterior , attendenda est nunc instructio Clementis XII. quo ad exceptionem etiam supradictorum dierum . In reliquis autem est utraque eadem ad litteram : Unde sufficit cum dictionum exceptorum dierum additione , attendere jam allatam loc. cit. Instructionem . Vide ibid.

Orationes , præter eas , quæ in Ecclesiæ receptæ sunt , in 32 sacris Ritibus non sunt admittendæ . Benedict. XIV. tom. 1. Const. 86. incip. Inter omnigenas , §. 18.

Orationes , seu preces publicæ , earumque formulæ ab 33 Ecclesiastica auctoritate indicendæ sunt & designandæ . Idem Const. 82. incip. Quæmadmodum preces .

Oratio in communi suadetur & laudatur . Orationum vo- 34 calium recitatio laudatur , & confirmantur Indulgentiæ eas recitantibus concessæ : Orationis mentalis exercitium docentibus , illamque peragentibus novæ Indulgentiæ conceduntur : Orationem mentalem per mensem peragentibus , & confessis ac Sacra Communionem receptis indulgentia plenaria conceditur . Hæc omnia ex Constitutione 23. Bull. tom. 2. Benedicti XIV. quam hic per extensum adducimus .

Venerabilibus Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, Episcopis, et Praeulibus Locorum Ordinariis universis gratiam, et communionem Sedis Apostolicæ habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Quemadmodum nihil est hominibus a familiari Dei consortio, et consuetudine avulsis, et eiectionis ad divinos hauriendos fulgores, ad æternam salutem procurandam, et ad Deum quasi manu facta coeundum magis opportunum, salutarem, ac necessarium oratione, quæ est veluti ascensio animæ de terrestribus ad cœlestia, inquisitio Superiorum, invisibilem desiderium, conjunctio Spiritui Sancto, et ad Deum locutio; ita ne desolatione desoletur universa terra ex eo, quod nullus recogitet corde, omnes, et singuli ubique, et semper salutaribus præceptis monendi sunt, quod oporteat semper orare, et nunquam deficere; ut in omni oratione, et oblatione, cum gratiarum actione, petitionibus nostris innotescantibus apud Deum, ipse qui dives est in omnes eum invocantes, nec nostras abs se deprecationes, nec suas a nobis amoveat miserationes. Ea propter Prædecessores nostri Romani Pontifices Divina institutione formati, ut Christi-fideles ad orationis, sive vocalis, sive Mentalis, ut dicitur, illa sit, studium cum alacritate ineundum, et sine intermissione frequentandum incitarent, eosdem tum cohortationibus inflammare tum cœlestium etiam munerum thesauris, quorum dispensationem ipsis crediderat Altissimus altitice studerunt. Indulgentias enim, peccatorum remissiones, et de injunctis eis quomodolibet debitis poenitentis relaxationes elargiti sunt eis, qui sive vocales preces recitarent, sive per aliquod temporis spatium quotidie in lege Domini meditarentur. Nos autem laudatissimis eorumdem Prædecessorum nostrorum exemplis incensum, non solum omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, et poenitentiarum relaxationes per eosdem nostros Prædecessores pro recitantibus quascumque vocales preces (quomodolibet nunquam revocata fuerint) aut quomodolibet orantibus quocumque modo, sive ad tempus, sive in perpetuum ad hanc usque diem concessas Apostolica auctoritate, tenore præsentium, sub isdem prorsus modo ac forma confirmamus, & quatenus opus sit, de novo concedimus; Verum etiam alias insuper iis præsertim, qui mentalis orationis, seu meditationis studio operam deciderunt ut infra, impertimur. Primum itaque omnibus, & singulis sive qui tam in Ecclesiis, quam alibi, & ubicumque locorum publice, & private quocumque homines orandi, seu meditando rudes quomodocumque orare, & meditari docuerint, sive qui pie orandi, & meditando institutioni hujusmodi, ut præmittitur, interfuerint, dummodo vere poenitentes, ac sacra communione refecti, qua vice id egerint, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Iis vero tam docentibus, quam addiscentibus, qui assidue præmissa peregerint, ac similiter vere poenitentes, ac sacra communione refecti, pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint semel in mense pro universis quocumque modo, & arbitrio plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, quam per modum suffragii animabus Christianis fidelibus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, applicare possint, misericorditer in Domino concedimus. Insuper iis, qui per duos quadrantes continuatos, vel saltem per quadrantem horæ singulis diebus, & per totum mensem orationi mentali dabunt operam, & vere poenitentes, & confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias apud Deum preces pariter effuderint, plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, quam itidem per modum suffragii animabus Christianis fidelibus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, applicare possint, auctoritate, & tenore similibus misericorditer in Domino elargimur. Etiam autem juxta Divinum Domini Nostri Jesu Christi præceptum

oporteat, ut quisquis oraturus, ne ad instar Hypocritarum videatur ab hominibus, intret cubiculum suum, & clauso Ostio oret Cælestem Patrem in abscondito: tamen cum ipse Dominus dixerit, ubi sum in medio eorum; & Sanctus Johannes Chrysostomus prædicet: esse in oratione cum fratribus plus aliquid, videlicet concordiam, conspirationem, amoris conjunctionem, & charitatis clamorem felici societate, ex qua orationes infirmiores, se simul complexas, validiores in cœlum evehit; optimum esset, ubi commode fieri posset, ut quemadmodum in nonnullis institutum esse accepimus, ita in omnibus, & singulis Diocæsis in more poneretur: nimirum, ut singulis diebus, dato certo Campanarum signo, sive in Ecclesiis, dummodo totius populi multitudo unum in locum, ubi oret, masculis a foeminis seorsim collocatis, convenire facile possit, & nulla laboratur confusio, & in ordinatio, sive in propria domo patresfamilias, eo aut alio opportuniore tempore ante imaginem Sacram cum tota familia convenientes orent. Ea propter Vos Venerabiles Fratres rogamus, & in Domino hortamur, ut omnibus, & singulis Ecclesiarum, piorumque locorum, in Civitatibus quidem Cathedralis, aliarumque præcipuarum Ecclesiarum; in Oppidis vero Parochialium Ecclesiarum Superioribus, ac Rectoribus injungatis, ut præmissa Campanæ sonitu iis diebus, illicque horis, quibus vobis opportunus in Domino visum fuerit, dando, decernendoque omnes Christi-fideles universisque curæ commissos, quos in unum convenire contigerit, in mentalis orationis studio erudire, sive per alios peritos erudiri faciant, atque ad illam frequentandam accendere, necessitatem, utilitatemque proponere, indulgentiarum, thesauros, quos de benignitate apostolica elargimur, explicare, & ad ipsos ea, qua decet, pietate, reverentia lucrandos inflammare studeant, & enitentur, atque etiam, si commode, ut præmittitur, fieri poterit, orationi mentali in communi practica, ut dicitur, vacare, in eaque exerceri faciant, & curent. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut eandem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel offensa. Interim Apostolicam Benedictionem Vobis, Venerabiles Fratres, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVI. Decembris MDCCXLVI. Pontificatus nostri anno sexto.

Cajetanus Amatus.

* Anno antecedenti super eodem argumento emanaverat hoc aliud Decretum.

Cum Sacra Congregationi Indulgentiis, sacrisque Reliquiis præpositæ humillime expositum fuerit, tribus diebus, scilicet Feria V. in Coena Domini, ac Parasceves, & Sabbathi Sancti, quibus incurta Sanctissimi Corporis, & Sanguinis D. N. Jesu Christi sacrificia ex Ecclesiastica disciplina instituta offerri minime possunt, quoddam primum exercitium in Urbe, & in aliquibus Italiae locis introductum inveniri sub hac lege, ut quisque ipatio saltem unius horæ omnibus ac singulis præfatis diebus orationi mentali, vel vocali in suffragium animarum in Purgatorii penis degentium vacare debeat, ut quo tempore ipsæ fidelium defunctorum animæ suffragiis ex Missarum celebratione provenientibus destituuntur, alia qua potest ratione valeant adjuvari, eadem Sacra Congregatio die 6. Aprilis 1745. re mature perpensa ad laudabile hujusmodi institutum consentit, omnibus & singulis utriusque sexus in Urbe, ac in Italia Christianis fidelibus, qui saltem corde contriti diebus in Cena Domini, ac Parasceves, & Sabbathi Sancti orationi mentali, vel vocali in suffragium fidelium defunctorum unam saltem horam devote impenderint, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum animabus fidelium defunctorum applicabilem in perpetuum concedendam esse censuit. De quibus facta per me inscriptum Secretarium die 10. ejusdem Mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas sua votum sacra Congregationis approbando benigne annuit.

C. Card. de Hieronymis Praef.

A. M. Erba Protonotarius Apostol. Secr. Eam

DECRETUM CLEMENTIS XI.

De celebratione in Oratoris privatis.

Eandem Indulgentiam confirmavit SS. D. N. Papa Benedictus XIV. die 4. Martii 1750. anno Jubilæi. Vide verb. Jubilæum art. 1. n. 47. *

35 Ut quilibet sciat modum concludendi Orationes, seu Collectas, tum in Missa, tum in divino Officio, quidam Sacerdos Poeta sequentibus Versibus omnes quotquot dari possunt conclusiones innivit, videlicet.

Per Dominum dicas, cum Patrem Presbyteras oras,
Cum Christum memoras per eundem dicere debes.
Cum Christo loqueris, qui vivis dicere quaras,
Qui tecum si sit Collectæ finis in illo,
Et si Spiritus alium, ejusdem dicere debes.

36 * Peccatorum orantium tria sunt genera. Alii scilicet in statu peccati mortalis degunt, & se credunt contritos, quamvis non sint. Eorum oratio rite instituta a Deo exauditur. Alii dolent quidem de peccato, sed non ita ut ab eo se expellant; hi vero, ut eniti ac se liberare valeant, si adeo Deum deprecantur ea saltem impetrant, quæ ad æternam suam salutem pertinent. Sunt tandem, qui nec dolent de peccato, nec enitentur ut e statu illo exeant, imo nec volunt; si quid illi petierint a Deo vel spirituale, vel temporale raro exaudiuntur. Ita ex Suarez, Instit. Eccl. 62. §. 10. *

Additio ex Auctore.

37 Orationes, præter eas, quæ in Ecclesia receptæ sunt, in sacris Ritibus non sunt admittendæ; Benedict. XIV. tom. 1. Concl. 89. incip. Inter omnes §. 18. Orationes, seu preces publicæ, earumque formulæ ab Ecclesiastica auctoritate indicendæ sunt, & designandæ; Idem Concl. 82. incip. Quomodo.

38 Oratio in communi suadet, & laudatur; Idem tom. 2. Concl. 23. incip. Quomodo nihil. Orationum vocalium recitatio laudatur, & confirmatur Indulgentiæ eas recitantibus concessæ; Idem ibid. Orationis mentalis exercitium docentibus, illamque peragentibus novæ indulgentiæ concessæ; Idem ibid. Orationem mentalem per mentem peragentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, Indulgentia plenaria conceditur; Idem ibid. Vide supra n. 32. ubi affertur integra dicta Constitutio.

39 Oratio in communi suadet, & laudatur; Idem tom. 2. Concl. 23. incip. Quomodo nihil. Orationum vocalium recitatio laudatur, & confirmatur Indulgentiæ eas recitantibus concessæ; Idem ibid. Orationis mentalis exercitium docentibus, illamque peragentibus novæ indulgentiæ concessæ; Idem ibid. Orationem mentalem per mentem peragentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, Indulgentia plenaria conceditur; Idem ibid. Vide supra n. 32. ubi affertur integra dicta Constitutio.

40 Oratio in communi suadet, & laudatur; Idem tom. 2. Concl. 23. incip. Quomodo nihil. Orationum vocalium recitatio laudatur, & confirmatur Indulgentiæ eas recitantibus concessæ; Idem ibid. Orationis mentalis exercitium docentibus, illamque peragentibus novæ indulgentiæ concessæ; Idem ibid. Orationem mentalem per mentem peragentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, Indulgentia plenaria conceditur; Idem ibid. Vide supra n. 32. ubi affertur integra dicta Constitutio.

41 Orationis mentalis exercitium docentibus, illamque peragentibus novæ indulgentiæ concessæ; Idem ibid. Orationem mentalem per mentem peragentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, Indulgentia plenaria conceditur; Idem ibid. Vide supra n. 32. ubi affertur integra dicta Constitutio.

42 Orationem mentalem per mentem peragentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, Indulgentia plenaria conceditur; Idem ibid. Vide supra n. 32. ubi affertur integra dicta Constitutio.

ORATORIUM.

1 O Ratorium generice captum est locus aptus ad orandum, præterque Deo offerendus; Barbosa lib. 2. Invis Eccles. univ. cap. 8. num. 1. & alii communiter. Oratorium pro Missis celebrandis aliud est publicum, & aliud est privatum; 2 Communis. Oratorium publicum pro Missis celebrandis est illud, quod auctoritate Episcopi est erectum, & ad Dei cultum tantummodo perpetuo dedicatum, habens aditum, & liberum ingressum per viam publicam, & pariter ingressum in viam communem; Colligitur ex cap. Oratorium 6. & cap. in Oratorio 7. dist. 42. cap. Quidam 10. caus. 18. q. 2. cap. Nemo 7. dist. 1. de consecrat. & audent. de nullis fabricet Orator. Et quod Oratorium publicum debeat habere portam continuo apertam correspondentem in publicam, declaravit Sacra Congreg. Episcop. 22. Septemb. 1719. apud Urayam in Miscellan. Sacro, & profano 1. litt. O. num. 67. & Sacro Cong. Concilii in Savona. 23. Julii & 9. Sept. 1724. & sæpe alibi. Oratorium privatum pro Missis celebrandis est illud, quod intra domesticos parietes in angulis Domus private non habens ingressum, vel egressum in viam publicam, ex concessione Sedis Apostolicæ, sub certis clausulis, & recognitione, & approbatione Ordinarii, est id ad tempus destinatum; ut colligitur ex formula ordinaria Indulti, & ex novissimo Decreto Clementis XI. de celebratione in Oratoris privatis edito die 15. Decembris 1703. Quod decretum, & formula Indulti, ut ab omnibus percipiantur, & plane observentur, hic ad litteram dantur.

Quoniam Sancta sancte tractanda sunt, ac præsertim, tremendum incruenti Sacrificii Mysterium, quod omni Religionis cultu, & veneratione peragendum est; Propterea super observandis & evitandis, in celebratione Missarum in Sacrosanctis Œcumenicis Conciliis, ac præsertim Tridentino sub cap. unico sess. 22. inter cetera statutum est, ut tantum Sacrificium solummodo in Ecclesiis, aut Oratoris Divino tantum Cultui dicatis celebraretur, præcipiendo Episcopis, & Locorum Ordinariis, ne privatis in Domibus, atque omnino extra Ecclesiam peragi paterentur: Ac subinde Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium ipsius Concilii Tridentini executioni, & interpretationi præpositorum sæpe sæpius per opportuna Decreta obrepentes abusus eliminavit, Modernis tamen temporibus innotuit Sanctissimo Domino Nostro, quod nonnulli Episcopi sub prætextu Privilegiorum Cappellis Episcopalis competentium, & complures Regulares, sub prætextu Privilegiorum, quæ ipsi a Sancta Sede indulta noscuntur, per hujusmodi Privilegiorum dilatacionem, seu potius excessum, & abutuntur in nonnullis Diocæsis, præsertim Regni Neapolitani, ac in ipsa Neapolis Civitate, ea sibi licere putant, quæ permitti non sunt, quinimmo prohibita. Siquidem nonnulli Episcopi etiam in aliena Diocæsi, & extra Domum propriam habitationis, in privatis Laicorum Domibus erigi faciunt Altare, ibique per unum, aut plures ex suis Cappellanis vivificam Christi Hostiam immolare; Regulares vero in quibusdam Magnatum, seu aliarum nobilium personarum privatis Oratoris, quæ certis quandoque ex causis a Sede Apostolica concessi solent, celebrare audent, vel plures Missas, quam in ipsis celebrare sit indultum, vel absque præsentia Personarum, quarum contemplatione gratiosa concessio emanavit, vel extra debitas horas, & post Meridie, vel illis etiam diebus, quibus per Constit. Diocæsanas, aut etiam per Decreta Sac. Congreg. Conc. celebrari prohibetur, aut quæ in ipsius Indultis Apostolicis excipiuntur, quominus in iis celebrari possit: aut etiam Altari portatili uti non verentur, in Sanctarum Sanctionum contemptum, ac Sancti Sacrificii irreverentiam.

Quamobrem ad abusus hujusmodi eliminandos, & ad instaurandam venerationem tremendo Ministerio debitam, idem Sanctissimus Dominus Noster ex unanimi voto Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum inherendo Declarationibus, alias hac de re editis, expressè declarat, Episcopis, & his Majoribus Prælatibus etiam Cardinalatus Dignitate fulgentibus, neque sub prætextu Privilegii clausi in corpore Juris, nec alio quocumque titulo, ullo modo licere extra Domum propriam habitationis in Domibus Laicis, etiam in propria Diocæsi, quod fortius intelligitur in aliena, etiam si Diocæsanæ contentus adhiberetur, erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, seu celebrari facere, ac pari modo in Oratoris privatis, quæ per Sanctam Sedem concessa fuerint, non licere Regularibus cujusvis Ordinis, aut Instituti, seu Congregationis, etiam Societatis Jesu, aut etiam cujuscumque Ordinis Militaris, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, aut aliis quibuscumque Sacerdotibus, etiam si essent Episcopi, in iis celebrare in diebus Paschatis, Sanctissimæ Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque anni Festis solemnioribus, ac diebus in Indulto exceptis; In reliquis vero diebus prædictis Regularibus, seu Sacerdotibus quibuscumque etiam Episcopis, in præfatis Oratoris celebrare non licere, ubi etiam unica Missa, quæ in Indulto conceditur, celebrata fuerit, super quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo se optime informare; Atque illa etiam in casibus permittis celebrari nequeat post meridiem; demandando propterea alterius, ac declarando in omnibus hujusmodi casibus, Personas quascumque dictas, Missas audientes, nullatenus Ecclesiæ præcepto satisfacere; Quo vero ad Altare portatile iterum inaherendo, declarationibus prædictis, censuit, Licentias, seu Privilegia concessa nonnullis Regularibus in cap. In his, de Privileg. & per alios Summos Pontifices aliis Regularibus communicata utendi dicto Altari portatili, in eoque celebrandi absque Ordinatio- rum licentia in locis, in quibus degunt, omnino revocata esse.

se per idem Sacrum Concilium, & propterea eosdem Regulares prohibendos, ne illis utantur, ac mandandum, prout praesentis Decreti tenore mandat Episcopus, aliusque Ordinarius Locorum, ut contra quoscumque contravenientes, quavis Regulares, procedant etiam tamquam Sedis Apostolicae Delegati, ad poenas praescriptas per idem Sacrum Concilium in dicto Decreto *sess. 22.* usque ad Centurias latae sententiae, tributa etiam eisdem facultate per hoc Decretum, ita procedendi perinde ac si per S. Sedem specialiter concessa fuissent. Et ita Sanctitas sua declarat, & servari mandat.

Romae hac die 15. Decembris 1703.

B. Gard. Panciaticus Praef.

Joan. Dominicus Thomatus Episcopus
Cyrenen S. C. Secr.

Die 8. mensis Januarii 1704. Supradictum Decretum affirmatum, & publicatum fuit in Monte Citorio Curiae Innocentianae, ac aliis Locis solitis, & consuetis Urbis per me Nicolaum Vasellum S. D. N. Papae Curf. Pro D. Mag. Curf. Thomas Orlandus Ap. Curf.

6 Forma Indulti, ut referunt Quarti Commentar. in Rubricis Missalis part. 3. tit. 10. sect. 2. Gobat tom. 1. tract. 5. n. 347. Monacell. tom. 4. supplement. ad 2. tom. num. 470. & alii, solet esse tenoris sequentis.

Dilecte Filii &c. Spirituali consolationi tuae quantum cum Domino possimus benigne contulere, teque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes &c. supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; Tibi, qui (ut asseris) nobili genere procreatus exiisti, ut in privato Domus tuae solitae habitationis in Dioecesi N. existentis Oratorio ad hoc decenter muro extructo, & ornato, seu extructo, & ornato ab omnibus domesticis usibus libero per Ordinarium loci prius visitando, & approbando, ac de ipsius Ordinarii licentia, ejus arbitrio duratura, unam Missam pro unoquoque die, dummodo in eadem domo celebrandi licentia, quae adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum Saecularem, seu Regularem, sine tamen quorumcumque Jurium Parochialium praesudicio, & illud transferat, etiam in aliam Dioecesim, quia, cum hoc Privilegium sit personale, immediate concessum personae ratione sui, debet sequi personam quocumque se transferat, & figat habitationem; Illa enim clausula, *In Dioecesi N. existentis*, non apponitur restrictiva seu taxativa; sed solum demonstrativa in hunc sensum *solita tuae habitationis, quae nunc exiisti in Dioecesi tali*; eo vel maxime quod sepe in Indultis reperitur dumtaxat scriptum *Tibi Dioecesi N.* Ita Angelus, Sylvestris, Sulas apud Bonacinam *de dispensation. punct. 10. §. 1.* Quintanadven. Pellizarius, Barbola, Averfa, Tamburin. & alii, quos citant, & sequuntur Diana *part. 9. tract. 1. resolut. 7.* La Croix *lib. 6. part. 2. num. 269.* Quarti *loc. cit. dub. 1. difficult. 2.* & ita tenet etiam Card. Petra *loc. cit. num. 32.* & seq. cum Navar. Amostaz, Palqualig. & aliis ibi citatis, ubi advertit, quod, cum motum concessionis hujus Privilegii non sit locus, seu Dioecesis, sed sola persona, locus, seu Dioecesis in Indulto non apponitur taxative, seu restrictive, sed solum demonstrative, & idem tenet Pignatell. *loc. cit. num. 51.* & 59. ubi insuper ex duabus decisionibus Rotae addit, quod in casu dubio; An verba illa *Civitatis N.* seu *Dioecesis N.* stent demonstrative, an vero taxative? Censentur stare demonstrative. In tali autem casu debet approbari ab Ordinario illius Civitatis, sive Dioecesis, ad quam Oratorium transferatur, ut tenent omnes supracitati Doctores. Et probabilius debet iterum approbari, etiam si transferatur solum de una in aliam domum intra eandem Civitatem, seu de uno loco ad alium intra eandem domum, quia prima approbatio non extendebat se ad hunc locum; Tum quia in hac mutatione irrepere potest aliquod indecens contra tenorem Indulti; adeoque necessaria est nova approbatio; Pignatell. *loc. cit. num. 57.* & 59. Tamburin. Quarti, & La Croix *locis citatis*, & alii contra Quintanadven. Dianam, & aliquos alios volentes non esse opus nova approbatione, si fiat mutatio loci in eadem Civitate, vel Domo.

Dat. Romae &c.
7 Pro infirmo autem etiam Nobili solet poni semper sequens clausula: *Tibi, ut etiam diebus, ut praesertim, exceptis, si in illis ob infirmitatem e Domo egredi non poteris, in dicto Oratorio praedictam unicam Missam celebrari facere, ac illam cum una persona servitiis tuis necessaria dumtaxat audire libere, & licite valeas. Vel in tua, ac unius personae servitiis tuis necessaria dumtaxat praesentia, celebrari facere libere, & licite possis, & valeas. Volumus autem, quod alii praeter supradictam personam Missa hujusmodi ibidem interessentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus Festis de praescripto minime liberi censentur;* Sic refert Monacell. *tom. 2. tit. 13. formul. 2. sub num. 32.*

8 Quadruplicis speciei solent Oratoria privata concedi. Primo pro civitate, & omnibus locis, sive ea sint Oppida, sive Villae, sive Dominia unius Dioecesis; & Indultum hujus Oratorii conceditur solum personis nobilibus exercentibus Jurisdictionem temporalem altam, vel bassam in aliquo loco, qui specificari debet; Et tunc Indultum solet concedi cum clausulis contentis in formula adducta *sub num. 6.* Secundo pro Rure tantum, sive pro locis, seu habitationibus extra Urbem, vel Oppidam sitis; Et Indultum hujus Oratorii conceditur etiam iis personis, quae non sunt nobiles, & nullam exercent Jurisdictionem temporalem in aliquo Dominio. Tertio pro infirmis nobilibus (sive Jurisdictionem temporalem exercent, sive non) quod convenit in omnibus cum Oratorio primi generis, praeterquam quod valeat tantum pro eo tempore, pro quo Orator ob infirmitatem Domo ad au-

diendam Missam egredi nequit, & nulla anni Festivitas etiam solennissima excipiatur, & una sola persona suis servitiis necessaria, praecipuo audiendi Missam satisfacere in illis possit, ut patet ex clausula adducta *supra num. 7.* Et hoc Indultum potest etiam impetrari pro Coniuge, Patre, Matre, Filio, Filia, Fratre, & Sorore infirmis, si simul habitent; tunc enim ad tenorem supplicationis in eodem Brevis exprimuntur. Quarto pro itinerantibus, & vocatur Altare portatile, quod fore concedi cum sequentibus clausulis. 1. Ut persona sit nobilis, sive Jurisdictionem temporalem exercent, sive non. Ut valeat tantum v. g. per Italiam, Germaniam, Galliam, Hispaniam, & hujusmodi. 3. Ut valeat tantum in actuali itinere, & quidem, ubi Missarum commoditas deest, ceterum ejusmodi Missae interesse possunt valide omnes comites itineris. Taxa pro dictis Indultis obtinendis solent esse 12. Scuta. Sic P. La Croix *lib. 6. part. 3. num. 921.* §. *De Oratoriis*; ubi dat etiam modum, & formam ipsa Indulta petendi.

Hic ad uberiorem notitiam juvat expendere singulas clausulas supradictae formulae solite communiter dari in concessione Oratorii privati, & adductae *sub num. 6.*

Prima clausula: *Qui, ut asseris, de nobili genere procreatus exiisti*; importat veram nobilitatem ab ascendentibus derivatam; & sufficit sola Nobilitas Patris, ut tenet *Communis Doctorum*. An autem sufficiat sola Nobilitas Matris? Variant Doctores: Monac. enim *Tom. 4. supplement. ad tom. 2. num. 476.* & seq. Quarti *loc. cit. dub. 2. §. Colligitur primo*; cum Sanchez, & Tamburin. ibi citatis negant sufficere solum nobilitatem ex parte Matris, ex eo quod Nobilitas absoluta solummodo a Patre derivatur. Pignatell. tamen *Tom. 1. consulti. 98. num. 44.* Amostaz *de causis piis lib. 5. cap. 10. numer. 37. cum seq.* Card. Petra *Tom. 2. Commentar. ad Constit. 8. Honorii III. num. 26.* & seq. verius probant ex multis sufficere solum nobilitatem Matris, dicentes, quod tunc solum expolcat nobilitas absoluta, quando ipsa venit instricta, & propria significatione, non autem dum est causa favorabilis quemadmodum in praesenti, ubi expresse dicitur: *Te specialibus favoribus prosequi volentes.*

Secunda clausula: *In privato Domus tuae solitae habitationis in Dioecesi N. existentis Oratorio*, non privat Indultum hoc Privilegio, etiam si mutet Domicilium, & illud transferat, etiam in aliam Dioecesim, quia, cum hoc Privilegium sit personale, immediate concessum personae ratione sui, debet sequi personam quocumque se transferat, & figat habitationem; Illa enim clausula, *In Dioecesi N. existentis*, non apponitur restrictiva seu taxativa; sed solum demonstrativa in hunc sensum *solita tuae habitationis, quae nunc exiisti in Dioecesi tali*; eo vel maxime quod sepe in Indultis reperitur dumtaxat scriptum *Tibi Dioecesi N.* Ita Angelus, Sylvestris, Sulas apud Bonacinam *de dispensation. punct. 10. §. 1.* Quintanadven. Pellizarius, Barbola, Averfa, Tamburin. & alii, quos citant, & sequuntur Diana *part. 9. tract. 1. resolut. 7.* La Croix *lib. 6. part. 2. num. 269.* Quarti *loc. cit. dub. 1. difficult. 2.* & ita tenet etiam Card. Petra *loc. cit. num. 32.* & seq. cum Navar. Amostaz, Palqualig. & aliis ibi citatis, ubi advertit, quod, cum motum concessionis hujus Privilegii non sit locus, seu Dioecesis, sed sola persona, locus, seu Dioecesis in Indulto non apponitur taxative, seu restrictive, sed solum demonstrative, & idem tenet Pignatell. *loc. cit. num. 51.* & 59. ubi insuper ex duabus decisionibus Rotae addit, quod in casu dubio; An verba illa *Civitatis N.* seu *Dioecesis N.* stent demonstrative, an vero taxative? Censentur stare demonstrative. In tali autem casu debet approbari ab Ordinario illius Civitatis, sive Dioecesis, ad quam Oratorium transferatur, ut tenent omnes supracitati Doctores. Et probabilius debet iterum approbari, etiam si transferatur solum de una in aliam domum intra eandem Civitatem, seu de uno loco ad alium intra eandem domum, quia prima approbatio non extendebat se ad hunc locum; Tum quia in hac mutatione irrepere potest aliquod indecens contra tenorem Indulti; adeoque necessaria est nova approbatio; Pignatell. *loc. cit. num. 57.* & 59. Tamburin. Quarti, & La Croix *locis citatis*, & alii contra Quintanadven. Dianam, & aliquos alios volentes non esse opus nova approbatione, si fiat mutatio loci in eadem Civitate, vel Domo.

In casu vero, quo verba illa *Solitae habitationis in Dioecesi N. existentis, seu Civitatis N. vel Dioecesis N.* aut hujusmodi posita sint in Indulto restrictive, & taxative, quae

referant Privilegium ad locum, ac proinde ipsum certe, & clare restringant ad locum, transfrens habitationem ab una ad aliam Dioecesim, non trahit secum Privilegium Oratorii privati, quia quavis Privilegium sit personale, & sequatur personam, potest tamen a concedente restringi ad certum locum, & operari, ut persona censetur Privilegiata tantum in illo loco, ita ut sequatur personam, quotiescumque extiterit in tali loco, & tale esset Privilegium Oratorii privati, si haberet restrictionem ad locum; Sic expresse Pignatell. *loc. cit. num. 58.* La Croix *lib. 6. part. 3. n. 931.* §. *De Oratoriis*, & alii.

16 Privilegiatus potest probabiliter, tam in Civitate, quam Ruri, dum ibi commoratur, uti Oratorio privato, ita tamen ut interim non utatur eo, quod est in Civitate, quia sicuti illa verba *Domus tuae solitae habitationis* excludunt omnem aliam Domum, quae non sit solita habitatio Privilegiati, ita etiam includit omnem domum, quae sit solita habitatio, & proinde extendunt concessionem ad ipsam; Pignatell. *loc. cit. num. 60.* Palqualig. in *qq. Canonis Cent. 1. quest. 84. num. 3.* & alii; Probabilius tamen docent oppositum Quarti *loc. cit. dub. 3. difficult. 1.* La Croix *lib. 6. part. 2. num. 1269.* Diana *part. 9. tract. 1. resolut. 22.* cum aliis ibi citatis, quia Summus Pontifex nunquam per unum Brevis concedit facultatem, ut possit celebrari Missa in pluribus Oratoriis privatis, sed in uno tantum, ut constat ex stylo Curiae; In modernioribus autem Brevibus solet apponi facultas utendi Oratorio privato, & in Civitate, & Ruri: Unde est semper attendendus tenor Indulti.

17 Tertia clausula: *Decenter muro extructo, & ornato, ab omnibus domesticis usibus libero*, denotat, quod locus, in quo vult erigi Oratorium, debet esse decens, muro clausus saltem a tribus lateribus, ornatus, & instructus omnibus supellectilibus necessariis ad Sacrum faciendum, & ab omnibus domesticis usibus liber, & segregatus. Unde supra cubiculum Oratorii, seu supra Capellam non debet retineri lectum ad dormiendum, aut alia res prophana, ut monet S. Carolus in *4. Concilio Provinciali*, quod refert Gavant. in *Manual. verb. Ecclesiarum reverentia num. 124.* Et *Sacra Congr. In num. in Triduvina 30. Septemb. 1636.* apud Ricc. in *Synopsi. verb. Capella num. 7.* & Monacell. *tom. 4. supplement. ad 2. tom. num. 481.*

19 Potest tamen Privilegiatus, si nolit amplius uti Privilegio, pro suo libito convertere Oratorium in usus profanos, quia Oratorium privatum non est locus sacer, nec immutabiliter dicatur Divino cultui, adeoque nec gaudet Immunitate Ecclesiastica, ut decrevit *Sacra Congr. Immunit. in Perusina 9. Decembris 1631.* apud Barbos. in *Summa Apostolic. decis. verb. Oratorium num. 10.* Et sic tenet Quarti *loc. cit. dub. 4. difficult. 2.* Tamburin. *Opuscul. de Sacrific. lib. 1. cap. 4. n. 10.* & alii passim. Si autem Privilegiatus veli iterum tale Oratorium profanatum remittere ad usum celebrandi Sacrum, indiget nova approbatione Ordinarii, citatis *supra Doctores*, & alii passim.

21 Quarta clausula: *Per Ordinarium loci prius visitando, & approbando, ac de ipsius Ordinarii licentia, ejus arbitrio duratura*, indicat non posse valide Oratorium constitui, nisi praecedat visitatio, & approbatio Ordinarii, ejusque licentia, quia haec omnia requiruntur ut conditiones necessariae ad hoc, ut valeat Papae Indultum; *Communis*. Sufficit tamen, si semel visitetur, & approbetur, & licentia obtineatur ab Ordinario loci, id est ab Episcopo, vel ejus Vicario, seu Delegato, seu a Vicario Capitulari Sede vacante; *Communis*.

23 Ordinarius adveniens Oratorium praeditum omnibus requisitis in Indulto, tenet approbationem, licentiam concedere quia non habet potestatem limitandi concessionem Summi Pontificis: Et si iniuste eam denegat vel semel concessam sine iusta causa revocet, potest cogi ab Archiepiscopo, & aliis Superioribus, ut eam concedat. *Communis*. Ex iusta tamen causa, ut si deficiat requiritur, potest eam non concedere, & concessam revocare, donec Oratorium sit decenter instructum omnibus in Indulto requisitis. *Communis*.

25 Privata Oratoria post primam visitationem in concessione, & approbatione non possunt amplius de Jure visitari ab Episcopo, nec ab eis potest exigi Procuratio, quia cum non sint loca Sacra, aut Religiosa, immo nec Pia, ut censuit Abbas in *cap. Ultimo, de censibus num. 1.* & Pagnan. *ibidem num. 2.* & 19. & *ibidem in opusculo de Grangiis n. 2. §. 25.* Card. Petra *loc. cit. num. 58.* Pignatelli. *tom. 1. consulti. 93. sub n. 24.*

circa medium, jam non videtur ex quo capite Episcoporum visitationi subiaceant, ut notant Fagnan. *loc. cit.* Card. Petra *loc. cit.* Ventriglia in *praxi tom. 2. annotat. 19. §. ult. num. 19.* Pignatelli *loc. cit. num. 24. circa medium*, ubi expresse dicit: *Nam licet Oratorium privatum visitetur, quando primo conceditur licentia, non tamen continet Jurisdictionem Episcopi ad illud visitandum cum privatum sit; unde de facto non visitatur, cap. final. de censib. juncto cap. 16. §. Deinde, eodem tit. in 6.*

Tamen licet Episcopus non possit tamquam Visitator ad dicta Oratoria privata accedere, permittitur ei nihilominus videre (saltem quando praecedat accusatio, vel denunciatio, aut fama publica, quod Oratorium indecenter teneatur, & in ipso non adint, seu non serventur requisita in Indulto), an revera indecenter teneatur; & non serventur dicta requisita? Tunc enim Episcopus potest procedere super crimine in Judicio actu visitationis, vel denunciationis, aut inquisitionis secundum ea, quae leguntur in *cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. nibus*. Et sic potest accedere ad Oratoria privata, ut videat: An consistit de corpore delicti, scilicet, an veri inibi deficiant requisita in Indulto, & sine debita reverentia Sacrificium Missae celebretur? & sic providere, ut opus fuerit; Innocentius in *cit. cap. Ultim. de censibus post principium*, Abbas antiquus *ibidem num. 2.* & Abbas Siculus *ibidem in fine*, ubi sic ait: *Et Credo, quod licet Episcopus non possit visitare hujusmodi Oratoria, ut hic: tamen posse ad illa accedere, ut videat, quomodo se habeat, & si praefer formam Juris constituta sint, & an honeste tractentur?* Pignatelli. *tom. 1. cit. consulti. 93. num. 24. circa medium*, ubi sic dicit, Cui, scilicet Episcopo, non competit proprium Jus visitandi Oratoria privata, licet possit ad illa accedere, ut videat, quomodo se habeant, & an bene tractentur? ut pariter distinguit Fagnan. in *d. cap. Ult. num. 25. de censibus*. Thomas del Bene *tom. 2. cap. 16. sect. 12. dub. 11. num. 5.* Castropal. & alii apud ipsum. Et idem Pignatelli. *tom. 5. consulti. 98. numer. 39.* ubi sic habet: *Illudque visitare amplius potest ultra primam vicem, ut cognoscat, an in mutentur in eo statu, in quo debet esse, ut in ipso possit celebrari?* Et sic concordat etiam Fagnan. in *cit. cap. ultim. de censibus disceptat. de Grangiis, & eorum Oratorii num. 25.* Card. Petra *loc. cit. num. 60.* Barbos. *de Jur. Eccles. univers. lib. 2. cap. 3. n. 15.* Ventriglia in *praxi tom. 2. annotat. 19. §. Ult. num. 19.* & alii.

Episcopi non possunt concedere licentiam celebrandi in Oratorio privato; ibi enim Missae non possunt celebrari, nisi de licentia Summi Pontificis, ut *Sacra Congr. Concilii respondit Archiepiscopo Bononiensi die 10. Martii 1616.* Et eadem Sacra Congr. Concilii de mandato SS. D. Pauli V. die 25. Octob. 1615. irritavit licentias omnes celebrandi in Oratoriis privatis ab Episcopis concessas, & expresse prohibuit, ne hujusmodi licentias concedere auderent; & novissime in Decreto Clementis XI. adducto *supra sub num. 5.* ubi prohibetur, quod, ne quidem ipsi Episcopi possint celebrare in Oratoriis privatis contra formam inibi praescriptam.

Immo Episcopi neque possunt concedere licentiam Domi celebrandi, ut insinuat pro Viatico communicetur; Sic expresse Fagnan. *cap. in his 30. de privileg. num. 13.* ubi refert sic declarasse Sacram Congregationem Concilii respondendo Eminentissimo Cardinali Paleotto, & iterum respondendo Eminentissimo Cardinali Legato Portugalliae; Et sic tenent Eminentissimi Cardinalis Petra *loc. cit. num. 15.* & alii.

Potest tamen Episcopus concedere licentiam erigendi Oratorium in Domo privata, & inibi per modum habitus semper celebrandi; dummodo tale Oratorium habeat publicum ingressum, & egressum, quia tunc posito ingressu publico, & egressu patente in publicam viam, illud Oratorium censetur publicum, adeoque propria auctoritate potest designari ab Episcopo ad Divinum cultum tantum, & ad celebrationem Sacrificii; Ita Averfa *de Sacrific. quest. 11. sect. 14. §. Quanto poterant*, Naldus. Homobon. Palqualig. & alii, quos citant, & sequuntur Diana *part. 9. tract. 1. resolut. 21.* Quarti *loc. cit. dub. 5. difficult. 5.* & alii passim.

Privilegium Oratorii durat, durante vita illius, cui facta est concessio, eoque mortuo, finitur, nec transit ad haeredes, quia est privilegium personale, quod finitur morte personae privilegiate; *l. In omnibus, ff. de Regul. juris, & cap. Privilegium, de Regul. juris in 6.* Unde mortuo Privilegiato, ne quidem Familia ipsius agnatio eo amplius uti potest, quia non conceditur personaliter Familiae, sed accessorie, quatenus trahit ad participandum in Privilegio Domini, & ideo

cum esset Privilegium quoad Dominum, cessabit etiam quoad Familiam; *cap. Quilibet, de electione, & l. Nihil dolo, ff. de Regul. jur.* Et sic tenent Doctores communiter, juxta Praxim, ac stylum Curia Romanæ non permittentis hujusmodi Privilegia transire ad successores, non obstante dicta clausula, ac de ipsius Ordinarii licentia ejus arbitrio duratura. Nam ista clausula ponitur, non ad extendendam concessionem, sed ad illam modificandam, quatenus sit duratura ejus arbitrio, intelligendo de arbitrio prudentis, & boni viri, qui illam possit revocare ex justa causa, juxta dicta supra num. 24. Et docent Sanchez lib. 7. consilior. cap. 1. dub. 55. num. 7. Tamburin. *Opuscul. de Sacrific. lib. 1. cap. 4. §. 4. numer. 16.* Quarti loc. cit. dub. 5. *difficul. 2.* Card. Petra loc. cit. num. 31. Pignatell. cit. consil. 98. num. 52. Amoltaz de causis piis lib. 5. cap. 10. num. 83. Pasqualig. qu. 626. num. 2. & alii passim.

31 Mortuo Summo Pontifice, qui concessit, vel Ordinario, qui Oratorii semel approbavit, non perit Oratorii concessio, quia est gratia facta, quæ non cessat mortuo, vel amoto ab Officio eo, qui eam concessit; Unde mortuo Episcopo, non est opus alia licentia, & approbatione novi Ordinarii; Pignatell. tom. 6. consil. 98. num. 53. Quarti loc. cit. dub. 5. *difficul. 3.* & alii communiter; *arg. cap. Si cui 46. de prebend. in 6. ibi: Hujusmodi concessio (quam cum specialium gratiam contineat, decet esse mansuram) non expirat etiam re integra per obitum concedentis.* Immo Indultum Oratorii non perit, mortuo Pontifice concedente, etiam si ante ipsius mortem nondum fuerit ab Ordinario approbatum, & executioni demandatum; Pignatell. loc. cit. num. 54. & alii passim, *arg. cap. Si super gratia 9. de Offic. delegat. in 6. ibi: Ipsa gratia, licet nondum sit in ejus executionem processum, morte non perimitur concedentis, & cit. cap. Si cui 36. de prebend. in 6. Non expirat etiam re integra per obitum concedentis.*

33 Quinta clausula: *Unam Missam pro unoquoque die* clare demonstrat, non posse ibi celebrari, nisi unica Missa pro quolibet die, ut novissime fuit etiam declaratum in *cit. Decret. Clementis XI. adducto supra num. 5.* ubi prohibet omnibus Sacerdotibus, & etiam Episcopis, ne ibi celebrent, postquam fuerit jam celebrata illa unica Missa, quæ in Indulto conceditur, & obligat celebraturum diligenter inquirere, & se optime informare, an jam ibi celebrata fuerit dicta unica Missa, quæ in Indulto conceditur; Unde tam Celebrans, vel celebrare faciens in dicto Oratorio alteram Missam, & plures, peccat mortaliter; quia delinquit in re gravi contra expressam Summi Pontificis inhibitionem. Quarti loc. cit. dub. 6. & ipso teste, alii communiter.

35 Sexta clausula: *Dummodo in eadem domo celebrandi licentia, quæ ad huc daret, alteri concessa non fuerit,* aperte ostendit, quod in eadem domo nequeat esse plura Oratoria, & quod idem Oratorium nequit suffragari quoad satisfaciendum præcepto audiendi Missam pluribus Dominis distinctis ad invicem non subordinatis, aut pluribus Familiis, si forte plures sint in eadem domo; *Communis.* Unde si in eadem domo sint duo Domini cum suis distinctis Familiis, & uterque impetraverit Indultum Oratorii, is, qui postlerius impetravit, non potest eo uti, durante Indulto prius pro eadem Domo impetrato, ut constat ex relatis verbis, & notant Tamburin. *Opuscul. de Sacrific. lib. 1. cap. 4. §. 4. numer. 20.* Quarti loc. cit. dub. 7. & alii communiter. Cessante autem primo Indulto incipit valere secundum impetratum pro eadem Domo, quia tunc tollitur impedimentum, quo ejus validitas impediatur, & continuatur causa dans validitatem, nempe voluntas Pontificis ad totum tempus, pro quo datur Privilegium, seu Indultum, ita ut tunc incipiat Privilegium, seu Indultum, tanquam tunc, & non antea concessum, juxta *l. Si incertus 1. §. 1. ff. De Legatis 3. ibi: Quasi nunc datum; & juxta tradita per Gloss. in cap. Non firmatur, de Regul. juris in 6. Calderin. consil. 2. n. 3. de Consil. Pignatell. tom. 6. cit. consil. 98. num. 65. & alii.*

38 Si autem plures Familiæ habitent in Domo divisa in plures partes, potest pro qualibet habere locum Privilegium, seu Indultum Oratorii; Dummodo partes tales sint, quæ habeant cubicula, & alia loca pro Officiis, & aliis Domesticis usibus sufficientia pro habitatione Familiæ, ita ut in qualibet parte sint ea, quæ ordinarie requiruntur pro constituenda una Domo, nihilque officiat, quod habeant ingressum communem, aerium commune, & aulam principaliter communem; per textum in *l. Si quis duas 6. §. 1. ff. Communis Prædiorum*, ibi: *Quod & in eisdem potest dici; si Dominus,*

pariete medio edificato, unam Domum in duas diversis (ne plerique faciunt) nam & hic pro duabus Domibus accipi debet. Sic Pignatell. cit. consil. 98. num. 61. cum aliis ibi citatis.

Item si Domus pluribus solaris constet, nempe superiori, & inferiori, & in ipsis constituantur diversæ habitationes, in quibus habitent diversæ Familiæ, erunt diversæ domus, juxta diversitatem solariorum, sive Domus Superioris, sive inferioris, vulgo *appartamenti di sopra e di sotto*, ut ponderant Caltr. in cit. *l. Si quis duas 6. §. 1. in fine ff. Communis Prædiorum*; Cavalcan. *decis. 19. num. 52. 54. & 61. p. 2. Carpan. Ad Stat. Mediolan. cap. 434. num. 32. Pignatell. loc. cit. num. 62. & Rota coram Merlino decis. 411. num. 11.* Et ratio est, quia inter has portiones Domus adest sufficiens divisio, nec est communicatio in actu inhabitandi inter Familias inhabitantes, quod sufficit, ut censentur Domus diversæ in ordine ad fruendum multiplex Privilegio Oratorii privati.

Septima clausula: *Per quemcumque Sacerdo tem ab Ordinario approbatum Sacularem, seu de Superiorum suorum licentia Regularem,* indicant Sacerdotem ibi celebratum debere habere a suo respectivo Superiore approbationem, saltem generalem, & licentiam saltem ratiatam, seu non prohibitionem ibi celebrandi; *Communis.* Ut enim notat Pignatell. loc. cit. n. 84. dicta clausula est apposita, ne Privilegiati possint facere celebrare per quemcumque Sacerdotem exterum, & qui non habeat licentiam celebrandi in Diocesi, vitanda ea inconvenientia, quæ sequerentur, si Sacerdotes exteri absque licentia Diocesani celebrare possent in Diocesi. Unde si quis ex rationabili causa positive inhiheretur a suo respectivo Superiore, graviter peccaret ibi celebrando, quia tunc, cum non verificaretur conditio exacta a Summo Pontifice, nec pariter suffragaretur Indultum concessum sub tali conditione, & sic perinde esset, ac celebrare in loco inepto contra voluntatem Pontificis, & ibi respectivo Superioris, quod est grave peccatum; Quarti loc. cit. dub. 8. & alii passim. Non requiritur tamen pro ibi celebrando licentia Parochi, quia Parochus nec est Ordinarius, nec habet jus prohibendi; Quarti loc. cit. dub. 8. Diana part. 9. tract. 1. *resolut. 15.* cum aliis ibi citatis.

Octava clausula: *Sine jurium Parochialium præjudicio,* denotat, quod in his privatis Oratoriis non potest exerceri ullum munus Parochiale sine licentia Ordinarii, aut Parochi; *Communis.* Hinc non possunt ibi exigi Decimæ, Primitiæ, seu Oblationes, quæ de jure debentur Parocho; Nec potest ministrari Sacramentum Eucharistiæ tempore Paschatis sine licentia Parochi, aut Ordinarii; Nec denunciari Matrimonia, aut benedici puerperæ, & alia hujusmodi ad Parochum spectantia, & qui ibi familia perageret sine licentia saltem tacita, graviter peccaret, nisi excusaretur ratione parvitatis materiæ; Tamburin. *Opuscul. de Sacrific. lib. 1. cap. 4. §. 4. num. 24. & seq. Diana part. 9. tract. 1. resolut. 15.* cum aliis ibi citatis, Quarti loc. cit. dub. 9. cum Molfeti. Pellizari. & Quintanadven. ibi citat.

In his privatis Oratoriis potest ministrari Sacramentum Penitentia, & Eucharistiæ, si id non sit per specialem aliquam Constitutionem expresse prohibitum; *Communis.* Immo Diana part. 4. tract. 4. Suarez de Religio. tom. 4. lib. 9. Rodriguez tom. 1. quæst. 61. art. 3. Pellizari. part. 3. *respons. moral. cap. 39.* Quintanadven. in Theolog. moral. tom. 1. tract. 7. *singul. 33. num. 8.* & alii tenent, posse Regulares in Oratoriis privatis Eucharistiæ extra Festum Paschatis ministrare, etiam Episcopis contradicentibus; & prohibentibus; eo quia habent Privilegium Pauli IV. de anno 1557. ad dandam Eucharistiæ sacramentum extra proprios Conventus. Recte tamen monent Diana loc. cit. Lezana in Summa t. 3. *verb. Eucharistiæ num. 11.* & alii consultius esse, si Regulares, contradicentibus Episcopis, non ministrent, cum hoc etiam consulat Sixtus IV. quoad ulum amplissimi Privilegii concessi Ordini Prædicatorum ad administrandam Eucharistiæ sacramentum secularibus, ut patet in Bulla incip. *Sedis Apostolicæ.* * Sed hæc corrigere ex iis, quæ adducuntur infra sub n. 94. in novissima Encyclica Benedicti XIV. præsertim a §. 20.

Sacerdotes autem Saculares non possunt ibi ministrare Eucharistiæ, nisi de licentia saltem præsumpta, & tacita Episcopi, vel Parochi, quæ licentia facile præsumi potest; præsertim cum Communio eorum, qui Missæ interfunt, pertineat ad idem Sacrificium, & cum eo connexionem habeat; unde olim, qui Missæ intererant, semper communicabant. Sic Tamburin. *Opuscul. de Sacrific. lib. 1. cap. 4. §. 4. num. 24. & sequentibus,* cum aliis ibi citatis, Quarti loc. cit. dubio 9. & alii.

sequentibus, cum aliis ibi citatis, Quarti loc. cit. dubio 9. & alii.

39 Nona clausula *Exceptis diebus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini, nec non aliis solemnioribus Festis diebus,* excipit quædam solemniora Festa, in quibus non licet in Oratoriis privatis Missam celebrare; Et talia Festa ex Decreto sacre Cong. Rit. 17. Novemb. 1607. sunt Nativitas D. N., Epiphania, Pascha, Pentecostes, Annunciatio, & Assumptio B. M. V. Festum SS. Petri, & Pauli; Et ex Decreto sacre Cong. Concilii emanato in Derthonen. 17. Februarii 1685. lib. 33. fol. 100. etiam Festum S. Titularis Ecclesiæ loci. Sic apud Monacell. tom. 2. tit. 13. *formul. 1. num. 19. & 20. tom. 4. Supplement. ad 2. tom. numer. 485.*

Hinc, si quis in dictis Festis exceptis celebret, vel celebrari faciat in Oratoriis privatis, graviter, & dupliciter peccat; Primo quia contra gravem prohibitionem Summi Pontificis celebrat, vel celebrari facit in loco pro talibus Festis excepto; Secundo quia non satisfacit præcepto audiendi Missam, ut expresse declaratur in cit. Decreto Clementis XI. adducto supra num. 5. Sic Diana part. 9. tract. 1. *resolut. 13.* cum aliis ibi citatis, Quarti loc. cit. dub. 10. & alii passim.

Decima clausula: *In tua, & Familiæ tuæ presentia celebrari facere,* designat personas, quæ in Indulto comprehenduntur, seu continentur, quæ sunt Pater, Mater, Uxor Privilegiati, Filii, Filia, Nurus, Gener, & Nepotes, aliique Agnati, & Affines, dummodo habitent cum ipso Indultario, seu Privilegiato, & ipsius sint commentales. *Communis.* Non autem famuli, ac famulæ; quia nomine *Familiæ suæ* veniunt solum Agnati, ac dicit Rota in Romana seu Bononice. *Proctoriarum 20 Aprilis. 1671. §. Clarus, & §. His tamen coram Albergato, qui ad summum Cognati; Cardin. de Luca de jure patronat. disc. 25. num. 2. & 3.* Tum quia famuli, & famulæ, qui sub nomine Familiarium continentur, ex Barbo. *appellat. 96. num. 1. & 4.* expresse excluduntur, & exceptantur a Papa in ipso Indulto per clausulam separatam, & distinctam, ibi *Voluntatem autem, quod Familiæ servitibus tuis tempore dictæ Missæ actu non necessariis, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesiis diebus Festis de præcepto minime liberi censeantur,* quæ alias frustranea, otiosa, & illatoria esset; & illico induceretur correctio, & contrarietas, quæ semper est vitanda, maxime quando verba sunt clara, ut hic, prout in terminis Litterarum Papæ observat Rota coram Cocchino d. 2338. num. 5. & 6. Si enim ipsi Familiares servitibus Indultarii tempore dictæ Missæ actu non necessariis non liberantur ab obligatione audiendi Missam in Ecclesiis diebus Festis de præcepto, stat clarum, quod non comprehenduntur in Indulto, & Familiares actu necessarii suis servitiis tempore dictæ Missæ satisfaciunt præcepto solum contemplatione ipsius Indultarii. Sic expresse tenet, & solide probat ex multis Monacell. tom. 2. *formul. 12. tit. 13. num. 32. & sequentibus & tom. 4. Supplement. ad 2. tom. num. 486. & seq. Matheucc. Offic. Curia cap. 10. num. 75.* & plures alii; Tum etiam quia in modernioribus Brevibus solet poni hæc clausula: *In vestra, ac natorum, Consanguineorum, & Affinium vestrorum presentia.* Unde jam sic cessat difficultas, & stat clara responsio.

Unde sequendi non sunt Doctores contrarium scribentes, & docentes, posse famulos, & famulas sibi celebrari facere Missam, eamque audire, & præcepto satisfacere in Oratorio privato sine presentia personarum, quarum contemplatione concessum est Indultum; oppositum enim expresse declaratur in cit. Decreto Clementis XI. ibi: *Vel absque presentia personarum, quarum contemplatione gratiosa concessio emanavit.* Sic supradicti Doctores, La Croix lib. 6. part. 2. num. 272. & alii passim, qui post dictum Decretum scripserunt. Possunt tamen Missam celebrari sibi facere, eamque audire, & præcepto satisfacere in Oratorio privato sine presentia Domini omnes illi, qui sunt de Familia agnati, & cognati Indultarii, dummodo habitent cum ipso Indultario, & ipsius sint commentales; Et ratio est, quia in Indulto non explicatur presentiam Domini esse necessariam, & illa verba: *In tua, & Familiæ tuæ presentia* possunt reddere sensum disjunctivum vel *in tua, vel Familiæ tuæ presentia, seu non solum in tuæ presentia, sed etiam Familiæ tuæ;* Tum quia sicut Dominus potest sibi celebrari facere sine Familia, non obstante particula conjunctiva, *Et Familiæ tuæ,* ita poterit Familia sine Domino; Et revera sic servat praxis communis, ut passim absente Domino, qui sunt de dicta ejus

Familia audiant Missam in Oratoriis privatis. Sic tenent passim Doctores, & a fortiori tenere debent Pellizzarius, Aversa, Cattropal. Quintanadv. Pignatell. Diana, Quarti, & alii dicentes id posse etiam famulos, & famulas sine presentia Domini. Nunc autem quoad supradicta attendenda est novissima dispositio Benedicti XIV. fel. rec. in Conliti. incipit. *Cum duo*, ubi statuit, non licere celebrare Missam in absentia Domini, ac presentia sola familia, etiam si presentis sit aliquis, sive ex filiis, sive ex consanguineis, sive ex affinis, sive ex familiaribus, sive demum ex hospitibus nobilibus, decernens non posse vigore similibus Indulti celebrari Missam in privatis Oratoriis, quando eidem Missæ actu non interfuit aliquis ex iis, quibus principaliter Indultum concessum est. Indultum vero principaliter concessum intelligi debet iis tantum, quibus Breve dirigitur, nimirum personis illis, quæ a tergo ejusdem Brevis proprio nomine nuncupantur. Et de facto Oratorium privatum, in quo Missa celebrabatur absente Domino, cui Indultum principaliter fuerat concessum ab Episcopo, fuisse valide suspensum, rescriptis *Sac. Congregat. Concil. in Massicen. Oratorii die 3. Decembris 1740. ad dub. 2.*

Pater, Mater, Filii, ac Filia, Fratres, & Sorores Privilegiati, eorumque Uxores, ac Viri non gaudent tali Privilegio, si habitent in eadem Domo, sed vivunt suis propriis expensis; quia nomine *Familiæ* veniunt solum, qui sunt Familiares; Prædictæ autem Personæ non sunt Familiares, quia in ipsis deficit conditio, necessaria ad constituendam Familiaritatem, & nempis similitudo, juxta *cap. Sicut nobis, de verbor. significat. in 6.* sine qua desinitur Familiaritas, quamvis habitent in eadem Domo materiali; quia cum vivunt propriis expensis, & habeant omnia servitia, & suos domesticos seorsim a Familia Privilegiati, non communicant in habitatione cum ipso, sed constituunt Familiam, & habitationem omnino distinctam a Privilegiato; Pignatell. cit. consil. 98. num. 95. & alii communiter.

Undecima clausula: *Nec non in Hospitium tuorum Nobilium presentia,* denotat, quod duplex conditio debet concurrere, nempe quod sint Hospites, & quod sint Nobiles; *Communis.* Non requiritur tamen in istis Nobilitas ex Genere, quia Indultum dicit tantum *Nobilitatem*, non autem *Nobilitatem genere,* unde sufficit quacumque Nobilitas, sive ex Genere, sive ex Privilegio, sive ratione Matris tantum, sive ratione Dignitatis, seu Gradus, sive quocumque alio modo conveniat Hospiti ad verificandam qualitatem Nobilitatis requisitam, cum sufficiat, ut appellari possit aliquo modo Nobilis; Pignatell. cit. consil. 98. num. 100. Tamburin. *Opuscul. de Sacrific. Missæ lib. 1. cap. 4. §. 4. num. 32.* Monacell. tom. 4. Supplement. ad tom. 2. numer. 492. & alii passim.

Hospitium autem appellatione veniunt illi, qui domi commorantur tanquam extranei recepti a Domino, qui quidem sunt commentales, sed ex occasione temporanea, & ad certum tempus. An autem hoc Privilegium extendatur ad Hospites unius diei, & ejusdem Civitatis, seu loci, qui ab Indulto invitantur ad prandium, vel ad spectaculum, & similia Variant Doctores. Affirmativam enim tenent Pignatell. cit. consil. 98. num. 101. Tamburin. loc. cit. num. 33. Pellizzarius in *Manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. quæst. 12. num. 150.* & alii, quia dicunt ipsi, revera hi quoque sint Hospites: Immo insuper addunt posse virum Nobilem de indultaria invitari ad hunc finem, ut possit in dicto Oratorio audire Missam, quia uterque, tam invitans, quam invitatus utitur Jure suo, nec fraudem committit; quia sic solum redditur habilis vir Nobilis, ut gaudere possit Privilegio; Negativam tamen sententiam docent Quarti loc. cit. dub. 2. Diana part. 9. tract. 1. *resolut. 6.* & alii plures apud ipsium volentes, quod nomine Hospitum non comprehendantur habitantes in eadem Civitate, seu loco, sed aliunde advenientes, quia Indultum Oratorii, cum disponat contra jus commune, stricte, & non ample est interpretandum. Qui veri sunt Hospites, si ex aliquo accidente absint die Festo Indultarius, possunt sibi facere celebrari Missam, eamque audire, & præcepto satisfacere in dicto Oratorio absque presentia Domini, propter dicta supra num. 54. In modernioribus autem Brevibus solet poni hæc clausula *In Hospitium tuorum Nobilium presentia* solum pro Oratoriis. Ruri existentibus.

Duodecima clausula: *Voluntatem autem, quod Familiæ servitiis tuis tempore dictæ Missæ actu non necessariis, ibidem*

Missa hujusmodi interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus Festis de precepto minime liberi censentur, aperte demonstrat, quod illi Familiars, qui non sunt actu necessarii servitii Domini tempore dictae Missae non satisfaciunt ibi precepto, quamvis ejus expensis vivant, & commensales sint. Necessitas autem servitii in dictis Familiariis requisita non debet esse physica, & quoad Missam, quia certe Privilegiatus tempore Missae nullo indiget, nisi sit infirmus graviter, sed respectu Domini, & quidem spectata necessitate morali considerando non solum decentiam, seu conditionem Dominorum, & Dominarum, ne soli, vel sola remaneant Domi, & debito comitatu priventur, sed etiam Domus, ne remaneat derelicta a Domesticis; Sic Card. Petra tom. 2. Commentar. ad Constit. 8. Honorii III. numer. 63. Pignatell. cit. consult. 98. n. 107. & 108. & alii.

61. Advertendum tamen, quod cum die 30. Julii 1706. in Auximana Oratorii privati transcripta fuisset in folio dicta clausula Brevis, nempe Volumus autem quod Familiars servitii tuis &c. & propositum fuisset in Sacra Congregatione Concilii sequens dubium; An in vsm dicti Brevis satisfaciatur precepto Missae in diebus Festis omnes famuli commensales, vel quoniam in casu? Rescriptum fuit: Dilata juxta mentem, & mens fuit, quod Orator peteret declarationem a Papa. Sicque patet, Sacram Congregationem Concilii noluisse apponere manum propter satis claram mentem Papae in dicta clausula expressam; Sic apud Monacell. tom. 4. supplement. ad 2. tom. num. 487.

62. An Capellanus, seu Sacerdos electus ad celebrandum in Oratorio privato, & Minister interserviens satisfaciatur precepto audiendi Sacrum diebus Festis ibi celebrando, & respective ministrando? Variant Doctores; Pignatellus enim tom. 6. cit. consult. 98. num. 97. sic praecise habet: Quod autem ad Cappellanum, quando contingit in Oratorio celebrare, non potest satisfacere precepto audiendi Missam in Oratorio illius, cujus est Capellanus, si salarium tantum recipiat pro celebrando, absque eo quod in celebratione interserviat Domino, sed habet tantum onus celebrandi; Potest autem, si sit additus servitio Domini, ita ut celebret, & Dominus, aut Familia habeat commoditatem audiendi Missam: Tunc enim est in servitio Domini, & cum recipiat salarium, vivit expensis ipsius, ac proinde concurrens conditione necessaria, ut si vere Familiars: Rosignolus autem de Eucharistia quaest. 8. art. 12. num. 16. absolute supponit quemlibet Sacerdotem electum ad ibi celebrandum satisfacere precepto, & utitur hoc fundamento ad probandum satisfacere etiam Ministri ei interservienti, quamvis talis Minister non esset ex Privilegiati, per diploma, & existerent alii Privilegiati, qui possent, & vellent Sacro ministrare; quia, dicit ipse, sicuti Sacerdos electus ad ibi celebrandum satisfaciatur, non est cur non satisfaciatur Ministri electus ad ministrandum; & sicuti potest eligi hic, vel ille Sacerdos ad Missam celebrandam, ita potest hic, vel ille Minister eligi ad interservendum; Tum quia Minister interserviens Sacro sortitur Privilegium, & conditionem Celebrantis. Sic ille citans pro se Dianam l. 9. tract. 1. resolut. 17.

64. Aut tamen, quamvis sit verum, quod satisfaciatur Sacerdos celebrans, & Minister interserviens, quando non adit inter Privilegiatos, qui possit, & velit ministrare Sacro, cum concessio principali intelligatur concessio, & accessorium, quod ex dispositione Juris, vel ex natura sua necessarium est ad ipsum principale consequendum, uti verificatur de Sacerdote electo a Privilegiato ad ibi celebrandum, & de Ministro in casu quo non adit Privilegiatus, qui possit, & velit ministrare Sacro; Non sic autem de Ministro non Privilegiato in casu, quo adit inter Privilegiatos qui possit, & velit ministrare Sacro, quia ipse non est accessorium ad consequendum ipsum principale concessum, cum sine ipso possit acque bene ministrari Sacro per alium Privilegiatum, qui possit, & vult in nostra suppositione Sacro ministrare; Tum quia, cum de Jure communi in cap. 1. cap. Sicut & cap. Quicunque dist. 1. de consecratione, & juxta mandatum Concilii Tridentini sess. 22. decret. de evitand. in celebratione Missae, Missa sit celebranda, & audienda in Ecclesia, Indultum Oratorii privati tanquam odiosum, & praedjudiciale cultui Divino, est irritum, & non late interpretandum; Fagnan. in cap. Non licet num. 12. & 14. de praebend. arg. cap. Odia 15. de Regul. juris in 6. adeoque nequit extendi ad non Privilegiatos, & ad Ministros non necessarios.

65. In Oratorio privato, in quo ex justa causa ab Apostolica Sede conceditur facultas celebrandi Missam in die Nativitatis

Domini, tres Missae, non autem una dumtaxat, ab eodem Sacerdote celebrari possunt; Sacra Cong. Conc. in dubio Oratorii privati 20. Jan. 1725.

Habens Bullam Cruciatam non satisfaciatur precepto audiendi Missam in privato Oratorio; Per Bullam enim Cruciatam non conceditur facultas habendi tale Oratorium privatum; neque Commissarius Bullae potest eam licentiam concedere, sed solus Papa; Communis. Privilegium enim Bullae Cruciatae circa Oratoria privata fuit sublatum per Concilium Tridentinum sess. 22. in Decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missae, & per Decretum Sacrae Congregationis justu Pauli V. editum die 25. Octobr. 1615. Atque in hac specie declaravit Sacra Congreg. Concilii die 14. Novembr. 1648. ad preces Archiepiscopi Calaritari per haec verba; An privilegium Bullae Cruciatae pro hujusmodi Oratoriis, Altariis, ac Missarum celebratione in dicta Dioecesi possit suffragari? Item an quatenus dictae Capellae sub decreto Sacri Concilii, nec non dicto decreto Pauli V. & Litterarum prohibitione comprehendantur, & Bulla Cruciatam non suffragetur, liceat Archiepiscopo contra Sacerdotes, tam Saeculares, quam Regulares in eisdem Capellis celebrare volentes post Edictum Archiepiscopi publicatum, seu intimatum procedere, & quibus poenis illos punire? Sacra Congregatio respondit; Privilegium Bullae Cruciatae non suffragari. Item licere Archiepiscopo contra Sacerdotes, tam Saeculares, quam Regulares in eisdem Capellis celebrare volentes post Edictum Archiepiscopi publicatum procedere etiam ad poenas censurarum; Sic refert ex Fagnan. Pignatell. tom. 6. cit. consult. 98. num. 117.

Oratoria, quae sunt in Aulis publicis Palatii Civitatis, ubi Senatores conveniunt, sunt privata, adeoque opus est Indulto Summi Pontificis, ut ibi celebrari possint. Sic declaravit Sacra Congregatio Concilii refert Diana par. 9. tract. 1. resol. 35. & ex ipso Quarti loc. cit. lib. 3. difficult. 3. Non comprehenduntur autem in Decreto tollente Oratoria privata Cappellae Carcerum publicorum. Unde potest in ipsis quolibet die celebrari, & ad omnibus ibi Missam audientibus satisfieri precepto audiendi Missam diebus Festis, cum ipsae Cappellae censentur Oratoria publica; Diana loc. cit. Quarti loc. cit. La Croix lib. 7. par. 2. numer. 264. & alii. In Decreto enim Concilii Tridentini cit. sess. 22. cap. 8. tollente Oratoria privata comprehenduntur dumtaxat Oratoria in particularibus Domibus existentia. Sic declaravit Sacram Congregationem in Florentina 1. Septembr. 1615. & in Conimbricen. 1. Julii 1615. refert Barbosa in cit. cap. 8. sess. 22. Concil. Tridentini num. 21. & in Summa Apostolic. decis. verb. Oratorium numer. 2., & Sellius in Selectis Canonie. cap. 18. numer. 25.

Item non comprehenduntur in decreto tollente Oratoria privata Cappellae, & Oratoria existentia in propriis Palatiis & domibus propriae habitationis Episcoporum, sive sint in Dioecesi, sive extra, & inibi Missam audientes satisfaciunt precepto de audienda Missa diebus Festis, ut respondit Sacra Congreg. Concil. 22. Septembr. 1640. in Nullius libr. 6. decret. pag. 421. & precedentes 17. Augusti 1630. lib. 14. decret. pag. 147. Etiam si sint Episcopi Titulares; Eadem Sacra Congregat. Concil. in Valentina 1616. apud Monacell. tom. 2. tit. 13. formul. 1. in adnotat. ad decretum Communionis quotidianae num. 1. & ibid. eod. tit. 13. forat. 2. num. 31. in princip. ubi dicit, quod hoc privilegio eis concessio in cap. final. de Privilegiis in 6. & non revocato ut supra, nequeunt uti extra domum propriae habitationis ex Decreto Clem. XI. adducto supra num. 5. Quod tamen debet intelligi juxta novissimam declarationem Innoc. XIII. Constitut. incip. Apostolici Ministerii §. 22. ibi: Declaramus tamen, quod cum in praedicto Decreto statuatur non licere Episcopis extra domum propriae habitationis in domibus Laicis erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare sive celebrari facere, hujusmodi prohibitio intelligenda non sit de domibus etiam Laicis, in quibus ipsi Episcopi forte occasione Visitationis, vel itineris hospitio excipiantur, ut nec etiam quando Episcopi in casibus a jure permisis, vel de speciali Sedis Apost. licentia absentes a domo propriae ordinariae habitationis, moram idcirco faciunt in aliena domo per modum similis habitationis; his enim casibus licita iis erit erectio Altaris ad effectum praedictae celebrationis non secus ac in domo propriae ordinariae habitationis. Quae Innoc. XIII. Constitutio confirmata est quoad omnia a Benedicto XIII. Constit. incip. In Supremo.

Item non comprehenduntur in Decreto tollente Oratoria privata, Cappellae, & Oratoria Cardinalium, quia statim ac

ac sunt promoti ad hanc sublimem, & eminentem dignitatem absque alia expeditione Indulti, non per viam extensionis, sed comprehensionis includuntur in dispositione cap. final. de Privilegiis in 6. ut ad longum probat Fagnan. in cap. Quod nonnullis a num. 6. usque in finem, de Privilegiis; Cardinales enim sunt dignitate, & Officio majores Episcopis; ut expressè declaravit Eugenius IV. Constitut. incip. Non mediocri, & Leo X. Constitut. incip. Suprema, & patet experientia, ac per consequens aequali, ac majori titulo gaudent Privilegio habendi Oratorium privatum, sicut Episcopi, & inibi Missam audientes diebus Festis satisfaciunt precepto; Communis.

72. Item non comprehenduntur in Decreto tollente Oratoria privata, Cappellae, & Oratoria privata Regularium: Possunt enim adhuc hodie Generales, & Provinciales Regularium in suis Conventibus, & Collegiis erigere privata Oratoria: Dummodo ad Divinum cultum tantum sint deputata, & in ipsis abque alia Episcopi, vel Summi Pontificis facultate possunt legi eodem die plures Missae, nedum a Regularibus, sed etiam a Presbyteris saecularibus, cum hoc Privilegium non sit personale tantum, sed etiam locale, quo frui possunt omnes alii Sacerdotes; Sic Averfa, Hieronymus Garcias, Lezana, Suarez, Lugo, Bassaus, Azorius, Fagundes, Marchinus, Reginaldus, Miranda, Tamburinus, Peyrinus, & alii innumeri citati, & secuti a doctissimo Patre Rosignolo de Eucharistia quaest. 8. art. 14. num. 1. Et sic tenent etiam Diana part. 9. tract. 1. resolut. 32. & 33. Quarti part. 3. tract. 10. dub. 9. La Croix lib. 6. part. 2. num. 275. & alii passim.

Nec quoad haec Oratoria fuerunt revocata Privilegia Regularium a Concilio Tridentino sess. 22. in decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missae, quia ibi Concilium revocavit solum Privilegia celebrandi Missam in privatis Domibus; Unde in ipso Decreto comprehenduntur dumtaxat Oratoria in particularibus Domibus existentia, ut facilius declaravit Sacra Congr. per decreta allata supra num. 68. Et dato etiam, quod per Concilium fuissent revocata Privilegia concessa antecesser Regularibus habendi in suis Conventibus, & Collegiis Oratoria privata, & ibi celebrandi, fuerunt tamen innovata per posterorem concessionem factam post ipsum Concilium Societati Jesu, & in virtute Communicationis Privilegiorum etiam aliis Regularibus a Gregorio XIII. die 3. Julii 1575. per Breve incip. Decret Romanum Pontificem, in quo sic expresse habetur: Volumus, ut in Oratoriis, & Capellis, quae ipsius Societatis Provinciales per se in Domibus, Collegiis, & aliis locis, ubi aliqui Societatis resident, approbaverint, & ad Divinum dumtaxat cultum deputaverint, Missae, & alia Divina Officia, alicuius licentia minime requisita celebrari possint. Nec etiam quoad haec Oratoria privata sunt revocata Privilegia Regularium in novissimo Decreto Clementis XI. de celebratione in Oratoriis privatis adducto supra num. 5. quia Decretum, ut illud legenti patet, loquitur solum de Altari portatili, ibi: Quo vero ad Altare portatile... Orneni dicto Altari portatili.

76. In supradictis privatis Regularium Oratoriis, seu Cappellis possunt omnes fideles Missam audire, & satisfacere precepto audiendi Sacrum diebus Festis: quia ista Oratoria gaudent Privilegio Oratorii publici, cum sint per modum habitus deputata dumtaxat ad Divinum cultum, & tale Privilegium non sit personale tantum, sed etiam locale, quo frui possunt etiam omnes alii Christianifideles; Sic Tamburin. Opuscul. de Sacrific. lib. 1. cap. 4. §. 3. num. 6. citans Azorium, Suarez, & Dianam, Quarti loc. cit. part. 3. tit. 10. dub. 9. §. Colligitur 3. Rosignolus loc. cit. num. 7. verb. Secunda, ubi expresse dicit, quod in dictis Oratoriis omnes indifferenter, & libere audiunt Sacrum, nec ullus est, qui dubitet, quin precepto satisfaciatur.

77. Cardinalis Petra tamen tom. 2. Commentar. ad Constitut. 8. Honorii III. num. 48. & 49. sic praecise habet: Illud autem, an Saeculares ibi Missam audientes satisfaciatur precepto? Certum est regulariter non satisfacere, nisi speciale sit Privilegium, quod debet in fonte revideri; prout an in illis Oratoriis possint celebrare Sacerdotes saeculares, ut animadvertit Pallarin. de statu homin. tom. 3. quaest. 189. art. 10. num. 932.

78. An autem Regulares possint habere Oratoria privata, etiam extra Conventus in Graugis, & Domibus ruralibus, utilitatis, & recreationis causa acquisitis? Variant Doctores. Affirmativam enim tenent Lezana, Rodriquez, Peyrin, Joannes de la Cruz, Henriquez, Leo, Quintanadven. Gar-

zias, Pellizarius, Diana, Aloysius de S. Joanne, & Miranda citati, & secuti ab eodem Patre Rosignolo loc. cit. n. 4. & sequentibus, ubi id late probat, & ostendit, non posse Regulares in hoc impediri ab Episcopis, concluditque, omnes audientes Missam in dictis Oratoriis sitis in eorum Graugis, & Domibus ruralibus satisfacere precepto audiendi Sacrum in diebus Festis; Vide ipsum loc. cit. & Quarti loc. cit. dub. 9. per tot. Negativam autem docent Cardin. Petra loc. cit. numer. 53. & Mattheuc. Officialis Curiae cap. 10. n. 83. ubi dicunt, post Concilium Tridentinum esse prohibitum; nam Sacra Congr. Concilii die 1. Martii 1687. ad dubium Oratorii: An Sacerdos Regularis absque peculiari Sedis Apostolicae Indulto possit in domo rurali Monasterii celebrare? Respondit negative; Unde recte monet D. Card. Petra, in hac materia respicienda esse attente verba Privilegiorum, an etiam se extendant ad parvas Domos recreationis.

Ut Regularium Oratoria privata legitime erigantur, & de-putentur, ex verbis allegati Privilegii Gregorii XIII. requiruntur, ut Provinciales per se ipsos locum oblerent, & designent: Privilegium enim sic habet expresse: Ut in Oratoriis & Capellis, quae ipsius Societatis Provinciales per se approbaverint, & ad Divinum dumtaxat cultum deputaverint. Et per hoc Card. de Lugo in responsis moralibus lib. 1. dub. 14. solide defendit, non posse Superiores locales hujusmodi Oratoria per se designare, & approbare, sed solum posse ex commissione Provincialis judicare de decencia, & idoneitate loci, & postea ipsum informare, ut juxta ipsam informationem Provincialis per se approbet, & deputer locum in Oratorio, quamvis sit absens, cum non magis requiratur hic praesentia approbantis, quam in absolute a Censura, quae per omnes ab absente dari potest. Quarti tamen loc. cit. dubio 8. in fine, & Diana ibi cit. censent; posse Superiores locales designare, & approbare locum saltem ex rationi habitatione, aut commissione praesumpta Provincialis.

Hic pro complemento juvat afferre sequentem resolutionem Sacrae Congregationis Concilii relatum ab Eminentissimo Petro tom. 3. Commentar. ad Constitut. 2. Alexandr. IV. num. 33. ibi: Sacra Congreg. Concilii in Messanen. Privilegii 20. Septembris. 1698. libr. 48. decreta. pag. 471. propositis dubiis.

I. An Regularis Theatinus poterit licite erigere Altare portatile, Sacrum peragere, & Sanctissimum, Viaticum ministrare alteri Regulari infirmo in Domo privata illius consanguineorum absque licentia Ordinarii, aut Parochi?

II. An possit Ordinarius in hoc, & similibus casibus procedere contra Regulares etiam ad Censuras?

Respondit.

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative, sed in praesenti non modo letandum.

Non permittitur a Sacra Congregatione Oratorium cum Beneficio in domo privata; Immo Sacra Congr. Immunit. ad tollenda inconvenientia, in Neritonensi 18. Januarii 1628. censuit, Capellam cum Beneficio esse removendam a Domo privati, apud Card. Petram tom. 3. Commentar. ad Constit. 2. Paschal. II. num. 80.

Quo autem ad haec Oratoria privata attendenda nunc est novissima dispositio Sac. Congreg. Concil. & Benedicti XIV. in sequenti decreto, quod hic ad litteram datur.

DECRETUM.

Inssu Sanctissimi Domini Nostri

BENEDICTI XIV.

Editum circa celebrationem Missae in Oratoriis privatis.

Die septima Januarii MDCCXXII.

CUM duo nobiles Conjuges Dioecesis Mariscen. obtinissent a Sede Apostolica Indultum pro celebratione Missae in privato suo Domus Oratorio sic conceptum:

„ Dilecte fili, & dilecta in Christo filia salutem, & Apostolicam benedictionem.

„ Spirituali vestrae consolationi, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, vosque favoribus spiritualibus, & gratis prosequi volentes, & vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis, super hoc humiliter porrectis inclinatis, Vobis qui (ut asseritis) loco Gallichii, & Melanelli Mariscen. seu alterius Diocesis Jurisdictionem temporalem in illis, seu eorum altero exercendo Baro, & Baronissa respective existitis, ut in privatis domorum vestrae habitationis in Civitate, & Diocesi Mariscen. existentibus Oratoriis ad hoc decenti muro extructis, & ornatis, seu extruendis, & ornandis, ab omnibus domesticis usibus liberis per Ordinarii loci prius visitandis, & approbandis, ac ipsius Ordinarii licentia ejus arbitrio duratura, unam Missam pro unoquoque die, dummodo in eisdem domibus celebrandi licentia, quae ad huc duret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum saecularem, seu de Superiorum suorum licentia Regularem, sine tamen quorumcumque Jurium Parochialium praedictio, ac Paschalis Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis in vestra & Natorum, Consanguineorum, & affinium in eadem domo, vobiscum insimul habitant. Familiaque, & quoad Oratoria Ruri existentia, etiam in Hospitum Nobilium vestrorum praesentia celebrari facere libere, & licite possitis, & valeatis, ac Vestrum quilibet possit, & valeat Auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus: Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod familiares servitibus vestris, tempore dictae Missae actu non necessarii, ibidem Missam hujusmodi intercedentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de praeccepto minime liberi censentur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 12. Februarii 1739.

„ Cumque exorta esset dubitatio, an ex vi hujusmodi Indulti liceret Missam celebrare in privato Oratorio, etiam sine praesentia alterutrius ex dictis Coniugibus, in quos Indulti concessio directa erat, cui quidem dubitationi locum dedit opinio nonnullorum Doctorum pro affirmativa, & negativa respective sententia inter se certantium, Sac. Congregatio Concilii, ad quam hujus quaestiones resolutio delata fuit, die tertia Decembris 1640. censuit: Non licere; Deinde vero Sanctissimus Dominus Noster, reprobata contraria Doctorum sententia, praedictam Sacrae Congregationis resolutionem nedum approbavit, verum praesenti Decreto publice evulgando voluit omnibus notum fieri, non posse vigore similis Indulti celebrari Missam in privatis Oratoriis, quando eidem Missae actu non intersit aliquis ex iis, quibus principaliter Indultum concessum est; Indultum vero principaliter concessum intelligi iis tantum, quibus Breve dirigitur, nimirum Personis illis, quae a tergo ejusdem Brevis proprio nomine nuncupantur, adeo ut sine praesentia alicujus ex dictis Personis, minime liceat Missae Sacrificium peragi; etiam si praesens sit aliquis, sive ex Familiaribus, sive demum ex Hospitiibus Nobilibus in eodem Brevis memoratis, quippe quibus nil aliud per hujusmodi Breve conceditur, quam quod unusquisque eorum (dummodo, quod attinet ad Familiares, juxta clausulam in iisdem Brevis insertam, non sit ex illis actu non necessariis) assistens Missae, quae celebratur in Oratorio privato in praesentia alicujus ex Personis a tergo Brevis proprio nomine nuncupatis, satisfaciat obligationi audiendi Missam diebus Festis de praeccepto. Sublata igitur, & proscripta quacumque minus germana interpretatione ejusmodi Brevis, & Indultorum, in contrarium hactenus facti, Sanctitas sua ita declaravit,

„ & servari omnino mandavit, distincte praecipiens, ut omnes Episcopi, alique locorum Ordinarii, etiam tanquam a Sede Apostolica Delegati executioni, & observantiae hujus Decreti diligenter incumbant per Canonicas poenas contra inobedientes eorum arbitrio constituendas.

A. Card. Gentili Praefectus.

G. A. Archiepiscopus Philippen. Secr.

Oratorium publicum, obtemperanti prius a Sacra Congregatione Concilii translatione onerum, potest, clausa janua viae publicae, reduci ad Oratorium privatum; Sac. Congregat. Immunit. in Lucana 19. Augusti 1704. lib. 1. decret. Vallem. pag. 605. Cappella erecta in privatis domibus cum dote, & titulo non cadit sub decreto prohibitionis de celebratione Missarum in privatis Oratoriis; Sac. Cong. Conc. in Polignanen. 23. Augusti 1653. lib. 19. decret. pag. 288. apud Ursyam Instit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 2. n. 85.

In Oratorio privato, in quo ex causa infirmitatis a Sede Apostolica conceditur facultas celebrandi Missam in die Nativitatis Domini, tres Missae, non autem una dumtaxat ab eodem Sacerdote celebrari possunt; Sac. Cong. Conc. in dubio Oratorii privati 20. Januarii 1725. apud Thesaurum Resolutionum Sac. Cong. Concil. tom. 3.

Oratoria privata non solent facile concedi in domibus mulierum in communi viventium, ut notant Doctores passim, & praesertim Nicolius in Flosculis verb. Clausura num. 38. in fine Ursaya tom. 3. part. 2. discept. 6. num. 8. & seq. Monacell. tom. 1. tit. 6. formul. 19. n. 19. & 20. & patet ex pluribus Sacrarum Congregationum decretis, & signanter in una Panormitana 14. Februarii 1699. in qua Sac. Cong. Concil. non obstanti favorabili voto Reverendissimi Archiepiscopi, similem instantiam Congregationis mulierum rejectit, quam refert, & sequitur Monacell. loc. cit. num. 20. & ibidem numer. 19. referendo aliam resolutionem Sacrae Cong. Episcop. & Regul. in Imolen. 20. Februarii 1693. advertit, Sacras Congregationes non esse faciles ad concedendas similes Gratias, sed nec etiam approbare similia mulierum Collegia, illa simpliciter tolerando ad custodiendam honestatem, & libere relinquendo sub Ordinariorum cura, & jurisdictione; Et quidem merito denegantur similia Indulta, quia hujusmodi Congregationes mulierum sine clausura viventium sunt contra expressam dispositionem, & prohibitionem S. Pii V. Constit. incip. Circa Pastoralis Officii relat. a nobis sub verb. Tertiaria num. 15. ubi quod tales mulieres possint hoc tempore prohiberi, ne in Communitate maneant, nisi professionem cum quarto voto de perpetua clausura omittant ad formam dictae Pianae Constitutionis, ut de facto Urbanus VIII. Constituit. incip. Pastoralis Romani Pontificis, suppreffit, & annullavit quendam hujusmodi mulierum Congregationem; Unde similes Congregationes mulierum, vel penitus dissolvuntur, vel si tolerentur, remanent sub omnimoda jurisdictione Ordinariorum, ut pluries respondit Sacra Congregatio, tum Episcop., & Regul. tum Sacri Concil. Vide ibi num. 15. 16. & 17.

Oratorium esse publicum per multa ostendit, & probat erudito de more D. Ursaya tom. 1. part. 2. discept. 23. Et signanter ab Altari fixo, & stabili; ibid. num. 39. Ab admissione plurium personarum ad audiendas Missas, ibidem num. 95. A campana, & campanili ibi existentibus, ibidem num. 91. & 99. A celebratione multarum Missarum in illo sequuta ibidem num. 94. A celebratione Missarum per spatium decenti, ibidem num. 96. A celebratione Festivitatis illius Sancti, cui est dicatum, ibidem num. 97. A porta correspondente viae publicae, ibidem num. 92. Nec cessat esse publicum, etiam si habeat januam in interiori atrio, seu cortili palatii, ibidem num. 29. ex decreto Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Ostunen. 20. Martii 1698. & Sac. Congregat. Concilii in Compiana 31. Maji 1704. & 8. Augusti 1705. ibique num. 30. adest exempla Urbis, & idem asserit sub num. 60. adducens ad litteram cit. decret. in Ostunen. confirmat. 9. Martii 1702. Nec publicitati Oratorii detrahit, quod aditus ipsius detur per scalas, seu porticum per viculum, aut aedes privatorum, ibidem num. 27. adducens ad id etiam decisionem Sacrae Rotae. Et a fortiori non desinit Oratorium esse publicum, quando Patronus cedit juri, quod habebat in situ ante illius portam ibidem num. 25. & 26. referens per extensum magistralem decisionem Sac. Congreg. Episcop., & Regul. in Placenti-

centina 14. Novemb. 1626. ac dicens, quod talis resolutio vim legis habeat, & tanquam talis servanda sit; Et ibi per tot. dictam disceptionem 23. Piscaren. Oratorii, & doctae, & erudite scripsit, ut plurimis juribus, & Decretis, ac innumeris Doctoribus ad rem adductis, victoriam reportaverit contra Curiam Episcopalem Pisauri in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regul. quae Ponente Eminentissimo Cardinali Rubino die 2. Junii 1706. Rescripsit: Attenta refectione Oratorii, Vicarius Apostolicus permittat celebrationem Missarum, & Festi Nativitatis B. V. M. circumscripto processu in Curia Episcopali fabricato super praesentia salutate testium.

Et Oratorium esse publicum, declaravit Sac. Congregat. Concil. in Savonen. in qua propositis binis huius dubiis. I. An aedes Sacrae S. Mariae de Areneto sit Ecclesia publica, vel Oratorium privatum in casu II. An constet de nullitate, & injustitia Interdicti, & respective Suspensionis a Divinis in casu &c. die 28. Julii 1724. prodit Rescriptum: Dilata, & fiat Plama judicialis, & addatur dubium iuxta mentem. Et repropoita causa sub dubio: An sit standum, vel recedendum a decisio in casu etc. die 9. Septemb. 1724. Responsum fuit: Praevio recessu a decisio, Ecclesiam esse publicam, facta tamen per Senatorem Imperialem in publico Instrumento declaratione, se nullum jus habere in area sita ante Ecclesiam, necnon quod claves tam Ecclesiae, quam Aerae praedictae, retineantur a Capellano; & ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro declaratione, quod Area non gaudeat immunitate; Et quoad secundum affirmative, & amplius; Sic apud Thesaurum Resolutionum Sac. Congreg. Concil. tom. 3. Et in Ruben. die 29. Julii 1731. ad dubia. I. An licita sit celebratio Missarum in Oratorio, de quo agitur? Et quatenus negative. II. An, & quomodo sit providendum in casu &c. Eadem Sac. Congreg. Concil. Respondit: Ad I. Affirmative, & amplius. Ad II. Providum in primo, apud D. Thesaurum tom. 5.

Et in Nivriem. die 2. Februar. 1735. ad dubia: I. An constet de valida consecratione Oratorii, de quo agitur in casu &c. II. An idem Oratorium sit publicum, seu potius privatum in casu &c. Ead. Sac. Congreg. Concil. Respondit: Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative quoad primam partem, ac negative quoad secundam; Imposita tamen obligatione Comiti Josepho reinveniendi aedem atrium de die, & constituendi Capellam congrue dotatam; apud d. Thesaurum tom. 7. ubi ab Eminentissimo Cardinali Cavalchini, tunc Sacrae Congregat. Secretario in sua eruditissima causa expositione adducuntur ad rem sequentia decreta.

In Nullius die 14. Januar. 1626. Eadem Sacra Congregatio censuit, Commitendum esse Ordinario, ut ibi Orator publico Instrumento se obligaverit, sentiam, qua itur ad Capellam, cuiusque liberam in perpetuum servare, atque illius situs dominio, ac juri efficaciter renunciaverit, declaret, Capellam ipsam non comprehendit in Decreto a Congregatione edito de privatis Oratoriis, petitaque celebrandi licentiam pro suo arbitrio concedat; ubi tamen prius dictam Capellam visitaverit, ac Divino cultui pervagando aptam, ac decentem esse compereverit, atque ita nullum hinc praedictum inferatur jusibus Parochialis Ecclesiae, ut in lib. 19. Decret. pag. 316. In Percellen. ubi Episcopus prohibuerat, ne diebus solemnioribus Missa celebraretur in Oratorio intra moenia Catri Callengii existente; & Comitibus de Catalengo exponentibus, idem Oratorium esse Sacra suppellectili instructum, ab immemorabili tempore in eo Nocte Nativitatis Domini pluries celebratum fuisse Missam solemnem, Episcopos antecessores illud visitasse, in eo administratum fuisse Sacramentum Confirmationis, & tandem publicum, & liberum ad illud haberi aditum, cum nocturno tantum tempore clauderetur janua praedicti Catri: Sac. Congreg. die 3. Augusti 1675. Respondit, Oratorium esse publicum, adeoque licitum esse ibi celebrare Festis etiam solemnioribus, ut in lib. 29. Decret. pag. 124.

In Compiana, cum Oratorium in aula palatii Baronis Catri Novissimi, Ecclesiastico Interdicto fuisset suppositum, necnon prohibitum Sacrosanctum Missae Sacrificium ibi celebrari, nisi doceretur de legitima facultate Apostolica, eo sub fundamento quoad ipsum publicum non patebat accessus, ac intra septa palatii existebat, ita ut privatum, & non publicum dici deberet, memoratus Baro, & Scipio ejus filius postulantes ab hac Sacra Congregatione praedictum Orato-

rium publicum declarari, ostendere fatigerunt, idem Oratorium habere fixum Altare marmoreum, & campanile cum campana pro convocatione populi ad audiendum Sacrum dicatum esse S. Joanni Baptistae, Festum ejusdem Sancti titulari solemniter celebrari cum totius Cleri assistentia, ibique erectum reperiri Beneficium sub eodem titulo S. Joannis Baptistae de jure patronatus Baronum dicti Catri, necnon procuratorem Episcopo dictum Oratorium visitanti perfolutam fuisse, proposito inter cetera hoc dubio; An interdictum emanatum per Visitatorem sub fundamento, quod Oratorium, sive Capella, de qua agitur, sit privata, & non publica, sustineatur in casu &c. die 31. Maji 1704. responsum fuit Negative, ut in lib. 54. Decret. pag. 216.

Immo repropoita causa ad instantiam Episcopi Compiani exultimantis, non convenire, nec licere, quod atrium palatii Baronis pro libito claudi posset, quodque per palatium ad Capellam haberetur aditus, discussa fuerunt duo haec dubia: I. An aperiendum sit ostium Capellae, in via publica, vel potius removenda sint valvae impediennes ingressum in atrium? II. An liceat Baroni per palatium ad Ecclesiam descendere in casu &c. Et eadem Sac. Congreg. Concil. die 8. Augusti 1705. respondit: Ad I. Negative. Ad II. Affirmative, in casu, de quo agitur, ut in lib. 55. Decret. pag. 292. Sic ad litteram dicti Eminentissimi Cavalchini in citat. Nivriem. ubi refert etiam supradictas resolutiones in Savonen. sub die 28. Julii, & 9. Septembris 1724.

Quamvis supra Oratorium, seu Capellam, aut Ecclesiam nequeant esse camerae, vel loca ad habitandum, dormiendum, deambulandum, aut ad alium usum profanum ex dictis, & Decretis allatis supra num. 18. & sub verb. Ecclesia art. 5. num. 5. Subtus tamen ipsa possunt adesse horrea, cellae vinariae, aut Apothecae, ut plura adducens exempla Urbis de Oratoriis, ac etiam de ipsius Ecclesiae Parochialibus, ac pluribus ad id allegatis Doctoribus defendit D. Ursaya tom. 8. part. 1. disceptat. 40. a num. 126. ad 138. ubi insuper refert quod ita in terminis respondit Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Reatina 6. Junii 1606. & Sacra Congreg. Concil. in Piscaren. Oratorii 23. Februar. 1710.

Oratorii erectioni locum esse in Collegio, ut in eo valeant Missae quolibet die, & etiam Festis solemnibus celebrari, & Sacramenta administrari Convictoribus, Discipulis, atque domesticis in Collegio actu degentibus, & illi interventibus, excepta Communione Paschali, respondit Sac. Congreg. Concil. in Sutrina Oratorii 11. Junii 1718. apud d. Thesaurum tom. 1.

Oratorium domesticum conceditur Advocatis consistorialibus. Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 106. incip. Inter conspiciuos §. 34. Item conceditur Officialibus & Militibus S. Januarii. Idem Constitut. 24. incip. Romanae Ecclesiae.

Advertenda sunt ea, quae recte tradit Benedicimus XV. Institut. Eccles. 34. §. 3. numer. 11. & 12. (de qua ipse mentionem ingerit in mox allata Encyclica §. 23.) ubi postquam scripsit, non posse vigore Indulti administrari in Oratoriis privatis Sacramentum Penitentiae, ex quo Rituale Romanum tit. de Sacramento Penitentiae, sic praecise habeat: In Ecclesia, non autem in privatis aedibus Confessiones audiat, nisi ex causa rationabili, quae cum incidere, studeat tamen id decenti ac patenti loco praestare. Et dubium movit de Sacramento Eucharistiae, ex quo Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 6. de Sacrificio Missae, sic se praecise exprimit; Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quo ad eos Sanctissimi huius Sacrificii fructus uberius proveniret. Adducens inibi sententiam affirmativam Clericari de Sacramento Eucharistiae decis. 8. ad mensum Februarii casu primo a num. 34. usque ad finem, ubi fuisse probat posse in ipsis Oratoriis Eucharistiam ministrari; & alios Doctores inter quos Quart., Dianam, & Giribald. credentes ad id opportunam facultatem Ordinarii, tam pro Sacerdotibus Regularibus, quam saecularibus ibi celebrantibus, cui opinioni asserens esse conformem Romae praxim, testatur insuper, quod cum de Ordine Sacrae Congregationis Concilii, cuius erat Secretarius, allocutus fuisset Summum Pontificem Innocent. XIII. pro facultate recipiendi Eucharistiam in suo privato Oratorio a quadam nobilissima foemina, quae propter suas habituales indispositiones nequibat manere se ad Ecclesiam conferre, noluit eam dictus Pontifex concedere, nisi limitatam ad tempus infirmitatis, visis prius, & ponderatis juratis Medicorum, attestantibus;

nibus; Quamobrem cum ipse esset Archiepiscopus Bononiensis statuit, quod nullus Sacerdos sine facultate, five Regularis sine sua, aut sui Vicarii Generalis specialitate posset ullo modo in dictis Oratoriis Eucharistiam ministrare.

98 * Nullum jus assistit Parocho, ne in Oratoriis publicis intra suam Parochiam, Missa celebretur antea absolutam Missam Parochialem, ex decretis Sacre Congregationis. *Institut. Eccl. 44. §. 11.* Potest tamen id vetare Ordinarius, dummodo tamen Missa in Ecclesia Parochiali hora opportuna celebretur. Quae verba sunt S. Congregationis. *Ibid. §. 12.*

100 In Archiepiscopatu tamen Bononiensi, si Oratorium publicum distet a Parochiali unum miliare, permittitur hæc anticipatio; onere tamen injuncto Cappellano annunciandi Festi de præcepto, Evangelium explicandi, sicut & Catechismum, ac Doctrinam Christianam habendi, quod etiam mandatur a Clemente XII. in Encyclica ad Episcopos Italiae data an. 1735. *Ibid. §. 15.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 P Otissima differentia Oratorium publicum inter & Oratorium privatum in eo posita est, quod illud habere debet januam apertam in via omnium usui patenti, & a privatorum hominum dominio exempta, tantæque amplitudinis, quanta communiter ab Interpretibus Juris ad viæ publicæ denominationem desideratur: in hoc vero alius non patet aditus, nisi per locum privatum; *Gattic. de Orator. domestic. cap. 3. n. 2. & plur. sequent.*

2 Cæterum si pateat aditus ad Oratorium per domus atrium, per prædium, aream, campumque de alicujus dominio, sed ab immemorabili tempore transitus ille liber fuerit, perinde ac si fuisset per viam publicam, ita ut nulla Domino sit facultas transitum illum impediendi, non desinit Oratorium, illud esse publicum. Idem dic, si in nova constructione Oratorii, Dominus se obligaverit, viam, quæ ducit ad ipsum, cuique liberam in perpetuum servare; *Fagnan. in cap. In his num. 18. de Privileg. Gattic. de Orator. domestic. cap. 3. n. 5. ubi num. 6. agit de Oratoriis, quæ intra domos erecta sunt, & tamen tanquam publica habentur.*

4 In Oratorio publico necessariam esse campanam, vulgo traditur. At Oratorium non desinere esse publicum, tamen campana ipsum careat, firmat *Gattico de Orator. domestic. cap. 3. num. 13.* Quot (inquit), in Villis præcipue, & oppidis reperitur Oratoria, in quibus publice Sacrificium offertur, nec in illis suspensa reperitur ulla, vel minima Campanula, quin propterea ab Episcopis interdantur? At vero hujusmodi defectum nequaquam Episcopi tolerant, si ex communi jure campana ad constituendum publicum Oratorium requireretur. Mihi certe hæc multorum Episcoporum tolerantia æquipollens invictis testimoniis apparet, quum ex illa evidenter comprobetur, inter necessaria Oratorii publici campanam non reputari. Quocirca non jam Oratorium propter campanam publicum constituitur, sed ideo campana appenditur, quia jam supponit locum publicum, quo perfecto, signum illud collocatur. Signa etenim rerum, prius in se ipsas res constitutas supponunt, quas nisi perfectas præsupponerent, fallaciter demonstrarent. Si autem dicatur, male a quibusdam Episcopis tolerari Oratoria publica absque campana, statim reponere poterimus, non uniformem ubique Regulam posse observari ob diversas circumstantias in diversitate locorum occurrentes. Addam pariter, nullam, quam sciam, ab Apostolica Sede legem latam esse præcipientem, in Oratoriis publicis appendi Campanam, ac proinde uniuscujusque Episcopi prudentia relinqui pro opportunitate hanc, vel exigere, vel non concedere; ac abunde ad discrimen uberior inter Ecclesias, & Oratoria conservandum, sufficere si, quod olim iusserat Joannes XXII. in Extravagant. 2. de offic. Custodis, renovaretur, quemadmodum expresse illud renovavit S. Carolus in Concilio Provinciali Mediolanensi IV. part. 1. tit. de Campanis, videlicet unam tantum campanam in Oratoriis, plures solum in Ecclesiarum campanariis turribus appendi.

5 Quia postea opinione, non per hoc, quod Oratorium non habeat campanam, concludi potest, quod non sit publicum, si janua habeat in via publica. Recte vero asseri potest, publicum esse Oratorium, si campanam habeat, quia campana non appenditur, nisi Oratorium sit publicum.

De eo non levis est controversia, num Oratorium publicum præter ostium principale in via publica apertum habere possit aliam minorem januam, quæ privatam domum, vel private domus atrium respiciens ingressum non omnibus liberum præbeat, sed solis domesticis, in quorum unice gratiam aperitur?

Tum etiam quaeritur, num in Oratorio publico fenestæ in parietibus effingi queant, ut e privatis cubiculis domesticis in Oratoria respicere, atque ita a reliquis omnibus separati Missæ, ac orationi assistere, & vacare possint? Negativam in utraque quaestione opinionem tenent *Barbos. ad Concil. Tridentin. sess. 22. cap. 8. num. 21. de Reform. Amosaz de Casis prius lib. 5. cap. 10. num. 15. & sequent.* At pro affirmativa sententia, in una, itemque altera quaestione est, concurrente, vel Lege fundationis, vel privilegio Apostolico, vel usu immemorabili, *Gattic. de Orator. domestic. cap. 3. num. 8. & 9.* ubi inter alia in confirmationem hujus suæ affirmativæ sententiæ affert *Synodum Beneventanam anni 1567. tit. 5. cap. 2.* in quo habetur: „*Edificationem & usum Oratoriorum ita Episcopi, quum id illis iusta de causa concedendum visum fuerit, concedant, ut præter fores, per quas a privatis domibus ad ea itur, alias item habeant, quibus a via publica, omnibus etiam aditus pateat.*”

De Oratoriis privatis consule, ubi res postulat, pluries laudatum *Gatticum*, qui hoc argumentum illustravit. Illud vero hic prætereundum haud est, quod S. M. Benedictus XIV. in epistola data 2. Junii 1751. ad Primatem &c. Poloniae §. 20. ad §. 26. declaravit, in hisce privatis Oratoriis administrari hand posse Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ etiam extra tempus Paschale, comprehensis etiam Regularibus exemptis. Quocirca amplecti amplius nequit opinio, quam *Auctor num. 45.* tenet, quod scilicet possint in iis dicta Sacramenta administrari.

Sed præ omnibus attendenda est sequens novissima Constitutio Benedicti XIV. juxta quam sunt nunc moderanda varia ex supra traditis, quamque idcirco veluti normam & regulam hac in reservandam, ad litteram subnectimus.

EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Primatem, Archiepiscopos, & Episcopos Regni Poloniae.

De tollendis abusibus ab Oratoriis privatis, quæ sunt in domibus Laicorum.

BENEDICTUS XIV.

Venerabilis Frater, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Controversiæ circa Oratoria privata vigentes & Polonorum Præsulum vota, Pontificias declarationes exposcunt.

Magno cum animi nostri dolore a Nobis intellectum est, nonnullas in Diocesis vestris controversias ac molesta dissidia, propter Oratoria privata, insurrexisse, quibus præcidendis cum omnis per vos cura ac diligentia adhibita fuerit, non modo optato sine frustrati sitis, sed & in aliorum offensionem incurreritis, vobisque eam acquisiveritis reprehensionem, & notam, quasi nimio rigore adhibendo modum excedatis: optari proinde a vobis, ut per hanc Sanctam Sedem certæ vobis regulæ indicentur, ad quarum normam, sublatis abusibus, privati Oratorii Privilegium exerceri debeat; idque ad eum finem, ut cum Ordinationes vestras Pontificia auctoritate nostra munitæ fuerint, non solum ab omni malevolorum censura immunes evadant, verum majus semper eisdem honoris, atque ælimationis pondus accedat. Licet autem vestre hujuscemodi petitioni satisfacere facillime potuissim, illos vobis liberos indicando, tam in quibus de hujusmodi materia doctrina traditur Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum decretis conformis, quam alios etiam, quorum Scriptores, dum de privatis Oratoriis agunt, ea Sanctæ Sedis Decreta vel dissimulant, vel ignorant, quæ assertionibus eorum omnino opponuntur; Nihilominus, cum nos Venerabiles Personas Vestras præcipuo ac speciali affectu prosequamur,

Sed nihil etiam statuit de eorum facultatibus extra Aedes Episcopales, & extra Diocesium.

§. 3. Illud tantummodo, de hujusmodi Episcoporum Privilegio dici poterat, quod cum idem ad Sacella, quæ in Episcopis sita sunt, restringeretur, nullo modo Episcopis favore poterat, tum cum idem extra proprias Domos verarentur, cum visitationem obirent, sive cum iter haberent, adeo ut cum vel Missam celebrare, vel eidem interesse vellent, ad publicas Ecclesias se conferre cogerentur, vel a locorum ordinariis veniam petere, ut sibi liceret, vel Missam celebrari facere, vel ipsis eandem celebrare, in illa habitatione in qua forte diverterentur.

Privilegium Altaris viatici ubique erigendi Episcopis concessum a Bonifacio VIII.

§. 4. Verum recol. mem. Prædecessor Noster Bonifacius Papa VIII. in decretali sua: *Quoniam Episcopi, de Privilegiis, in Sexto*, male factum reputans, Episcopos sine rationabili causa Missam quotidie non celebrare, aut eidem non interesse, eisdem concessit, ut etiam extra propriam diocesim altari portatili, seu viatico uterentur: *Præsenti Constitutione innotuimus istem, ut Altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, aut facere celebrari, ubicumque absque interditi transgressione illis permittitur celebrare vel audire divina.* Dignum animadversionem verbum, est *Ubicumque*, quod quidem procul dubio loca etiam, quæ extra diocesim sita sunt, comprehendit.

Eo uti possunt etiam sine licentia Ordinarii Localis, & post Concilii Tridentini, & Pauli V. decreta.

§. 5. Præcipuam etiam animadversionem dictæ Congregationis Concilii Resolutiones merentur, cum ad quaestum eidem propositum, num videlicet Episcopus, qui extra propriam diocesim, ad utendum Privilegio Altaris viatici, petere eius rei veniam ab Episcopo locali teneatur; minime, eum teneri respondit; alioqui frustratorum Bonifacii VIII. Privilegium fuisset; quoniam illius Privilegii ætate antiquum Jus in suo vigore peribat, cui, quemadmodum mox dicitur, a Concilio Tridentino postea derogatum fuit, secundum quod Episcopis facultatem concedebant Missam in privatis domibus celebrandi. Similiter, cum eidem Congregationi alterum quaestum propositum fuisset: num Privilegio per Bonifacium VIII. Episcopis concessio, vel Tridentinum Concilium, vel Pontifici Pauli V. Decretum, de quo pariter mox dicitur, præjudicium ullum attulissent nihil pariter Privilegio illi detractum fuisse respondit: cum tam in Concilio, quam in citato Decreto, sublata quidem Episcopis facultas fuerit, qua aliis licentiam in privatis domibus Missam celebrandi concedere possent, verum nequaquam juribus illis expoliati remanserint, quæ proprias personas respiciunt, quæque eorumdem dignitatis, atque characteris propria sunt. Prædictæ Resolutiones a Nobis referuntur in nostro Tractatu de Sacrificio Missæ latine editionis Patavine Sect. 2. §. 42., nec non in Commentariis bon. mem. Cardinalis Petra ad Constitutiones Apostolicas tom. 4. *Super Constitutione 2. Urbani V. num. 15. & seq.*, & a Gattico in recenti ejusdem Tractatu de Oratoriis domesticis, in tit. de usu Altaris portatilis c. 12. num. 1. & seq.

Non tamen extra domum propriæ habitationis sive in sua, sive in aliena Diocesi.

§. 6. Tam verum est, quam quod verissimum, nullam rem majus præjudicium Privilegii afferre, quam abutulum eorumdem, quod quidem satis superque pro vero comprobatum fuit, etiam in casu hujus Privilegii Altaris portatilis, quod concessum Episcopis est, & quod post Concilium Tridentinum, ac Paulinum Decretum illatum remansit. Certis indicis compertum fuit, quosdam Episcopos eodem abuti, qui, vel intra, vel extra Diocesim, ad Laicorum se domos conferbant, atque in iis, vel ipsi Missam celebrabant, vel ut ibidem plures celebrarentur Missæ, faciebant, idque nulla necessitate urgente, sed ad eum tantum finem, vel ut proprium Privilegium ostentarent, vel ut Laicorum petitioni satisfacerent. Cum hujuscæ inconvenientis notitia ad Concilii Congregationem pervenisset, non prætermisit hujusmodi excessum

sequamur, per Encyclicam hanc Epistolam nostram, qua fieri poterit brevitate, tum eorumdem Decretorum Nostrorum, tum nostram hac super re mentem, sensusque aperimus: quibus quidem, præter obedientiam, quæ eisdem debetur ratione auctoritatis, a qua velut a fonte dimandant, aliud etiam nescio quid majoris ponderis inest, materie ipsius nomine, quæ eorum objectum est, quæque in quaestione versatur, cum omnis hujusmodi res ab Apostolicis Privilegiis dependeat, quorum explicatio privativo jure Summis Pontificibus reservata est, cumque eadem præcipuam normam desumere debeat ex intentione illius, a quo concessio facta est, cujus sensus concedenti semper, quam alii cuiuslibet notior esse debet, adeo ut quidquid a vobis secundum ea, quæ in Encyclica hac Epistola nostra continentur, ordinabitur, & statuatur, id pro exequendis Summorum Pontificum præscriptis præstitum esse duandum sit; cujus rei gratia Apostolicorum delegatorum qualitatem, & auctoritatem Fratemitatis Vestris adhibitam esse censendum est quam etiam, quatenus opus sit, nos ipsarum præsentium litterarum tenore vobis ad hujusmodi effectum concedimus, & impartimur.

Oratoria privata in Episcoporum aedibus extruenda jam usque a prioribus Ecclesiæ Saculis.

§. 1. Nihil sane expositum nobis est, quod ad ea pertinet Sacella, quæ in Episcopopalibus Palatiis vestris habetis, pro Missa, vel per vos, vel per alios celebranda, alave, quapiam sacra Functione, quæ officii ac dignitatis vestrae propria sit, obeunda, de quibus late disserere Nobis per facile, elset, nisi hoc a proposito nostro alienum foret: quare duo tantummodo vestra Sacellorum exempla indicabimus, quæ Episcopi in proprio Episcopio a publicis Ecclesiis distincta, ac separata habebant, in quibus Sanctum Missæ Sacrificium celebrabant. Horum primum Sacellum est Sancti Cassii Episcopi Narniensis, de quo S. Gregorius in Homilia 37. super Evangelia narrat, quod licet gravi morbo opprimeretur, in Oratorio Episcopi sui Missas fecit, tam ut propria, quam ut eorum, qui illum visitatum adveniebant, devotioni latifaceret. Alterum exemplum est S. Johannis Eleemosynarii Ep. Alexandrini, qui sicut in actis ipsius a Leontio scriptis deprehenditur, illos coarguens, qui Missa nondum peracta discedebant, quum ipse ad eandem celebrandam in publicam Ecclesiam se conferbat, dicere in more habebat: *Ego propter vos descendendo in Sanctam Ecclesiam nam poteram mihi facere Missas in Episcopio.* Prædictum exemplum legere est apud Thomasinum de veteri, ac nova Ecclesiæ disciplina p. 1. lib. 2. c. 93. num. 6. Alia exempla in opere de oratoriis privatis inscripto cap. 6. collecta reperitur (quod opus novissime a Johanne Baptista Gattico Canonico Lateranensi Romæ in lucem editum est) per quæ Episcoporum jus circa Sacella in propriis Episcopopalibus Palatiis habenda validis fundamentis innixum comprobatur.

Concilium Tridentinum de aliis Oratoriis privatis decernens, nihil detrahit Sacellis Episcoporum.

§. 2. Huic quidem juri Sacrum Trident. Concil. nulla ratione derogavit; quippe quod tantummodo sess. 22. de observandis & evitandis in celebratione Missæ, propter multa, quæ parum decenter fieri identidem contingebat, Episcopis præcepit, ne Sæcularibus, ac Regularibus Missam celebrare permitterent privatis in domibus, & extra Ecclesias, aut Oratoria publica, quæ divino cultui destinata essent; quod nullam cum Capellis, quæ in Episcopopalibus Palatiis sunt, rationem habent, quum hæc sub privaturam domorum nomine nunquam ceteri possint. Id pluries a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini Interpretum, in aliquot ejusdem Resolutionibus, validis rationibus innixis, declaratum est, quas Nos in nostro de Sacrificio Missæ Tractatu retulimus Sect. 2. §. 45. & seq. Latina Edit. Patavina. Nos enim, tunc etiam cum in minoribus, constituti opus aliquod inscriberemus, illud præcipue Nobis gloriosum duximus, ut nulla in parte a Romanæ Curia Tribunalium Sententiis recederemus, quibus ut plurimum a Pontificiis Oraculis auctoritati robur accedit.

cessum prohibere, ejusdemque abusus corrigendi curam Archiepiscopi committere, si quando factum in locis eorum jurisdictioni subiectis contigerit. In Codicibus Actorum, seu Regellis Congregationis predictæ lib. 48. *Decretor.* fol. 471. Resolutiones ipsæ referuntur. Quia tamen nihilominus majum invalerebat, a felicitis recordationis Prædecessore nostro Clemente Papa XI. die 15. Decembris 1703. sequens Decretum publicatum fuit, in quo postquam inconueniens expositum fuit, nimirum: *Episcopi etiam in aliena Diœcesi extra Domum propriae habitationis in privatis Laicorum domibus erigi faciunt Altare, ibique per unum, aut per plures e suis Capellanis sacrificium Christi Hostiam immolant; ad remedium gradus fit: ad abusus hujusmodi eliminandos &c. Sanctissimus Dominus Noster &c. expresse declarat, Episcopos, & suis majoribus Prælatibus, etiam Cardinalibus honore fulgentibus, neque sub prætextu Privilegii clausi in corpore juris, neque alio quocumque titulo, ullo modo licere extra domum propriae habitationis, in domibus laicis, etiam in propria Diœcesi, quod foris intelligitur in aliena, etiam si Diœcesani consensus adhiberetur, erigere Altare: ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, sive celebrari facere.*

§. 7. Magni hujus Pontificis menti ille tantummodo finis in hoc propositus fuit, ut abusus tollerentur, nunquam autem, ut recto Privilegii usus quidquam detraheretur. Et quia relata verba prohibitiva, utpote nimis ampla & effrenata, cuiquam præbere animum poterant affirmandi, non licere Episcopis uti privilegio Altaris portatilis tum cum vel Diœcesim visitant, vel iter faciunt, aut alia iusta de causa, extra residentiam sunt, atque in Laicorum domibus morantur; illato de hujusmodi re sermone in Congregationibus, quæ sub Innocentio XIII., immediato Clementis ejusdem Successore, habitæ fuerunt, quarum Nos tunc in minoribus existentes, a secretis fuimus, opportunum factu iudicatum est, ut ea, quam mox subijcimus, declaratio fieret, quæ postea inserta fuit in ejusmodi litteris Innocentii incipientibus: *Apostolici Ministerii*, quas idem Pontifex pro constituendo in Hispaniarum Regnis bono Ecclesiasticæ disciplinæ regimine condidit, quasque etiam ejusdem Successor Benedictus XIII. in forma specifica confirmavit, & ut in omnibus locis pro regula ac norma haberentur in Appendice Concilii Romani a se celebrati voluit insertas; ipsam vero declarationem inter ejusdem Concilii decreta retulit Tit. XV. Cap. III., in quo quidem Concilio Nos quoque ad Sacrorum Canonum Interpretationem adhibiti fuimus. Declarationis verba Nos etiam hic libenter apponimus: *Declaramus, quod cum in prædicto Decreto, (de Clementis XI. Decreto sermo est,) statuatur, non licere Episcopis extra domum propriae habitationis, in domibus Laicis erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, sive celebrari facere; hujusmodi prohibitio intelligenda non sit de domibus etiam Laicis, in quibus ipsi Episcopi forte occasione visitationis, vel itineris, hospitio excipiuntur, ut nec etiam quando Episcopi in casibus a jure permissis, vel de speciali Sedis Apostolicæ licentiâ, absentes a Domo propria ordinariæ habitationis, novam idcirco faciunt in aliena domo per modum similis habitationis; his enim casibus licita vis erit erectio Altaris ad effectum prædictæ celebrationis, non scilicet ac in domo propria ordinariæ habitationis.*

Premissarum Regularum usus.

§. 8. Optimum factu iudicavimus in Encyclica hac Epistola nostra exponere vobis hæc, quæ ad Fratritates Vestras præcipue pertinent, nimirum quantum vobis concessum est, quoad Sacella, seu Capellas, quæ in Episcopaliibus Palatiis vestris sunt; quantum item vobis in alienis domibus, & extra vestram Diœcesim facere permissum est; causas etiam Concessionum, ac Privilegiorum indicavimus, nec non eorumdem abusus, atque abusus prohibitiones apponimus; tum ut Vos discernere agnoscat, quod intercedit inter Capellas Episcopaliū ædium vestrarum, in quibus aliquando vobis, pro præcipuo sine hujusmodi commodi, & consolationis vestræ, Privilegio Altaris erigendi, ac celebrandi, vel celebrari faciendi, uti licet, tum vero etiam ne forte, cum vos contra abusus, privatorum Oratoriorum in domibus Laicorum invigilare debeatis, redargutioni illi obnoxii sitis, quod alienos in aliorum Domo defectus dum corrigitis, interim vestræ domi, atque in propria

agendi ratione excessus adhibeatis. Ideoque ad privatorum Oratoriorum propositum, quæ in domibus laicorum sunt, gradum facientes, aliqua præmittemus.

De oratoriis privatis in domibus laicorum extant monumenta, tum primis, tum posterioribus Ecclesiæ Seculis.
De iis abrogandis sæpe cogitatum.

§. 9. Primum quidem est, privatorum Oratoriorum in dictis domibus, usum ab antiquo tempore repetendum esse; cum constat, Apostolos Sacra Mysteria privatis in domibus celebrasse, eumque morem persecutionum tempore servatum fuisse, quemadmodum Christianus Lupus in suis notis ad *Canones Trullanos* apposite aniuadverit. Alterum autem, privata Oratoria in domibus Laicorum subsequenter etiam sæculis fuisse, cum persecutiones jam cessassent; cum in Sacramentario Gallicano, quod Mabillonius tom. 1. *Musæi Italici* impressum edidit, *Collecta* legatur, quæ recitanda erat in Missa, quæ celebratur in domo *cuilibet*; nec ad hujusmodi quidem assumptum alia deficiunt probationes, quas Nos in Tractatu nostro de *Sacrificio Missæ* sect. 1. §. 10. cum cura colligere studuimus. Tertium porro est, de tollendis hujusmodi Oratoriis privatis in domibus Laicorum, seu potius facultatibus Missam in ipsis celebrandi, pluries cogitatum esse. Nihil de Justiniani Novella 58. dicemus, in qua, ne in domesticis Oratoriis celebraretur, lege interdixit, tantummodo permittens, ut in eisdem oraretur; nihil præterea de *Novellis 4. & 15. Leonis Sapientis*, qui prohibitionem sustulit, asserens, adeo tunc privata Oratoria multiplicata fuisse, in quibus Missæ celebrarentur, ut non solum optimates, sed mediocres etiam conditionis homines in suis domibus eadem haberent. Quod verò spectat ad ea monumenta, quæ proxima temporibus nostris sunt, satis erit illa indicasse, quæ in dicto Tractatu de *Sacrificio Missæ* loco superius citato a nobis allata fuerunt.

Ad eorum erectionem, & usum Episcoporum licentiâ semper requisita fuit.

§. 10. Quartum, quod licet fere semper in Laicorum domibus privatorum Oratoriorum usus habitus fuerit, in quibus Missa celebrabatur; semper tamen Episcoporum licentiâ necessaria fuit: Ad quam concedendam ipsi valde faciles plerumque erant: *Missarum solemnitas non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permisit, celebranda censens.* Verba sunt *Can. Missarum de Consecrat. dist. 1.* Hæc autem facultas, propter quam interdu factum est, ut Oratoria domestica, licet frustra, prohiberentur, multo magis in usu fuit in Ecclesia Orientali ob id potissimum, quod in Ecclesiis Græcorum non nisi unicum Altare erat, & postquam una super ipso Missa celebrata esset, altera per eundem diem celebrari minime poterat. *Balsamon in Comment. ad Canon. Trullanos* testatur, quod sine ulla alia formula, impertita ab Episcopo celebratur. Sacerdoti licentiâ celebrandi Missam in privatis Laicorum Oratoriis, quoties super *Mapis* ab Episcopo consecratis celebraret.

Sed hæc facultas a Concilio Tridentino Episcopis adempta est, ideoque ad solum Romanum Pontificem devoluta.

§. 11. Postremum autem, quod dicimus, illud est. Quum, post varios sermones in Sacro Concilio Tridentino hac de re habitos (quod Concilium, tam magna cum Polonici Regni gloria, tanto plausu acceptatum fuit, opera Cardinalis Oslit, & Nuntii Commendoni, in magno Conventu habito coram Rege Sigismundo Augusto, quemadmodum in ipsius Concilii Historia per Cardinalem Pallavicinum conscripta lib. 24. cap. 13. videre est) in sess. 22. in Decreto de *observandis, & evitandis in celebratione Missæ*, sequenti modo statutum, & ordinatum fuerit: *Neve patiantur, de Episcopis sermo est, privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata Oratoria, ab iisdem Ordinariis designanda, & visitanda, Sanctum hoc Sacrificium a secularibus aut Regularibus quibuscumque peragi, cum adjecta derogatione cuilibet Privilegio, exemptioni, & consuetudini, non obstantibus Privilegiis, exemptionibus, appella-*

pellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque; ex eo factum esse, ut non amplius Episcopis facultas sit concedendi nisi Oratoria privatorum in domibus Laicorum, causa in iisdem Missam celebrandi; cum licentiâ, quæ ab ipsis daretur, celebrandi Missam in Oratoriis privatis, neutiquam stare possit cum præcepto a Concilio eisdem ipsis imposito, ne id permittere debeant; ac proinde prædictum Jus ad Sanctam Sedem devolutum fuisse, quoniam circumstantiæ temporum, & Oratoriorum privatorum in Laicorum domibus dilatio minime permittebant, ut eadem prorius abolerentur. Atque hujusmodi semper fuit Conciliaris Textus intelligentia, quam tradidit Congregatio Concilii, privative ejusdem interpres; quæque etiam a sel. record. Prædecessore nostro Paulo Papa V. in Epistola Encyclica anno 1615. ad omnes Episcopos expedita, approbata fuit, quæ quidem Epistola tum apud varios Auctores, tum etiam in citato Tractatu nostro de *Sacrificio Missæ* sect. 2. §. 42. impressa reperitur. Et in ea quidem alia quæcumque Verborum Concilii intelligentia reprobat, multaque de irreverentia erga Missæ Sacrificium dicuntur, cui nimia Episcoporum facultas in concedenda licentiâ sine ulla limitatione, aut cautela, non parum fomenti præbebat. Denique in eadem ita concluditur: *Faciliatem hujusmodi licentiâ dandi ipsius Concilii Decreto, unicuique ademptam esse, solique Beatissimo Romano Pontifici esse reservatam.*

Providæ leges a Sede præscriptæ pro Oratoriis privatis erectione, & usu.

§. 12. Postquam jus concedendi Oratoria in privatis Laicorum domibus Sedi Apostolicæ reservatum fuit, dici vix potest quantum cure, ac diligentia adhibendum sit pro recto ejusdem moderamine. Quæ de re in Archivo Congregationis Concilii, cuius olim Secretarii munus Nos ipsi, antequam ad majores dignitates ascenderemus, plures per nos gestimus, authentica documenta reperimus. Hæc eandem pro lege statuta fuerunt, quemadmodum ex formulis litterarum in forma Brevis, quæ conceduntur, colligere licet: Oratorium scilicet parietibus, per quos ab omnibus aliis domesticis usibus segregetur, extructum esse debere; idem prius, vel ab Episcopo, vel ab alio, cui ipse vices suas delegaverit, visitandum esse, inspiciendi gratia, nun decens, & apte compositum sit, & num aliquid eorum, quæ necessaria sunt, in eodem desit; ut Episcopus sit, qui celebrandi Missam licentiâ impertitur, & quod licentiâ hujusmodi secandum rationabile illius arbitrium perduret; nec plures in die, sed unica tantum Missa in Oratorio celebratur; & quod hæc Missa celebratur a Sacerdote vel Seculari vel Regulari, dummodo Sæcularis ab Episcopo approbatus sit, Regularis autem licentiâ habeat a suo Regulari Superiore; ne Missa celebrari possit diebus Solemnibus Paschæ Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, & aliis solemnioribus diebus, quos inter etiam enumerantur dies Epiphaniæ, & Ascensionis Domini, Annunciationis, & Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Omnium Sanctorum, nec non Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Titularis Ecclesiæ loci: Exprimuntur personæ, quarum præsentia necessaria est, ut in privato Oratorio Missa celebrari possit; alia item, quæ, dum suprascriptis præsentibus Missa celebratur, eidem interesse possunt, & Ecclesiastico Præcepto satisfacere; denique declaratur, omnia sine parochialium Jurium præjudicio fieri debere.

Ampliores concessionem, quoad numerum Missarum, dieique & horis, quibus celebrari valeant.

§. 13. Atque hæc sunt, quæ in consuetis privatorum Oratoriorum Brevis continentur: quædam vero alia expediri contingit Brevis, quæ extraordinaria sunt; ut quum, exempli gratia, iustis culpiam de causis concessio fit, ut secundam Missam celebrari facere possit, vel, ut eadem aliquanto citius, aut aliquanto serius eo temporis limite, seu termino celebratur, qui in Rubricis præfixus; vel etiam in diebus exceptis; & alia hujusmodi. Cum autem interdum tam circa Brevis privatorum Oratoriorum prioris speciei, quam circa alia, ac generatim super omnibus controversiæ exortæ sint, Apostolica Sedes per hujusmodi occasiones, operatur. *Biblioth. Tom. V.*

portunis rationibus super hoc provideré non prætermittit. §. 14. In ordinariis Brevis, ut plurimum, duobus Conjugibus licentiâ conceditur faciendi, ut in privato Oratorio Missa celebratur; exprimiturque, ut Missa celebrari possit tum iisdem præsentibus, tum eorum filiis consanguineis, atque affinis, qui una cum ipsis in eadem domo habitationem habent. Numquam exorta difficultas est, an, cum, aut vir aut uxor Missæ intersint, si consanguinei, & affines, qui in eadem domo habitant, præsentem pariter adsint, Ecclesiastico præcepto diebus festis satisfaciant, id tamquam tutum, ac Brevis litteræ cohærens habitum est.

Indultariorum præsentia requiritur pro celebratione Missæ in Oratorio privato.

Summum autem difficultatis eo semper rediit, ut dispiceretur: num, cum neuter Conjugum adsit, sed unus ex consanguineis, aut affinis in eadem domo habitantibus, possit eo jubente in privato Oratorio Missa celebrari; & num alii, qui in domo illa habitant, consanguinei, & affines, eandem audientes Festo die Ecclesiastico præcepto audiendi Missam satisfaciant. In hoc autem divitiæ de more, Auctorum opiniones erant: verum cum hujusce difficultatis punctum in Congregatione Concilii die 3. Decembr. 1740. in causa, cujus inscriptio erat *Marsicæ Oratorii*, propositum, ac discussum esset, dictum fuit, non posse in Oratorio privato Missam celebrari, nisi Indultariorum præsentia ibidem haberetur; quod idem est, ac si dicatur, Viri, vel uxoris, ad quos Brevis directum est, ut quemadmodum in 19. Resolutionum Sacræ Congregationis Concilii anni 1740. ad p. 89. & sequent. videre est.

Indultarii distinctius feceruntur ab iis, quibus solummodo conceditur ut Missam ibi audiendo satisfaciant Præcepto.

§. 15. Cum autem Decreti hujusce facta Nobis relatio esset, idem per Nos sub die 7. Januarii 1741. confirmatum, fuit; ac præterea demandatum, ut in hujusmodi Brevis, in quibus certis quibusdam, ac determinatis personis concessio fit, ut etiam in privato Oratorio Missam celebrari facere possint, quæ Missa pro filiis, consanguineis, affinis, valeat; majoris claritatis gratia, subiecta clausula adjungatur: *Volumus, autem, quod nati, ac consanguinei, & affines prædicti unicam dictam Missam vobis quidem præsentibus, audire tantummodo, nunquam vero celebrari facere audeant.* Ut autem quæ Indultariæ personæ sint, facile agnosci possent, sine quarum præsentia Missa celebrari non potest, neque, qui eandem audit, præcepto satisfact; adjunximus, ut pro Indultariis personis illæ haberentur, quæ in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominatæ forent, cum ad easdem ipsi Brevis dirigatur.

Indultarii censentur ii, quibus inscriptæ sunt Litteræ Apostolicæ.

§. 16. Nos ab hujusmodi norma minime recedimus: verum quia aliqua interdum in corpore Brevis persona nominatur, qua præsentem conceditur ut Missa celebrari possit, & quod alii affines, consanguinei, vel familiares eandem audientes, præcepto satisfaciant, etiam si prædicta persona in Fronte Brevis minime nominetur; hinc est, quod, firma, semper ea regula manente ut possit in privato Oratorio Missa celebrari, dum aliqua ex Indultariis personis adsit, quæ in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominatur; dicimus, possit Missam celebrari, etiam si nulla earum personarum præsentem adsit, quæ in Fronte seu Inscriptione Brevis nominatur, dummodo illa præsentem sit, cui in Brevis corpore nominatum, & expresse facultas tribuitur, ut possit in privato Oratorio tum cum ipsa adsit, facere, ut Missa celebratur.

Nisi aliter in corpore Brevis dispositio statuatur.

§. 17. Atque, ut res exemplo magis pateat, Datur Viro, & Uxori facultas faciendi, ut in privato Oratorio Missa celebratur, atque ad hos Brevis dirigatur. Hic autem Vir si præsentem habet Matrem; hæc vero, in Fronte, seu Inscriptione Brevis minime nominatur; verum cum in Brevis corpore

pore dicatur, quod ipsa quoque Mater eandem Missam celebrari facere possit, & valeat: id sufficiens est, ut sola Matris presentia adhibita, Missa in Oratorio celebrari possit, etiam si Mater in Fronte, seu Inscriptio Brevis nominata non sit: Quae haec dicitur sunt in huiusmodi generis Brevibus indicantur: Verum curae Nobis erit, ut in posterum felicitus etiam, & sine ulla confusione exprimentur.

Exemplum eius rei affertur. 2. Si permittatur celebratio Missae diebus excipi solitis, in nativitate Domini celebrari poterunt tres Missae.

§. 18. In consuetis, sive Ordinariis Brevibus solemnes, quemadmodum dictum est, dies excipiuntur, quos inter Natalis Christi Domini dies recentur, in quo tres a quolibet Sacerdote Missae celebrantur. Interdum illi, qui privati Oratorii Breve habet, extraordinarium Breve conceditur, in quo eidem valetudinis causa, Missam domi audire diebus etiam exceptis permittitur. Cum autem in huiusmodi Brevibus de unica tantum Missa sermo sit; orta difficultas fuit: num possint die Natalis a Sacerdote, qui in ipso celebrabat, tres Missae celebrari, de quo cum Nos eo tempore, quo Concilii ejusdem a Secretis eramus, peculiarem dissertationem, conscripsissemus, atque in lucem edidissemus, sub die 13. Januarii anni 1725. resolutum a Congregatione fuit, quod a Sacerdote tres Missae celebrari possent, quemadmodum t. 3. Theauri resolutionum pag. 109. & seq., & pag. 116. videtur est.

3. *Baptismus, extra casum necessitatis, ministrari nequit in Oratoriis privatis, praeterquam Filiis Regum, ac Principum.*

§. 19. Reliquum est, ut de Sacris functionibus dicatur, quae in iis Oratoriis fieri possunt, quae in domibus privatorum sunt, & in quibus non pluries, quam unicam tantum Missam celebrari permittitur, nisi cum forte cupiam ex speciali gratia concessa facultas esset faciendi, ut secunda celebraretur. Quod ad Baptismatis Sacramentum attinet, jam in Viennensi Concilio sub Pontifice Clemente V. decretum fuit, ne Baptismus in aliis locis conferri posset, praeterquam in Ecclesiis, in quibus Sacri huius lavacri Fontes reperiantur, nisi cum casus necessitatis adesset, aut cum de Regum, vel Principum filiis ageretur, quemadmodum in Clementina unica de Baptismo, & ejus effectu videre est.

4. *Nec poenitentiae Sacramentum, extra casus a iure permittis, non obstantibus Privilegiis Regularium.*

§. 20. Quod autem Sacramentum Poenitentiae respicit, jam in Rituali Romano sub Titulo de Sacramento Poenitentiae, cum de Sacerdote sermo sit, qui Confessiones audit, statutum fuit: *In Ecclesia, non autem in privatis aedibus, Confessiones audiat, nisi ex causa rationabili, quae cum incidit, studeat tamen id decenti, ac patenti loco prestare.* Rituale a Pontifice Paulo V. confirmatum fuit. Et magnus Ecclesiasticae disciplinae instaurator Sanctus Carolus Borromeus tum in Instructione Sacramenti Poenitentiae, tum in Monitis ad Confessarios, atque in primo suo Provinciali Mediolanensi Concilio, id inculcare non praetermisit, quemadmodum in actis Ecclesiae Mediolanensis, editionis Civitatis ejusdem part. 1. pag. 11. part. 4. pag. 520., eadem part. 4. pag. 761. & pag. 773. videre est; Pag. autem 775. Superioribus Regularium inculcat, ut id a subditis eorum exacte adimplendum curent. Cum autem a praedictis Confessariis Regularibus prolata in medium facultas esset audiendi ubique Confessiones Fidelium, quam sibi ea ratione assererebant, quod in Pontif. Clem. X. Bulla: *Superna*, nulla loci limitatio fieret; idem ipse Pontif. declaravit, *nullam facultatem* (in praedicta Constitutione sua) *fuisse tributam Regularibus audiendi Confessiones Sacramentales in privatis domibus, ac proinde minime licere eisdem Regularibus cujusvis Ordinis &c. Sacramentum Poenitentiae administrare in domibus privatis extra casus a iure permittis.* Quod Decretum cum Praesulis Fagnani subscriptione editum, variis in locis impressum est, ut in Appendice ad Synodum Fulginatensem, quae a bono mem. Josphat Baptillati Civitatis ejusdem Episcopo anno 1732. celebrata fuit.

5. *Communio Paschalis in Ecclesia Parochiali sumenda est.*

§. 21. Quod pertinet ad Communionem Paschalem, ab unoquoque Catholico Paschatis tempore recipienda est, ex praescripto tum Decreti Concilii Lateranensis in cap. *Omnis utriusque sexus, de poenitentibus, & remissionibus*, tum Concilii Tridentini sess. 13. cap. 8. can. 10., nemo est, qui ignoret, praecipuum hoc in propria Parochiali Ecclesia adimplendum esse, aut in alia Ecclesia cum proprii Episcopi, vel Parochi licentia, secundum varias Diocesum consuetudines: Porro *sel. record. Praedecessor Noster Paulus Papa IV.* Fratribus Minoribus privilegium concessit, ut Sacram. Eucharistiam omnibus Christianis Fidelibus in eorum Ecclesiis distribuere possent, excepta tamen die Paschatis Resurrectionis; atque hoc privilegium a Sanctae memoriae altero Praedecessore Pio Papa V. per communicationem, ut dicitur, ad omnes Regulares extensum fuit.

Regularibus vetitum, in die Paschatis S. Eucharistiam distribuere in eorum Ecclesiis non Parochialibus.

§. 22. Verum quia, secundum praecedentem Eugenii IV. Constitutionem, Paschale tempus, intra quod Communionis praecipuum adimplendum est, a Dominica Palmatum initium habet, ac Dominica in Albis terminatur; cum exortum dabitur fuisse, num licitum Regularibus foret intra praescriptum eorum diem terminum Sacram. Eucharistiam Fidelibus eorum Ecclesiis distribuere; resolutum fuit die Paschatis nemini dari posse, ne illis quidem, qui intra Sanctiorem Hebdomadam Paschali praecipuo in propria Parochiali Ecclesia satisfecissent; posse quidem Regulares alii Paschalis temporis diebus Fideles in eorum Ecclesiis Sacram. Eucharistia reficere, hac tamen conditione, ut Communionem refecti scirent, non ideo se a praecipuo illo exemptos esse, ut Paschalem in propria Parochiali Ecclesia Communionem recipere deberent; Illustria Congregationis Concilii Decreta sunt quibusdam in causis, Senonensi videlicet, Burdegalensi, & Mechliniensi, quae a nobis in nostro de Synodo Diocesana Tractatu lib. 7. cap. 42. num. 3. relata sunt.

Non tamen id vetitum aliis diebus intra terminum Paschale, salvo implemento Praecepti in Parochiali Ecclesia.

§. 23. Extra Paschalem vero Communionem, cum in Sacro Tridentino Concilio sess. 22. cap. 6. de Sacrificio Missae, quae subjicimus verba legantur: *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes non solum spiritali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi huius Sacrificii fructus uberius perveniret, non defuit qui ex illdem verbis deduceret, quod certe, & clare inde consequatur, ut in privatis Oratoriis, quando in ipsis celebrandi Missam facultas est, distribui Eucharistia possit iis, qui Missa praesentibus adstant; neque ad hoc praestandum ullo particulari Indulto opus sit.*

In Oratoriis Privatis, extra Communionem Paschalem, licebit S. Eucharistiam sumere, si Episcopi licentia accedat.

Super huiusmodi quaestione capite Nos in nostra Instructione 34. §. 3. differuimus, inter eas, quas tum, cum Bononiae resideremus, Ecclesiae illius Archiepiscopatum gerentes, publicavimus, quas quidem Institutiones cum Italico sermone edidissemus, postea Romae latine reddita, atque impressae sunt, ibi autem expositam paulo ante opinionem retulimus: verum aliam esse subjunximus, quae Episcopi licentia requirit, ut qui domesticum Oratorium domi habet, dum Missae in eodem interest, communicare possit. Huiusmodi opinio tum bono rerum, tum Romanae etiam consuetudini, sive praxi, cohaerens Nobis visa est; ac proinde ordinavimus, ne in privato Oratorio recipi Communionem possent ab iis, qui in eodem Missae interfunt, quam vel Secularis Sacerdos, vel

vel Sacerdos Regularis celebraret, nisi vel noxia, vel Generalis Vicarii nostrilicentiam obtinuissent.

Rectus disciplinae ordo postulat, ut haec in re Episcoporum sancta observentur.

§. 24. Neque etiam in praesens voluntas nobis, aut ratio est, cur ab hoc Systemate recedamus. Siquidem, cum Nos in magna illa controversia super Communionem illis distribuenda, qui Missae praesentes cum sint, eandem petunt, quae aliquot ab hinc annis in Italia exorta fuit, postquam Tridentini Concilii verba retulissemus, atque eorum zelum commendavimus, qui inter Sanctae Missae celebrationem Communionem recipiunt; Ecclesiasticos quoque Pastores excitavimus, ne Ecclesiastico cibo illos fraudarent, qui ejusdem famelici forent; cum inquam animadvertissemus, ejusmodi circumstantias dari posse, in quibus vel temporis, vel loci ratione, Episcoporum prudentia opportunum factu exiisset, Sacram. Eucharistiam etiam illi, qui Missae interfunt, minime distulissent; eo magis quod, juxta praesentis temporis disciplinam, libera eidem facultas patet, ut eandem alio loco, atque alio tempore recipere possit, ordinavimus, ut in hoc debita proprii Superioris praecipuo obedientia praestari deberet; cui qui morem genere recusat, nimis manifestum indicium praebet, quam parum animo dispositus ac paratus esset ad Altaris Sacramentum recipiendum; quemadmodum in litteris nostris, quarum initium est: *Certiores effecti*, & quae Bullario nostro tom. 1. num. 64. leguntur, videre est.

Praemissorum decretorum expositio omnem ignorantiae excusationem de medio tollit.

§. 25. Atque haec sunt, Venerabiles Fratres, quaecumque in Encyclica hac Epistola nostra Vobis exponere opportunum existimavimus; a quo quidem satis intelligetis, quod, legendis, & considerandis Apostolicis litteris concessionum Oratorii, Decretorum nostrorum Decretis, harum Congregationum Resolutionibus, quae Nobis etiam in praesentia confirmatae sunt, nullus amplius licet, & controversis locis reliquis sit. Verum quia Vos illud fortasse Nobis responsario arbitramur, optime quidem haec omnia habere, verum eo difficultatem redire, quod quaecumque decreta atque ordinata sunt, minime observantur; ne grave vobis sit, hoc per Nos reponi, quod si inobservantia ex neglecta Brevium lectione, & consideratione, aut ex ignorantia, & Decretorum, ac Pontificiarum resolutionum originem habet, Nos quidem in hac nunquam culpandi erimus; idque nunc maxime, postquam, ingravecente licet aetate nostra, & multis, ac difficillimis curis afflicte Nos prementibus, in Encyclicam hanc Epistolam nostram, quicquid haec super re scire opus erat, inferere non detrectavimus.

Eadem in Diocesanis Synodis, & Episcoporum edictis publicanda sunt.

§. 26. Quod si Vos etiam id praestare curabitis, ut in Diocesanis Synodis vestris, in vestris item Edictis, quae a Vobis pro bono Diocesis vestrae regimine publicantur, Pontificiarum Decretorum, ac Resolutionum delinque inlicitarum observantia inculcatis; duplex inde bonum extabit, ut, & vivam in Vobismetipsis eorumdem memoriam teneatis; atque ab aliis, aut ignorantiam expellatis, aut eandem, utpote crassam deinceps atque lupinam, inexcutibilem reddatis. Hanc agendi rationem, ac formam tenuerunt, atque in praesentia tenent nostri Italiae Episcopi, qui aut Pontificiarum Decretorum, quae super privatis Oratoriis condita sunt, summam in Synodis suis inseruerunt, aut in Appendice ad ipsas Synodos eadem Decreta per extensum adjunxerunt; quemadmodum in Synodo anno 1724. a bono mem. Cardinali de Via Arimino habita, in altera anno 1726. celebrata a bono mem. Cardinali Pignatelli Archiepiscopo Neapolitano, atque etiam in ea, quae anno 1736. habita fuit a Ven. Fratre nostro Annibale Cardinale Albano, Sabinesi tunc temporis Episcopo, atque in aliis multis, videre est.

Biblioth. Ferrar. Tom. 7.

Indultariis etiam demonstranda, cum interminatione amissionis Privilegii.

§. 27. Non ex eorum numero Nos sumus, quibus per suum sit, omnia in nostra tempora inconvenientia incidere, atque ea praesentibus diebus contingere scandala, quae nunquam praeteritis temporibus evenirent. Satis superque pro certo habemus ea, quae hodie fiunt, alio tempore accidere. Ac ne a proposita re longius recedamus, illud dicemus, quod si hodie sacrae leges ad privata Oratoria pertinentes a Sacerdotibus violantur, propter praesidium, quod nituntur, Magnatum Seculi, apud quos Cappellani munere interviunt; idem nono etiam Saeculo evenibat, cum S. Agobardus tunc temporis Archiepiscopus Lugdunensis de eadem re quaeratur in suo Tractatu de Privilegio, et Jure Sacerdotii cap. 11. Non tamen idcirco vobis Sacerdotalis constantia, atque animus deponendus est. Pia ac religiofa Polonorum ratio est; & si quando aliquis abusus in privatis ejusdem Oratorii contingat, cum id Magnati, cujus in domo committitur, aut introductus est, notum fiat, rationes adducendo, & ostendendo, quod per abusus privilegium amittitur; sperare est, ipsum omne suum inobedienti Capellano praesidium certo sublaturum.

Et contra Cappellanos inobedientes procedendum, etiam per censuras.

Et si quando infortunium accideret, ut hac ratione finis non obtineretur; praesto vobis semper spiritualia arma sunt, quibus contra Cappellanos uti potestis. Fortasse autem si hac ratione factum esset, quum primum de inconvenienti recitum fuit; pace omnium dicemus, res non eo progressuras fuisse, in quo nunc ita sunt, sicut ex recitibus ad Nos delatis notum factum est, quorum causa ad Encyclicam hanc Epistolam nostram conscribendam animam adduximus.

Exempti quoque praemissa observare tenentur.

§. 28. At enim inconvenientia a Privilegiatis, & Exemptis proficisci vos fortasse dicturos praevidemus, nimirum a Regularibus, de quibus in praedicto recurrit ad hanc Sanctam Sedem facta plura insinuantur. Nos autem id vobis dicimus, nulla privilegia, nec exemptiones esse, quae impedire possint, quominus abusus exterminentur.

Regularium Privilegia haec in re sublata sunt a Concilio Tridentino, omnique facultas Episcopis tributa, ut eos arctare possint ad observantiam Decretorum super hoc editorum.

§. 29. Habebant sine dubio Regulares privilegium Altaris viatici, & ut super eodem Altari Missam, ubicumque locorum forent, sine ulla Episcoporum licentia, celebrare possent, quemadmodum in decretali Honorii III. in cap. *In his, de privilegiis*, videre est; a quo deinde privilegio fiebat, ut Missam possent celebrare etiam in domibus Laicorum, sive super Altari viatico, sive super Altari fixo, etiam si Laicus privilegium Oratorii privati minime haberet; propter eam rationem, quod privilegium celebrationis suum vigorem haberet, licet celebrationis locus minime privilegiatus foret. Verum cum Sacrum Tridentinum Concilium in citata sess. 22. in Decreto jam citato de observandis, & evitandis in celebratione Missae, Episcopis praecipisset, ne permittant, ut in privatorum domibus Missae celebrentur a Secularibus, aut a Regularibus quibuscumque, eisdemque dedisset facultatem procedendi, tamquam Apostolicae Sedis Delegati, contra retractarios: *De delegatis sedis Apostolicae*; atque omnibus privilegiis, exemptionibus, & consuetudinibus contrariis, cujuscumque generis essent, derogasset: *Non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque*: hinc necessario consequitur, Sacrum Concilium Tridentinum tam praecedentibus Altaris viatici privilegii derogasse, quam facultati Missam in privatorum domibus, sine Episcopi licentia, celebrandi; atque ulterius Episcopum tamquam Sedis Apostolicae delegatum, contra inobedientes procedere posse; etiam si exempti sint; nullum vero amplius esse privilegium, vel exem-

ptionem, quæ obset, quæque impediatur, quo minus abusus tollantur.

Privilegia in corpore Juris classa etiam sine speciali mentione a Trident. Synodo abrogata.

§. 30. Nihil autem valet ea, quæ a quibusdam promoveatur, assertio, videlicet, Concilium privilegio, de quo agitur, minime derogasse, eo quod illud in corpore Juris inclusum sit, etenim Sacrum Concilium Tridentinum iis etiam derogare privilegiis consuevit, quæ in corpore Juris inclusa sunt, nullam etiam de iis expressam mentionem faciendo, sed simpliciter aliquid contrarium ipsis determinando, generali adjecta ad contraria privilegia derogatione, quemadmodum celebris Præsul Fagnanus in cap. Nonnulli n. 42. & seq. sub tit. de Rescriptis ample demonstrat.

Altaris viatici Indultum pro locorum necessitatibus tantum conceditur.

§. 31. Quod si forte quis hoc unquam objiceret, concessum sæpe ab Apostolica Sede fuisse, atque etiam nunc, post Tridentinum Concilium, Altaris viatici alium concedi; Fraternitatis vestris notum esse debet, hujusmodi privilegium in iis locis concedi ubi Ecclesiæ non sunt, aut si sunt, talis Hæreticorum potentia est, ut in eisdem Catholicis non sine gravi periculo ad audiendum Missam convenire possint. Uno verbo præcisè necessitati providetur: quod quidem, ut optime percipitis, ab eo, de quo agimus, casu plane diversus est.

Tenor privilegii Fratrum Prædicatoribus concessi pro locis, in quibus Ecclesia desunt, & Hæretici Catholicos opprimunt.

§. 32. Gregorii XIII. Decessoris nostri privilegium legitur, quod anno 1580. Fratrum Ordinis Prædicatorum Provincia Polonica concessit, quod Bullario Religiosæ illius Familie tom. 7. pag. 192. insertum est: In quibusdam Civitatibus, Oppidis, & locis Provincia Polonia tanta Hæreticorum potentia, & impietas existit, ut Catholicos impune opprimant, nec iisdem Catholicis Missas in Ecclesiis, quarum raritas in illis partibus existit, audire tuto liceat. Nos supplicationibus tuis in hac parte inclinari, tibi, ac pro tempore existenti Ordinis Fratrum Prædicatorum Provincia Polonica Priori Provinciali, ut licentiam, & facultatem disticti Professoribus Altaria portatilia habendi cum debitis reverentia, & honore, super quibus in domibus Nobilium Civium, & Incolarum Civitatum, Oppidorum, & locorum distictæ Provincie, in quibus, vel Ecclesiæ desunt, vel tanta est Hæreticorum potentia, & impietas, ut impune opprimant, in locis ad hoc congruentibus, & honestis, per se ipsos Missas in præsentia Personarum Catholicarum celebrare possint, in casibus necessitatibus tantum, ita quod eis ad culpam nequeat imputari, concedere valeatis, Apostolica auctoritate tenore præsentium de speciali gratia indulgemus.

Decretum Clementis XI. de Privilegiis Regularium, de usu Oratoriorum Privatiorum, de facultatibus Episcoporum diserte statuit.

§. 33. Legite item jam superius citatum Clementis XI. Decretum, quod majoris etiam commoditatis vestræ gratia, hic annexum vobis transmittimus; etiam si, tum cum illud conditum fuit, præter publicationem ejusdem Romæ factam, ad Ordinarios per loca, tam intra, quam extra Italiam transmissum fuisse sciamus. Ab ipso autem absque eo quod nostris rationibus, & animadversionibus Nos idem roborandum suspiciamus, (quod quidem facere Nobis in proclivi est, cum præstantiorum, inter Pontificii Juris peritos, Auctorum assertiones ubique in promptu sint,) manifestè cognoscere poteritis, subsistant nec ne amplius portatilis Altaris privilegia, quæ Regularibus concessa fuerunt, & num a Tridentino Concilio eidem fuerit derogatum. Cognoscetis, num permittit Regularibus sit, secundam in privato Oratorio cuiquam concessio Missam celebrare, cum prima jam celebrata est, nec pro secunda hujusmodi Missa peculiare Indultum adeat: Cognoscetis, num in prædictis privatis Oratoriis licitum eisdem sit, vel ante Auroram, vel post

meridjem, Missam celebrare eandem possint diebus iis, qui in Indulto excipiuntur. Cognoscetis demum, num exemptione non obstante, contra delinquentes procedendi potestas vobis sit. Licet autem nulla omnino hujusce rei necessitas sit, illud Nos in præsentia Decretum confirmamus, ac Fraternitatem vestrarum curæ committimus, ut pro exacta ejusdem observantia invigiletis; cum minime commendatione dignum sit ad Sedem Apostolicam recurrere, inconveniencia exponendo, nisi prius adhibita cum vigore ea remedia sint, quæ ab ipsa Apostolica Sede contra hujusmodi inconveniencia subministrata fuerunt.

Regularibus non licet, contradicente Episcopo, exorcizare, etiam in propriis Ecclesiis, & Cenobiis.

§. 34. In eo, qui ad Nos factus est, recursum, alterius etiam inconveniens mentio fit, quod scilicet sine licentia vestra Regularis exorcizent; de hoc tamen nihil dicitur, utrum per vos, aut in Synodis vestris, aut in vestris Edictis Decretum fuerit, ne ullus Sacerdos, vel Secularis, vel Regularis exorcizare audeat, sive in sua, sive in aliena Ecclesia, sive intra sive extra Cenobium, quin prius a vobis approbatus sit, atque ita, quin ante licentiam a vobis obtinuerit. Hoc illud est, quod præstari debet, quodque ab Episcopis præstari solet, quemadmodum apud Clericatum de Sacramento Ordinis decis. 19. num. 42. ubi Episcopales Synodos affert, videre licet. Quod si nihilominus, postquam a vobis, tam in hac materia, quam in alia Oratoriorum privatiorum, quantum in vobis est, præstitum fuerit, vestra nihilominus præcepta violabuntur, ac pœnæ a vobis impositæ, & inflictæ negligentur; nequaquam certe Nos officio nostro decriamus, ut totam auctoritatem nostram in favorem vestrum interponamus; cum nihil antiquius Nobis sit, quam ut Episcoporum, qui Fratres Nobis sunt, jura facta tectè serventur. Interim tam Fraternitatis vestris, quam Populis curæ vestræ commissis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Dat. die 2. Junii 1751.

Datum ex Arce Gandulphi die 2. Junii 1751. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

ORDO, ORDINARE.

ARTICULUS I.

Quoad ea, quæ concernunt Ordinis in genere, & in specie essentiam, numerum, institutionem, materiam, & formam.

Ordo sumitur dupliciter. Primo velut active sumitur Ordo pro ipsa actuali Ordinatione, seu actione, qua alicui confertur Ordo. seu Potestas aliqua spiritalis in Ecclesia circa Eucharistiam. & hoc modo acceptus Ordo est unum ex Sacramentis novæ Legis. Secundo quasi passive sumitur Ordo pro statu, seu gradu potestatis, & Ministerii Sacri circa Eucharistiam, & hoc modo acceptus Ordo non est Sacramentum, sed est effectus, & res Sacramenti, seu Sacræ Ordinationis. Sic v.g. Presbyteratus sumitur, vel pro ipsa actuali Ordinatione alicujus in Presbyterum, & sic est Sacramentum; vel pro gradu, seu potestate Sacerdotali, quam quis acquisivit vi Ordinationis suæ in Presbyterum, & ratione cuius potest valide consecrare, & absolvere, & hoc modo Presbyteratus non est Sacramentum, sed potius effectus, seu quid consequens ad Sacramentum Ordinis Presbyteratus jam peractum, & sibi collatum; Unde, ut vides, gradus, status, seu potestas Sacerdotalis est res permanens: Sacramentum vero Ordinis Presbyteratus, seu ipsa actualis Ordinatio in Presbyterum est res transiens; Et sic salva proportione dic de aliis Ordinibus.

Ordo, seu Sacra Ordinatio est Sacramentum novæ Legis initerabile, quo subiecto capaci cum impressione Characteris spiritalis potestas confertur ad Sacramentum Eucharistiæ consecrandum, aut circa illud ministrandum. Est in re Communis Et convenit cum illa longiore definitione, quam tradit Scotus in 4.

in 4. dist. 24. quest. unic. §. De tertio dicens: ,, Ordinatio ,, est institutio alicujus in gradu Ecclesiæ prævenienti, cui ,, convenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhiben- ,, dum, facta a Ministro idoneo certa verba profertente, & ,, simul cum intentione debita ministerium gradus illius ali- ,, quo signo visibili repræsentans, ex institutione divina effi- ,, caciter signans gratiam prævenientem, qua ordinatus digne ,, aliquod ministerium exequatur.

Ordines secundum Theologos magis communiter sunt septem, scilicet Ollariatus, Lectoratus, Exorcizatus, Acolythatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, seu Sacerdotium. Ita Magister Sententiarum in dist. 24. & alii passim.

Et quamvis omnes dicti septem ordines sint aliquid Sacrum deputatumque ad cultum Divinum; tamen quatuor primi nuncupantur Minores, & non Sacri, & tres ultimi duntaxat dicuntur Majores, & Sacri, ut habetur in cap. A multis 9. de etat. & qualitat. Primi quatuor dicuntur Minores ob minus, & remotius Officium ad quod circa Eucharistiam exercendum deputantur; Et non Sacri, non per hoc, quod quasi nihil Sacrum sint, aut contineant, sunt enim & ipsi verum Sacramentum, prout colligitur ex Concilio Florentino in Decreto Unionis, & Tridentino sess. 23. cap. 2. & Canon. 2. & tenent omnes: Sed dicuntur non Sacri a differentiam Ordinum Majorum, qui per excellentiam ob ratione, mox afferendas appellatur Sacri, & ipsis Ordinibus Minoribus tales rationes non competunt. Tres autem ultimi dicuntur Majores, & Sacri. Primo ex eo, quod per eos ordinari ad maius, & proximius Officium circa Sacram Eucharistiam exercendum deputantur; Sacerdos scilicet ad Sacram Eucharistiam conficiendam, Diaconus ad eam dispensandam, & tractandam in vasis, & Subdiaconus ad ejus materiam subministrandam. Scotus in 4. dist. 24. art. 2. lit. 1. ut ex ipso notat Mastrius Theol. moral. disput. 19. m. 5. & alii passim. Et secundo ex eo, quod in Ecclesia Latina dicti tres Ordines Sacri habent annexum votum perpetuæ Castitatis, & obligationem recitandi Divinum Officium, quibus homines specialiter Deo consecrantur. Sic Doctores communiter.

Fatendum tamen est, quod Subdiaconatus in primitiva Ecclesia non fuerit connumeratus inter Ordines Sacros, ut expresse habetur in cap. Nullus in Episcopum 4. dist. 60. ubi dicit Urbanus I. Sacros autem Ordines dicimus Diaconatum & Presbyteratum; Hos siquidem solos primitiva legitur habuisse Ecclesia, & refertur in cap. A multis 9. de etat. & qualitat. ibi: Siquidem Urbanus Papa primus decrevit, ut nullus in Episcopum, nisi in Sacris Ordinibus religiose vivens inuentus fuerit, eligatur; Sacros (inquit) Ordines Diaconatum dicimus, & Presbyteratum; Hos siquidem solos primitiva Ecclesia legitur habuisse; Et revera Subdiaconus licuit habere uxores utque ad tempora Gregorii primi, ut patet in cap. Ante triennium 1. dist. 31. ubi cum olim promoverentur Subdiaconi, non promissa continentia, & licite uterentur uxoribus, & Beneficiis; Et Pelagius Papa postea edidit: Constatuonem, in qua præcisè prohibuit, ne Subdiaconi suis uxoribus commiserentur; Gregorius illius Successor revocavit illam Constitutionem tamquam duram, & incompetentem, statuitque, ut Subdiaconi, qui tunc erant, inviti non cogentur, at in futurum nemo ad Subdiaconatum promoveretur nisi continentiam voveret, ut notat Fagnan. lib. 1. Decretal. in cap. Nuper 4. de bigamis non ordinatis num. 33. Hinc ex tunc Subdiaconatus pro Sacro Ordine utique nunc fuit ab omnibus semper habitus, ut expresse habetur in cap. Miramur 7. de servis non ordinandis. ibi: Nam licet Sacer Ordo non reputaretur in Ecclesia primitiva; tamen a Constitutione Gregorii, atque Urbani secundum modum tempora Sacer gradus minime dubitatur. Et hoc etiam decium habetur in cit. cap. A multis 9. de etat. & qualitat.

Secundum autem Canonistas magis communiter Ordines sunt novem, videlicet septem mox assignati, & prima Tonfura, ac Episcopatus, de quibus omnibus fit mentio in cap. Cleros 1. dist. 21. sequentibus verbis; Quorum (Clericorum gradus, & nomina sunt hæc) Ollarius, Psalmista (per hunc intelligendo cum Glossa ibidem initiatum Prima Tonfura) Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus. Et hoc non sine Mystero, sed ad formam cœlestis Hierarchiæ, & juxta novem Ordines, seu Choros Angelorum.

Quod prima Tonfura non sit Ordo proprie dictus, neque Sacramentum, tenent expresse Magister sententiarum, S.

Thomas, S. Bonaventura, & Scotus in 4. dist. 24. quest. unic. in fine; & Theologi fere communiter, & ex Canonistis tenent Archidiaconus in cap. Cleros 1. dist. 21. num. 16. Bellamira ibidem num. 4. Vincentius cap. Cum contingat. XI. de etat. & qualitat. Præficiend. Pirhing lib. 1. decretal. tit. XI. num. 1. Sanig. ibidem cap. 1. num. 9. Card. de Luca tom. 2. dist. 60. de Regularibus num. 12. Aloysius Riccius in Praxi Fori Ecclesiast. part. 3. resolut. 234. num. 7. & 235. num. 2. Pignatell. tom. 2. consil. 65. num. 11. & tom. 3. consil. 145. n. 7. cum aliis ibi citatis.

Et pro fundamento adducitur satis validus textus in cap. Indult 1. dist. 77. ubi Cajus Papa sic expresse habet: Ad Ordines Ecclesiasticos sic ascendunt in Ecclesia, qui ordinari mereantur, id est, si quis Episcopus esse mereatur, sit primus Ollarius, deinde Lector, postea Exorcista, inde Lector Acolythus, deum vero Subdiaconus, deinde Diaconus, & postea Presbyter, & exinde, si mereatur, Episcopus. Unde si, ut vides, Ollariatus ponitur pro primo Ordine, clarum itaq, quod nullus alius Ordo antecedit, argum. cap. Joseph 4. de verbor. significat. & l. Proximus 62. ff. eodem; adeoque Prima Tonfura, quæ antecedit Ollariatum, & est minor illo, non est Ordo proprie dictus, nec Sacramentum. Et concordat cap. A Subdiacono 5. dist. 93. ubi distinctè enumerantur singuli Ordines, & gradus Ecclesiæ, & tamen nulla fit mentio primæ Tonfuræ, seu Psalmistatus, quod fieri non potuisset, si esset proprie Ordo.

Et omissis, brevitate gratia, variis aliis Sacris Canonibus, qui videri possunt apud Fagnanum in cap. Cum contingat XI. de etat. & qualitat. n. 13. ad 35. colligitur etiam clare ex variis textibus Concilii Tridentini, & signanter in cap. 2. sess. 23. de Sacramento Ordinis, ubi enumerat singillatim omnes Ordines, nec tamen inter eos reponit Primam Tonfuram; Immo non solum non reponit inter Ordines ipsam Primam Tonfuram, sed insuper hanc aperte ab Ordinibus secernit, separatim ipsam uti quid diversum ab illis, & tamquam quid prævium ad eos referendo, ibi: Ita distribuit, ut qui jam Clericali Tonfura insigniti essent, per Minores ad M. J. os ascenderent. Et similiter Primam Tonfuram tamquam quid diversum ab Ordinibus secernit expresse verbis cap. 2. sess. 14. de reformat. ibi: Ad aliquos Sacros, aut Minores ordines, vel Primam Tonfuram promoveri etc. & in cap. 6. sess. 23. de reform. ibi: Nullus Prima Tonfura iniciatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus. Ubi, ut vides, Concilium utitur dictione alternativa At, quæ ponitur inter diversa. Et quod talis fuerit mens ipsius Concilii, scilicet Primam Tonfuram inter Ordines non connumerari, pluries declaravit Sacra Congregatio dicti Concilii interpres, ut refert Fagnanus in citat. capit. Cum contingat numer. 37. & 38. de etat. & qualitate præficiend.

Oppositam tamen sententiam, scilicet quod prima Tonfura sit Ordo proprie dictus, tenent expresse Glossa in cit. cap. Cleros 1. dist. 21. verb. Psalmista, & in cit. cap. Cum contingat XI. de etat. & qualitate, verb. Abbati; & Abbas ibidem num. 1. Joann. Andreas num. 12. Hostiens. num. 2. Butrius num. 6. & latissime Fagnanus num. 45. & sequentibus, dicens hanc esse communem Canonistarum; Et ex Theologis eisdem ad stipulari Majorem in 4. dist. 23. quest. 1. col. 2. Joannem Echium in homilia de ordinibus, Angelum in verb. Ordo primo num. 1. & Clericalem Tonfuram vocare ordinem Alcuinum lib. De Divinis officiis cap. 33. in 3. tom. Bibliotheca Sacra. Quam etiam (inquit Fagnanus ibidem) secuta est Rota multoties, & præsertim decis. 73. 1. num. 5. & 6. part. 1. divers. & dec. 50. part. 5. recent. n. 5.

Et pro fundamento hujus sententiæ adducuntur plurimi Sacri Canones, varique non spernendæ rationes, quarum universum viginti duas affert Fagnanus loc. cit. a num. 46. ad 118. & deinde a num. 119. ad 135. respondens ad fundamenta adversariorum. Præcipuum autem, & satis validum fundamentum desumitur ex cit. cap. Cum contingat XI. de etat. & qualitat. præficiend. ubi expresse legitur definitum, quod per primam Tonfuram juxta formam Ecclesiæ datam, Clericallis Ordo confertur, adeoque cum clara habeatur decisio Juris pro sententia Canonistarum, itandum est literæ Canonis, & non expositioni, & interpretationi Theologorum dicentium, quod ibi, & alibi sumatur Ordo solum large, & improprie, nam verba, cum possunt, debent intelligi secundum suam propriam significationem; leg. Non aliter 69. ff. De leg. tit. 111. Tum quia Papa Innocentius III. fuit specialiter ibi interrogatus a Rhotomagensi Archiepiscopo: An Clericalis

us Ordo in Tonfura hujusmodi (idest per Abbates Benedi-
ctinos suis Regularibus collata) conferatur ? & ad hanc in-
terrogationem ipse Pontifex respondit sine alia limitatione af-
firmative, nempe quod per primam Tonfuram juxta formam
Ecclesie datur a talibus Clericis Ordo conferatur . Atqui
hanc responsio simul, & decisio Apostolica fuisse inepta, si
nomine Clericis Ordinis voluisset intelligi duntaxat Ordi-
nem large, & improprie dictum, cum responsio debeat cor-
respondere interrogationi; leg. Stipulatio i. §. 1. & 2. ff. De
verborum obligationibus, leg. Is, qui 12. §. 10. ff. Quod vi
aut clam; cap. Inter dilectos, juncta Glossa verb. Petitionis,
de Fide instrument.

33 Canonitarum sententia videtur clare adhaesisse Sixto V.
in Constitut. 91. incip. Sanctum, & Salutare; ubi primam
Tonfuram appellat Clericalem Characterem, ibi: Ad susci-
piendum Clericalem Characterem, aliosque ordines; Si enim
per primam Tonfuram insignitur quis Clericali Characterem,
stat clarum, quod prima Tonfura est Ordo Sacramentalis,
ut aperte indicat illa distinctio aliosque, cum ex propria vocabuli
significatione dictio alius stet implicative; & sic repetitiva
similium; Clement. 2. de celebrat. Missar. & Glossa in cap. Hinc
etenim verb. Altarium 49. dist. Idipsum etiam videtur innuere
Concil. Trident. sess. 23. cap. 2. de Sacramento Ordinis illis
verbis: Qui jam Clericali Tonfura insigniti essent, ubi per ly
Insigniti, designatur impressio Characteris in anima recipien-
tis Tonfuram, ut suadent similia verba Apostoli impressio-
nem Characteris denotantia, 2. ad Corinth. 1. ibi: Qui unxit
nos Deus, qui & signavit nos, Et ad Ephes. 1. ibi: In quo sig-
nati estis Spiritu promissionis sancta. Unde etiam Prima Ton-
fura ad instar ceterorum Ordinum est inalterabilis, ut censuit
Sacra Congreg. Concilii apud Fagnan, loc. cit. num. 118. &
tenent etiam Theologi; Tum quia nullum Sacramentum pra-
requirit de necessitate praecipui Characterem Confirmationis,
nisi Sacramentum Ordinis. S. Thomas in 4. dist. 24. quest. 1.
art. 2. quest. 8. & alii; Sed prima Tonfura requirit Characte-
rem Confirmationis, ut statuit Tridentinum sess. 23. cap. 4. de
reformat. Ergo Tonfura est Ordo Sacramentalis.

34 Et hanc Canonitarum sententiam probavit etiam Sacra
Congregat. Episcoporum & Regul. nam, ut refert Fagnanus
loc. cit. num. 117. cum ei relatum fuisset Episcopum Cavem-
sem declarasse quemdam Clericum primam Tonfuram fore privi-
legio privatum eo, quod Tonfura non imprimeret Characte-
rem Sacra Congregatio eidem Litteris videlicet 12. Maii 1620
& 16. Novembri, 1621. benedixit Episcopo injunxit, ut decre-
tum illud revocaret, & obliteraret, si in eo contineretur de-
claratio, quod prima Tonfura Characterem non imprimeret,
& in posterum a similibus declarationibus ablineret.

35 Eandem sententiam apertius probavit Sacra Congreg. Con-
cilii. Siquidem consultata: An Abbas habens jurisdictionem
quasi Episcopalem, si aliis, quam Regularibus sibi subditis,
primam Tonfuram conferret, censeretur saltem impressisse
Characterem; adeo ut taliter tonsuratus, non iterum tonfu-
rari deberet? Respondit impressum esse Characterem, &
ita tonsuratum, tonfurari iterum non debere. Haec tenus Fag-
nan. loc. cit. num. 117. & 118. qui postea sub num. 122. sub-
jungit, quod cum Sacra Congregat. dixit, Tonfuram a Con-
cilio non haberi pro Ordine, seu Concilium primam Tonfu-
ram non commemorare inter Ordines juxta notata supra num. 3.
in fine, voluit dicere Concilium non definitivè Tonfuram
esse Ordinem, & ideo illam non comprehendisse explicite Mi-
norum Ordinum appellatione, & certe si Concilium hoc de-
finitivè Congregatio ejusdem Concilii interpres non de-
clarasset in Clericali Tonfura imprimi Characterem, prout de-
claravit apud ipsum Fagnanum loc. cit. num. 118. & patet ex
adductis hic in principio hujus num.

36 Quod Episcopatus non sit Ordo proprie dictus simpliciter,
& adaequate distinctus ab Ordine Presbyterali, docent omnes
illi Theologi, qui tenent ordines esse tantum septem; Et fun-
damentum praecipuum; & ratio hujus sententiae est, quia
per omnem ordinem confertur potestas in Corpus Christi verum,
& ordines distinguuntur per diversas potestates, & Mi-
nisteria in ordine ad Sacramentum, & Sacrificium Corporis, &
Sanguinis Christi; Atqui per Episcopatum non confertur ul
specialis, & distincta potestas in Corpus Christi verum, cum

Episcopus nullam habeat potestatem in Corpus, & Sangui-
nem Christi, quam non habeat quilibet Presbyter, seu Sa-
cerdos; ergo Episcopatus non est Ordo proprie dictus simpli-
citer, & adaequate distinctus ab Ordine Presbyterali.

At vero Episcopatus probabilis est Ordo Sacramentalis ab
Ordine Presbyterali realiter, & adaequate distinctus, Sic
Hostiens. in citat. capit. Cum contingat numer. 6. de etate &
qualitate; quem ibi sequuntur Joannes Andreas Burius,
Cardinalis Ancharanus, Abbas, & ceteri omnes Cano-
nista, Glossa in proam. Sexti Decretal. verb. Episcopus,
Glossa unic. in cap. Sollicitudo. & ibi etiam Præposit. num. 4.
dist. 12. Glossa in Clementin. In plerisque verb. Aliquid, de ele-
ction. Præpositus in cap. Cleros 1. dist. 21. num. 9. Fagnan. in
cap. Requisivit 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit
Episcopatu, & ibi Canonista communiter, teste Cardin.
ibidem num. 1. Barbof. de offic. & potest. Episcop. part. 2. alle-
gat. 1. num. 18. ubi pro hac sententia citat pluraquam 18. etiam
ex Theologis, quos sequuntur alii moderniores cum La-
Croix lib. 6. part. 2. num. 2209. Sporer tom. 3. part. 1. cap. 5.
sect. 2. num. 27. Henno tom. 2. tract. 7. de Sacramento ordinis
q. 3. conclus. 2. Aversa q. 2. sect. 7. Illung num. 18. alique
plures contra torrentem aliorum Theologorum, vide verb.
Episcopatus a n. 1. ad 5. ubi late probatur hac sententia (a).

Ad rationem autem adversariorum, quando dicunt, quod
per Episcopatum non confertur ulla specialis, & distincta
potestas in Corpus Christi verum, cum Episcopus nullam ha-
beat potestatem in Corpus, & Sanguinem Christi, quam non
habeat quilibet Presbyter, seu Sacerdos; Respondetur ne-
gando totum id absolute, quia Episcopatus mediate saltem
dicitur specialem, & distinctam potestatem in Corpus Christi
verum, quatenus constituit legitimum Eucharistiae Ministrum
iplos Presbyteros, seu Sacerdotes; Si enim Diaconatus est
Ordo, quia continet potestatem ferviendi Sacerdoti, quare
non erit Ordo Episcopatus, qui continet potestatem ordina-
di Sacerdotem? Tum quia Episcopatus continet specialem,
& distinctam eminentiorem potestatem ad exercendas actio-
nes Sacramentales, quas simplex Sacerdos exercere non po-
test, nimirum conferendi Sacramenta Confirmationis, &
Ordinis.

Ordines, & singuli veri Ordines sunt verum, ac proprie
dictum Sacramentum. Communis inter Catholicos. Et quide-
m quod Presbyteratus sit verum Sacramentum novæ Legis
a Christo Domino institutum, est de Fide in Concil. Trident.
sess. 23. Canon. 3. ibi: Si quis dixerit, ordinem sive Sacram
ordinationem non esse vere, & proprie Sacramentum a Christo
Domino institutum... anathema sit. Quod autem ceteri alii
veri Ordines sint vere, & proprie Sacramenta novæ Legis,
colligitur ex Concilio Florentino in Decreto unionis, ubi post-
quam dixit, Ordinem in genere esse Sacramentum, ponit
sub Ordine tamquam speciem sub genere Diaconatum, Sub-
diaconatum, & reliquos; Quod autem convenit generi. con-
venit & speciei, a quoque ratio Sacramenti competit Or-
dini ut sic, competit etiam Diaconatu, Subdiaconatu, &
reliquis veris Ordinibus. Quod & clarius desumitur ex Con-
cilio Tridentino cit. sess. 23. Canon. 3. ubi, ut patet ex propriis
verbis supra auctis, tradit indefinite. Ordinem esse verum
Sacramentum, ibi: Si quis dixerit. Ordinem sive Sacram
ordinationem, non esse vere, & proprie Sacramentum & c. adeo-
que omnis verus Ordo est Sacramentum; dicendo enim Ordo
est Sacramentum, censetur dicere: Quis Ordo est Sacramen-
tum, cum proposito indefinite aequivaleat universali; Tum
quia singuli Ordines habent suam propriam materiam, & for-
mam, imprimuntque suam specialem ac diversum Characte-
rem ab aliis, ac sunt omnes irreiterabiles, quod aperte de-
monstrat, omnes, & singulos esse vere, & proprie Sacra-
menta.

Per hoc tamen quod singuli Ordines sint Sacramenta, non
valet inferre, quod Sacramenta sint plura quam septem per
illam vulgarem argumentationem, quod si singuli Ordines
sunt Sacramenta, ergo universim sunt plura Sacramenta quam
septem, nempe tredecim in sensu Theologorum admitten-
tium septem Ordines, & quindecim in sensu Canonitarum
admittentium novem Ordines. Non valet, inquam, sic in-
ferre, quia quando dicitur ergo universim sunt plura Sacra-
menta,

autem, quam septem, distinguitur consequens: sunt plura quam
septem quoad speciem infimam, conceditur consequentia, &
negatur absurditas: sunt plura quam septem quoad speciem
subalternam, seu genus proximum, negatur consequentia,
quia omnes Ordines constituunt unam illam speciem subal-
ternam Sacramenti in genere, & in ordinaria Sacramen-
torum divisione, & numero, omnes, & singuli Ordines con-
tinentur sub unico membro, seu sub unica ratione Sacramenti
Ordinis ut sic, tamquam in sua specie subalternam Sacramenti
in genere continentem sub se species infimas sic inter se ordina-
tas, ut omnes reliqui Ordines referantur, seu ordinentur
ad unum Presbyteratum tamquam complementum, & ad
SS. Eucharistiam velut finem pernicalem, & sic omnes, &
singuli Ordines constituunt unum duntaxat Sacramentum,
Ordinis ut sic unitate Ordinationis, & finis, in quantum om-
nes ordinantur ad unum Sacerdotium, & SS. Eucharistiam.

Et hac eadem ipsissima ratione Characteres particulares
singulorum Ordinum infimul constituunt unum duntaxat
Characterem totalem, & completum Ordinis ut sic; ita Do-
ctores communiter.

31 Prima Tonfura, quæ secundum Theologos non est Ordo,
sed dispositio ad Ordines, desinitur, quod sit signum distin-
ctivum Ministrorum Ecclesie a plebe communi; Sic in re Com-
munis Theologorum. Secundum Canonistas autem, qui te-
nent primam Tonfuram esse Ordinem, desinitur, quod sit
potestas, per quam tonsuratus potest officium canere in Ec-
clesia Dei, & reddere capax Beneficij Ecclesiastici, & privi-
legiorum Clericalium; Sic in re communis Canonitarum, arg.
cap. Psalmista 20. dist. 23. & Pontifical. Romano. tit. de De-
gradatione, ubi cavetur, quod Episcopus dicat Clerico de-
gradando: Quod ore canasti, corde credidisti, nec opere
complexidisti; ideo officium cantandi in Ecclesia Dei a te amo-
vemus.

32 Materia remota primæ Tonfuræ secundum Canonistas est
superpellicium, proxima autem est traditio, & acceptatio
ipsius Superpellicei. Forma sunt illa verba prolata ab Ordi-
nante: Induat te Deus novum hominem, qui secundum Deum
creatus est in justitia, & sanctitate veritatis; Sic Fagnanus
lib. 1. Decretal. in cap. Cum contingat XI. de etate. & qualitat.
num. 86. Reiffenstuel lib. 1. Decretal. tit. XI. num. 20. & alii
passim; seu secundum Abbatem, & Hostiensium in cit. cap.
Cum contingat, sunt illa verba desumpta ex cit. cap. Psalmista,
ibi: Vide; ut quod ore canas, corde credas, & quod corde
credideris, operibus compleas. Dicitur autem, secundum
Canonistas, quia secundum Theologos, cum prima Tonfura
non sit Ordo, non constat materia, & forma proprie dicta,
& secundum ipsos abscessio Capillorum fiat loco materie, &
& loco formæ stent verba illa a Prelato tonsurante, & a
Tonsurando simul prolata: Dominus pars hereditatis meæ,
& pars mea Deus in æternum.

33 Prima Tonfura secundum Canonistas est ex institutione
Christi tradente Apostolo Petro in Ecclesia derivata; Colli-
gitur ex Concilio Triburienf. cap. 2. t. 7. Concil. pag. 151.
col. 2. in impressione Parisiensi, ubi sic legitur: Si quis irre-
verens timorem Domini postponens in seruos ejus servire præ-
sumperit, quos ipse præ ceteris sibi segregavit, & coronam suam
similitudinem tradente Apostolorum Principe gestare fecit, sor-
temque illorum se constituit, sicut de his scriptum est: Ego he-
reditas eorum, & Dominus hereditas mea est. Cujus rei
etiam fit mentio in Epistola Aniceti Papæ relata in cap. Pro-
hibete 21. dist. 23. Et S. Hieronymus lib. 2. de Offic. Ecclesie cap. 4.
scribit, hunc usum Tonfuræ in Ecclesiam Evangelicam, &
personas Ecclesiasticas fuisse derivatum ex Tonfura Naza-
reorum, qui in Lege veteri radebantur in signum cujusdam
devotionis, & hoc ritu fuisse tonsos Ezechielem, ut dicitur
c. 5. juxta Prophetiam, & Pritellam, Aquilam, & Paulum in
Actibus Apostolorum cap. 18. ut quemadmodum Nazaree in
veteri Lege divino cultui mancipati crine præcilio innovaban-
tur, sic etiam Clerici eodem ritu suam innovationem deno-
tent; Unde ex hujusmodi antiquitate colligitur Canonista
primam Tonfuram non ex institutione Ecclesie, sed Divina
traditione ad nos pervenisse, ac proinde Sacramentum esse;
Fagnan l. c. num. 84. & alii Canonista passim.

34 Secundum Theologos autem Prima Tonfura est ex institu-
tione Ecclesie, & occasione hujus institutionis refert S. Ger-
manus in Theoria ver. Eccl. prout habetur in tom. 4. Biblio-
thece antiquorum P. P. quod cum Divus Petrus Antiochiæ
Christum Crucifixum maximo cum ardore predicaret, qui-
dam perversi hostes nominis Christiani in ignominiam ejusdem

caput illi abraferunt, ut in signum opprobrii abradi solerant
rei publici criminis; Unde postea factum est, ut illud, quod
fuit factum in opprobrium, verteretur in gloriam, juxta
illud S. Leonis Papæ sermone in Natali S. Laurentii. ibi: In
honorem transferunt Triumphum etiam instrumentum supplicij.
Et ideo Ecclesia tantum cepit habere venerationem hujus my-
steriosæ Tonfuræ, ut, quamvis non desint alie considera-
tiones, ipsam receperit tamquam insigne proprium Clerica-
tus. Sic Petrus Patriarcha Antiochenus in Epistola ad Cera-
larium, quam refert Baronius anno 1054. num. 41. & Berninus
tom. 1. Histor. omnium Hæresum fol. 24. his verbis: Nos co-
ronam in capite gestamus pro veneratione Principis Apostolo-
rum Petri. super quem Dei Ecclesia est superedificata. Quod
enim impij illi ad contumeliam illius Sancti excogitaverunt,
hoc nos pie ad gloriam, & honorem ipsius facimus.

35 Otiarius est potestas, per quam ordinatus in Otiarium, 38
potest recipere dignos, & excludere indignos ab Ecclesia, &
eam custodire; Sic in re Communis. Materia remota sunt Cla-
ves Ecclesie: materia proxima est traditio, & acceptatio
dictarum clavium. Forma sunt verba prolata ab Episcopo:
Sic age quasi rationem Deo redditurus pro his rebus, quæ his
clavibus recluduntur; Communis. Otiarius fuit institutus a 30
Christo inchoative, & denotative, quando ementes, & ven-
dentes eiecit de templo, & completeive, quando in ultima
Cæna dedit discipulis suis primam potestatem Sacerdotii.

36 Lectoratus est potestas, per quam ordinatus in Lectorum 31
potest legere Lectiones, & Prophetias; Est in re Communis.
Materia remota est liber Sacras Lectiones, & Prophetias con-
tinens: Materia proxima est ejusdem libri traditio, & acce-
ptatio: Forma sunt verba illa ab Episcopo prolata: Accipe
potestatem, & esto verbi Dei relator; Communis. Lecto-
ratus fuit institutus a Christo inchoative, & denotative, quan-
do in medio seniorum Librum Isaie Prophete aperuit, &
completa lectione Prophete clausit, & dedit Ministrum, &
completeive in ultima Cæna, quando dedit Apostolis suis pri-
mam potestatem Sacerdotii.

37 Exorcistatus est potestas, per quam ordinatus in Exorcistam 34
potest expellere Diabolum, ne impediatur aliquem a susceptione
Eucharistie; Est in re Communis. Materia remota est Liber
Exorcistorum: Materia proxima est ejusdem libri traditio,
& acceptatio. Forma sunt verba illa ab Episcopo prolata:
Accipe, & commenda memorie, & habe potestatem imponen-
di manus super Encumenes, sive Raptivos, sive Carbecu-
menos. Exorcistatus fuit institutus a Christo inchoative, & de-
notative, quando tetigit aures surdi, & muti dicens: Epheta,
quod est adaptare, & quando eiecit septem Demonia de
Maria Magdalena, & completeive in d. ultima Cæna.

38 Acolythatus est potestas, per quam ordinatus in Acolythum 37
potest accendere Lamina, & portare urceolos cum vino, & aqua;
Sic in re Communis. Materia remota est duplex partialis, una
est candelabrum cum cereo extincto, alia sunt urceoli vacui;
Materia proxima est horum traditio, & acceptatio. Forma
etiam est duplex partialis, una sunt illa verba prolata ab Epi-
scopo: Accipe Ceroferarium cum cereo, ut scias te ad accen-
denda Ecclesie lumina mancipatum in nomine Domini; alia
partialis forma sunt illa verba: Accipe urceolos ad suggeren-
dum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi in no-
mine Domini. Acolythatus fuit institutus a Christo inchoative,
& denotative, quando dixit: Ego sum lux mundi, qui se-
quitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ,
& completeive in d. ultima Cæna.

39 Subdiaconatus est potestas, per quam ordinatus in Subdia- 40
conum potest portare Calicem cum vino ad Altare, preparare
necessaria ad Eucharistiam, & legere Epistolam; Est in re
Communis. Materia remota est duplex partialis, una est Calix
vacuus sine vino, & patena vacua sine Hostia, & alia est
Liber Epistolarum: Materia proxima est horum traditio, &
acceptatio. Forma etiam est duplex partialis: una sunt illa
prima verba prolata ab Episcopo: Vide cujus ministerium tibi
traditur; ideo te admonco, ut ita te exhibeas, quod Deo pla-
cere possis; alia sunt hæc, secunda verba: Accipe librum Epi-
stolarum, & habe potestatem legendi eas in Ecclesia Sanctæ
Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Patris,
& Filii, & Spiritus Sancti. Subdiaconatus fuit institutus a 42
Christo, quando in ultima cæna dedit Apostolis primo pote-
statem Sacerdotii, & completeive, quando post cænam
linco se præcinxit, & missa aqua in pelvium pedes Discipu-
lorum lavit.

43 Diaconatus est potestas, per quam ordinatus in Diaconum 43
potest

(a) Quinimo nullus fere hodie inter Theologos reperitur, qui Episcopatum, verum esse ordinem, eumque a Presby-
teratu distinctum, insicetur.

potest proxime Sacerdoti in ministerio Altaris assistere, & Evangelium legere; Sic in re Communis. Materia remota est duplex partialis, una est manus dextera Episcopi imponenda super caput Ordinandi, alia est liber Evangeliorum: Proxima autem est duplex partialis, una est impositio ipsius manus dextera facta ab Episcopo supra caput Ordinandi, alia est traditio, & acceptatio libri Evangeliorum. Forma autem est duplex partialis, una sunt prima illa verba prolata ab Episcopo: *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, & ad resistendum Diabolo, & tentationibus ejus, in nomine Domini*, alia sunt hæc secunda verba: *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei, tam pro vivis, quam pro Defunctis, in nomine Domini*. Diaconatus fuit institutus a Christo, quando in ultima Cæna Corpus, & Sanguinem suum dispensavit Discipulis, & comeditive, quando post cenam suos Apostolos dormientes excitavit dicens: *Vigilate, & orate*.

45 Hic occurrendum venit vulgari objectioni, quæ solet afferri contra assignatam materiam pro Subdiaconatu, & Diaconatu; solet enim obiici, quod liber Epistoliarum, & liber Evangeliorum non erant in primordio Ecclesiæ, & tamen ordinabantur Subdiaconi, & Diaconi, ergo nec liber Epistoliarum est materia necessaria Subdiaconatus, nec liber Evangeliorum materia necessaria Diaconatus, quia, si talis materia esset nunc necessaria, & essentialis pro dictis Ordinibus, fuisset etiam necessaria, & essentialis tunc, cum materia necessaria, & essentialis pro Sacramento Ordinis fuerit a Christo instituta, adeoque sit quoad substantiam invariabilis ab Ecclesia.

47 At respondetur, quod licet in primordio Ecclesiæ libri Epistoliarum, & Evangeliorum non essent materia necessaria, & essentialis dictorum Ordinum, cum tunc necdum extarent, tamen ex post fuerunt ab Ecclesia determinati pro materia necessaria; Nec in hoc potest dici Ecclesiam mutasse, & variasse materiam a Christo institutam, sed solum determinasse in specie materiam a Christo in genere designatam; Christus enim instituit solum materiam in genere, id est positionem, seu traditionem alicujus rei sensibilis apte ad exprimentum Ordinem, qui confertur, at speciem eius rei, seu signi sensibilis determinationem reliquit Ecclesiæ, quæ ad impositionem manuum, seu aliam materiam, quæ utebantur Apostoli in primordio Ecclesiæ, potuit addere, & decernere librum Epistoliarum pro materia Subdiaconatus, & librum Evangeliorum pro materia Diaconatus, ut pote magis apte, & clare exprimentes potestatem, & Officium dictorum respective Ordinum; Sic Bellarminus de Ordine cap. 7. in fine; Comitulus lib. 1. respons. moral. q. 52. Card. de Lugo disp. 2. de Sacramento. sect. 5. Gobat. tom. 1. tract. 8. num. 51. Sporer loc. cit. num. 18. Petrus Marchantius in Tribunal. 1. 1. tract. 6. tit. 5. quest. 2. Diana part. 10. tract. 11. resolut. 65. cum S. Bonaventura, & aliis triginta ibi citatis, & sic plurimi alii.

48 Presbyteratus est potestas, per quam ordinatus in Presbyterum potest consecrare Corpus, & Sanguinem Christi, & remittere peccata Fidelibus; Est in re Communis. Materia remota est duplex partialis, una est Calix cum vino, & Patena cum Hostia, alia sunt manus Episcopi imponende supra caput Sacerdotis: Proxima etiam est duplex partialis, una est traditio, & acceptatio ipsius Calicis cum vino, & Patenæ cum Hostia, alia est ipsa ultima impositio manuum facta ab Episcopo super caput Sacerdotis. Forma etiam est duplex partialis, una sunt illa prima verba prolata ab Episcopo: *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, Missæque celebrandi, tam pro vivis, quam pro Defunctis, in nomine Domini*; Alia sunt verba hæc: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, remittentur eis, & quarum retinueris, retenta sunt*. Presbyteratus in ordine ad conficiendum Corpus, & Sanguinem Christi fuit institutus a Christo, quando in ultima Cæna panem, & vinum convertit in suum Corpus, & Sanguinem, dicens Apostolis: *Accipite, & comedite, hoc est Corpus meum. Hoc facite in meam commemorationem*. In ordine vero ad absolvendum Fideles a peccatis, quando post Resurrectionem dixit: *Quorum remiseris peccata, remittentur eis &c.*

(a) Ea, quæ de ordinum hierarchicorum materia & forma ediderit noster Auctor, jam pene antiquata habentur a nostri temporis Theologis. Plures viri eruditi ostenderunt eam in manuum impositione esse sitam, ut Morinus, Juvenin, Tournely, ceterique recentiores, qui hac de re scripserunt. Confer

Episcopatus, qui ex dictis sub num. 15. probabilis est Ordo Sacramentalis ab Ordine Presbyterali realiter, & adæquate distinctus, secundum Communem Canonistarum, & plurimorum Theologorum: Est potestas, per quam ordinatus in Episcopum potest conferre Sacramenta Confirmationis, & Ordinis; id est potest consecrare Sacramentum, Christina, & Oleum Sanctum &c. ac ordinare Sacerdotes, & Episcopos; Est in re Communis. Materia remota est duplex partialis, una est liber Evangeliorum imponendus super cervicem & scapulas consecrandi, alia sunt manus Consecratoris, & duorum assistentium Episcoporum imponende super caput consecrandi: Proxima etiam est duplex partialis, una est ipsa libri Evangeliorum impositio super cervicem, & scapulas consecrandi, alia est ipsa impositio manuum Consecratoris, & duorum Episcoporum assistentium super caput consecrandi. Forma sunt illa verba, quæ, dum ipsum electum Episcopum consecrant, proferunt Consecrator, & duo Episcopi assistentes, videlicet: *Accipe Spiritum Sanctum &c.* Fagn. lib. 1. Decretal. in cap. Requirat 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatu num. 59. & alii. Episcopatus probabilis institutus fuit a Christo, quando Joannis. cap. 21. n. 18. dixit Petro: *Pasce oves meas*. Fuit enim Petrus primus Episcopus a Domino institutus, & quidem Episcopus universalis Ecclesiæ per dicta verba: *Pasce oves meas*, ut scribit Fagn. loc. cit. n. 85. adducens cap. Considerandum 53. & cap. Fidelior fructus 54. dist. 50. cap. Significasti 4. de election. & Glossam in cap. In novo testamento 2. dist. 11. Averla tamen quest. 2. sect. 10. probabiliter dicit, institutum fuisse cum Sacerdotio; Vide La Croix lib. 6. part. 2. num. 2207. ubi concludit, quod dicendum videtur, Ordines alios, utpote tendentes ad Sacerdotium, esse institutos, quando data est prima potestas Sacerdotii (a).

Contactum realem, & physicum materię remotæ cujusque respective Ordinis esse necessarium necessitate præcepti Ecclesiastici, adeo ut sine dubio peccaret mortaliter, qui adverterent, & deliberate illum omitteret, est certissima, & communissima omnium Doctorum tam Canonistarum, quam Theologorum sententia, quia graviter delinqueret contra præceptum, ac morem universalis Ecclesiæ, & Rubricas Pontificales id præscribentes, & redderet, ac susciperet Sacramentum dubium.

An autem contactus realis, & physicus sit etiam necessarius ad valorem, & essentiam Ordinis, adeo ut sine ipso sit invalida ordinatio, & non recipiatur Sacramentum variant Doctores. Negativam sententiam tuentur Albertus Magnus num. 4. dist. 24. art. 34. ad 2. Valq. disp. 243. num. 6. cap. 2. Henric. lib. 1. cap. 9. num. 11. Victoria, Armilla, Zambran. & alii citati, & sequuntur a Layman lib. 5. tract. 9. cap. 5. n. 4. Reiffent. Theolog. moral. dist. 12. tract. 14. quest. 5. num. 68. Sporer tom. 3. part. 1. cap. 5. sect. 3. num. 35. Filiucius, Reginaldus, Dicastillus, & alii ab ipso allegati sub num. 34. Diana part. 3. tract. 3. resolut. 185. cum aliis ibi citatis, Mollesius tract. 2. cap. 1. num. 42. & alii. Immo aliqui ex ipsis, & signanter Valquez, Layman, Gobat, & Sporer loc. cit. volunt, nullum nequidem morale contactum requiri ad essentiam, & valorem Ordinis.

At vero affirmativam, quam nos sequimur, sententiam, nempe contactum physicum, & realem saltem mediatum, requiri ad essentiam, & valorem Ordinis, & neque sufficere contactum morale, defendunt Sanctus Thomas in 4. dist. 24. q. 1. art. 1. q. 5. ad 3. expresse dicens: *Tamen ipsa verba formæ videntur ostendere, quod tactus materia sit de essentia Sacramenti, quia dicitur; Accipe hoc, vel illud; Pontas tom. 2. verb. Ordines, c. 1. 14. & 15. Paludanus quest. 1. art. 1. in fine, Sylvester verb. Ordo 2. q. 5. Angelus ibidem 1. §. 7. Cajetanus tom. 1. Opuscul. tract. 26. Viguerius in Institut. Theol. cap. 16. §. 16. Mastrius Theolog. moral. disp. 19. n. 26. cum aliis ibi citatis, Felix Potestas tom. 3. part. 1. cap. 1. num. 135. Mattheucci. Causela Confessorii lib. 4. cap. 4. n. 13. Coninch. disp. 20. dub. 7. num. 7. Valentia tom. 4. disp. 9. q. 1. punct. 5. Bufembau lib. 6. part. 2. cap. 2. num. 2. La Croix ibid. num. 2148. cum aliis ibi citatis, Henno tom. 2. tract. 7. dist. 7. univ.*

inter ceteros Hallier. de Sacris electionibus, & ordinationibus Par. II. Sect. II. Cap. 2. Et si ad praxim quod attinet, nihil immutandum sit ex iis, quæ a proprio uniuscujusque Ecclesiæ ritu præscribuntur.

mic. de Sacram. Ordinis q. 4. art. 3. concl. 1. Bonacina de Sacrament. Ordinis disp. 8. quæst. part. 3. num. 11. testans de communi contra supra citatos. Et ratio est, quia juxta communem, & usitam significationem verborum formæ *Accipe &c.* requiritur, ut is, qui dicitur accipere, ad minimum tangat rem oblatam; Tum quia Pontificale Romanum in Rubric. de Episcopo. consecrante sic expresse habet: *Monet Ordinandos, ut instrumenta, in quibus character imprimitur, turgent, ut advertit Fagnanus lib. 1. Decretal. in cap. Cum venisset 1. de Saera Unction. num. 34.* quod ex perpetua Ecclesiæ praxi ab omnibus Episcopis observatur sollicite requirendo, ut ab omnibus Ordinandis vere, physice, & realiter tangatur materia tradita, quæ praxi per traditionem ex Christi institutione profecta esse videtur; Tum etiam quia in quolibet Sacramento habente materiam, necesse est, ut suscipiens contingat illam, sicuti patet in Baptismo, Confirmatione, & aliis, adeoque &c.

Fuit dictum notanter requiri contactum physicum saltem mediatum, quia certum est non exigi contactum immediatum cujusque materię ad essentiam Sacramenti requisitæ; Presbyterandi enim nunquam tangunt immediate vinum contentum in Calice, quod tamen spectat ad materiam essentialem Sacramenti. Hinc si quis claves, urceolos, librum Epistoliarum, & Evangeliorum, Calicem &c. tangeret manu obvoluta Chirotheca, stropholo, superpelliceo &c. non ideo esset irritus Ordo, quia communitissime, & rectissime dicitur tangere, vel palpate hominem, qui cum apprehendit manu ut supra obvoluta; Sic Doctores communiter tradentes insuper, non esse necesse ad valorem Sacramenti, quod materia tangatur utraque manu, sed sufficere si tangatur una tantum manu, vel uno tantum digito, quia sic adhuc verificatur tactus, & qualiter res sufficienter est, & dicitur tacta. Immo etiam si solis manus unguibus, quia ipsi pars digiti censentur, ut tradunt in terminis Card. de Lugo Resolut. moral. lib. 1. dub. 1. num. 8. Sporer loc. cit. num. 38. Gobat loc. cit. num. 62. La Croix loc. cit. num. 2155. & alii, quia si solis unguibus quis laceret vultum alterius, vere dicitur eum tetigisse: Nulla enim lex exigit, ut utraque manu tangatur materia; unde, non debemus dicere, quod id requiratur ad valorem Sacramenti, cum sine ipso utriusque manus contactu salvetur forma Sacramenti; & auctoritas Scripturæ, vel Ecclesiæ nos non cogat ad ipsum requirendum; In praxi tamen tenendum est, quod materia tangenda sit nuda altera saltem manu. Insuper advertunt, & tradunt Filiucius tract. 8. num. 39. Bufembau loc. cit. num. 2. La Croix loc. cit. num. 2155. & alii, contactum faciendum esse utraque manu ex præcepto ad scrupulum vitandum.

Etiam notanter fuit dictum, non sufficere contactum morale, videlicet si quis manum extendat, & appropinquet materię, & non tangat illam, seu inclinatione capitis, vel aliquo æquivalenti signo significet se materiam oblatam ab Episcopo acceptare, quia cum sententia nostra requirens ad valorem Sacramenti contactum physicum saltem mediatum, sit tutior sententia contraria docente sufficere contactum morale, non videtur posse tute illa sequi post damnatam ab Innocentio XI. propositionem primam, quæ dicebat, licitum esse in conferendis Sacramentis sequi sententiam probabilem, relicta tutiori, etiam quando agitur de valore Sacramenti. Unde, ut refert Matrius disput. 19. Theolog. moral. num. 26. Clemens VIII. aliquos sic ordinatos ab Episcopo Sagienſi sub conditione reordinari præcepit. Quod & docet Pontas verb. Ordines cap. 13. 14. 15. per text. in cap. Pastoralis 1. de Sacrament. non iterand. ubi Innocentius III. statuit, quod caute suppleendum (est), quod incaute fuerat prætermisſum, & in cap. Presbyter 3. eod. tit. ubi Gregorius IX. decrevit, quod statuto tempore ad hujusmodi Ordines conferendos caute suppleendum (est) quod per errorem exiit prætermisſum.

Nec valet objicere, quod ex dictis duabus Decretalibus colligitur potius, quod contactus physicus non sit de essentia Sacramenti, quia licet in ordinatione Subdiaconi fuerit omnia impositio manus, ut dicitur in cit. Cap. Pastoralis, & etiam ut dicitur in cit. Cap. Presbyter, fuerit omnia in ordinatione Presbyteri, & Diaconi dicta manus impositio, quæ, ut ibi, fit tactu corporali, id est physico, adhuc in utroque loco statuitur, quod non sit Sacramentum iterandum, sed solum esse suppleendum, quod incaute exiit prætermisſum, quod clare indicat contactum physicum non requiri ad essentiam Sacramenti, aliter si ita requireretur, fuisset iterandum Sacramentum sine ipso collatum, utpote irritum, & invalidum. Non Ferrar. Biblioth. Tom. V.

valet, inquam, quia ibi Pontifex accepit verbum iterum in propria sua significatione, quatenus idem sonat, ac iterum, conferre idem specie Sacramentum jam semel rite collatum. Non autem iterum confertur, quod nunquam rite fuit collatum, juxta illud Cap. Peiens 3. de Presbytero non baptizato ibi: *Non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum, & illud Cap. Solemnitates 16. de consecr. dist. 5. ibi: Non monstratur esse iteratum, quod nescitur esse factum, & illud Cap. Si nuda 113. de consecr. dist. 4. ibi: Quod non ostenditur gestum, ratio non sinit, ut, videatur iteratum.* Et non dicitur actum; cum aliquid superest ad agendum, ut dicit expresse Glossa in cit. Cap. Pastoralis, verb. Permitti; per text. L. Penult. Cod. ad Syllaniam, Cap. Illud 15. & Cap. Nihil 16. caus. 7. q. 1. etiam id quod superest ad agendum, seu suppleendum, dubitetur esse de substantia, quia generaliter quoticumque dubitatur, an aliquid, quod omisſum fuerit, sit de substantia ordinis nec ne, & tamen expressum est in jure, ut fieri debeat, æstimari debet de substantia, & tota ordinatio est repetenda saltem sub conditione; Cap. Presbyteri 2. Cap. Chorepiscopi 5. dist. 68. Cap. Nihil 16. caus. 17. q. 1. Cap. Unico de Clerico per saltum promotio, et Cap. De quibus 2. de Baptismo, cum similibus. Sic expresse Fagnan. in Cap. Cum venisset 1. de S. unctio. n. 54. cum Innocent. Raymund. Goffred. Hostiens. Eriburg. Archidiacon. Sancti Antonin. Turrecremat. Angelo. Armilla. Pitarella, Joan. Andrea. Burrio Card. ibidem ab ipso allegatis, & ipso teste omnes alii in dict. Cap. Cum venisset. Unde dicendum est, Pontifices in dictis Decretalibus cap. Pastoralis, et c. Presbyter, solum velle nihil esse iterandum quoad ritus, & cæremonias, sed caute, id est secrete, & sine solemnitate ad vitandum scandalum, suppleendum esse, quod defuit, nempe essentiale Sacramenti, quod non dicitur iterari, per jura supra adducta, ut etiam explicat Juvenin dist. 9. q. 3. Cap. 2. in respons. ad 4. objectionem, dicens, laudatos Pontifices ideo statuerunt ordinationem in proposito casu non debere iterari, quod supponat peractam non fuisse. Non enim dicitur iterari, quod ne semel quidem peractum est.

Neque valet instare, quod Pontifex in cit. Cap. Pastoralis pariformiter loquitur de manus impositione in Ordinatione Subdiaconi omnia, & de suppleendo defectu balsami in Confirmatione non adhibiti, adeoque cum balsamum non sit de essentia materię Confirmationis, neque manuum impositio, & contactus physicus cujusvis respective materię erit de essentia Ordinationis. Non valet, inquam, instantia. Respondetur enim primo, quod secundum nonnullos classicos Doctores, quos sequitur Barhola in cit. Cap. Pastoralis num. 1. Engel ibid. n. 7. Reiffentuel lib. 1. decr. tit. 16. n. 6. dictus textus incuria Librarium sit corruptus, & vera littera ibi habeat Diaconatus pro ly. Subdiaconatus, ut advertit Innocentius, prout etiam in duobus vetustioribus exemplaribus legi notat Glossa marginalis ibid. Unde nec Papa, quando ordinat Subdiaconum, manum imponit, ut testatur Abbas in cit. Cap. Pastoralis, nec Pontificale Romanum auctoritate Gregorii XIII. editum illam in Ordinatione Subdiaconi manuum impositionem præscribit, & expresse dicitur in c. Cap. Pastoralis 15. dist. 23. quod Subdiaconus, cum ordinatur, non recipit manus impositionem, sed dumtaxat Diaconus, ut habetur in Cap. diaconus 11. ead. dist. 23. Hinc tenendo per supra dicta, quod ibi legi debeat Diaconatus pro verbo Subdiaconatus, ne superflua videatur dispositio Pontificis, quod caute sit supplenda manuum impositio omnia in ordinatione Subdiaconi, ubi nullumde requiritur, respondetur, quod æque, & iuste loquitur Pontifex pariformiter de supplenda impositione manus in Ordinatione Diaconi omnia, & de suppleendo defectu balsami in Confirmatione non adhibiti, quia & impositio manus dextera Episcopi cum illa verborum forma *Accipe Spiritum Sanctum ad robur &c.* est materia partialis Ordinis Diaconatus, sicuti & impositio manuum Episcopi sub illa verborum forma: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata &c.* est materia partialis Ordinis Presbyteratus caute supplenda procul dubio statuti temporibus, si fuerit prætermisſa, ut disponitur in c. Cap. Presbyter, & admixtio balsami est pars materię ad valorem Confirmationis essentialiter requisita, caute etiam supplenda, si fuerit omnia.

Quod enim impositio manuum sit de essentia Diaconatus, & Presbyteratus, colligitur etiam ex textu dist. Cap. Presbyter, in quo supponitur, hos Ordines omnia manuum impositione non fuisse revera collatos, sed postea manum fuisse con-

huiusmodi Ordines conferendos caute suppleendum, ut recte notant Pirhing. lib. 1. decret. tit. 16. n. 5. §. Notandum tertio in fine, Reiffenstuel ibid. n. 11. & seq. Tanner tom. 4. disp. 7. q. 2. dub. 3. n. 65. & alii. Et quod admixtio balsami sit de essentia Confirmationis, fuit probatum in verb. Confirmatio art. 1. n. 8. & 10. per Jura, Concilia, Decreta, & Classicos Doctores ibi allegat. Quibus adde Maitrium Theol. mor. disp. 17. n. 59. testantem ex declaratione Pauli III. & Pii IV. sufficere ad majorem commoditatem quodcumque balsamum etiam Indicum, ubi nascitur in magna copia; Layman lib. 5. Theol. moral. cap. 2. n. 1. Henno tom. 2. tract. de Confirm. disp. unica q. 3. conclus. 2. Herincx disp. 9. de Sacram. Confirm. q. 2. n. 1. Erassen ibid. n. 9. Pifigianum disp. 7. q. 21. art. 3. Felici Potest. tom. 1. part. 4. p. 3. num. 3015. Bonacini de Confirm. disp. 3. q. univ. punct. 3. num. 2. Rosignol. de Confirm. disp. 3. q. univ. punct. 3. num. 2. Rosignol. de Confirm. q. 2. art. 1. conclus. 3. cum multis ibi allegatis, Bosco de Confirmatione n. 58. aliosque innumeros communiter explicantes text. in cit. Cap. Pastoralis nempe quod in talibus non est aliud iterandum, sed caute suppleendum, quod incaute fuerat praetermissum, respectu Confirmationis collatae cum simplici oleo sine admixtione balsami, modo supra explicato. respectu Ordinationis factae sine impositione manuum, id est quod non debeat tunc iterari Sacramentum, eo quod supposito sine parte suae materiae essentialis non fuisse collatum, & non dicatur iterari, quod nec semel quidem peractum est; sed caute esse suppleendum defectum privatim adhibendo Christina, eoque Confirmandum in fronte rursus inungendo, cum debita verborum forma, & intentione; Ita tamen ut aliae caeremoniae accidentales, puta: nova adhibitio Patrim, alape, & huiusmodi semel solemniter adhibita, postmodum omittantur: neque salvatur dispositio Innocentii III. in citat. cap. Pastoralis, & praxis universalis Ecclesiae Sacramentum Confirmationis per Christinatis unctionem in fronte factam, solita conferre; & damnatio primae propositionis ab Innocentio XI. facta, & mens Concilii Florentini, S. Thomae, S. Bonaventurae, Scoti, Alensis, ac aliorum, non aliter pro necessitate Sacramenti Confirmationis loquentium de balsamo, ac de oleo, teste Maitrio in 4. Sentent. disp. 2. q. 8. numer. 232. ubi n. 225. advertit, quod ipsemet Innocentius III. iam dixerat in Cap. Veniens univ. de Sacra unctione, Christina, quod ex oleo fit, & balsamo, esse huius Sacramenti materiam.

Quotiescumque autem rationabile dubium emergat de valore Sacramenti, id est an illud hic, & nunc valide collatum fuerit, est reiterandum sub conditione, si fuerit invalidum, ut expresse statuitur in Cap. de quibus 2. de Baptismo, ibi: De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur, his verbis praemissis: Si baptizatus es, non te baptizo, sed, si nondum baptizatus es, Ego te baptizo &c. Ex appositione enim talis conditionis, & praecavetur omni injuria Sacramenti, & omne praesudicium sacrilegae reiterationis evitatur. Ad nostrum propositum attendendae sunt tres aures illae regulae, quas universaliter in omnibus dubiis circa materiam, & formam Sacramentorum observandas esse tradit Scotus in 4. dist. 3. q. 2. §. Tertio de forma. Prima est: Si possibilis ad est, via tutissima est eligenda. Secunda: Si non ad est possibilis, via tutissima proxima est tenenda. Tertia: Cessante impossibilitate, caute est suppleendum, quod impossibilitas prohibebat.

Respondetur secundo ad instantiam, quod, retinenda textum, prout jacet in cit. Cap. Pastoralis, ne videatur privatauctoritate variari textus ibi literalis sub verb. Subdiaconatus per tot saecula ab ipsis Summis Pontificibus toleratus, adhuc ita inconcussa nostra conclusio, dicendo, quod textus ibi non loquitur de impositione manuum consecratoria, quae non datur Subdiacono ex cit. Cap. Subdiaconus, sed dumtaxat Diacono ex cit. cap. Diaconus; sed loquitur solum de quadam manuum impositione deprecatoria, quae est quaedam benedictio, juxta Glossam in cit. Cap. Pastoralis, verb. Impositione, & constat ex Cap. Manus 74. caus. 1. q. 1. quae fit etiam in Minoribus Ordinibus constitutis, ut habetur in Cap. Quoniam 1. dist. 69. prout docent Abbas in citat. Cap. Pastoralis §. Opponitur, Pirhing. cit. tit. 16. n. 2. Reiffenstuel ibid. n. 7. Layman loc. cit. n. 1. & plures alii. Sicque in utroque casu salvatur dispositio Innocentii III. in d. Cap. Pastoralis, quod sit caute suppleendum, quod incaute fuerat praetermissum, nempe in casu Ordinationis Subdiaconi suppleendum esse dictam manuum impositionem deprecatoriam, seu benedictio-

riam omisam, & in casu collationis Confirmationis suppleendum esse admixtionem balsami cum debita verborum forma, & intentione modo supradicto. Unde quia in casu Ordinationis Subdiaconi tantum defuerat quid accidentale, tantum accidentale suppleendum erat, & quia in casu Collationis Confirmationis defuerat substantiale, ideo substantiale suppleendum erat, & in neutro casu ob id iteratur Sacramentum. Non in casu Subdiaconi, quia ibi suppletur tantum quid accidentale non ingrediens essentiam Ordinationis. Nec in casu dictae Confirmationis, quia cum ibi defuerit pars essentialis, non fuit tunc valide Sacramentum collatum, adeoque non dicitur postea iterari, sed primo conferri, cum non dicitur iterari, quod ne semel quidem peractum est, per jura adducta supra n. 57.

Non esse necesse ad valorem Sacramenti Ordinis, ut contactus materiae fiat simul physice cum prolacione formae, sed sufficere, si fiat simul moraliter, id est paulo ante, vel paulo post, defendunt Bonacina l. cit. n. 12. Valentia, Emmanuel Sa, Nugnus, Henriquez, Reginaldus, & alii ab ipso ibi allegati, Layman l. c. n. 3. in fine, cum Victoria, & alii ibi citatis, Card. de Lugo respons. moral. lib. 1. dub. 33. num. 1. Palaus tract. 27. p. 4. n. 20. Sporer l. c. n. 37. Felix Potest. loc. cit. n. 136. Rosignol. de Sacramentis in genere p. 1. quaest. 2. art. 3. n. 5. & seq. & alii id probantes etiam ex praxi nonnullorum Episcoporum, qui, teste Marchino de Ordine tract. 1. p. 1. Cap. 16. n. 13. quando plures sunt initiandi Ordine Sacerdotali, prolata semel forma in plurali Accipite potestatem &c. praebent materiam pluribus successive tangendam, non repetita forma, atque validam esse talem Ordinationem fuisse decilum Romae in quadam Congregatione testatur Martinus Fornarius de Ordinatione Cap. 2. n. 5. apud Bonacina l. c. n. 17. tunc enim habetur simulata moralis, nec tollitur proprie significatum illorum verborum Accipite potestatem &c. quamvis in prolacione eorumdem non coexistat physice contactus, sed tantum moraliter, id est paulo post.

Navarrus vero in Manual. Cap. 22. n. 17. Cajetan. in Opuscul. tract. 26. Paludan. apud & cum Sylvestro verb. unctione §. 7. La Croix lib. 6. p. 2. num. 2148. cum Cajetano. Ricard. Navarr. Granada, & alii ibi citatis, Matth. uic. Causula Confessarii lib. 4. cap. 7. n. 14. & alii plures succinctorum, ad valorem Sacramenti traditionem materiae, & prolacionem formae debere esse simul non tantum simulatae moralis, sed etiam physicae, saltem in aliqua parte, adeo ut si totaliter ponatur prolatio formae ante, vel post contactum materiae, nullo modo subsistat Sacramentum. Hinc, quia haec sententia est tutior prima, adeo ut Gobat tract. 7. cap. 4. num. 114. licet primam defendat, non audeat eam vocare moraliter certam, ut advertit etiam Sporer l. c. n. 37. quamvis ipsa non careat sua probabilitate, cum tamen agatur de valore Sacramenti, ubi sequenda est tutior, ut ex propositione 1. inter damnatas ab Innocentio XI. die 2. Mart. 1679. non est in praxi ab hac posteriori recedendum, nisi aliter constet esse vere a Sancta Sede decilum. Tum quia Scotus in 4. d. 6. q. 3. Cajetanus, Navar. & alii gravissimi Doctores, teste Sporer l. c. Cap. 1. n. 83. negant valere Baptismum, si tota forma pronuncietur ante coeptam, vel finitam ablationem; Felix Potestas l. cit. n. 137. expresse dicit: Tutius autem est, ut saltem priusquam materiae traditio finiatur, formae prolatio incipiat, vel converso, ut communiter Doctores docent de Baptismo. Unde recte contra alios infert Gobat tract. 2. n. 61. & tract. 11. n. 20. omnino repetendum esse Baptismum taliter collatum, addens; Idem omnino sentio de Ordine Presbyteratus, & Episcopatus, quippe ex quorum irrita collatione oriri possunt innumera mala. Sicque in praxi est omnino sequenda nostra sententia, quia quamvis juxta sententiam adversariorum esset valida talis Ordinaro, adhuc etiam secundum ipsos adversarios esset graviter illicita, ita ut peccaretur mortaliter, si sine gravi necessitate id fieret, ut cum aliis advertit Sporer cit. num. 37. & cit. Cap. 1. n. 64. conclusio in genere quoad praxim, consultissimum esse, ut Minister Sacramenti curet majorem, quam potest, facere simultatem materiae, & formae, v. g. in Baptismo, Confirmatione, Extrema unctione, Ordinatione, dum a bluit, inungit, instrumentum Ordinis tradit, simul proferat formam.

Episcopus ordinans, qui profert formam, debet etiam per se ipsum porrigere materiam tangendam ab ordinandis; Sic Suarez tom. 5. disp. 42. sect. 3. n. 12. Martinus Fornarius de Ordinatione Cap. 2. n. 4. Bonacina l. cit. n. 16. cum aliis ibi allegatis, La Croix l. cit. & alii passim, & Maitrius Theolog. moral.

moral. disp. 10. n. 26. & expresse decrevit S. Congreg. S. Officii die 1. August. 1697. apud Paucuc. in compend. Pignat. de Ordine, & Ordinatione, qua re mature perpensa statuit ordinatos ab Episcopo, qui per alium fecerat porrigere materiam, esse reordinandos sub conditione ad formam Pontificalis Romani, non servatis tamen Interditibus, & extra tempora, habilitando, & dispensando forsitan inhabiles ad quaecumque Beneficia, & Dignitates, etiam Curata, & absolvi mandavit eisdem ab Irregularitate, & exercitio Ordinum, forsitan contracta. Et sic ordinatos ab Episcopi Sagientis, qui non tradiderat per seipsum instrumenta ordinandis, reordinari saltem sub conditione mandavit Clemens VIII. teste Maitrio cit. disp. 19. n. 26.

Hinc recte universim concludit P. La Croix loc. cit. num. 2148. quod praetere improbabiles sunt sequentes quinque sententiae. 1. Quod ad validam consecrationem Episcopi sufficiat sola manuum impositio, & non requiratur traditio, nec baculi pastoralis, nec annuli, nec libri Evangeliorum, posuntque Dicat. a num. 110. & III. c. 25. de hoc videri. 2. Quod ad valorem Diaconatus sufficiat, vel sola impositio manuum, vel sola traditio libri Evangeliorum, & non requiratur utrumque simul; de quo videri possunt Aversi. q. 2. §. 6. & Dicat. a n. 164. 3. Quod sufficiat prius, vel post formam attingere vasa, ordinationem enim tunc esse invalidam docent Caj. Rich. Nav. Granada & alii. 4. Quod ad valorem Ordinum Majorum non requiratur, ut Ordinans ipse tradat materias: 5. Quod ad valorem Ordinum non requiratur contactus physicus saltem mediatus Vasorum seu instrumentorum &c. Ratio horum omnium est, quia sententiae negantes talia requiri ad valorem non sunt moraliter certae, sed tantum probabiles, oppositae autem sunt tutiores; ergo non licet his relictis sequi illas; Cardena, & alii, potestque videri etiam Aversa s. 2. asserens Auctores, & rationes in utramque partem. Haecenus ille.

Novae additiones ex aliena manu.

1. Concilium Tridentinum sess. 22. can. 2. & 3. de Sacram. Ordin. definit dari in Ecclesia praeter Sacerdotium alios Ordines majores, & minores, & Ordinem esse verum Sacramentum.
2. Quod attinet ad majores Ordines, semper in Ecclesia, tum latina, tum graeca, Diaconatus fuit major Ordo. At Subdiaconatus major utique Ordo erat tempore Concilii Tridentini, sed in ipsa Ecclesia latina non nisi ex tunc saeculo decimo inter Ordines majores annumeratus est; Rousseaud de la Combe in sua Jurisprudencia Canonica verbo ordo num. 1. & seq.
3. Quod vero concernit minores Ordines, dum Concilium Tridentinum fuit conditum, erant in Ecclesia latina quatuor minores Ordines, ad antea in ipsa Ecclesia latina alicubi erant pauciores, alicubi plures erant ipsi Ordines minores; Rousseaud de la Combe in sua Jurisprud. Canon. verb. ordo d. n. 2. Morin. Exercit. 14. cap. 1. ubi, & de numero Ordinum minorum in Ecclesia graeca.
4. Patet ex his, minores Ordines non esse a Christo, neque ab Apostolis immediate institutos, sed ab Ecclesia crescente fidelium multitudine pro locorum, & temporum necessitate, & opportunitate. Monet vero Morin. ubi supra, dici & eos posse juris divini, & institutionis Apostolicae, in quantum ipsi eminenter, & formaliter in Diaconatu continebantur, atque Ecclesiam postmodum crescente fidelium, ac ministrorum numero de diaconatu eduxisse. Ad locutio haec Scholasticis utique, non item Morino caligatoriois eruditionis viro convenit.
5. Recte vero idem Morin. concludit, minores ordines utpote nec a Christo, nec ab Apostolis institutos rationem Sacramenti haud habere. Neque id est contrarium canon. 3. mox citati Concilii Tridentini. Subsistit enim veritas hujus canonis licet solus Presbyteratus sit Sacramentum. Consult. etiam Vanejsen. Jur. Eccles. Div. part. 2. tit. 9. capitul. 1. §. 6.
6. De materia, & forma Sacramenti ordinis nil Concilium Tridentinum definit. Ar Eugenius IV. in decreto pro Armenis de hoc Sacramento differens, Cujus (inquit) materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo: sicut Presbyteratus traditur per Calicem cum vino, & Patena cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem. Ferrar. Biblioth. Tom. 7.

Subdiaconatus vero per Calicis vacui cum Patena vacua superposita traditionem. Et similiter de aliis per verum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotalis est; Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & sic de aliorum ordinum formis, prout in Pontificali Romano late continentur.

Non male autem Morinus, & Vanejsen. l. c. tradunt, quod mens Eugenii IV. in hoc decreto, seu Instrukione haud fuit essentialis, & a Christo institutas materias, & formas Sacramentorum assignare, sed ad summum iustitias tunc in Ecclesiatina materias, & formas, ut hoc decreto redderent Armeni de ritu Ecclesiae instructi.

Ceterum quae hodie pro forma, & materia praescribuntur, exacte observari debent; Confer hic etiam Rousseaud de la Combe in sua Jurisprud. Canon. verb. ordo n. 3. ubi quod unctio in ordinatione est tantum caeremonialis, nec semper fuit adhibita.

ARTICULUS II.

Quoad ea, quae concernunt tempora faciendarum Ordinationum, & qualitates Ordinandorum.

Prima tonsura conferri potest quocumque die, & hora, & loco; Ita expresse Pontificale Romanum in Rubric. de Ord. conferend. ibi: Clericatus, seu prima Tonsura quocumque die, & hora, & loco conferri potest. Et sic tenet Communis Doctorum. Non enim alicubi in Jure reperitur quicquam aliud de ea constitutum.

Ordines Minores conferri possunt, non solum in generalibus Ordinationibus, sed etiam singulis Dominicis, atque Festivis diebus, etiam extra Missam; Sic Pontificale Romanum tit. de Minoribus Ordinibus, & habetur ex cap. De eo 3. de temporibus Ordinationum, ibi: Licetum est Episcopis, Dominicis, aut aliis Festivis diebus unum, aut duos ad Minores Ordines promovere. Immo non solum unum, aut duos possunt Episcopi promovere ad Ordines Minores dictis diebus, sed etiam plures, dummodo non tot ordinentur, quod videatur esse generalis Ordinaro; Glossa. ibid. verb. Aut duos, Sylvest. vester verb. Ordo 2. quaest. 6. Gobat. tom. 1. tract. 8. num. 453. cum aliis ibi citatis, Reiffenstuel lib. 1. decret. tit. 1. num. 31. Rosignol. de Ordinibus Ecclesiasticis part. 1. de Ordinibus in communis quaest. 2. art. 7. num. 4. ubi recte dicit, quod in citato textu cap. De eo, ly. unum, aut duos non positum sit restrictivum, & exemplificativum, & sic tenent alii passim, & servat praxis.

Dicti dies Festivi, quibus Ordines Minores conferri possunt, sunt dies Festi, qui a populo coluntur, & servantur; Sic expresse declaravit Sacra Cong. Conc. apud Fagnan. in cit. cap. De eo 3. de temporibus Ordinationum. num. 24. Ordines Minores olim non solum dictis diebus Festivis, sed etiam alio quocumque die, & loco benevolito Episcopi poterant conferri, ut patet ex cap. Quando 6. dist. 75. ibi: Quando, & ubi libitum fuerit, usque ad Subdiaconatus officium Clerici ordinentur. Hodie autem per generalem Ordinationem non conferuntur, nisi in quatuor Temporibus, aut Sabbatho Sancto, vel Sabbatho ante Dominicam Passionem, & per speciale. & privatam paucorum Ordinationem in Dominicis, & aliis Festivis diebus, juxta dict. cap. De eo 3. de temporibus ordinationum, ut notat Fagnan. ibid. numer. 30. Ex consuetudine tamen plurium Ecclesiarum Ordines Minores conferuntur, non in Sabbatho, sed in Feria sexta, vel quarta Quatuor Temporum, quae consuetudo, ut dicit Layman. in cit. cap. De eo 3. de temporibus ordinationum. reprehendi non potest; Et quidem quod Ordines Minores conferantur pluribus in locis Vespere illius Feriae 6. testantur passim Doctores, & signanter Gobat tom. 1. tract. 8. num. 52. Escobar in Theolog. moral. lib. 23. cap. 18. num. 430. Rosignol. loc. cit. num. 6. Quintanadven. Singular. tract. 6. singul. 7. num. 1. Henric. in Summa lib. 10. cap. 12. §. 2. Reiffenstuel loc. cit. num. 32. & alii plurimi; Immo hoc concedere consuetudinem ubique receptam, testatur Fagnan. in cit. cap. De eo numer. 14. post Henriquez loc. cit. quamvis subiungat praeterea, ut talis consuetudo tollatur, & ad rem faciat dubium propositum in Sacra. Cong. Concilii ab Episcopo Portalegrenti: An supposita consuetudine immemorabili licitum sit conferre primam Tonsuram, & Minores ordines feria sexta.

post prandium ante diem Sabbathi Ad quod prefata Sac. Cong. Conc. die 13. Aprilis 1700. respondit: Affirmative quoad primam Tonuram, & quoad Minores Ordines consuetudinem immemorabilem tolerari posse, sed expedire, ut Episcopus se conformet Pontificali Romano tit. de Minoribus Ordinibus; Sic refert Card. Petra tom. 5. Commentar. ad Constitut. 7. Pii II. sub num. 48. in fine.

8 Hinc non est necesse, quod conferens, & recipiens Ordines Minores sint jejuni; Reiffenstuel loc. cit. num. 32. Layman in dist. cap. De eo 3. de temporibus ordinationum. cum aliis ibi citatis, & alii passim; cum enim possint conferri, & sepe conferantur post prandium, stat clarum, quod nec in conferente, nec in recipiente requiritur jejuniu.

9 Ordines Majores de Jure conferri possunt solummodo in Sabbathis omnium Quatuor temporum, in Sabbatho ante Dominicam Passionis, & in Sabbatho Sancto tempore Missae, cap. De eo 3. de temporibus ordinationum, & cap. Ordinationes 7. dist. 75. cum similibus, in quibus licet dicatur in quatuor temporibus, & hujusmodi, non debet intelligi, quod Ordines Majores possint de Jure conferri die Mercurii, & Veneris, sed solum die Sabbathi eorundem hebdomadarum; cap. Ordinationes 3. cap. Quod a Patribus 4. dist. 75. cap. Litteras 13. de Temporibus Ordinar. Sic expresse Fagnanus lib. 1. decret. in cit. cap. De eo 3. de temporibus ordinar. n. 17. & 18. cum multis ibi citatis, Barbosa de Offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 17. num. 1. & 3. cum pluribus ibi citatis, ubi reddit rationem, quare potius diebus Sabbathi Ecclesia constituerit Sacros Ordines esse conferendos, quia nempe Sabbathum significat requiem; Legitur enim Genes. 2. quod requievit Deus die septimo ab omni opere, quod patrat: Qui autem ad Sacros Ordines assumuntur, a saeculi laboribus ad requiem Domini, seu Ecclesiasticam transeunt; Glossa in cit. cap. Litteras, verb. Pertinere, de temporibus ordinar. cum illis non amplius negotiari permittitur; cap. Fornicari 10. dist. 88. quem transitum non faciunt Ordinati in Minoribus, cum ad saeculum redire valeant; cap. Si qui 2. dist. 32. cap. Joannes 7. de Cleric. conjugat. Card. Petra tom. 5. Comment. ad Constit. 7. Pii II. num. 7. & seq. & alii passim. Nec poterit induci consuetudo conferendi dictos Ordines Majores in aliis temporibus, textu expresso in cap. Sane 2. de temporibus ordinar. Barbosa cit. allegat. 17. num. 4. cum aliis ibi citatis.

11 Dicitur autem notanter de Jure, quia ex privilegio Summi Pontificis possunt valide, & licite conferri Ordines majores extra dicta tempora; Papa enim secundum plenitudinem potestatis de Jure potest supra jus dispensare, textu expresso in cap. Proposuit 4. de concessione. prabend. Et de facto saepe saepe dispensat cum pluribus.

12 Et ad hoc validum, & stabile Privilegium habent Regulares omnes, ut novissime declaravit Benedictus XIII. in Concilio Romano celebrato 1725. tit. 5. de temporibus Ordinationum cap. 2. ibi: Quo vero ad Regulares Privilegia a Summis Pontificibus habentes, sive expresse, sive per viam communicationis concessa, Sacros videlicet Ordines, extra tempora suscipiendi; cum Privilegia ipsa in suo robore persistant, nec iis derogatum fuisse coniter, depernitimus proinde Regulares eisdem absque novo Indulto Apostolico tuto posse extra tempora ordinari. Immo Regulares habent Apostolicum Privilegium recipiendi Ordines Sacros etiam tribus diebus Festivis continuis, ut expresse concessit Societati Jesu cum prohibitione communicationis Gregorius XIII. Constitut. incip. Pium, & utile, & absolute sine prohibitione communicationis concessit Congregationi Reformatae S. Bernardi Gregorius XIV. Constitut. incip. Romanus Pontifex, & Clemens VIII. die 13. Novembris 1596. concessit Congregationi S. Joannis Evangelistae in Portugallia, ut possint ordinari extra tempora, & per quemcumque Episcopum communione Ecclesiae Catholicae habentem, tribus Dominicis, vel Festivis diebus continuis, vel interpolatis, etiam non servatis interstitiis: Quod privilegium se fe vidisse testatur Portell. in dub. Regular. verb. Ordo num. 4. & ex ipso testantur Reiffenstuel loc. cit. num. 51. Sporer tom. 3. part. 1. cap. 5. sect. 4. num. 121. Rosignol. de Ordinibus in communi part. 1. quest. 2. art. 8. num. 3. & alii: Unde ex vi dictarum concessionum non solum noster Ordo, seu Religio Minorum, sed etiam omnes aliae Religiones participant Privilegia dictarum Congregationum; Tum quia post Gregorium XIII. per alios Pontifices Successores fuerunt concessa variis aliis Religionibus Privilegia Societatis Jesu

absque ulla penitus restrictione, ac si eisdem concessa noviter essent, & primo; Quibus instantibus in dies cernimus, a doctissimis & gravissimis Episcopis Regularibus (ut de suis testatur P. Rosignolus loc. cit. num. 4.) extra tempora tribus diebus Festivis immediate subsequentibus Sacris Ordinibus initiari.

Episcopatus conferitur die Dominico, vel Natalio Apostolorum, nisi Summus Pontifex aliud specialiter indulserit; cap. Ordinationes Episcoporum 1. & cap. Quod die Dominico 5. dist. 75. & Pontific. Roman. tit. de consecrat. Electi in Episcopum.

Supradicta tempora a jure statuta ad conferendos Ordines non sunt de substantia collationis illorum, unde si, illis non servatis, conferantur, imprimitur nihilominus Character, & Glossa in cap. Ordinationes 1. dist. 75. & alia Glossa in cap. Vel non est compos 14. de temporibus Ordinationum. verb. Etatem, Barbosa de Offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 17. num. 8. Ugolin. de potest. Episcop. cap. 26. §. 25. num. 1. in principio. Fagnan. in cit. cap. De eo 3. de temporibus ordinationum. num. 20. & in cap. Vel non est compos 14. eod. tit. num. 7. & alii passim.

Duo Ordines Sacri nequeunt conferri eodem die, cap. Litteras 13. & cap. Dilectus 15. de temporibus ordinar. & expresse Concil. Trid. sess. 23. cap. 13. de reformat. ibi: Duo Sacri Ordines non eodem die etiam Regularibus conferantur, Privilegiis, ac Indultis quibusvis concessis non obstantibus, Immo eodem die neque conferri debent Ordines Minores, & Subdiaconatus, nisi adfit constitutio, quae est probanda per Episcopum, ut decrevit Sacra Congr. Concilii in Catalogitana ordinis 24. Aprilis 1694. teste Card. Petra tom. 5. Commentar. ad Constitut. 7. Pii II. num. 46. qui insuper sub num. 45. subdit, quod ad dubium in Sacra Congregatione Concilii propositum in una Bovenfi: An Ordinatus eodem die ad Minores, & Subdiaconatum, ille, necnon Episcopus ordinans in poenas, & quas inciderint? Sac. Congreg. die 7. Maji 1707. resolvit, Quoad ordinatos dandam, esse absolutionem, imposita poenitentia salutari arbitrio, Episcopi vicinioris, (quia Episcopus fuerat particeps actionis prohibita) quo vero ad ordinantem, ad mentem, ut scilicet non solum acriter admonetur, sed per Litteras moneatur, quod licet gravior poena ipsi esset infligenda, quia plus deliquit scienter conferendo his tribus Clericis Minoribus cum Subdiaconatu eodem die: atamen ex benignitate Congregationis, omnis poena pro hac vice ei remittitur, quodque in posterum a similibus committendis omnino abstineat. Alia ad rem vide in hoc eodem art. sub num. 115.

Potest tamen Episcopus Ordines Minores ex consuetudine privatim alicuius conferre die Veneris quatuor Temporum, si sit dies Festus, & in Sabbatho ad Subdiaconatum eos promovere ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiae, ut decrevit Sacra Congregatio Concilii ad quarum dubium ex iis propositis apud Fagnan. in cit. cap. De eo 3. de temporibus ordinar. num. 42. quae hac occasione hic ad litteram dantur.

Præsupposito, quod Minores Ordines possunt conferri diebus Dominicis, aut aliis Festivis, dubitatur, an appellatione die Festi comprehendatur Festum, in quo ab Ecclesia sit Officium, an vero debeat esse Festum, quod a populo colitur?

Secundo, idem est dubium quoad promovendos vigore dispensationum de promovendo extra Tempora diebus Festivis.

Tertio, an ex consuetudine possit Episcopus uno, & eodem die ad Minores Ordines aliquos promovere?

Quarto, an ubi consueverit ordinari ad quatuor Minores Ordines die Veneris, & in die Sabbathi sequentis ad Ordinem Subdiaconatus promoveri, id sit licitum propter consuetudinem?

Ad primum Sacra Congr. Conc. censuit, comprehendere dies Festos, qui a populo servantur, voto tit. de fer. de consecrat. dist. 3. cap. 12. sess. 25. de Regul.

Ad secundum idem respondit.

Ad tertium, praesupposita consuetudine posse.

Ad quartum, licere Episcopo, si dies Veneris sit dies Festus, & sit necessitas, aut utilitas Ecclesiae, iudicio Episcopi, id exposcat, juxta Decretum Concil. capit. 11. sess. 23. non tamen in publicis Ordinationibus, sed privatim, & alicuius predictis Minores Ordines conferre.

Immo plurimi volunt absolute, quod dispensante Episcopo, possint Ordines Minores die immediate praecedenti Sabbathum

bathum quatuor Temporum conferri, & die Sabbathi Subdiaconatus, & id utrum obtinuit in Hispanis asserunt Henricquez lib. 10. capit. 14. numer. 12. Villalobos in Summa tom. 1. tract. 11. dub. 13. num. 4. Sayrus lib. 7. de Censuris cap. 10. numer. 26. Valquez tom. 3. in tertia part. disp. 246. capit. 5. numer. 48. & alii, & hoc etiam practicari in Italia referunt Molfesius in Summa tract. 2. cap. 14. num. 13. Reginald. tom. 2. lib. 30. tract. 1. cap. 5. num. 26. Diana tom. 1. tract. 16. resol. 28. & alii. Vide Rosignolum loc. cit. num. 18. ubi ad id multa adducit.

21 Quoad Interstitia Temporum ad Ordinationem requisita; Vide verb. Interstitia, ubi late de omnibus.

22 Ordinum Sacrorum collationes publice in Cathedrali Ecclesia Canonice, celebrari debent; Sic expresse Conc. Trident. sess. 25. cap. 8. de reformat. ibi: Ordinationes Sacrorum Ordinum statuta a Jure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia, sive, vocatis, praesentibusque ad id Ecclesia Canonice, publice celebrentur; Si autem in alio Dioecesis loco, praesente Clero loci, dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia, semper adeatur; & sic decium fuisse refert ex multis Barbosa in dict. Concil. loc. cit. num. 12. & novissime statuit Benedictus XIII. Constit. incip. In Supremo §. 15. Ordines autem Minores potest Episcopus conferre in eius Domo Episcopali; Barbosa ibidem num. 13. cum pluribus ibi citatis. Immo in eius Domo, seu Cappella Episcopali videntur passim conferri etiam Ordines Sacri, ut jam ulus invaluit in pluribus Dioecibus.

23 Qualitates Ordinandum ad valide recipiendos Ordines sunt, quod Ordinandi sint masculi; Communissima omnium Catholicorum. Feminae enim sunt omnino incapaces recipiendi Ordines, ut delimitur ex cap. Mulieres 19. dist. 32. & ex cap. Nova 10. de Poenit. & remiss. & tenent communissime omnes Doctores Catholici docentes, hoc esse de Jure Divino, & ordinatione Christi, cum ipse nullam feminam, immo nec propriam quidem Matrem ordinaverit, quamvis fuerit dignior, & excellentior universis Apostolis; Unde Apostolus 1. ad Corinth. cap. 14. num. 34. sic praecipit: Mulieres in Ecclesia taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit: si quid autem volunt dicere, Domi viros suos intersergent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia; & 1. ad Timothei. cap. 2. num. 11. sic habet: Mulier in silentio dicat cum omni subjectione: Docere autem Mulieri non permittitur, neque dominari in virum, sed esse in silentio; adeoque cum Feminae ex Sacra Scriptura nequeat competere munus docendi in Ecclesia, quod ex Malachia cap. 2. num. 7. est munus proprium Sacerdotis, ibi: Labia enim Sacerdotis custodiant scientiam, & legem requirunt de ore eius, nec eisdem potest competere Ordo Sacerdotalis.

24 Nec officit, quod in Jure fiat mentio Diaconissae, Presbyterissae, & Episcopissae, ut in cap. Diaconissae 23. caus. 27. q. 1. & cap. Mulieres 19. dist. 32. & saepe alibi. Non officit inquam; quia (ut recte notant Baronius ad annum Christi 34. num. 280. Campanil. in diversis. Juris canon. rubr. 11. cap. 2. Valquez 1. 3. in 3. part. disp. 245. cap. 3. Rosignol. de Ordinibus in communi part. 1. q. 3. art. 1. n. 7. & alii) ipsae feminae tali nomine appellabuntur, non quod sic essent ordinatae, sed quia viri earum erant assumpti ad Diaconatum Presbyteratum, & Episcopatum, et ideo uxores Diaconorum Diaconissae, Presbyterorum Presbyterissae, & Episcoporum Episcopissae dicebantur denominatione desumpta ab earum Maritis. Et si instetur dicendo, quod in cit. cap. Diaconissam expresse habetur: Diaconissam non debere ante annos quadraginta ordinari statumus, sicque videtur sequi, quod post tale tempus possint ordinari; Respondetur cum Glossa ibid. verb. Ordinari, Barbosa ibidem n. 3. & §. q. & Doctore Subtili in 4. dist. 25. q. 2. §. Ad secundum principale. Reiffenstuel lib. 1. Decretal. r. 11. n. 58. & alii, id esse intelligendum non de vera ordinatione, sed quia super talem feminam fiebat aliqua benedictio, ex qua conlequebatur aliquod Officium speciale, ut puta, quia ex Ordinatione Abbatissae, vel Collegii, tunc

competebat ei legere Homilias, aut Evangelia in Matutino, quod non licebat aliis, sed ille non erat actus alicujus Ordinis. Vide verb. Foemina num. 1. (a)

An autem Hermaphroditus sit capax recipiendi Ordines? Vide verb. Hermaphroditus a num. 11.

Item ad valide recipiendos Ordines requiritur, quod Ordinandi sint Baptizati: Baptismus enim est fundamentum, & janua omnium Sacramentorum novae Legis cap. Cum itaque 112. §. final. de consecrat. dist. 4. & cap. Veniens 3. de Presbytero non baptizato, ibi: Cum Baptismus sit fundamentum omnium Sacramentorum; adeoque sine Baptismo non potest valide recipi Sacramentum Ordinis; cap. Si quis per ignorantiam 59. caus. 1. q. 1. Unde in cap. Si quis Presbyter 1. de Presbytero non baptizato, expresse statuitur; Si quis Presbyter ordinatus deprehenderit, se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur, & concordat cit. cap. Veniens 3. eodem titulo. Et casus hic nostro saeculo accidit in Calabria, ubi scelestus quidam Parochus, cum aliter non posset hostili animo, quem habebat erga quemdam Principem, satisfacere, ejus infantes, quos aqua baptismali abuebat, in peccato originali relinquebat; siquidem animum positivum habebat illos minime baptizandi, ut animae illorum a gloria excluderentur, & hoc ad vindictam inimicitiae, quam contra eorum Patrem gerebat. Sub finem vitae Parochus poenitentia ductus, crimen confessus est, unde filii illius Principis superstites (nam nonnulli sine Sacramento Baptismi decesserant) iterum baptizati sunt, inter quos unus erat ex Ordine nostro Sacerdos, Concionator, & qui Praelaturas plures Locales, ac Provinciales administraverat; & hic ad praescriptum dictorum Sacrorum Canonum cap. Si quis Presbyter 1. & cap. Veniens 3. de Presbytero non baptizato, post Baptismum iterum omnes Sacros Ordines suscepit. Sic ad litteram refert Amenus de delictis, & poenis tit. 8. §. 1. verb. Abusus in Baptismo num. 3. & sequitur Urfaya tom. 1. part. 2. disceptat. 2. num. 159.

Item ad valide recipiendos Ordines requiritur, quod Ordinandi Adulti habeant debitam intentionem virtutalem saltem externam, & voluntatem ipsos recipiendi, unde invalide suscipiunt Ordines omnes adulti invitati, vel non voluntarii, utpote vel animo repugnante, vel ficto, & simulatis tantum ipsos recipientes; Communis. * Quod si quis coactus gravis mali metu animum intendat ad suscipiendos Ordines, ut malum illud vitet, tunc utique Ordinatio valet. Si vero recipiat absque intentione interna, profecto Ordinatio non valet. Nec valet etiam, si habuerit animum indifferenter, id est nec voluntatem suscipiendi, & non suscipiendi ordines. Pro invaliditate hujus Ordinationis refertur Decretum Sac. Congregationis; De Sacrif. Missae lib. 7. cap. 10. §. 20. * Vide verb. Intentio.

Qualitates autem Ordinandum ad licite recipiendos Ordines sunt multae. Primo igitur requiritur, quod sint in statu gratiae; status enim gratiae requiritur ad licitam, & dignam receptionem cujusvis Sacramenti novae Legis; Unde si qui scienter existerent in peccato mortali reciperent aliquem Ordinem, peccarent mortaliter; Communis.

Secundo requiritur, quod sint confirmati; Communis, & 3^e habetur aperte ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 4. de reformat. ubi dicit, quod confirmati debent esse etiam, qui volunt accipere primam Tonuram; ibi. Prima Tonura non initiatur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint. Unde si qui non confirmati scienter ad Ordinationem accederent, peccarent saltem venialiter, ut tenent communis Doctores, vel etiam mortaliter, ut Jure tenent Toletus, Bonacina, Nugnus, Tannerus, Castropalaus, & alii.

Tertio requiritur, quod ordinate, & gradatim, & non 3^e per saltum Ordines suscipiant; Communis per textum in cap. unico de Clerico per saltum promotus, & Concil. Trident. sess. 23. cap. 2. de Sacramento Ordinis. Unde si qui scienter per saltum ordinarentur, recipiendo verbi gratia Presbyteratum, nondum suscepto Diaconatu, graviter peccarent, quia agerent contra preceptum Ecclesiae in re gravi. Et si quis

competebat ei legere Homilias, aut Evangelia in Matutino, quod non licebat aliis, sed ille non erat actus alicujus Ordinis. Vide verb. Foemina num. 1. (a)

An autem Hermaphroditus sit capax recipiendi Ordines? Vide verb. Hermaphroditus a num. 11.

Item ad valide recipiendos Ordines requiritur, quod Ordinandi sint Baptizati: Baptismus enim est fundamentum, & janua omnium Sacramentorum novae Legis cap. Cum itaque 112. §. final. de consecrat. dist. 4. & cap. Veniens 3. de Presbytero non baptizato, ibi: Cum Baptismus sit fundamentum omnium Sacramentorum; adeoque sine Baptismo non potest valide recipi Sacramentum Ordinis; cap. Si quis per ignorantiam 59. caus. 1. q. 1. Unde in cap. Si quis Presbyter 1. de Presbytero non baptizato, expresse statuitur; Si quis Presbyter ordinatus deprehenderit, se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur, & concordat cit. cap. Veniens 3. eodem titulo. Et casus hic nostro saeculo accidit in Calabria, ubi scelestus quidam Parochus, cum aliter non posset hostili animo, quem habebat erga quemdam Principem, satisfacere, ejus infantes, quos aqua baptismali abuebat, in peccato originali relinquebat; siquidem animum positivum habebat illos minime baptizandi, ut animae illorum a gloria excluderentur, & hoc ad vindictam inimicitiae, quam contra eorum Patrem gerebat. Sub finem vitae Parochus poenitentia ductus, crimen confessus est, unde filii illius Principis superstites (nam nonnulli sine Sacramento Baptismi decesserant) iterum baptizati sunt, inter quos unus erat ex Ordine nostro Sacerdos, Concionator, & qui Praelaturas plures Locales, ac Provinciales administraverat; & hic ad praescriptum dictorum Sacrorum Canonum cap. Si quis Presbyter 1. & cap. Veniens 3. de Presbytero non baptizato, post Baptismum iterum omnes Sacros Ordines suscepit. Sic ad litteram refert Amenus de delictis, & poenis tit. 8. §. 1. verb. Abusus in Baptismo num. 3. & sequitur Urfaya tom. 1. part. 2. disceptat. 2. num. 159.

Item ad valide recipiendos Ordines requiritur, quod Ordinandi Adulti habeant debitam intentionem virtutalem saltem externam, & voluntatem ipsos recipiendi, unde invalide suscipiunt Ordines omnes adulti invitati, vel non voluntarii, utpote vel animo repugnante, vel ficto, & simulatis tantum ipsos recipientes; Communis. * Quod si quis coactus gravis mali metu animum intendat ad suscipiendos Ordines, ut malum illud vitet, tunc utique Ordinatio valet. Si vero recipiat absque intentione interna, profecto Ordinatio non valet. Nec valet etiam, si habuerit animum indifferenter, id est nec voluntatem suscipiendi, & non suscipiendi ordines. Pro invaliditate hujus Ordinationis refertur Decretum Sac. Congregationis; De Sacrif. Missae lib. 7. cap. 10. §. 20. * Vide verb. Intentio.

Qualitates autem Ordinandum ad licite recipiendos Ordines sunt multae. Primo igitur requiritur, quod sint in statu gratiae; status enim gratiae requiritur ad licitam, & dignam receptionem cujusvis Sacramenti novae Legis; Unde si qui scienter existerent in peccato mortali reciperent aliquem Ordinem, peccarent mortaliter; Communis.

Secundo requiritur, quod sint confirmati; Communis, & 3^e habetur aperte ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 4. de reformat. ubi dicit, quod confirmati debent esse etiam, qui volunt accipere primam Tonuram; ibi. Prima Tonura non initiatur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint. Unde si qui non confirmati scienter ad Ordinationem accederent, peccarent saltem venialiter, ut tenent communis Doctores, vel etiam mortaliter, ut Jure tenent Toletus, Bonacina, Nugnus, Tannerus, Castropalaus, & alii.

Tertio requiritur, quod ordinate, & gradatim, & non 3^e per saltum Ordines suscipiant; Communis per textum in cap. unico de Clerico per saltum promotus, & Concil. Trident. sess. 23. cap. 2. de Sacramento Ordinis. Unde si qui scienter per saltum ordinarentur, recipiendo verbi gratia Presbyteratum, nondum suscepto Diaconatu, graviter peccarent, quia agerent contra preceptum Ecclesiae in re gravi. Et si quis

(a) Nota, Diaconissarum munus non erat legere Homilias, aut Evangelia in Matutino. Ad eas enim pertinebat assistere Episcopis in Baptismo ministrando feminis, eas in Fidei rudimentis instruere, eleemosynas distribuere, curam gerere Viduarum, alisque pietatis operibus se se exercere. Diaconissarum munus citius per Occidentem obsole-

vit, quam in Oriente. Concilium Epaonense in Gallis saecul. VI. vetavit in posterum Diaconissas promovere. Saecul. XIII. adhuc Constantinopoli Diaconissae vigeabant. Confer. Macri Hierosolymicon, necnon Doctiss. Gouium in Notis ad Euchologium Graecorum, in Ordinatione Diaconissae. pag. 219. & sequen.

quis sic ordinatus etiam ex bona fide, & ignorantia invincibili in susceptis Ordinibus ministraret, indigeret absolute, & respective dispensatione saltem ad cautelam; Sicque quidam Clericus Joseph Cajetanus Ghinettus per saltum ad Exorcistarum, & Acolythorum Ordines promotus, quique ex bona fide, vel ex ignorantia invincibili in susceptis Ordinibus ministraverat, absolutus, & respective dispensatus fuit ad cautelam, tum ad Ordines omisso, tum ad alios arbitrio Archiepiscopi, ut mandavit Sac. Cong. Conc. in Florentina Ordinum 5. Decembr. 1744. apud Theaurum Resolutionum t. 13.

33. Quarto requiritur, quod non sint Irregulares; Communis Irregularitas enim est inhabilitas Canonica ad Ordines suscipiendos, & in susceptis ministrandum. Unde durante Irregularitate nemo licite ordinari potest, nec in suscepto jam Ordine ministrare; cap. Saep contingit 1. de temporibus Ordinationum in 6. Quot autem, & quales sint Irregularitates, & a quibus dispensari possunt, Vide verb. Irregularitas per tot.

34. Hic adde quod si furiosus, aut infans, vel dormiens hominem mutilet, seu occidat, non sit irregularis; Communis per textum exprellum in Clementina Si furiosus unicus de homicid. ibi: Si furiosus, aut infans, seu dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc Irregularitatem incurrit.

35. An autem si infans (id est minor septennio, ex leg. Si infans 18. Cod. de iure deliberandi, ibi; Si infanti, id est minori septem annis; ex cap. Si infans unicus de deponat. impuber. in 6. & Glossa in d. Clementina Si furiosus, verb. Infans) ante septennium completum, plenum usum rationis habeat, ac sit doli capax, & occidat hominem, fiat irregularis? Negant Barbosa in cit. Clementina Si furiosus num. 6. Sayrus de Consue. lib. 6. cap. 17. num. 20. Avila in similib. tract. part. 7. disp. 6. sect. 1. amb. 13. concl. 1. Henriquez lib. 4. cap. 3. numer. 4. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 10. num. 7. Pirhing. lib. 5. Decretal. tit. 11. num. 72. & alii. Et eorum ratio est, quia in dict. Clementina Si furiosus generaliter, & absque ulla distinctione, seu exceptione dicitur, infans, si mutilet, aut occidat hominem, non fieri irregularis; Ubi autem Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, l. Non distinguimus 32. ff. de recept. arbitr. leg. Praeses 3. ff. de Offic. Praesid. cap. Quia circa 22. de privileg. Praesertim cum Irregularitas sit odiosa, adeoque potius sit restringenda, quam amplianda, ex cap. Odis 15. & cap. In penis 49. de Regul. jur. in 6. cap. Poenae 18. de penitentia dist. 1. cap. Statutum 22. de elect. in 6. l. Factum 155. §. 2. ff. de Regul. jur. l. Cum quidam 19. ff. de liberis, & posthum. cum similibus. Tum quia Irregularitas non incurritur, nisi in casibus a jure expressis, cap. Is qui 18. de sentent. excommunicat. in 6. Nullibi autem in jure expresse invenitur, quod infans ante septennium, etsi doli capax sit, ac plenum usum rationis habeat, si occidat hominem, fiat irregularis, adeoque pro tali non est habendus; quae utriusque negativa sententia est aliquantulum probabilis.

36. At vero probabilior est sententia affirmativa, quam tueritur Abbas in cap. Pueri 1. de delictis pueror. Holtensis ibidem, Covarruvias part. 3. Clement. num. 5. §. De infante, Emman. Rodriq. part. 1. Summa de Irregularit. cap. 176 conclus. 1. Pontas verb. Irregularitas casu 46. & alii plures tenentes, infans etiam ante septennium incurrit Irregularitatem ob homicidium, si plenum usum rationis habeat, & doli sit capax, itaut, ejus malitia suppleat aetatem, mortaliter peccare possit. Et ratio est, quia motivum, ob quod infans occidit ab incurso Irregularitatis in cit. Clem. Si furiosus, secundum Glossam ibid. verb. Furiosus, & verb. Infans, est, quia occiso in ipso ob defectum pleni usus rationis, non est voluntaria, cum nondum supponatur doli capax, & quid agat, ignoret, cap. Aliquos 5. causa 15. quest. 1. l. Quoniam 1. Cod. de falsa moneta, Leg. Sed etsi infans ff. ad Leg. Aquil. Leg. Infans 12. ff. ad l. Cornel. de fidei. ubi dicitur, quod si infans hominem occiderit, Lege Cornelia non tenetur, quia ipsum innocentia consilii tuerit; ergo si ante septennium jam ipsum innocentia consilii non tueatur, ex quo jam plenum rationis usum sit consequutus, & ita doli sit capax, ut mortaliter peccare possit, jam ipsi ut culpabile imputabitur homicidium, ut ob ipsum evadat irregularis; cum cessante causa, cesset effectus, cap. Cum cessante 60. de appellat. l. Cum ancillam 6. ff. de condition. ob causam, & Glossa final. ibid. & cessante ratione & causa Legis, cesset ipsa Lex, l. Adigere 6. §. 2. ff. de Jurat. tunc. Tum

quia per ipsosmet adversarios, etiam si sit major septennio, si necdum plenum usum rationis quis habeat, non fit ob commissum homicidium irregularis, quia cum excusetur a culpa, ob defectum sufficientis usus rationis ad peccandum mortaliter, excusari etiam debet a poena Irregularitatis: ergo a sensu contrario non excusabitur ab incurso Irregularitatis ob commissum homicidium, si ante septennium sit jam doli capax, & habeat plenum usum rationis sufficientem ad peccandum mortaliter, cum contrarium, & correlativorum eadem sit ratio, & disciplina, l. De iure personarum 1. ff. De his, qui sui, vel alieni juris sunt; ne ad imparia judicentur, arg. Leg. Non debet 41. ff. de Reg. jur. cap. Non licet 33. de Regul. jur. in 6. cum concordantibus apud Rotam par. 19. tom. 1. recit. dec. 1. num. 11. Ubi enim eadem est ratio, eadem debet esse Legis dispositio; leg. Ideo 27. ff. de Legib. l. Illud 32. ff. ad Leg. Aquil. & cap. Inter corporalia 2. de translation. Episcop. Cum ratio Legis sit anima Legis, leg. Cum ratio 7. ff. de bonis damnatorum.

Nec valet dicere, quod Irregularitas non incurritur nisi in casibus a jure expressis, ex cit. cap. Is qui 18. de sentent. excommunicat. in 6. & cum nullibi reperitur in jure, quod infans ante septennium etsi doli capax, & plenum usum rationis habeat, ob commissum homicidium fiat irregularis, pro tali non sit habendus. Non valet, inquam, quia licet id non reperitur in jure expresse, reperitur tamen implicite in cit. Clem. Si furiosus, ubi cum excipitur infans, & furiosus ab incurso Irregularitatis, ex quo secundum Glossam ibid. & jura adducta numero antec., ocellio non sit in ipsis voluntaria ex defectu sufficientis usus rationis ad peccandum mortaliter, videtur in ipsis firmari incurso Irregularitatis, si jam ante septennium sint doli capaces, & habeant plenum usum rationis sufficientem ad peccandum mortaliter, cum exceptio unius firmet regulam in contrarium in non exceptis; l. In his, quae 15. ff. de Legib. leg. Quaesitum 12. §. 43. ff. de instructo, & instrument. Legato, cap. Dominus 6. caus. 32. q. 7. cap. Quoniam 2. de conjugio leproso, cum similibus. Taciti autem & expressi idem est iudicium; cap. Ex part. 2. de Rescript. leg. Cum quid 3. ff. de rebus credit. & frustra exprimitur quod jam intelligitur; leg. Cornelius 69. ff. de hereditibus instituend. leg. Haec verba 3. ff. de Legatis 1. leg. Fideicommissa 11. §. Si filio ff. de Legatis 111. Tum quia in dicta Clementina videtur potius, quam defectus aetatis, considerari defectus sufficientis usus rationis; Nam, ut supra dicebatur, etiam per ipsos adversarios si major septennio necdum plenum usum rationis habeat, & hominem occidat, non fit irregularis, non obstante excessu aetatis supra septennium, ergo ex ipsa Clementina colligitur, quod minor septennio, si jam plenum usum rationis sufficientem ad peccandum mortaliter habeat, fiat irregularis ob homicidium, non obstante defectu aetatis infra septennium; In infantibus enim seu pueris magis quoad hoc est attendenda doli capacitas, quam aetatis quantitas; arg. cap. Pueris 1. de delictis pueror.

Si autem legitime dubitetur, an infans, seu puer, cum 38 homicidium commisit, fuerit doli capax nec ne, & habuerit usum rationis sufficientem ad peccandum mortaliter, probabilis censendus est irregularis; Cum in dubiis sententiam debeamus eligere tutiorem, ut ad rem statuit Clemens III. in cap. Ad audientiam 12. de homicidio; ac Innocentius III. in cap. Significasti 18. eod. ibi: In dubio tanquam homicidio debet haberi Sacerdos; & si forte homicida non sit, a Sacerdotali officio abstinere debet, cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temere celebrare; Et Honorius III. in cap. Petio 24. eod. ibi: Cum sit consultus in hujusmodi dubio abstinere, quam temere celebrare. Et concordat cap. Ad aures 7. de aetat. & qualitat. Ordinandor. cum similibus. Pontas verb. Irregularitas casu 46. num. 3. & alii plures citati, & sequuti a Pirhing. loc. cit. num. 59. in dubio facti, sed non in dubio juris; & Barbosa in cit. cap. Ad audientiam 12. de homicid. num. 2. ubi habet, quod quando certum est Irregularitatem esse jure inductam, & dubium est an hic in eum casu homicidii incidit, in utroque foro censendus est quis irregularis, cum secus in dubio juris.

Et id certius tenendum est de puero aetatis decem, vel citius annorum, si non adhibuit debitam diligentiam ad evitandum homicidium, quamvis reputetur casuale. Puer enim decem citreter annorum merito praesumendus est doli capax, & sufficientis usus rationis ad peccandum mortaliter, per text. in cap. Pueris grandisculis 1. de delictis pueror. ubi Gre-

Gregorius IX. sic expresse habet: Pueris grandisculis peccatum nolunt attribuire quidam, nisi ab annis 12. cum pubescere coeperint; Quod merito crederemus, si nulla essent peccata, nisi quae membris genitalibus admittuntur. Quis vero audeat affirmare, furta, mendacia, & perjuriam non esse peccata? At his plena est puerilis aetas. quamvis in eis non ita ut in maioribus, puniendi videantur; Ubi Glossa verb. Grandisculis, sic exponit: Grandisculis, id est doli capacibus, videlicet septem annorum. Tales enim & mentiri, & verum dicere, & confiteri, & negare possunt, ut dicit Augustinus in Epistola ad Renatum Episcopum, ut habetur in Gloss. Augustini super cap. Parvuli, de consecrat. dist. 14. Parvuli. Et de puero decem annorum, qui alium puerum casu fortuito sagitta percussit, atque occidit, Glossa in cap. Referent 2. de delictis pueror. verb. Inultum, expresse dicit: Irregularis tamen fuit effectus, & poena spirituali debet puniri, sive Canonica, quamvis de mandato Summi Pontificis fuerit absolutus a poena pecuniaria sibi ob id ab Abbate S. Remigii suo Ordinario Superiore imposita; Licet enim homicidium reputetur, & sit casuale, si non fuit adhibita debita diligentia ad ipsum evitandum, ad huc sufficientes est ad inducendam Irregularitatem, per text. in cap. Continebatur 8. de homicid. ubi ab Alexandro III. declaratur irregularis quidam Diaconus, qui in lusu praeter opinionem alium occiderat; Et concordat cap. Presbyterum 7. & cap. Ad audientiam 12. de homicid. cap. Clerico faciente 37. & cap. Eos vero dist. 10. cum similibus, ubi statuitur, quod Irregularitas incurritur etiam ob casuale homicidium, si homicida non satis, ut debuerat, praecavit periculum tertii, adhibendo debitam diligentiam ad ipsum homicidium evitandum, ut passim interpretantur celeberrimi Canonistae, & Theologi, & habetur in Summario cit. cap. Presbyterum 7. de homicid. ubi expresse dicitur: Homicidium casuale imputatur ei, qui dabit operam rei licitae, si non adhibuit diligentiam quam debuit; quod idem habetur etiam in Summario cit. cap. Continebatur 8. eod.

40. Nec obstat, quod varii alii habeantur Sacri Canones, uti cap. Lator 9. cap. Dilectus 13. cap. Ex litteris 14. cap. Ex litteris 15. cap. Significasti 16. cap. Exhibita 22. cap. Joannes 23. & cap. Quidam 24. de homicid. ubi in variis hujusmodi casibus ob homicidium casuale declaratur nullam contractam fuisse Irregularitatem. Non obstat, inquam, quia cum jura iuribus, quantum fieri potest, sint concordanda, textu expresso in cap. Cum expediat 29. de elect. in 6. ibi: Cum expediat concordare jura iuribus & concordat textus in l. Non est novum 26. & seq. ff. de Legibus, & l. unica de inofficiosis dotibus, cum similibus; ad illos Canones respondetur, quod sic ibi declaratum fuit, quia nulla ibi intervenerat culpa neque juridica, ex quo ibi debita fuerit adhibita diligentia, ne homicidium sequeretur, ut notat Glossa in cit. cap. Continebatur 8. de homicid. verb. Romani Pontificis & eruditissime advertit Pirhing. lib. 5. decretal. tit. 12. num. 57. assignando disparitatem inter casum relatum in cap. Continebatur 8. & causam relatum in cap. Lator 9. de homicid. ubi cum Covarr. Sylvest. & Molina dicit secundum Glossam, quod ideo Diaconus in cap. Continebatur declaratus fuit irregularis, quia in culpa fuit, ex quo debita diligentiam ad impediendum homicidium non adhibuerit. At vero Clericus in cap. Lator in nulla culpa fuit, cum passus tantum fuerit, & nihil alteri fecerit, nec potuerit praevidere, quod alter illum in terra projecturus esset; Unde cum nullam praevidere potuerit adhibendam diligentiam ad evitandum homicidium, cuius nullum, quantum in se erat, debuerat timeri periculum, ideo declaratum fuit nullam ipsum incurrisse Irregularitatem.

41. Unde generaliter dicendum est, quod ob homicidium casuale incurritur Irregularitas a dante operam rei illicitae, quamvis adhibuerit debitam diligentiam, ne homicidium sequeretur; Sic Glossa in cap. Tua nos 16. de homicid. verb. Congruentibus, ex l. Culpa est 36. ff. de Regul. jur. ubi dicitur, Culpa est immiseri se rei ad se non pertinenti; S. Thomas in 2. 2. quest. 64. art. 3. in corpor., ubi sic expresse concludit: Et ideo secundum jura, si aliquis det operam rei licitae, debitam diligentiam adhibens, & ex hoc homicidium sequatur, non incurrit homicidii reatum; Si vero det operam rei illicitae; vel etiam det operam rei licitae non adhibens diligentiam debitam, non evadit homicidii reatum, si ex ejus opera mors hominis consequatur, Et idem in 4. dist. 26. quest. 2. artic. 1. questumc. 2. ad 4. sic habet: Et ideo qui ignoranter hominem occidit homicidio casuali, non dicitur

homicida, nec Irregularitatem incurrit, nisi dederit operam rei illicitae; vel nisi omiserit debitam diligentiam, quia jam quodammodo efficit voluntarium, nec hoc est propter hoc quod culpa careat, quia etiam sine culpa incurrit Irregularitas; Scotus in 4. dist. 25. q. 1. litt. E. Innocentius in cap. Tua nos 19. de homicid. Fagnan. in cap. Ad audientiam 12. num. 19. de homicid. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 220. & seq. Layman lib. 3. part. 3. n. 4. Faber, Blondus, Maitrius, Pontas, verb. Irregularitas casu 47. cum Tolet. & aliis ibi citatis; & plures alii, praesertim antiquiores Canonistae absolute; & univ ersaliter volentes omnem illum, ex cuius opere illicito sequitur casuale homicidium esse irregularem, quamvis ad illud evitandum omnem cautelam, & diligentiam adhibuerit, per textum in cap. Presbyterum 7. cap. Continebatur 8. cap. Ad audientiam 12. cap. Dilectus 13. cap. Tua nos 19. cap. Joannes 23. cap. Petio 24. & cap. Quidam 25. de homicid. cap. Sententiam 9. Ne Clerici, vel Monachi, cap. De his Clericis 36. dist. 50. cum similibus. Pirhing, tamen loc. cit. num. 65. & Reiffenstuel loc. cit. num. 195. & sequent. cum Covarruvia, Navarro. Avila, Palao, Suarez, & Sanchez ibi allegatis volunt, quod probabilius Irregularitas non incurritur ob homicidium casuale dando operam rei illicitae; & adhibita debita diligentia, nisi actio illicita ex se, & natura sua inducat propinquum periculum homicidii. Vide verb. Irregularitas art. 1. num. 11. §. decimo vers. Dantes.

Hinc Clericus, qui se exercens cum sclopeto, hominem, quem non videbat, occidit, seu venando telum in feram, misit, & hominem occidit, irregularis est etiam si omnem adhibuerit diligentiam, juxta terminos l. Perspicuum 11. §. 2. ff. de penis; Fagnanus lib. 5. Decret. in cap. Ad audientiam 12. de homicid. num. 20. Sylvest. verb. Homicidium 2. num. 7. vers. Sexto. Pontas verb. Irregularitas casu 47. ubi adductis ad id variis Sacris Canonibus, adducit etiam haec praecisa verba Toleti: Clericus venationi, in qua sagitta, aut sclopeta emitti solent, incumbens, & casu occidens quantumcumque omnem prius diligentiam adhibuerit, irregularis est, quia operam dabit rei illicitae, & talibus personis prohibita, ex cap. Episcopum 1. & cap. Omnibus 2. de clerico venatore cap. Episcopum 2. & cap. Omnibus 3. dist. 34. Concil. Agathen. Canon. 55. Concil. Matriticonen. Canon. 13. Concil. Vermarien. Canon. 6. Concil. Turronen. III. Canon. 8. Concil. Parisien. part. 2. cap. 13. Concil. Nanneten. Canon. 3. Concil. Ravennaten. IV. Rubrica 17. Concil. Senonen. art. 26. Concil. Rhemen. tit. de Clericis in genere numer. 6. Concil. Lateranen. IV. Canon. 15. Concil. Tridentin. sess. 24. de reform. 4. cap. 12. Tum quia Clerici sine iusta, & necessaria causa arma deferre non possunt; cap. Nimirum 1. cap. Cum a Judatis 2. cap. Novi pila 3. cap. Clerici qui 5. cap. Quicumque ex Clero 6. caus. 23. quest. 3. cap. Clerici arma 2. de vita, & honestat. Clericor. cap. In audientia 25. de sentent. excommunicat. Clementin. 1. de vita, & honestat. Clericor. in fine cum similibus; Arma enim Clericorum debent esse orationes, & lacrymae; cap. Non pila 3. & cap. Conventio 21. caus. 23. quest. 8. cap. Si quis 3. dist. 36. cap. Porro 14. caus. 16. quest. 3. cum similibus. Vide verb. Arma per tot. & verb. Clericus art. 6. per tot. Covarruvias tamen, Cayroual, & alii citati, & sequuti a Reiffenstuel loc. cit. num. 201. volunt, Clericum vacantem venationi, ex qua sequitur homicidium casuale, non esse irregularem, si pro eo vitando debitam adhibuit diligentiam, quia licet venatio sit prohibita, & illicita Clericis ex citatis iuribus, quia tamen apud peritos ex se non est periculosa, & mortis inductiva, homicidium ex ea fortuito sequutum Irregularitatem non inducit.

Item irregularis evadit ex homicidio casuali, qui non adhibuit diligentiam, quam debuit ad ipsum evitandum, licet daret operam rei licitae; Sic expresse S. Thomas loc. cit. supra num. 41. Fagnan. in cit. cap. Ad audientiam num. 35. & sequent. cum aliis ibi allegatis; Sylvest. verb. Homicidium 2. num. 2. vers. Secundo; qui dat operam rei licitae; Pontas cit. cas. 47. & alii plurimi per text. in cap. Qui arborem 49. dist. 50. cap. Presbyterum 7. cap. Continebatur 8. & cap. Ad audientiam 12. de homicid. cap. Quaesitum 7. de poenitent. & remissionib. cum similibus. Et ratio est; quia, ut dicit Glossa in cit. c. Quaesitum verb. Negligentibus, dissoluta negligentia prope dosum est, l. Si fideiussor 29. ff. Mandati, cap. Saep contingit 50. dist. 50. & habetur pro conscientia l. Cum sex 55. ff. de adilitio edito; & quamvis hoc casu homicidium non sit voluntarium directe, quia in illud voluntas non fertur; dicitur tamen voluntarium indirecte, quia

voluntas potest illud prohibere, & non prohibet, ut declarat S. D. Thomas in 1. 2. quæst. 77. art. 7. Unde tenetur etiam de casu fortuito, licet daret operam rei licitæ; uti habetur in Summario d. c. Presbyterum 7. de homicid. sic expresse dicente: *Homicidium casuale imputatur ei, qui dat operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit*, quod idem habetur in Summario cit. cap. Continebatur 8. de homicid. Hinc Abbas, Covarruvias, & alii apud Pirhing. loc. cit. num. 62. volunt, quod incurratur Irregularitas etiam eb culpam levem, & levissimam, si talis culpa non sit in omitendo, seu non impediendo homicidium, sed sit in committendo, dum non adhibetur debita diligentia in evitando periculo homicidii proveniente ex propria positiva actione; quod & cum aliis tenet Fagnanus in cap. Quidam 25. de homicid. num. 9. & 10. dicens, quod etiam contrariæ Barbofa, Auctores concedunt culpam levissimam in committendo inducere Irregularitatem, juxta cap. Consulisti 20. cas. 2. q. 5. propterea quod ea transit in culpam levem, juxta Gloss. 2. in L. Lege Cornelia 25. ff. de Senatus consulto Silianiano. Vide verb. Irregul. art. 1. num. 11. §. Decimo vers. Assignantur.

44 Non evadit tamen irregularis ex homicidio casuali qui dat operam rei licitæ, & debitam adhibet diligentiam ad ipsum evitandum Communis per text. in cap. Dilectus 13. cap. Significasti 16. cap. Exhibita 22. & cap. Quidam 25. de homicid. cap. Qui arborem 49. c. Sæpe contingit. 50. & c. p. Si duo fratres 1. dist. 50. cum similibus. Vide verb. Irregularitas loc. cit. vers. Assignantur.

45 Neque evadit irregularis furiosus, si durante furore, occidat hominem. Communis, textu expresse in cit. Clementin. Si furiosus, unic. de homicid. quia cum tunc usum rationis non habeat, immunis est a culpa, & consequenter ab omni pena; l. Sed estis. §. 2. ff. ad leg. Aquil. cum similibus. Evadit autem irregularis, si dilucida intervalla habeat, & hominem occidat, dum sanæ mentis est; quia & in Foro Civili tunc punitur, l. Divus Marcus 14. §. Si vere ff. de Officio Præsidis, Covarruvias in cit. Clementin. Si furiosus, part. 3. num. 1. & Pirhing. loc. cit. n. 71. & communis aliorum.

46 Non est autem irregularis, quamvis gravi culpa sua in furorem, vel amentiam incidit. Pirhing. loc. cit. n. 71. Navarr. in Manual. cap. 27. n. 230. Avila de Censuris disp. 6. sect. 1. dub. 12. & alii passim. Et ratio est, quia licet prius peccaverit, superveniente tamen furore, amplius peccare non potest. & consequenter neque fieri ob homicidium irregularis, per text. in cit. Clementin. Si furiosus.

48 Item non evadit irregularis dormiens, propter homicidium a se commissum in hominis, textu expresse in d. Clementin. Si furiosus. Et ratio est, quia & is usum rationis, & libero arbitrio caret, ac furioso comparatur, ut in d. Clementin. Si furiosus & in cap. Majores 3. §. Item queritur, de Baptismo. Et sic communis Doctorum teste Covarruvia in d. Clementin. part. 3. n. 6. & Fagnan. in cit. cap. Ad audientiam 12. de homicid. num. 37. Est et tamen irregularis ob commissum casuale homicidium, si sciebat se solitum esse noctu dormiendulo et lecto surgere, arma arripere, & obvius percutere, & similia facere, & nihilominus non adhibuit debitam diligentiam ad hujusmodi periculum præcavendum, claudendo ostium, vel removendo arma, aut alias arbitrio boni viri providendo, quia tunc tale homicidium sepravissimum, & non impeditum esse indirecte volitum & intentum in causa, adeoque sufficienter culpabile ad inducendam Irregularitatem; & hunc esse puniendum poena extraordinaria, tradit Barbofa in l. Poena parricidii 9. ff. ad Leg. Pompej de parricidio; & cit communis opinio teste Covarruvia loc. cit. & Claro in §. final. q. 6. num. 13. vers. Quæro etiam, ac Fagnan. loc. cit. n. 37. ubi refert, quod Gualtelmus ponebat exemplum de quodam focio suo Anglico, qui dormiendo Pisis in Ecclesia S. Bened. prope Arnum fluvium, accessit ad filium cuiusdam alibi existentem, & ibi puerum interfecit, & dormiens ad lectum rediit, ut refert Marianus Socinus in cap. Ad audientiam num. 51. subdens se habuisse Bononiæ vicinam puellam, quæ in somnis surrexit, & panem fecit.

50 Sic pariter est dicendum de ebrio, qui dedit operam, ut inebriaretur, & sciebat se continevisse in ebrietate arma sumere, & homines ferire; hic enim procul dubio, hominem occidendo, evadit irregularis, si non adhibuit debitam diligentiam ad pericula illa cavenda, quia in tali casu homicidium saltem indirecte, & in causa est voluntarium, & consequenter sufficienter ad inducendam Irregularitatem. Sic Covarruvias in cit. Clementin. Si furiosus part. 3. num. 4. Barbo-

fa ibid. num. 10. Fagnan. loc. cit. n. 26. Pirhing. loc. cit. n. 75. Reiffenstuel loc. cit. num. 207. & ipso teste communis aliorum. Non est tamen irregularis ebrius usum rationis privatus, ob homicidium in ebrietate commissum, si ebrietas ex vino, vel alio potu, pulgquam assumabatur, forti, & generoso, vel alias inopinato, & ex improposito abique culpa bibentis accivit. Sic communis cum citatis Doctoribus, arg. cit. Clementin. Si furiosus, quia sicuti ibi declaratur, quod ob homicidium non incurratur Irregularitatem furiosus, aut infans, vel dormiens ob defectum usus rationis, ita etiam ob talem defectum eam non incurrit dicitur ebrius, quia ubi eadem est ratio, eadem debet esse juris dispositio, l. Ideo 27. ff. de Legibus, l. Illud 32. ff. ad Leg. Aquil. cap. I. ter corporalia 2. de translat. Episcop. Immo Pirhing. loc. cit. n. 74. Reiffenstuel loc. cit. num. 205. & seq. cum Covarruvia, Barbofa, Navarro, Azorio, & aliis ibi allegatis volunt, quod ebrius non incurrat Irregularitatem, etiam si voluntarie, & gravi cum culpa, se inebriet, dummodo homicidium prius non intentat, nec prævidet, nec rationabiliter prævidere possit, arg. cap. Inebriaverunt. 9. & sequent. caus. 15. q. 1. ubi Lor ob ebrietatem ex nimio vino sibi obvientem culpabilis quidem, ob incertum tamen cum filiabus in ea commissum, a culpa immunis declaratur.

Irregularitas ob homicidium casuale saltem indirecte voluntarium in casibus supra expressis, & consimilibus incurritur ab homicida, quamvis ob id non fuerit a Tribunali Laicali condemnatus, sed innocens declaratus; quia licet tale homicidium non reputetur sufficienter culpabile ad effectum condemnandi homicidam in pœnis juris, cit tamen sufficiens ad effectum incurrendi Irregularitatem, quæ incurritur etiam sine culpa, immo etiam ex facto meritorio, ut patet de pugnantibus contra infideles, & hæreticos ob defensionem Fidei, & patriæ; de deferentibus ligna pro comburendis hæreticis, ut acquirant Indulgentias; de Judicibus iuste condemnantibus reos ad mortem, & hujusmodi, propter iura, & decreta adducta, ac dicta sub verb. Bellum art. 5. a num. 5. usque in finem, & sub verb. Irregularitas art. 1. sub num. 11. ad longum de variis consimilibus casibus merito ibi videndis.

Tum quia, ut supra dictum fuit num. 39. Glossa communiter recepta Cap. Referente 2. de delictis pueror. verb. Inultum in fine, expresse dicit, quod puer decem annorum, qui alium puerum casu fortuito sagitta occiderat, esse debet irregularis, & poena spirituali debet puniri, sive canonica, quamvis de mandato Summi Pontificis fuerit omnimode absolutus a poena pecuniaria a suo Iudice Ordinario sibi imposta; Et concordat cit. cap. Puerus 1. de delictis pueror., & cit. Clementin. Si furiosus, de homicidio, ex qua Layman lib. 1. tract. 4. cap. 10. num. 7. de Legibus, colligit, quod Irregularitatem incurrit impubes, qui septenni ætatem consequutus, & doli capax voluntarium homicidium committit, prout docent etiam Sylvester verb. Homicidium 3. 2. dist. 3. Sanchez leg. 1. moral. cap. 12. num. 8. Avila part. 7. de Censur. d. 6. sect. 1. dub. 13. Pontas verb. Irregularitas casu 46. Pirhing. lib. 5. decret. tit. 12. num. 72. Reiffenstuel ibidem num. 181. & seq. testant de communi; arg. cap. Presbyterum 7. cap. Continebatur 8. & cap. Ad audientiam 12. de homicid., & cap. Is qui 3. de homicid. in 6. cum similibus.

Et etiam dato quod adesset aliqua contrarietas inter iudicia prolata secundum jura Civilia, & prolata secundum jura Canonica adhuc esset standum horum dispositioni, alia illorum relicta, per text. in c. Bene quidem 1. c. Denique 5. c. Cum ad verum 6. cap. Satis 7. & c. In scripturis 9. dist. 96. c. Ecclesia 10. de Constitutionibus, cap. Decernimus 2. de iudiciis, & cap. Relatum 11. de testamentis, ubi expresse statuitur: Mandamus, quatenus cum aliqua causa; talis ad vestrum fuerit examen deducta, non secundum Leges, sed secundum Decretorum statuta tractetis, & sic in pluribus consimilibus; & tenent Canonice communiter.

Pro dispensatione autem hujusmodi Irregularitatis ad eundem est Apostolica Sedes, cum ad id non se extendat Episcopalis auctoritas, ex cap. Continebatur de homicid. ubi Alexander III. mandat, ut Diaconus, qui homicidium, licet casuale, commiserat, non possit sine licentia Romani Pontificis ad Superiorem gradum ascendere, & ex Concilio Tridentino sess. 24. de reformat. cap. 6. Licet Episcopis in Irregularitatibus omnibus, & suspensibus ex delicto occulto provenientes (excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum) dispens-

pensare; & expresse Sac. Congregat. Conc. in Zagabrien. 17. Novemb. 1635. in responson. ad 3. apud Card. Petram 10. 2. Commentar. ad Const. unic. Gregorii VIII. sect. 1. numer. 17. ubi refert etiam decisionem ejusdem S. Cong. in Salisburgensi 14. Maji 1689. Et tanto magis id currit, si agatur de dispensatione pro promovendo, quæ difficilior conceditur, quam pro jam promotio. ex cap. Si quis 13. caus. 13. quæst. 1., & Glossa in leg. In ambiguis 85. §. Non est novum ff. de Regul. jur., & tenent Surdus consil. 174. num. 12. Pignatell. tom. 7. consult. 19. num. 1., & 3. Card. Petra loc. cit. numer. 3. Fagnan. lib. 1. decretal. in cap. Henricus 1. de Clericis pugnantibus in duello num. 25. ubi adducit insuper, quod propositum in Sac. Cong. Conc. 2. Septemb. 1613. coram Summo Pontifice dubio, An decretum Conc. Trid. cap. 7. sess. 24. de reformat. excludens voluntarium homicidam a spe dispensationis, vindicet sibi locum in eo, qui ante homicidium ad Sacros jam erat Ordines promotus; Et Eminentiſſimis Cardinalibus in diversis abeuntibus, S. D. N. idest Paulus V. probavit hanc opinionem, ut Concilium promotum non includat; Unde Panimoll. dec. 89. adnotat. 6. n. 62. Corrad. in praxi dispensat. Apostolicar. leg. 5. c. 1. n. 11. Majolus de Irregular. lib. 5. cap. 48., & alii plures recte concludunt, quod quamvis homicidium sit casuale, adhuc tamen petenda sit dispensatio a Summo Pontifice, non obstante, quod homicidium abtque culpa sit perpetratum; Et de homicidiis commissis in bello, aliisque etiam commissis ex facto meritorio ob defensionem Fidei, & hujusmodi; colligitur ex cap. Petitio 24. de homicid., & variis Sacræ Congregationis Concil. Decretis relatis sub verb. Bellum art. 5., & sub verb. Irregularitas art. 1. sub num. 11. & supra num. 55., & a Fagnan. in cit. c. Petitio, & a Card. Petra loc. cit. ubi in fine concludit, quod etiam in Militibus Hierosolymitanis (vulgo Cavalieri di Malta) illique approbata a Sede Apostolica ad pugnantium contra Infideles, et necessaria, vel præventiva, vel subsequens dispensatio Apostolica.

57 Potest tamen Episcopus dispensare super Irregularitate, orta ex homicidio casuali occulto; Sic Barbofa de Offic. & potest. Episcop. allegat. 39. num. 48. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 218. Layman lib. 5. tract. 3. part. 3. cap. 12. num. 2. Gutierrez Canon. qq. lib. 1. cap. 65. num. 13. Nicolaus Garzias de Benefic. part. 7. cap. 11. numer. 27. Miranda in Manual. Prælator. tom. 2. quæst. 8. artic. 13. conclus. 2., & 3. Marchin. de Sacrament. Ordin. tr. 1. part. 9. diff. 3. num. 9. Aazed. de præminent. Episcop. Dignitat. part. 3. cap. 6. numer. 6. Avila de censur. part. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 3. conclus. 2. Reiffenstuel lib. 5. decret. tit. 12. num. 223. Pirhing. ibid. num. 127. Rofignol. de Ordin. in communi part. 1. quæst. 3. art. 6. numer. 44., & alii plures contra Molinam, Azorium, & alios. Et ratio est, quia a Concilio Tridentino sess. 24. de reformat. cap. 6. conceditur Episcopis facultas dispensandi super omnibus Irregularitatibus provenientes ex delicto occulto, excepta Irregularitate proveniente ex homicidio voluntario, quo venit homicidium mere casuale, adeoque ibi non excipitur; cum exceptio unius firmet regulam in contrarium in non exceptis, per jura adducta supra numer. 37. præsertim cum Irregularitas sit odiosa, adeoque potius sit restringenda, quam amplianda, nec extendenda de casu ad casum, per jura adducta supra num. 35.

58 Sicque dispensare potest Episcopus cum eo, qui hominem occidit, non intendens occidere, & cum eo, qui mandavit ferro, ut alterum baculo percuteret, sed caverit, ne occideret, quia homicidium inde sequens non est proprie voluntarium respectu mandantis, sed est casuale culpabile; Sic Barbofa in Concil. Trid. cit. sess. 24. cap. 6. n. 24., & seq.; & de Offic. & potest. Episcop. cit. alleg. 39. num. 50., & seq. cum pluribus aliis ibi citatis, ubi ad id affert expressam decisionem Sacræ Congregationis in responsonem ad dubium propositum his verbis: „ An is, qui mandavit, vit alicquem baculo vulnerari, eo expresso ne occideretur, si mandataris armis percusserit, & occiderit, intelligatur incidisse in decretum Concilii sess. 24. de reformat. cap. 6. ut in omni ordinatione a Beneficio, & Officio, abtque spe dispensationis perpetuo carere debeat Congregatio, cenluit negative, cum Concilium requirat homicidium, per indultum, per insidias, & ex proposito. Sic referunt Garzias, Riccius, & alii ibi citati a dicto Barbofa numer. 52., ubi insuper refert ex Campanil., & Aloysio Riccio fuisse etiam decium, quod mandans homicidium in persona unius, si committatur in persona alterius, non incur-

Biblioth. Ferrar. Tom. V.

rit Irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario. Episcopus dispensare potest super Irregularitate proveniente ex homicidio occulto causa defensionis facto, non servato moderamine inculpatæ tutelæ; Navarr. in Manual. cap. 27. num. 239. Layman loc. cit. num. 2. Avila de Censuris disp. 6. sect. 5. dub. 5. conclus. 2. Molina de justit., & j. n. disp. 79. num. 8., & 11. Gutierrez loc. cit. lib. 5. cap. 65. num. 13. Reiffenstuel loc. cit. num. 221. Pirhing. loc. cit. num. 118. Barbofa in Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. num. 32., & cit. allegat. 39. num. 53. cum pluribus aliis ibi citatis. Et ratio est, quia hujusmodi homicidium, quamvis ob exceptum moderaminis inculpatæ tutelæ sit illicitum, & injustum, non comprehenditur sub homicidio voluntario excepto Concilio Tridentino cit. cap. 6. Immo potius licet non sit mere necessarium, necessarij vim habet, quatenus non sponte, sed coacte vitandæ mortis causa sit, & non nisi quoad modum illicitum, & injustum est.

Quando autem homicidium causa defensionis commissum, vel aliud casuale est notorium, & publicum, vel ad forum contentiosum jam deductum, super Irregularitate inde orta dispensare nequit Episcopus; Colligitur ex Tridentino sess. 24. de reformat. c. 7. ubi loquens de facultate dispensandi super Irregularitate orta ex homicidio causa defensionis, vel casualiter commisso, intelligitur de homicidio publico, vel deducto ad forum contentiosum, ut patet ex his subjunctis verbis: Qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit; & in tali casu declarat dictam dispensandi facultatem non competere de jure, nec esse commissam Episcopo, sed primum per Papam esse ei committendam; Sic Pirhing. loc. cit. num. 128. Reiffenstuel loc. cit. num. 225. Gutierrez Canon. qq. lib. 1. cap. 3. ad finem, Bonacina de Censur. disp. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 2. Sanchez de Matrimon. lib. 2. disp. 37. numer. 12. Barbofa in Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. num. 37. cum pluribus aliis ibi allegatis.

Neque potest Episcopus dispensare super Irregularitate, abtque delicto orta ex defectu perfectæ lenitatis, ut ex homicidio auctoritate publica in malefactores iuste, & recte facto a Judicibus, accusatoribus, testibus, ministris, & aliis ad mortem propinque concurrentibus, & a militibus in bello, etiam iuste pugnantibus; Sic Navarr. in Manual. cap. 27. num. 217., & lib. 5. consilior. consil. 39. de homicid. Layman loc. cit. num. 5. Suarez de Irregular. disp. 47. sect. 6. in fine, Avila de Cens. disp. 6. sect. 5. dub. 1. conclus. 1. Gutierrez loc. cit. lib. 2. cap. 6. num. 170. Garzias de Benefic. part. 7. cap. 11. num. 40. Caltropal. de Cens. disp. 6. punct. 14. §. 7. num. 6. Pirhing. loc. cit. num. 129. Reiffenstuel loc. cit. numer. 220. cum communiori, & probabiliori aliorum. Et ratio est, quia Concilium cit. sess. 24. cap. 6. concedit Episcopis facultatem dispensandi solummodo super Irregularitatibus provenientes ex delicto occulto. Irregularitas autem prædicta oritur ex defectu perfectæ lenitatis, & non ex delicto, cum tale homicidium sit iuste, & licite factum. Tum quia nullus Episcopus solet cum similibus irregularibus dispensare, sed illi ad Curiam Romanam ab omnibus dirigi solent, ut teste Reiffenstuel loc. cit. docet communis praxis, & consuetudo, quæ est optima Legum interpretis; Cap. Cum dilectus 8. de consuet., & Leg. Si de interpretatione 37. ff. de Legibus, prout etiam servat titulus Curie, qui pro Lege habetur, cap. Ex litteris 11. de Constitut. cap. Quam gravi 6. de crimine falsi.

Potest tamen Episcopus dispensare super Irregularitate, proveniente ex mutilatione quacumque etiam injusta, & voluntaria, ac directe intenta, dummodo tamen sit occultata; Sic Barbofa in Concil. Trid. loc. cit. num. 36. cum pluribus ibi allegatis, Suarez de Censur. disp. 44. sect. 1. numer. 5. Navarr. in Manual. cap. 23. num. 249. Layman loc. cit. num. 2. Reiffenstuel loc. cit. num. 226., & alii communiter. Et sic respondit expresse Sacra Congreg. Concil. ab Episcopo Cremonensi consultata, teste Fagnano leg. 1. Decretal. cap. Dilectus 15. de temporibus ordinat. nu. 29. Et ratio est, quia Concilium cit. sess. 24. cap. 6. excipit solum Irregularitatem ex homicidio voluntario proveniente, exceptio autem firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, per jura adducta supra n. 37. & dicta supra n. 35. & 57. in fine.

Quamvis Episcopus nequeat dispensare, neque ad ordines minores, sive recipiendos, sive exercendos, neque ad Beneficium simplex, super Irregularitate proveniente ex homicidio

dio voluntario; etiam occulto, cum id sit expresse prohibi- tum a Concil. Tridentino *sess. 14. cap. 7. ibi; Omni ordine, ac Beneficio, & Officio Ecclesiastico perpetuo careat, & tenent communiter Doctores.* Tamen potest Episcopus dispen- sare super Irregularitate proveniente ex homicidio casuali, si- ve indirecte tantum voluntario, quamvis notorio, ad ordi- nes minores, & Beneficium simplex; Sic expresse Barbosa *in cap. Ad audientiam 2. de homicid. num. 8. & cit. alleg. 39. num. 62.* cum Henriquez, Covarruv. Campanil. Miranda, Gerola, Bonacina, & Homobon. ibi allegatis, Layman *loc. cit. num. 3.* cum Sylvestro, Navarr. Sayro, Avila, & aliis ibi citatis, ac plures alii *ex cap. Ad audientiam 12. de homicid. ibi: Poteris concedere, ut minoribus ordinibus sit contentus, & ex cap. Henricus 2. de Clericis pugnans. in duello, ubi de simili homicidio statuitur, quod non debeat in Sacris ordi- nibus ministrare, sed ad habendum Beneficium misericorditer dispensetur;* quæ jura per Concil. *Trid.* non sunt mutata circa homicidium indirecte tantum voluntarium; Cum ipsum Concilium *cit. cap. 6.* prohibeat tantum, ne Episcopi dispen- sent cum homicida voluntario, adeoque ejus prohibitio non extenditur ad homicidas casuales; non enim facienda est ex- tensio de casu ad casum, præsertim in odiosis, per toties repetita jura allata *supra n. 35. & 37.*

Hinc juvat ad eruditionem referre, quæ ex aliis refert Pi- gnatell. *tom. 7. consult. 19. sub num. 1. §. Refert, ibi: Refert Paris de Put. de Syndicat. fol. 32. quem allegat Felin. in cap. Si quando, de Rescript. col. 2. casum, qui evenit Romæ Joanni Papæ XIII. Jussit Pontifex quemdam Romanum capi- te plecti; ac ille cum adeo clamasset, quod ob id Papa esset irregularis, ut populus de Irregularitate Pontificis scan- dalizaretur, fuit jussu Papæ liberatus. Simile contigit Hostien- si, qui cum esset Legatus Bononiæ, quidam reus pœna capi- tali condemnatus petiit, ut prius sibi permitteretur alloqui Legatum de re ardua; Quod cum obtinisset, & nihil arduum postea liberavit, turbatus Legatus dixit, suspensio necetur; Il- lo autem clamante: Vultis esse irregularis? Respondit Le- gatus; Maledictus qui te docuit; eumque remissum ad car- cerem postea liberavit, ut tradit Felinus ubi supra post Joann. de Lignano *in cap. Sententiam in sig. Ne Clerici, vel Monach. dicentem id se audivisse a Domino Paulo, dum legebat. Funda- mentum ex cap. Ex litteris, de excessib. Prælat. ubi dicitur, quod Prælati non debent imponere proprio ore senten- tiam sanguinis; dicitque Baldus post Innocent. in cap. 2. de majorit. & obed. quod licet Papa possit statuendo imponere pœnam mortis, non tamen potest exequendo; Ex quo infer- titur, quod si Papa propriis manibus occideret aliquem, sta- tim esset Irregularis. Quod dictum posset sustineri sequendo opinionem illorum, qui volunt, quod Irregularitas ex homici- dio voluntario est de jure divino, ut tenent multi in cap. Ad audientiam, de homicid. sed sequendo illos, qui dicunt, quod est de jure positivo, dictum Baldi non careret dubio, juxta Felin. *in dict. cap. 2. de majorit. & obed.* cum Papa sit supra jus positivum. *cap. Proposuit, de concessione. præbend. ubi concludit inveniri in locis per ipsum allegatis, quod quamvis Irregularitas ex homicidio habeat in se rationem, ac mentem juris Divini, per text. in §. 1. de consecrat. dist. 1. tamen super ea potest Papa ex causa dispensare; quod etiam voluit Hostiens. in cap. Sicut dignum, de homicid. & Innocent. in dict. cap. Ad audientiam eod. tit. ac Panormitan. in cap. Ego N. in fin. de jurejur. Hactenus ad litteram Pignatell. loc. cit. Cui adde, quod Papa revera non potest Canonicam Irregulari- tatem incurrere, cum ipse sit supra omne jus Canonicum; *cap. Proposuit 4. de concessione præbendæ, Fagnan. l. 5. De- cret. in cap. De cetero 11. de homicid. num. 22. Reiffenstuel loc. cit. num. 91. Pirhing. loc. cit. num. 96. Majolus de Irregu- laritat. lib. 2. cap. 4. Suarez disput. 40. lib. 7. num. 7. La Croix l. 7. num. 447. Caltropal. de Irregularit. d. 6. p. 2. num. 4. cum pluribus aliis ibi citatis.* Immo est adeo incapax Irregulari- tatis, ut statim ac evenitur ad Papatum, fiat liber etiam ab Irregularitate prius contracta, cum statim desinat esse subje- ctus juri Canonico quoad vim coactivam, & pœnas; ut recte *ex cap. Licet de vitanda 6. de election. & cap. ubi pericu- lum 3. eod. in 6. deducunt Reiffenstuel, Majolus, La Croix, Caltropal, & alii locis citatis; & jam diximus sub verb. Irre- gularitas artic. 1. sub n. 11. §. Undecimo.****

Potesit Episcopus dispensare super Irregularitate contracta ab eo, qui duos Sacros ordines, vel Acolythatum cum Sub- diaconatu eodem die susceperit, si delictum sit occultum. Item super Irregularitate occulta proveniente ab administratione

in ordinibus male susceptis. Item super Irregularitate, quam quis contraxit exercendo ordines, quos non habebat. Item super suspensione, & Irregularitate contracta ab eo, qui ante legitimam ætatem ordines susceperit. Item in suspensione contracta ab eo, qui ordines susceperit dum vinculo censure ob- strictus esset. Item in suspensione contracta a conjugato sus- cipiente ordinem Sacrum. Item in suspensione contracta ab eo, qui furtive ordines susceperit. Item in suspensione occulta, quam quis contraxit recipiendo ordines sine litteris dimissoris. Item dispensare potest cum eo, qui per saltum promotus ad ordines, celebravit. Item cum eo, qui ordines Minores sus- cepit ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatu. Item cum Simoniaco occulto. Item dispensare potest super Irregula- ritate contracta ab excommunicato celebrante, quando ex- communicatio est occulta, licet celebratio sit manifesta; Sic quoad omnes supradictos casus cum pluribus aliis Barbosa *in Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. a num. 11. ad 22. & num. 29.* dummodo in omnibus delictum sit occultum, ut etiam alii passim tenent Doctores.

Occultum autem quantum ad hoc dicitur, quod probari non potest, unde ubi delictum probari potest per duos testes, occultum non est, nec absolutum, & dispensatus est tutus in conscientia, ut declaravit *Sacra Congregat. Concil.* quæ ad du- bium; *An absolutus, & dispensatus a proprio Episcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus testibus, quod tamen non fuit notorium, esset tutus in conscientia?* Res- pondit, *Non esse tutum, quia Concilium utitur termino occulto, quod proprie loquendo est illud, quod probari non potest.* Sic refert Fagnan. *lib. 1. Decret. in cap. Requisivit 1. de ordi- natis ab Episcop. num. 38.* & verba Concilii debent accipi se- cundum proprietatem; quod repetit *lib. 3. Decretal. in cap. Vestra 7. n. 127. de cohabitac. Clericor. & mulier.*

In casibus quomodocumque occultis post Concil. Triden- tin. ex nova lege Sedi Apostolicæ reservatis nequeunt Episcopi dispensare, & absolvere, ut expresse declaravit *Sacra Congregat. Concil.* teste Fagnano *lib. 1. Decretal. in cap. Dilectus 15. de temporib. Ordinar. num. 30.* Ubi num. 37. insuper refert, eandem Sacram Congregationem approbante Pontifi- ce declarasse, quod dicta facultate dispensandi, & absol- vendi in casibus occultis tributa Episcopis a Concilio non polunt uti Cardinales in suis Titulis; quia licet habeant juris- dictionem quasi Episcopalem, ibi tamen vere, & proprie Episcopi non sunt; Sicuti neque Abbates, & alique Prælati jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, & Sedi Apo- stolicæ immediate subiecti.

Quinto requiritur, quod nulla Censura sint ligati; *Com- munitis*; qui enim sunt aliqua Censura irretiti, ipsa durante, ne queunt licite ullum ordinem suscipere, *cap. illorum 22. de sent. excomm. cap. Sæpe contingit 1. de temporib. ordinat. in 6.* Quotuplex autem sit Censura, & quid sit quælibet in specie? Vide verb. *Censura, Excommunicatio, Interdictum, & Sus- pensio.*

Sexto requiritur, quod sint in ætate Canonica constituti; *70 Communis argum. cap. Nullus 4. de temporibus ordinat. in 6.* ubi Bonifacius VIII. sub pœna suspensionis per annum ipso facto incurrenda prohibet, ne quis infanti Clericalem præ- sumat conferre tonsuram. Infantes autem quamvis illicite, valide tamen ordinantur ad quemcumque Ordinem, etiam Presbyteratus; *Communis* cum S. Thoma, S. Bonaventura, & Scoto *in 4. d. 25.* & desumitur *ex cap. unico, de Clerico per saltum promotus;* ubi de Clerico, qui ante annos discretionis inferiores Ordines susceperat, postea falso, & temere cre- dens se etiam susceperit Diaconatum, absque Diaconatu Sa- cerdos ordinatus fuerat, referibit, & statuit Innocentius III. ut post injunctam, impletamque penitentiam Diaconatus solum suppleatur, ubi clare supponit Pontifex posse quem infra annos discretionis ordinari. Nec Lex Divina reddit in- fantum incapacem Sacramenti. Immo infantes ordinantur val- ide etiam ad Episcopatum, ut communis tenent Doctores, & signanter Dominicus Sotus, Vázquez, Caltropal. Filiucc. Dicaillil. & alii apud Tamburin. *de Sacrament. lib. 7. cap. 5. §. 1. num. 12.* Sporer *loc. cit. num. 65.* cum Gobat, & Dia- na ibi citatis, & alii passim, & constat experientia fuisse Hugonem Filium Heriberti Comitis Aquitanicæ in ætate pueri- lii quinque annorum promotum ad Archiepiscopatum Rhe- mensem, ut ex aliis refert Berninus *tom. 2. de Histor. omnium heresum seculo decimo capitul. unico fol. 585.* ubi adducit S. Bernardum *Epistol. 42.* sic scribentem: *Scholares pueri, & impii adolefcentuli ob sanguinis dignitatem promoventur ad*

ad Ecclesiasticas Dignitates, & de sub ferula transferuntur ad principandum Presbyteris, Lætiore interim, quod virgas evaserint, quam quod meruerint principari, nec tam illis blan- ditur ademptum, quam adeptum imperium. Et insuper variis aliis omisiss in infanti ætate ad Episcopatum promotis, ex Historiis habetur, quod adolefcentes, & Juvenes fuerunt in- terdum ad Pontificatum assumpti, ut Joannes XII. vix natus annos duodeviginti, ut testatur Graveion *Historia Ecclesiasti- ca tom. 4. fol. 71. prima impressio Romæ, & Baronius ad annum 955. n. 3. & 4.* Et Joannes XI. fuit Summus Pontifex constitutus, cum ætatis sui ætatem trigessimam quintum vix attigisset, ut testatur idem Graveion, ubi *supra fol. 67.* Vide *73 verb. Papa art. 1. n. 54.*

Ætas igitur canonica pro prima tonsura, Ostiariatu, Le- ctoratu, & Exorcistatu sunt anni septem completi, *cap. in singulis 2. dist. 77.* Pro Acolythatu sunt anni duodecim com- pleti; *cit. cap. in singulis 2. dist. 77.* Et colligitur ex textu, & Glossa in *cit. cap. de iis 5. dist. 28. & cap. Cum nullus 4. de temporibus Ordinariorum in 6.* Pro Subdiaconatu sunt anni 21.

75 Concil. Tridentin. *sess. 23. cap. 12. de reformat. infra addu- cent.* Pro Diaconatu sunt anni 23. Concil. Tridentin. *loc. cit.* 76 Pro Presbyteratu sunt anni 25. Concil. Tridentin. *cit. sess. 23. cap. 12. de reformat. ibi: Nullus in posterum ad Subdiaconat- us Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vi- gesimum tertium, ad Presbyteratum ante vigesimum quintum ætatis sue annum promoveatur.* Qui anni requisiti a Triden- tino pro iis tribus Sacris Ordinibus sufficiens incepti, ut te- net communis Doctorum cum Barbosa *in cit. sess. 23. cap. 12. num. 2.* & in praxi receptum est apud omnes. Pro Episco- patu requiruntur anni 30. completi; *cap. 1. 2. & 4. dist. 78. & Concil. Tridentin. sess. 7. cap. 1. de reformat. & cap. Cum in cunctis, de elect. & Gregor. XIV. Constitut. incip. Unus Apostolicæ, & Communis Doctorum cum Barbosa in cit. sess. 7. cap. 1. n. 4.*

78 Septimo requiritur, quod sint scientia sufficienti instructi pro quolibet Ordine suscipiendo; *cap. 1. dist. 39.* ubi Gela- sius Papa expresse habet: *Illiteratos nullum præsumat ad Cle- ricatus Ordinem promovere, quia litteris carens sacris non po- test esse apertus Officiis.* Unde Concil. Tridentin. *sess. 23. cap. 4. de reformat. statuit, quod prima tonsura non inicietur, qui... Fidei rudimenta edoceri non fuerint, quique legere, & scribere nesciant.* Et *ibidem cap. 11.* pro Ordinibus Minoribus requirit, *ut saltem latinam linguam intelligant, & sciant que ad Officium suum spectant.* Et *ibidem cap. 13.* pro Subdiaconatu, & Diaconatu requirit, *ut sint litteris, & iis, quæ ad Or- dinem exercendum pertinent, instructi.* Et *ibidem cap. 14.* pro Presbyteratu requirit, quod ad populum edocendum ea, que scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ministrandi Sacramenta, diligenti examine procedente, idonei compro- bentur.

81 Octavo requiritur, quod ordinentur a suis propriis respec- tive Episcopis, vel ab aliis de eorum licentia, & cum suis Dimissoriis; Sic expresse Concil. Tridentin. *sess. 23. cap. 8. de reformat. ibi: Unusquisque a proprio Episcopo ordinetur; quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei etiam cunctis generalis, aut specialis rescripti vel privilegii præ- textu permittatur, nisi ejus probitas, ac mores ejusdem Or- dinarii testimonio commendentur: si scetus fiat, Ordinarium collatione Ordinum per annum, & Ordinarium a susceptorum Ordinum executione, quantum proprio ordinario videbitur ex- pedire, sit suspensus;* Et novissime Innocent. XII. Constituit, *incip. Speculatores Domus Israel.* Nono requiritur, quod ordi- nandi in sacris habeant legitimum titulum sustentationis, scilicet aut Beneficium Ecclesiasticum pacifice possessum, aut patri- monii sufficientis ad honestam sustentationem, aut Paupertatis Religiosæ, ejus scilicet, quam solemniter vovent Reli- giosi. Sic Pontificale Romanum *tit. de ordinatione Subdia- conii, & communis Doctorum.* Et ratio hujus dispositionis est, ut Clerici ordinati in sacris habeant unde honeste ali possint, ne cogantur, ut dicit Concilium Tridentinum *sess. 21. cap. 2. de reformat. cum ordinis dedecore mendicare, aut for- didum aliquem questum exercere.*

83 Ad titulum autem Beneficii, ut quis licite ordinetur, requi- ritur, quod sit Beneficium proprie dictum, quod definitur: *ius perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis ratione spiritalis officii persone Ecclesiasticæ auctoritate Ecclesiæ con- stitutum.* Vide verb. *Beneficium art. 1. a num. 6.* Et quod tale Beneficium sit sufficientis ad honestam ipsius sustentationem, & pacifice possessum. Sic expresse Tridentinum *cit. Ferrar. Biblioth. Tom. V.*

84 Non esset tamen suspensus ipse Ordinatus, si bona fide, et sine ulla sua fraude, et dolo, absque legitimo titulo ordi- naretur, ut tenent supracitati Doctores, et alii passim, *arg. cap. Cum secundum 1. de præbend. ubi suspensio. Ordinari per Jura antiqua inducta, fuit sublata ex parte bona fide, et sine ulla sua fraude ordinati, et solus Episcopus Ordinans per im- positionem oneris ordinatum sustentandi, fuit punitus; et*

sess. 21. cap. 2. ibi: Nisi prius legitime constet eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficit, pacifice possidere. Unde qui non habet Beneficium sufficientis, non debet ordinari cum supplemento patrimonii, nisi necessitas, aut utilitas Ecclesiæ id exigat. *Sacra Congregat. Concil. in Signina 18. Septembr. 1685. & in Civitatis Plebis 10. Junii 1684.* Et si Beneficium, ad cuius titulum ordinatur ab Episco- po non suo, non esset sufficientis juxta taxam sui ordinarii, esset suspensus quoad exercitium ordinum. *Sacra Congregat. Concil. in Arimin. 10. Januarii 1705.* Immo nedum ipse ordi- natus esset suspensus ab exercitio ordinum, quando pro- prio ordinario videbitur expedire, sed etiam Episcopus ordi- nans esset suspensus per annum a Collatione ordinum, & uterque subjaceret gravioribus pœnis pro modo culpæ arbi- trio Summi Pontificis intelligendis. Sic expresse statuit Inno- centius XII. 6. Novembris 1694. Constitut. incip. *Specula- tores Domus Israel.* Et tale Beneficium non potest ordinatus postmodum resignare, nisi facta mentione, quod ad illius Be- neficii Titulum sit promotus, neque ea resignatio potest ad- mitti, nisi consilio, quod aliunde vivere commode possit, aliter autem facta resignatio nulla est. Sic expresse Trid. *cit. sess. 21. cap. 2. ibi: Id vero Beneficium resignare non pos- sit, nisi facta mentione, quod ad illius Beneficii titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi consilio, quod aliunde vivere commode possit, & aliter facta resignatio nulla sit.*

Ad titulum Patrimonii, vel Pensionis, ut quis licite ordi- nari possit, requiritur, quod Episcopus judicet talem pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum esse assu- mendum, illudque Patrimonium, vel pensionem, & ad vi- tam sustentandam sufficientis esse, & vere ab ipso obtineri. Sic expresse Tridentin. *cit. sess. 21. cap. 2. ibi: Patrimonium vero, vel Pensionem obtinentes ordinari possunt non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro n. cessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspe- cto, Patrimonium illud, vel Pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ ei ad vitam sustentandam satis sint.*

Unde Clericus suscipiens Ordines Sacros cum Patrimo- nio, sicuti etiam cum ficto Beneficio, suspensionem incur- rit, *cap. Neminem 1. & cap. Sanctorum 2. dist. 70.* quo ad hoc a Concilio Tridentino *cit. sess. 21. cap. 21.* innovata, ubi: *Antiquorum Canonum pœnas super his innovanda.* Et sic pluries declarasse *Sacram Congregat. Episcop. & Regularium, & Sacram Congregat. Concilii* refert Pignatell. *tom. 5. consult. 77. num. 15. & 16.* ubi de Stylo Curie, & Praxi Penitentiariæ testatur, & plurimos assert Doctores. Sic etiam Monacell. *tom. 2. tit. 13. form. lib. 3. num. 4. & tom. 3. tit. 2. formul. 1. n. 1.* ubi ex Nicolio testatur, sic plenis votis declarasse *Sacra Congregat. Concil. 27. Novemb. 1610.* quoad eum, qui per fraudem, et culpam decepit Episcopum ordinantem fingendo se habere titulum, quæ declaratio relata reperitur in *Synodo Farsensi in tit. de Sacram. Ordin. num. 5. & tom. 4. supplement. ad 2. tom. num. 437.* ubi monet Ordinandos, quod caveant a contra- riarum sententia, quia laxa est, erronea, et pluries Decretis Sacrarum Congregationum reprobata, quæ referuntur a Pi- gnatell. *tom. 5. consult. 77. num. 15. & 16.* et ab aliis Doctori- ribus a se allegatis *tom. 2. & tom. 3. locis citatis;* Et sic etiam tenent Nicolaus Garzias *part. 2. de Beneficiis cap. 5. num. 20.* Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. allegat. 20. num. 27. & 33.* Pirhing. in *Jus Canonic. lib. 1. tit. 11. num. 112.* Reiffenstuel *ibidem num. 198.* ubi refert supradictam *Sacra Congregat. Concil. 27. Novemb. 1610.* quam refert, et tenet etiam Fagnanus *in cap. Cum secundum 16. de præbend. n. 69. in fine;* et sic te- nent alii passim per Constitutionem 35. Urbani VIII. incip. *Secretis;* ubi sic expresse habetur: *Insuper promotos hujus- modi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciaris Patrimonii titulis, scienter se ad Ordines hujusmodi pro- moveri fecerint, non solum prædictis (scilicet inter alias pœ- nas suspensionis perpetuæ absque spe dispensationis a Sede Apostolica obtinendi) verum etiam majoribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis pœnis subiectos esse volumus.*

Non esset tamen suspensus ipse Ordinatus, si bona fide, et sine ulla sua fraude, et dolo, absque legitimo titulo ordi- naretur, ut tenent supracitati Doctores, et alii passim, *arg. cap. Cum secundum 1. de præbend. ubi suspensio. Ordinari per Jura antiqua inducta, fuit sublata ex parte bona fide, et sine ulla sua fraude ordinati, et solus Episcopus Ordinans per im- positionem oneris ordinatum sustentandi, fuit punitus; et*

cit. Constit. Urbani VIII. incip. Secretis, ubi declaratur suspensum solum, qui scienter se ad Ordines huiusmodi promovendi fecerint.

92 Et tale Patrimonium, vel Pensio posthac sine licentia Episcopi alienari, aut extinguere, vel remitti nullatenus potest, donec Ordinatus Beneficium Ecclesiasticum sufficiens statui suo sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint. Sic expressit Tridentinum cit. sess. 21. cap. 2. ibi: Atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extinguere, vel remitti nullatenus possint, donec Beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint.

93 Unde Patrimonium titulum non extinguitur etiam si ordinatus acquirat alia bona, donec ab Episcopo loco Patrimonii subrogentur. Licet enim quis habeat Patrimonium sibi constitutum sub hac conditione: Donec et quousque provisus fuerit de Beneficio Ecclesiastico, aut aliunde habuerit, unde commode sustentari valeat, quo casu eveniente, patrimonium redeat ad constitutum ab Episcopo declaratione; non dicitur spoliatus tali Patrimonio, quamvis Beneficium, vel bona acquirat, sed viget Patrimonium ut prius, non obstante dicta conditione, donec ab Episcopo non fiat subrogatio; Sic declaravit Sac. Congr. Concil. 12. Julii 1687. confirmando Decreta olim emanata in Terracina. 8. Aug. 1602. & 20. Julii 1691. & idem censuit novissime in Senogallien. 20. Junii 1705. in respons. ad 4.

94 Neque ordinatus potest absque expressa licentia Episcopi donare Patrimonium libere constitutum, reservato sibi usufructu ad vitam; Sac. Congr. Concil. 10. Octobr. 1676. Neque potest absque dicta licentia Episcopi illud in Emphytheusim concedere, reservato desuper anno Canone fructibus correspondente; Sacra Congr. Concil. in Parmen. 20. Julii 1641. in qua licet concessor esset Beneficiatus, adhuc quia ordinatus fuerat ad titulum Patrimonii in Emphytheusim concessi, declaravit concessionem non sustineri, & idem probavit in alia Aquilana 24. Februar. 1652. Neque Patrimonium potest sine licentia Episcopi alienari, etiam si ordinatus consequatur Beneficium; Sacra Congr. Concil. 16. Apr. 1622. lib. 4. Decret. pag. 231. & faciunt Decreta relata supra num. 93.

95 Prohibito Concilii Tridentini alienandi Patrimonium extenditur ad Fideiussionem Ordinati, adeo ut Fideiussio, & obligatio respectu d. Patrimonii non sustineatur, si facta sit ab Ordinato sine consensu Episcopi; Sacra Congr. Concilii, quae ad dubium sibi propositum sub die 11. Martii 1642. respondit extendi etiam ad Fideiussionem, & iussit dari declarationem sequentem. Die 5. Februarii 1604. Sacra Congr. & censuit, neque in huiusmodi Patrimonio, neque in eius fructibus ad Clericum alendum necessarii executioni locum esse posse, licere autem capere in causam iudicatis eam fructuum portionem, quae quotannis superest, ultra ea, quae ad Ordinatum sustentationem, non laute, sed tenuiter vivendo, iudicis Ecclesiastici arbitrio fuerit necessaria: Possit autem ipsum Creditorem accipere in solutum, atque vendere sibi competens ad huiusmodi patrimonium, quod post mortem ipsius promoti ad Creditorem sui res hereditaria pertinet.

96 alia Aquilana 24. Februar. 1652. Neque Patrimonium potest sine licentia Episcopi alienari, etiam si ordinatus consequatur Beneficium; Sacra Congr. Concil. 16. Apr. 1622. lib. 4. Decret. pag. 231. & faciunt Decreta relata supra num. 93.

97 Prohibito Concilii Tridentini alienandi Patrimonium extenditur ad Fideiussionem Ordinati, adeo ut Fideiussio, & obligatio respectu d. Patrimonii non sustineatur, si facta sit ab Ordinato sine consensu Episcopi; Sacra Congr. Concilii, quae ad dubium sibi propositum sub die 11. Martii 1642. respondit extendi etiam ad Fideiussionem, & iussit dari declarationem sequentem. Die 5. Februarii 1604. Sacra Congr. & censuit, neque in huiusmodi Patrimonio, neque in eius fructibus ad Clericum alendum necessarii executioni locum esse posse, licere autem capere in causam iudicatis eam fructuum portionem, quae quotannis superest, ultra ea, quae ad Ordinatum sustentationem, non laute, sed tenuiter vivendo, iudicis Ecclesiastici arbitrio fuerit necessaria: Possit autem ipsum Creditorem accipere in solutum, atque vendere sibi competens ad huiusmodi patrimonium, quod post mortem ipsius promoti ad Creditorem sui res hereditaria pertinet.

98 Patrimonium constitui potest etiam in Censibus; dummodo constituentes tale Patrimonium in forma Juris valida se obligent, quod in casu redemptionis pro sufficienti ordinati victu providebunt, donec iterum investiantur; Sacra Congr. Concil. in Nullius 21. Junii 1629. lib. 14. Decret. pag. 109.

99 Ordinibus Sacris initiari non potest, qui bonis cessit; Sacra Congr. Concil. in Atrien. 23. Junii 1725. apud Urfayam in Missell. 1. Sacro. & profano lit. O. num. 82.

100 Ad titulum Paupertatis, seu Professionis Religiosae ut quis licite ordinari possit, requiritur, quod sit vere professus; Pontifical, Roman. rit. de ordinatione Subdiaconi, & Communis Doctorum. Unde Novitii sine titulo Beneficii, vel Patrimonii, aut Pensionis nequeunt promoveri ad Sacros Ordines, arg. Concil. Trid. cit. sess. 22. Cap. 2. & expressit S. Pius V. Const. 75. incip. Romanus Pontifex. Vide verb.

101 Novitius n. 89. Et hoc ipsum habet locum non solum in Novitiis, seu non Professis, sed etiam in nulliter professis; Vi-

102 Novitius n. 90. Patres autem Societatis Jesu, qui tria vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiae in Societate emiserunt, de licentia Praepositi Generalis possunt promoveri ad Sacros ordines absque titulo etiam ante Solemnem

103 de d. verb. Novitius n. 90. Patres autem Societatis Jesu, qui tria vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiae in Societate emiserunt, de licentia Praepositi Generalis possunt promoveri ad Sacros ordines absque titulo etiam ante Solemnem

104 Professionem. Vide ibid. num. 91. Patribus Societatis Jesu sic ordinatus nulla debentur alimenta a dicta Societate, si contingat eos ante Solemnem Professionem a Praeposito Generali a dicta Societate dimitti; Vide ibid. num. 92.

Pro huius articuli complemento addendum est, quod in 105 calculandis redditibus Beneficii pro titulo Ordinandi non sunt detrahenda onera Missarum eidem Beneficio adjecta, maxime si Ordinandus, donec ascendat ad Sacerdotium, pro rata Missarum aliunde habeat unde vivere possit. Sic tenent Urfaya tom. 5. part. 1. discept. 4. per tot. Card. de Luca in tract. de donationibus disc. 11. Lamperez in veter. Ecclesia disciplina n. 366. fol. 209. P. Ludovic. Nogueira quest. singul. disp. 1. tit. de Sacram. q. 26. n. 3. fol. 35. Joannes Morinus in Commentar. ad Const. 44. Innoc. XII. incip. Speculatores, Monacell. tom. 1. tit. 3. form. 13. num. 2. & in Append. adnotat. ad dictam Constitutionem Innocentii XII. n. 1. & alii. Quamvis enim in d. Constitutione Speculatores §. Licet vero requiratur, quod Beneficium sit talis redditus, ut ad congruam vitam sustentationem, sive juxta taxam Synodalem, sive ea deficiente, juxta morem Religionis promovendis ad Sacros ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, tamen illa verba detractis oneribus, non sunt referenda ad onera Missarum, sed ad alia onera etiam post emanatam dictam Innocentii XII. Const. ut declaravit S. C. Conc. in Signina ordinationis 14. April. 1696. et in Neapolitana, seu Scalen. 18. Febr. 1701. apud Monacell. tom. 1. tit. 3. form. 13. n. 2. et in Appen. adnot. ad d. Constitutionem Innoc. XII. inc. Speculatores n. 11. & in Firmiana Capellanica 14. Januarii 1708. apud Urfayam tom. 5. part. 1. discept. 4. n. 49. qui eod. tom. 5. in additionibus §. 4. refert, quod proposita causa in S. C. Conc. die 17. Julii 1723. sub dubio: An Beneficio, seu Capellania, ad cuius titulum quis intendit ad Sacros ordines promovendi, detrahenda sint onera Missarum eidem adjecta, quando Beneficiatus non tenetur eas per se ipsum celebrare. Vel potius oneribus Missarum non detractis, sive illae celebrandae sint per se ipsum, sive possint celebrari per alium, faciendus sit calculus omnium fructuum pro constituenda Summa a Synodali Constitutione, vel Regionis more requisita pro Sacris ordinibus suscipiendis? Responsum fuit: Esse relinquenda arbitrio, & conscientiae Ordinatariorum.

106 Onera, ad quae referri debent verba illa detractis oneribus, & detrahi debent a fructibus Beneficii, sunt contributio pro fabrica Ecclesiae, & refectione domus beneficiatus, Census, sive tributa super possessionibus Beneficii imposita, Pensiones a Beneficiato solvendae, expensae necessario faciendae pro paramentis, hostiis, cereis, pro visitatione, Cathedralico Seminario, Salario Ministrorum Ecclesiae, & huiusmodi. Sic Card. de Luca de Beneficiis disc. 90. n. 80. Monacell. t. 1. in Appendice loc. citat. Urfaya cit. disceptat. 4. numer. 40. & alii.

107 Non autem, ut dictum fuit, sunt onera Missarum, sive per se ipsum, sive per alium a Beneficiato celebrandarum, nisi numerus Missarum esset ita excessivus, quod superaret Missam quotidianam, nec possent omnes Missae per Capellanum, seu Beneficiatum intra annum celebrari, vel essent Beneficio adjecta multae Missae in cantu majori elemosyna per alios ab ipso Beneficiato quotannis celebrari faciendae, quia in tali casu detractis his stipendiis, fructus Beneficii taxam Synodalem, vel Regionis morem non exaequant, adeoque tale Beneficium non esset sufficiens titulus, ut Beneficiatus promoveri posset.

108 Alias autem non, quia licet obligationes Missarum Beneficio annexae vocentur quoque onera, quia tamen stipendium earum percipitur, seu percipi potest ab eodem Beneficiato, cedit in congruam sustentationem ipsius, & sic non debent detrahi a supputatione, cum per ipsas Ordinatus diminutionem non patiat in redditibus, sicuti illam non patitur ordinatus ad titulum Capellaniam perpetuam cum obligatione per se, vel per alium quotidie celebrandi, ut recte advertunt Lamperez l. cit. Urfaya l. cit. n. 20. & alii. Tum quia haec videmus practicari in dies in Ecclesiis receptiis, in quibus Sacerdotes ordinantur ad titulum aggregationis, vel adscriptionis dictis Ecclesiis, cum obligatione celebrandi tot determinatas Missas, vel ad ratam reddituum; dummodo illi sufficiant ad congruam ordinatariorum sustentationem; & tamen nullum aliud obtinent emolumentum, nisi ratione Missarum, quae celebrari debent juxta praefata verba Card. de Luca, de donationibus disc. 11. n. 8. loquentis ad praecitum effectum nostri casus; & in adnot. ad Conc. Trid. disc. 14. num. 39. expressit dicit: Assumunt Sacerdotium, quod sufficientem provisionem ad victum praeberet solum cum elemosyna celebrationis Missae diurnae; quem sequitur Urfaya d. discept. 3.

109 Nec officit, quod Ordinandus possit ratione absentiae, irregularitatis, seu Censurae incurri, morbi incurabilis, vel delicti, se impotentem reddere ad celebrandas per se ipsum Missas Beneficio annexas, & cum in tali casu Missarum celebrationi per alium teneretur latissimae, non amplius remaneret ei rata pro congrua sustentatione, & dispositio Concilii Trid. sess. 21. Cap. 2. de reform. & d. Constitutionis Innocentii XII. non observaretur. Non officit, inquam, quia etiam Beneficium, seu Sacrum Patrimonium constitutum super domibus, praediis, Censibus, locis montium, & huiusmodi, licet ab omni onere exemptum, subjacet multis periculis, ac majoribus infortuniis sterilitatis, siccitatis, incursumibus hostilibus, cessationis, seu diminutionis locorum, montium, & huiusmodi; & sic in totum, vel in parte reddi potest infructiferum, & inutile, tamen ex communi omnium Curiarum Ecclesiasticarum praxi haec pericula, & infortunia non attenduntur, sed solum exquiritur, & attenditur rigorosa recognitio faciendi a peritis circa Beneficii, seu Sacri Patrimonii redditus faciendi tempore constitutionis ipsorum: Leges enim adaptantur ad ea, quae ut plurimum contingunt, non autem ad illa, quae raro accidunt, & ab accidentibus casibus dependunt, ad Text. in Authent. Ut sine prohibitione matres, ibi: Quod raro fit &c. non observant Leges, sed quod plerumque, & respiciunt, & medentur, & in l. Ex his, ff. De Legibus, ibi: Ex his, quae forte uno aliquo casu accidere possunt jura non constituantur, & in l. Nam ad ea, ff. eod. ibi: Ad ea potius debet aptari jus, quae & frequentior, & facili, quam quae raro eveniunt. Unde in nostro casu, cum Ordinandus regulariter per se ipsum Missas Beneficio annexas celebrare possit, & sic percipere integros fructus Beneficii, verificatur, quod habet validum, & sufficientem titulum, ut ordinari possit, juxta Decreta Sacrae Congregationis Concilii, allegata supra n. 70. ut recte docet Monacell. cit. t. 2. tit. 3. form. 13. num. 3. & cum alii Urfaya cit. discept. 4. per tot. ubi n. 74. concludit expressit: Cum Missarum nunquam detrahendum esse ab illo Beneficio, seu Capellania, ad cuius jus titulum quis ordinari cupit, sive Missae praefatae celebrandae sint per Beneficiatum, sive celebrari possint a quocumque alio Sacerdote, sed esse faciendum cumulum omnium fructuum Beneficii, seu Capellaniae, ad constituendum Summam a Synodali Constitutione, & in illius defectum, a solito Regionis pro Sacro Patrimonio requisitam.

110 Tum quia potest quis promoveri ad Sacros Ordines ad titulum Beneficii residentialis, cuius fructus una cum Distributionibus quotidianis sufficiunt ad congruam & honestam Beneficiati sustentationem, quamvis multis de causis possit contingere, quod Beneficiatus nequeat ipsas Distributiones quotidianas lucrari, ut expressit declaravit S. C. Conc. in Perona regitratu in lib. 15. Decret. fol. 443. ibi: Possit Clericum ceteris requisitis necessariis concurrentibus ad Sacros Ordines promoveri ad titulum Capellaniam, cuius fructus una cum Distributionibus quotidianis ad victum honeste sufficiunt, sic apud Urfayam citat. tom. 5. part. 1. discept. 5. num. 30.

111 Ad complementum huius articuli advertendum est, quod circa preces, vel Missas, quae in Ordinatione injunguntur ab Episcopo, secundum Pontificale Romanum, ipse Episcopus sic dicit: Singuli ad primam Tonturam, vel ad quatuor minores Ordines promoti dicite semel septem Psalterium Penitentiales cum Litanis, versiculis, & orationibus. Ad Subdiaconatum, vel Diaconatum, Nocturnum talis diei. Ad Presbyteratum vero ordinati post primam vestram Missam tres alias Missas, videlicet unam de Spiritu Sancto, aliam de B. Maria semper Virgine, tertiam de Fidelibus defunctis dicite, & Omnipotentem Deum etiam pro me orate. Quod illi devote suscipiunt, & respondent, sic facturos. Unde Suarez. Azorius. Lessius. Layman, & alii cum Averia qu. 2. scilicet 13. volunt, ista perolvenda esse sub mortali; quam sententiam Stephanus tract. 5. disp. 4. num. 72. dicit esse probabiliorum; Quia Episcopus potest, & quando aliud non declarat, censeri debet graviter imperare; cum haec materia sit gravis. E contra Diana, Sotus, Valentia, Cattropal. Pellizzar. Lohner, Gobat Experiment. tract. 3. n. 713. et tr. 107. n. 771. detrahunt esse tantum obligationem decentiae, non autem sub peccato praeteritum mortali; Quia

licet sub mortali possint id Episcopi imperare, tamen id haec tenus non declaraverunt. Unde videtur tenenda benignior sententia, quod non peccetur mortaliter, sed solum venialiter, si id negligatur. La Croix lib. 5. p. 2. n. 1319. argum. c. Statutum 22. de election. in 6. cap. In panis 49. de Regul. Juris in 6. l. Cum quidam 19. ff. de liberis, et posthumis: La Croix lib. 5. §. 2. ff. de Regulis Juris.

Nocturnum autem, quod praescribitur Subdiaconis, & Diaconis, non necessario est illud ipsius diei, quo fit Ordinatio, sed cujuscumque, quem Episcopus designat. Gobat loc. cit. tract. 8. n. 772. La Croix loc. cit. n. 2320. & alii. Si vero Episcopus nullum determinatum diem designat, probabilis debet recitari Nocturnum talis diei Ordinationis, uti colligitur ex verbis Romani Pontificalis ab Episcopo post Ordinationem prolatis, nempe, Ad Subdiaconatum, vel Diaconatum Nocturnum talis diei, ut patet n. antecedenti. Sic Gobat loc. cit. num. 772. & alii. Missae tamen Presbyteris adjunctae non debent necessario celebrari primis diebus post Ordinationem, impeditis post ipsam Missam, sed primis diebus non impeditis, id est quibus licebit post primam Missam Missae votivae, & de Requiem. Ita Semyei de Missa num. 152. La Croix l. c. n. 2210. & alii. Et has tres Missas possunt Neo-Presbyteri offerre pro quibuscumque voluerint, stipendium accipiendo. (Hoc tamen non est certissimum). Et sufficit quod pro Episcopo ordinante orent, ut patet ex verbis solitis ab Episcopis post Ordinationem proferri, relatis numero antecedenti, ibi: Et Omnipotentem Deum etiam pro me orate.

Item possunt Neomyta primam Missam cum Episcopo ordinante lectam seu celebratam, offerre pro altero, non aliter ac si soli illam legerent; Reipia enim consecravit, & substantialiter ponunt Sacrificium; At vero videtur, quod pro tali Missa non possint stipendium accipere, quia petens, & offerens elemosynam pro una Missa censetur velle aliam, cum omnibus ordinariis caeremoniis, actionibus solitis ad Altare peragendam; Tum quia dubium est, an consecratur cum dubium sit quod forte verba consecrationis non absolvant cum Episcopo, sed post, jam ab ipso perfecta consecratione.

Hinc monendi sunt Neomyta, quod omni diligentia curent verba consecrationis incipere, & absolvere una cum Episcopo, non ante, nec post; Sicque consultum est, ut consimilem forent intentionem: Si verba consecrationis incipero, & absolvero cum Episcopo, volo consecrare; alias non; quia si aliquis Neo-Presbyter absolute volens consecrare, verba consecrationis absolvet ante Episcopum, Episcopus nihil consecraret, cum jam esset tota materia consecrata; quod videtur inconveniens; Et e contra si dicta verba absolvet post Episcopum, ipse Neomyta nihil potest consecrare, quia nihil superesset consecrabile, adeoque frustra proferret formam volens consecrare, ut recte notat Gobat tract. 3. n. 141. Suarez, Averia, citati, & sequuti a La Croix l. cit. n. 2322. ubi subdit, quod ad tollendum omnem scrupulum sufficit quod Neo-Presbyter conetur verba absolvere cum Episcopo, & velit solum facere, quod ibi vult fieri Ecclesia, aut sicut meliori modo fieri potest; Uti cum aliis monet etiam Gobat l. c. tract. 3. n. 131. Quamvis tamen nullam (praeter consuetudinem & praescriptum Pontificalis) extare legem positivam obligantem sub gravi Neomytas profere illa verba consecrationis, seu tunc consecrare una simul cum Episcopo, tradat cum aliis Gobat loc. cit. n. 133. ipsumque etiam citet La Croix l. c. n. 2322. recte concludens nihilominus esse standum consuetudini Ecclesiae & praescripto Pontificalis.

Ordinationes Ministrorum Ecclesiae cum magno defectu fieri jubentur, Benedictus XIV. Const. incip. Vbi primum. Ordinandi examinari debent in doctrina Christiana. Idem Const. 42. incip. Etsi minime, §. 10. & docere debent, & operam dedisse instruendis fidelibus in doctrina Christiana. Ibidem §. 6.

Etas in Ecclesia Occidentali requisita ad recipiendos Ordines assignatur ab eodem Pontifice Const. 128. tom. 1. incip. Eo quavis tempore, §. 19. Vide verb. Etas. Pro recipiendis Ordinibus quoad Graecos, eadem, quae pro Latinis, requiritur. Idem Constitut. 56. tom. 1. incipient. Etsi, §. 7. num. 19.

Hinc Ordinatio infantis est illicita, sed valida, & ordinatus in infantili aetate non tenetur ad onera Ordini Sacro adnecta, nisi ordinationem ratam habuerit, sive expressit, sive tacite; nec ministrare potest in ordine suscepto ante complementum aetatis legitime. Idem cit. Constitut. Eo quavis tempore §. 20. 21. 22. 23. & 26.

licet sub mortali possint id Episcopi imperare, tamen id haec tenus non declaraverunt. Unde videtur tenenda benignior sententia, quod non peccetur mortaliter, sed solum venialiter, si id negligatur. La Croix lib. 5. p. 2. n. 1319. argum. c. Statutum 22. de election. in 6. cap. In panis 49. de Regul. Juris in 6. l. Cum quidam 19. ff. de liberis, et posthumis: La Croix lib. 5. §. 2. ff. de Regulis Juris.

Nocturnum autem, quod praescribitur Subdiaconis, & Diaconis, non necessario est illud ipsius diei, quo fit Ordinatio, sed cujuscumque, quem Episcopus designat. Gobat loc. cit. tract. 8. n. 772. La Croix loc. cit. n. 2320. & alii. Si vero Episcopus nullum determinatum diem designat, probabilis debet recitari Nocturnum talis diei Ordinationis, uti colligitur ex verbis Romani Pontificalis ab Episcopo post Ordinationem prolatis, nempe, Ad Subdiaconatum, vel Diaconatum Nocturnum talis diei, ut patet n. antecedenti. Sic Gobat loc. cit. num. 772. & alii. Missae tamen Presbyteris adjunctae non debent necessario celebrari primis diebus post Ordinationem, impeditis post ipsam Missam, sed primis diebus non impeditis, id est quibus licebit post primam Missam Missae votivae, & de Requiem. Ita Semyei de Missa num. 152. La Croix l. c. n. 2210. & alii. Et has tres Missas possunt Neo-Presbyteri offerre pro quibuscumque voluerint, stipendium accipiendo. (Hoc tamen non est certissimum). Et sufficit quod pro Episcopo ordinante orent, ut patet ex verbis solitis ab Episcopis post Ordinationem proferri, relatis numero antecedenti, ibi: Et Omnipotentem Deum etiam pro me orate.

Item possunt Neomyta primam Missam cum Episcopo ordinante lectam seu celebratam, offerre pro altero, non aliter ac si soli illam legerent; Reipia enim consecravit, & substantialiter ponunt Sacrificium; At vero videtur, quod pro tali Missa non possint stipendium accipere, quia petens, & offerens elemosynam pro una Missa censetur velle aliam, cum omnibus ordinariis caeremoniis, actionibus solitis ad Altare peragendam; Tum quia dubium est, an consecratur cum dubium sit quod forte verba consecrationis non absolvant cum Episcopo, sed post, jam ab ipso perfecta consecratione.

Hinc monendi sunt Neomyta, quod omni diligentia curent verba consecrationis incipere, & absolvere una cum Episcopo, non ante, nec post; Sicque consultum est, ut consimilem forent intentionem: Si verba consecrationis incipero, & absolvero cum Episcopo, volo consecrare; alias non; quia si aliquis Neo-Presbyter absolute volens consecrare, verba consecrationis absolvet ante Episcopum, Episcopus nihil consecraret, cum jam esset tota materia consecrata; quod videtur inconveniens; Et e contra si dicta verba absolvet post Episcopum, ipse Neomyta nihil potest consecrare, quia nihil superesset consecrabile, adeoque frustra proferret formam volens consecrare, ut recte notat Gobat tract. 3. n. 141. Suarez, Averia, citati, & sequuti a La Croix l. cit. n. 2322. ubi subdit, quod ad tollendum omnem scrupulum sufficit quod Neo-Presbyter conetur verba absolvere cum Episcopo, & velit solum facere, quod ibi vult fieri Ecclesia, aut sicut meliori modo fieri potest; Uti cum aliis monet etiam Gobat l. c. tract. 3. n. 131. Quamvis tamen nullam (praeter consuetudinem & praescriptum Pontificalis) extare legem positivam obligantem sub gravi Neomytas profere illa verba consecrationis, seu tunc consecrare una simul cum Episcopo, tradat cum aliis Gobat loc. cit. n. 133. ipsumque etiam citet La Croix l. c. n. 2322. recte concludens nihilominus esse standum consuetudini Ecclesiae & praescripto Pontificalis.

Ordinationes Ministrorum Ecclesiae cum magno defectu fieri jubentur, Benedictus XIV. Const. incip. Vbi primum. Ordinandi examinari debent in doctrina Christiana. Idem Const. 42. incip. Etsi minime, §. 10. & docere debent, & operam dedisse instruendis fidelibus in doctrina Christiana. Ibidem §. 6.

Etas in Ecclesia Occidentali requisita ad recipiendos Ordines assignatur ab eodem Pontifice Const. 128. tom. 1. incip. Eo quavis tempore, §. 19. Vide verb. Etas. Pro recipiendis Ordinibus quoad Graecos, eadem, quae pro Latinis, requiritur. Idem Constitut. 56. tom. 1. incipient. Etsi, §. 7. num. 19.

Hinc Ordinatio infantis est illicita, sed valida, & ordinatus in infantili aetate non tenetur ad onera Ordini Sacro adnecta, nisi ordinationem ratam habuerit, sive expressit, sive tacite; nec ministrare potest in ordine suscepto ante complementum aetatis legitime. Idem cit. Constitut. Eo quavis tempore §. 20. 21. 22. 23. & 26.

Hinc Ordinatio infantis est illicita, sed valida, & ordinatus in infantili aetate non tenetur ad onera Ordini Sacro adnecta, nisi ordinationem ratam habuerit, sive expressit, sive tacite; nec ministrare potest in ordine suscepto ante complementum aetatis legitime. Idem cit. Constitut. Eo quavis tempore §. 20. 21. 22. 23. & 26.

Quia

- 119 Quare pro ordinatis apud Cophtos ad Diaconatum in infantili etate, præscribitur exploratio voluntatis, quæ fiat ad normam Concilii Toletani secundi post expletum annum decimum sextum. *Ibidem* §. 27. 28. Si quis secularia vota elegerit, suspensus erit ab exercitio Ordinis Sacri. *Ibidem* §. 22. Nec tenebitur ad recitationem Horarum Canonica- rum. *Ibidem* §. 28. Et nuptias etiam iterato contrahere poterit. *Ibid.* §. 28. Et 29. Eligentibus autem perseverare in ministerio Ecclesiæ, prohibentur secundæ nuptiæ, & omnis bigamia sub pœna depositionis. *Ibid.* §. 30. 31. 32.
- 120 Ordinationes ad ordines majores in Cathedrali, vel insigniori Diocesi Ecclesiæ haberi debent. Idem Constitut. incip. *Ad audientiam* §. 17. ex Concil. Trident. sess. 23. cap. 8. de Ref. Id tamen intelligendum est de ordinationibus generalibus. *Ibidem* §. 18. Ex minori tamen interpretatione, apud omnes recepta, non prohibetur Episcopus, quin iusta aliqua suadente causa, possit aliquos privatim in Episcopii sacello majoribus ordinibus initiare. *Ibidem*. An autem, quod de Capella Episcopi, id ipsum dicendum sit hac in re de Capella Cardinalis Episcopi suburbicarii in Urbis palatio.
- 121 sita? Vide dicta verb. *Cardinales*, Art. 3. a num. 30. Ordinari a quo debebant subditi Episcopis suburbicariis, & a quo exteri in Urbe commorantes? Vide loc. cit. & verb. *Vicarius Urbis*.
- 122 Ordinari a Pontifice possunt Clerici de quacumque Ecclesia, sive Diocesi, non solum ut eorum opera utatur, sed etiam honoris causa. Idem Constitut. incip. *In postremo*, §. 16. Ordinatus a Papa, etiam honoris causa, sine licentia Papæ non potest ab inferiori ad superiores ordines promoveri. *Ibidem* §. 3. & 7. ordinatus a Papa non est propterea a jurisdictione sui Episcopi exemptus. *Ibidem* §. 18.
- 123 Episcopus potest ob crimen occultum, etiam extrajudicialiter cognitum Clericis interdicare ascensum ad ordines superiores, & susceptorum ministerium seu exercitium; *De Synodo Diac. lib. 7. cap. 71. num. 3. ad 5.* ubi licite adlocuntur Concilii Tridentini sess. 14. cap. 1. de Reformat. & Decreta Sacræ Congregationis ejusdem Concilii interpre. in *Aleriensis die 24. Novembr. 1657. in Capitanen. 16. Decembr. 1730.*
- 124 Episcopus potest ob crimen occultum, etiam extrajudicialiter cognitum Clericis interdicare ascensum ad ordines superiores, & susceptorum ministerium seu exercitium; *De Synodo Diac. lib. 7. cap. 71. num. 3. ad 5.* ubi licite adlocuntur Concilii Tridentini sess. 14. cap. 1. de Reformat. & Decreta Sacræ Congregationis ejusdem Concilii interpre. in *Aleriensis die 24. Novembr. 1657. in Capitanen. 16. Decembr. 1730.*
- 125 Et in *Oricana seu Tarentina 20. Augusti. 1735. ut in Thefauro Resolutionum tom. 5. & 7.* Et adeo verum est, posse Episcopum, virtute prædicti Decreti Concilii Tridentini ex causa sibi nota Clericum interdicare tam Sacrorum exercitio, quam ascensu ad altiores ordines, ut neque teneatur *Causam suspensionis seu delictum manifestare ipsi reo, sed tantum Sedi Apostolicæ, si suspensus ad eam recursum habuerit*, quod præcisè verbis respondit Sac. Congregat. Concil. Episcopo Vercellensi die 21. Martii 1643. *lib. 7. Decret. pag. 170. & seqq.*
- 126 Et universim loquendo, Episcopum reuocantem alicui ordines conferre, nullo jure obstringi ad manifestandam causam, cur eum repellat, neque ei, qui repulsus est, nullam competere appellationem, sed tantum permitti adire Sedem Apostolicam, eique suas querelas exponere, declaravit Sac. Congregatio in *Remenfis die 21. April. 1658. Ibidem num. 14. Et num. 15.* additur, quod si licet suspensus ab Episcopo, nihilominus appellationem interponere ejusque obtentu, in Altari ministrare, seu quovis modo suum ordinem solemniter exercere presumat, statim incidat in irregularitatem, uti quicquid in contrarium fenserint nonnulli Doctores, expresse desinuit ead. Sac. Congregat. Concil. in *Sagonen. 21. Junii 1626. lib. 24. Positionum pag. 1. libi: Episcopus Sagonensis ex facultate sibi attributa Decreto Concilii cap. 1. Sess. 14. ex causis sibi notis suspendit Parochum ab exercitio Curæ; sed ille appellavit, & præcepto Episcopi contempto, celebravit, & curam exercuit. Queritur, an a dicta suspensione detur appellatio, ita ut Parochus, non obstante appellatione interposita, per exercitium curæ effectus fuerit irregularis? Sac. Congregat. Concil. censuit, ab hujusmodi suspensione non dari appellationem; & Parochum, qui Sacramenta, ut supra, ministravit, irregularitatem contraxisse. Hæc Benedict. XIV. loc. cit. qui subjungit, id tamen ab Episcopo non debere in Synodo statui, & declarari. Vide tom. 7. verb. *Suspensio* art. 7. per tot. & signanter n. 12.*
- 128 * Beneficium, ad cuius titulum ordines conferuntur, debet tantum ex redditibus ferre, quantum sufficit ad Clerici honestam sustentationem, juxta taxam ab Episcopo definiendam; detractis tamen oneribus, non tamen Missarum, saltem nisi aliter Episcopus statuerit. Si vero Clericus ordinatur in loco Domicilii, & Beneficium obtineat in alia

Diocesi, tunc si beneficium possit perpetuam residentiam, sustentatio ista dirigenda est juxta taxam Synodalem loci, ubi est beneficium; secus vero statuentium est, si residentiam non exposcat, juxta ac statuit Innocentius XIII. in sua Constitut. incip. *Apostolici Ministerii*. Hæc *De Synod. Diac. lib. 7. cap. 72. §. 2.*

Ordines Sacri conferendi sunt primario titulo Beneficii Ecclesiastici; nec nisi in subsidium pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum conferri possunt ab Episcopo ad titulum Pensionis, vel Patrimonii, ex Tridentino sess. 21. cap. 2. de Reformat. Nec nisi concurrat necessitas vel commoditas Ecclesiæ, licitum id esse edixit Sacra Congregatio Concilii in Encyclica die 13. Martii 1679. jussu Innocentii XI. exarata; *Instit. Eccles. 26. §. 2.*

Ad ordines conferendos censet Pontifex ex Concil. *Trid. sess. 23. de Reformat. cap. 2.* non esse positum in arbitrio Episcopi, ut ordines minores det ignorantibus linguam latinam, si ipem ostendant futuri profectus; nam Concilium exigit, ut saltem linguam latinam intelligant; & arbitrium Episcopi, de quo ibidem cadit super interstitia, non super scientiam latinæ linguæ. *Instit. Eccles. 42. §. 2.*

Quoniam vero ad Sacros ordines requirit Tridentinum *ibid. can. 14.* scientiam requisitam ad docendum populos necessaria ad salutem, ac ad ministranda Sacramenta; ideo Subdiaconatu convenit ut præcedat annus integer studii, si ve Theologiæ moralis, si ve Scholasticæ, si ve Juris Canonici. Biennium vero ad Diaconum ordinandum; triennium ad Sacerdotem. Nec impletur mens Tridentini, si quis in Theologiæ morali tantum studuerit de contractibus, cambiis &c. Concilium enim exigit, ut possit erudiri populus quo ad necessaria ad salutem. *Ibid. §. 3.*

Ordinum Sacrorum interstitia dispensare etiam quoad *ibid. can. 14.* Regulares, non quidem ad eorum Præfules, sed ad Episcopum ordinantem spectat, ut ex responsò Sac. Congregationis, *Instit. Eccles. 58. §. 1.* Quamquam ab Episcopo deferendum sit iudicio Superiorum Regularium, ut ex aliis Decretis S. Congregationis. *Ibidem*.

Quoad clericum facularem Episcopus dispensare potest, si agnoverit id postulare utilitatem, aut necessitatem Ecclesiæ. Utilitas tunc resultat, cum pauci Ministri suppetant; cum ordinandus sit provectioris ætatis, & simul etiam maxime provectus in studiis; seu tandem cum agitur de Parœcia, seu alio Beneficio exigente intra annum ordinem Sacrum, ut ex *DD. Ibidem*.

Cæterum si quis obtinuerit, ad dispensationem interstitii *ibid. can. 14.* indultum Sedis Apostolicæ; permittit est illa dispensatio arbitrio Episcopi, ut Innocentius XII. in sua resolutione die 4. Decembris 1692. *Ibid.*

Si quis obtinuerit privilegium a Sede Apostolica, ut ordinari possit extra tempora tribus diebus festivis interpolatis cum dispensatione interstitiorum, non potest ordines recipere tribus diebus interpolatis quidem, sed festivis tantummodo, quia celebratur in illis festum duplex, sed non festum de præcepto. Licet enim in Brevi dicatur *festivis diebus*, at tamen festivum stylo Sedis Apostolicæ indicat diem festum de præcepto. Accedit decretum Sac. Congregationis Concilii, definiens dies festos accipiendos esse pro festis de præcepto. *Instit. Eccles. 106. §. 6.*

Si Clericus Sacris initiandus sit consuetudine aliqua peccandi adstrictus, modo vero ita sincera exhibeat respicienti argumenta, ut Confessarius vere eum contritum judicare possit, nolit autem pœnitens ille Confessario suadenti ut differat susceptionem Sacri ordinis acquiescere, firmusque, statuat statim se solemniter voto obstringere; utrum in ea voluntate sic obfirmatus possit absolvi, quæstio est anceps, adeoque suadendum est illi, ut prudentem & doctum virum consulat, a quo remedia petat, & consilium. *De Synodo Diac. lib. 11. cap. 2. §. 17. 18. nov. edit.*

Ad dicta superius sub *num. 17.* attendenda est Causa proposita, & decisa a Sacra Congregatione Concil. die 21. Februarii 1728. relata a D. Card. de Lambert. *loc. cit. Volum. 5. Notification. 18.* ut sequitur.

CALARITANA.

In Diocesi Calaritana, & aliis Regni Sardinie Episcopatus, magnus est numerus Clericorum conjugatorum, & ex his plerique aut facinorosa committunt, aut viles artes exercent, non tam in dedecus Ordinis Clericalis, quam

in perturbationem jurisdictionis Ecclesiasticæ, ut eorum immunitatem teneatur.

Plerique ex Episcopis Regni Sardinie usum alias habuerunt conferendi una eademque die Ordines Minores, & Subdiaconatum eisdem personis. Cumque Calaritanus Archiepiscopus putet, methodum hanc futuram esse aptam natam ad evellendum expositos abusus, ex quo videlicet si statim ac eodem contextu, quo Ordinandi Primatum, Tonuram, & Minores Ordines recipiunt, recipiant etiam Subdiaconatum, non amplius Ordinatis modis supererit reassumendi habitum laicalem, & se convertendi ad exercendas artes Clericali Characterè indignas; supplicat pro facultate conferendi Primatum Tonuram, Minores Ordines, & Subdiaconatum iisdem personis una die, hoc est in Quatuor temporibus, in Sabbatho Sitientes, & in Sabbatho Sancto.

Secretarius ad calcem Folii nonnulla adnotavit: quocirca onus erit BE. VV. decernere: Primo, an sit indulgendum petitioni in casu? & *quatenus negative*. Secundo, quid sit in casu statuendum pro abusibus super prædictis eradicandis?

Et dicta Sacra Congregatio respondit. Ad primum, negative. Ad secundum, Archiepiscopus utatur Juris remediis, & signanter statutis in cap. 6. sess. 23. de Reformat. & aliis indicatis in Constitutione 16. impressa post Synodum Romanam incip. *Apostolici Ministerii*, edita ab Innocentio XIII. & confirmat. a Benedicto XIII. Constit. incip. *In supremo*.

Nova Additiones ex aliena manu.

Privilegium recipiendi Ordines extra tempora illis dumtaxat Regularibus suffragatur, quibus post Concilium Tridentinum nominatim atque rectè concessum est, vel si fuerit antea concessum, fuerit in forma non communi, sed specifica postmodum confirmatum. Per communicationem igitur Privilegium hoc haud acquiritur, ut ex Constitutione S. M. Benedicti XIV. incipiente *Impositi* probe monet clarissimus Pater Giraldis in *addit. ad Mascut. lib. 1. Tit. de Temp. Ordin. sub num. 15.* Quocirca locum amplius non habet.

Reçteque monet idem Pater Giraldis consentaneè ad mox allegatam Constitutionem S. M. Benedicti XIV. Privilegium hoc recipiendi Ordines extra tempora Regularibus concessum non arctare Episcopos Diocæsanos ad eos extra tempora ordinandos, vel dimittendos ad Ordinationem alibi incipiendam.

Vide & alia pertinentia ad Ordinationem Regularium in eadem Constitutione Benedicti XIV. &c.

Illud vero hic non est prætereundum, male *Auctorem num. 105. & plur. seq.* generaliter asserere, non esse detrahenda onera Missarum a Beneficio, ad cuius titulum quis ordinatur. Fuit enim olim hæc gravissima quæstio, in qua non una erat Doctorum sententia. Tenebant nonnulli detrahi debere onera Missarum, si possit Beneficiarius ea, vel per se, vel per alium implere, nequaquam vero si per se, ipsum illis satisfacere teneatur. Contra vero alii sustinebant, onera Missarum neutro in casu esse detrahenda.

In hac opinione varietate (ut refert S. M. Bened. XIV. de *synod. Diocæs. lib. 12. cap. 9. num. 7. & seq.*), latius duxerunt aliquot Episcopi Sacræ Congregationis Concilii sententiam efflagitare, & nos, qui eidem eramus a secretis, ut Patres unico intuitu omnia inspicerent, quæ ad materiam pertinerent &c. diligentem exaravimus Dissertationem &c. ubi cujuslibet ex diversis quas retulimus Auctorum sententis præcipua expendimus rationum momenta.

Actum fuit de hac quæstione die 8. Augusti 1722. iterumque die 24. Aprilis 1723. ac tandem die 17. Julii ejusdem anni decimum, rem esse relinquendam conscientie, & arbitrio Ordinariorum, qui spectatis Locorum, & Personarum conditionibus, vel in particularibus eventibus statuant, vel etiam in Synodo per modum legis decernant, an onera Missarum sint, aut non sint detrahenda & redditibus Beneficii, e quibus Ordinandus suam honestam sustentationem est percipiturus.

Quamobrem rectissime concludit mox laudatus Summus

Pontifex ubi supra), absque periculo obviandi juri communi, & Sacro Concilio Tridentino tuto poterit Episcopus in sua Synodo non solum præfinire quantitatem proventuum, qui censentur sufficientes ad alimoniam subministrandam Clerico suam incolenti Diocæsanum, sed etiam statuere, & determinare, num inter ejusmodi proventus sit numeranda, an potius detrahenda stipes respondens numero Missarum, ad quas celebrandas Clericus, sive per se, sive per alium adigitur lege sibi indicta a Fundatore, Beneficii, quod possidet. Confer eundem Summum Pontificem *Instit. Eccles. 26. num. 6.*

De eo etiam hic necessario agendum, an ubi quis ordinatur ad titulum Beneficii in aliena Diocesi obtinet, sufficientia præfinienda sit ad normam Taxæ Synodalis vigentis in Diocesi domicilii, an in Diocesi, in qua Beneficium est situm? Hæc autem recepta est distinctio, ut si Beneficium continuam, & perpetuam exposcat residentiam, sufficientia desumi debeat a Taxa Synodali præfinita in Diocesi, in qua Beneficiarius possidet beneficium; sin autem Beneficium oneri hujus continuæ, & perpetuæ residentie non sit obnoxium, desumenda sufficientia sit a Taxa Synodali præfinita in loco, ubi Beneficiarius habet Domicilium, ut respondit Sacra Congregatio Concilii Interpres in *Astrina 9. Julii 1701. in Ariminen. Ordinationis 10. Januarii 1708. in Romana seu S. Agathe Gothorum 20. Maji 1713. & statuit Innocent. XIII. in Constitutione incipiente Apostolici Ministerii. Confer & Bened. XIV. de Synod. Diocæs. d. lib. 12. c. 9. n. 6.*

ARTICULUS III.

Quoad ea, quæ concernunt facultatem Prælatorum ordinandi suos, vel alienos subditos, & concedendi Litteras dimissorias.

Suos subditos possunt ordinare Episcopi quoad omnes Ordines; *Comm. missima*, per clarissimos textus in *cap. 1. lib. 1. cap. De aliena 2. cap. Si quis 3. cap. Clericus 4. cap. Fratritatem 5. cap. Primatus 6. cap. Extraneo 9. & cap. Horarum 8. dist. 71. & in cap. Episcopus 1. & cap. Clericum alienum 2. dist. 71. & cap. Eos qui 2. & cap. Nullus Episcopus 4. de temporibus ordinat. in 6. & Conc. Trid. sess. 14. cap. 2. & 3. de reformat. & sess. 23. cap. 8. de reformat. ubi sub gravibus pœnis prohibetur, ne quis alienum subditum, seu extraneum audeat ordinare absque proprii Superioris licentia.*

Abbatibus possunt de jure conferre Ordines Minores suis subditis, licet non sint benedicti; *cap. Quoniam 1. dist. 69. cap. Cum contingat XI. de atar. & qualis. cap. Abbates 3. de privilegiis in 6. cum similibus, & sic fuisse decisum a Sacra Congreg. Concilii die 16. Februarii 1619. testantur Barbosa in *Summa Apostolicæ. deef. verb. Abbas num. 19. & in Concil. Trident. sess. 23. cap. 10. de reformat. num. 7. Selsius in *Selett. Canon. cap. 19. num. 9. Navarr. verb. Ordo num. 4.***

Abbatibus, quamvis de jure communi possent olim Ordines Minores conferre sibi subditis, non solum Monachis, verum etiam & Laicis, in quos ordinariam Ecclesiasticam habebant jurisdictionem, ut probat textus in *cap. Abbates 3. de privilegiis in 6. & cum aliis advertit Barbosa in cit. sess. 23. cap. 10. num. 2.* Hodie tamen ipsi Abbates, & alii quicumque intra fines alicuius Diocesis existentes, etiam si nullius Diocesis, vel exempti esse dicantur, non possunt amplius cuiquam, qui Regularis subditus non sit, Tonuram, vel Minores Ordines conferre; Sic expresse Concil. Trident. cit. sess. 23. de reformat. cap. 10. & pluries decrevit Sacra Congr. Concilii, & signanter 25. Junii 1709. & 16. Decembr. 1713. Barbosa in Trident. loc. cit. num. 2. Card. Petra tom. 5. *Commentar. ad Constit. 4. Callisti. III. num. 68.* & alii communiter.

Nec etiam si alii Regulares non subditi, & Clerici secularis res afferant dimissorias suorum respectivè Superiorum. Vide verb. *Abbas num. 22.*

Immo talis Ordinatio Abbatum conferentium Ordines Minores sibi non subditis licet cum Dimissoriis sui Superioris esset irrita, & invalida. Vide verb. *Abbas num. 23.*

Abbatibus Regularibus non possunt promovere ad Ordines Minores neque suos Novitios. Vide verb. *Novitius n. 93.*

Novitii respectu Minorum Ordinum ordinandi sunt a proprio Episcopo; Vide dict. verb. *Novitius num. 94.*

- 8 Episcopus autem proprius est Episcopus loci Monasterii, in quo Novitii agunt Novitiatum. Vide dict. verb. *Novitius num. 95.*
- 9 Cardinales Presbyteri, etiam si Episcopi non sunt, possunt in suis Titulis conferre primam Tonsum, & omnes Ordines Minores suis subditis, & Familiaribus; Barbosa *p. 2. de Offic. & potest. Episcop. allegat. 3. num. 15. & lib. 1. juris Ecclesiast. univers. cap. 4. num. 40.* cum plurimis ibi citatis; Rosignol. *de Ordinib. in communi part. 1. q. 2. art. 1. num. 12.* & alii passim.
- 10 Subditus Episcopi quoad Ordines licite ab ipso recipiendos potest quis fieri quatuor modis, scilicet ratione Originis, ratione Domicilii, ratione Beneficii, & ratione triennalis familiaritatis, seu commensalitatatis cum Episcopo; *Communis* per textum in *cap. Cum nullus 3. de temporib. ordinat. in 6.* ubi comprehenduntur primi tres modi his præcisè verbis: *Superior intelligitur in hoc casu (scilicet quantum ad dandam licentiam recipiendi Ordines ab alieno Episcopo, & a fortiori ipsos conferendi) Episcopus, de cuius Diocesi est is, qui ad Ordines promovendi desiderat, oriundus: Seu in cuius Diocesi Beneficium obtinet Ecclesiasticum: Seu habet (licet alibi natus fuerit) Domicilium in eadem.* Et per textum in *Concil. Trid. sess. 23. de Reformat. cap. 9.* ubi additur quartus modus, triennalis videlicet familiaritatis, seu commensalitatatis cum Episcopo his præcisè verbis: *Episcopus familiaritatem suam non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & Beneficium, quacumque fraude cessante, statim re ipsa illi conferat, consuetudine quacumque etiam immemorabili in contrarium non obstante.*
- 11 Et quoad quatuor dictos modos, quibus potest quis fieri subditus Episcopi quoad Ordines licite ab ipso recipiendos adeit novissima Constitutio Innocentii XII. edita 4. *Novembris 1694.* quæ cum debeat inservire pro quotidiana regula, hic ad litteram datur.

CONSTITUTIO.

Qua plura declarantur, ac præscribuntur pro tollendis abusus, & fraudibus circa Ordinationes alienorum Subditorum.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Speculatores Domus Israel, quæ est Sancta Dei Ecclesia, per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam, constituti, eo potissimum ab ipsis Pontificis nostri primordiis Pastoralis vigilantia nostræ studia convertenda esse duximus, ut, qui in sortem Domini vocantur, Sacrificique addicuntur Ministeriis, quippe quos irreprehensibiles esse convenit, ut præesse valeant corrigendis, ac in quos tamquam in speculum reliqui oculos conjiciunt, ex illisque sumunt, quod imitentur, tales sint, qui digne possint Dominica Sacramenta tractare, ac ædificent cunctos, tam Fidei scientia, quam operum disciplina.

¶ Sane hoc incho confilio, non alios quantum fieri potest, quam qui in Sanctitate, & iustitia per ordinatissimos Ecclesiasticæ Militiæ gradus statim intervallis ambulaverint, ac pie, & fideliter in Ministeriis antea actis se gesserint, ad Sacerdotium assumi, Sacrasque Ordinationes juxta præscriptum Ecclesiæ morem, præscriptis a jure temporibus, orationi, & jejuniis consecratis, haberi cupientes, severiorum quamdam in concedendis Indultis suscipiendi Sacros Ordines extra Tempora hujusmodi, & interstitiis ad id designatis minime servatis, ultro Nobis propositum adhibendam rationem, qua videlicet servata, ante meritum laboris, ante tempus examinis, ante experientiam disciplinæ, Sacerdotalis honor non probatis minime tribuatur, nec unquam heri profani, hodie Sacrorum Antilites, veteres vitio, virtute rudes, & recentes, Discipuli simul, ac Magistri pietatis creantur; Sed ita tantum juxta constitutas Majoribus Leges ab humili gradu fidelis populi ad Sacram administrationum sublimitatem promoveantur, qui post mutatum habitum sæcularem diturna conversatione

inter Clericos fuerint comprobati, ac multo tempore didicerint, quæ postmodum alios docere tenentur.

¶ 2. Ceterum per ea ipsa Indulta, quæ super præmissis parcius quidem, ac ex certis tantum, & magis rationalibus causis concedere decrevimus, contraria quavis illorum interpretatione penitus improbatam, salutarem illam, quam Sacri Generalis Tridentini Concilii Decreta de non ordinandis ad Patrimonii titulum, nisi illis, quos Episcopi pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum assuendos judicaverint, præscribunt disciplinam nequaquam relaxatam intelligi, quinimmo nec unquam ad Indulta hujusmodi exequenda Episcopos ipsos arctare, sed illorum executionem arbitrio semper eorumdem Episcoporum, quorum conscientias hac in re strictissime oneratas volumus, proliis relinquere declaravimus; Sperantes in Domino eos, qui, juxta Apostoli monitum, nemini cito manus imponendas esse, probe norunt, sibi, & universis Gregi attendentes, in quos eos poluit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, & reverenda ipsis spiritibus angelicis Ministeria ab Homine sine consideratione apprehendi unquam permittendos, nec temere percipi passuros, quæ vita probata dumtaxat accipere promerentur.

¶ 3. Omnes insuper, & singulos cujuscumque tandem gradus, Ordinis, & Dignitatis fuerint, quibus ex hujus Sanctæ Sedis gratia Sacros Ordines præfatos extra eadem tempora conferre valeant, indulgenti potestas fieri consuevit, cum Divinos Ordines largiri districti semper esse Judicii oporteat. serio monitos volumus, ut præscriptos, sibi desuper in suis quibus facultatibus terminis religiose custodiant, nec eas cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu ullatenus transgrediantur.

¶ 4. Verum quo impensius Apostolicæ gubernationis curam, & cogitationes in hæc intendimus, eo majori cum animi nostri dolore ex quamplurimum Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum in diversis Regionibus existentium delatis ad Nos querelis; accepimus, & graviora quotidie malignari inimicum in Sancto, sacrilega scilicet illorum impudentia in dies crescente, qui propriæ salutis immemores Clericales Ordines sibi forsitan a propriis Prelatis denegatos, seu quos, aliquibus Canonice sibi obstantibus impedimentis, denegari merito verentur, ab alienis Episcopis, non quæ Jesu Christi, sed eas, quæ ad ipsos non pertinent, Oves, in animarum suarum perniciem querentibus, nec tot Canonicas damnationes contra usurpantes alienæ plebis hominem latus perhorrescentibus absque suorum Prælatorum comœtu, hoc est, Dimissis, Commendatitiiive eorum Litteris delituti, quinimmo eis inscitis, & saepe etiam invitis, sub minus legitimis Beneficii Ecclesiæ sicuti Originis, Domicilii, seu etiam familiaritatis, ac continuæ ordinantium Episcoporum commensalitatatis quæstis titulis, in Sacrarum Legum fraudem, & contemptum, illegitime suscipiunt, atque ita non intrantes per Oidium, & nihilominus Tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, Sacrificium in Sacrilegium convertunt, judicium absque misericordia sibi consciscunt, Deoque minime placentes, & tamen placere velle præsumentes, non modo eum non placent, sed magis irritant, dum videntur in cordibus suis dicere: non requirit.

¶ 5. Hinc est, quos Nos ex commissæ Nobis Divinitus Apostolicæ servitutis munere, abusus, fraudes, ac scandala hujusmodi penitus, & omnino e medio tollere, ac irreligiosam contrarietatem audaciam, quantum Nobis ex alto conceditur, compescere, & reprimere volentes, necnon fel. record. Urbani VIII. contra male ordinantes, & male ordinatos, quæ incipit: *Secretis*, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, ac etiam Conciliaribus hac in re editis Constitutionibus, & Ordinationibus inherentes, illasque quoad ea, quæ præsentibus non adveniunt, quatenus opus sit, innovantes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini Interpretum, qui quacumque antehac super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita Decreta, declarationes, seu responsa ad eorumdem præsentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine,

dine, ad Omnipotentis Dei Gloriam, Ecclesiæ utilitatem veteris disciplinæ intaurationem, totiusque Christiani, Populi ædificationem, hac generali nostra, & perpetuo valitura Constitutione decernimus, & declaramus.

¶ 6. Nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Dardinalatus honore fulgeat, licere externum, quempiam, ac sibi ratione Originis, seu Domicilii juxta modum inferius declaratum legitime contracti non subditum ad Clericalem Tonsum promovere, cujusvis Beneficii Ecclesiastici, ei statim ac Tonsum hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is a Patronis jam præsentatus, seu nominatus fuerit, prætextu, etiam si Beneficium prædictum de novo ea expresse adjecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediate post Clericalem Characterem susceptum ad illud instituat.

¶ 7. Præterea Clericum, qui legitime jam a proprio Episcopo ad eamdem Clericalem Tonsum, seu etiam ad Minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo, ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Diocesi obtenti, ad ultiores Ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem Testimoniales Litteras proprii Episcopi, tam Originis, quam Domicilii super suis Natalibus, ætate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo ordinanti in actis illius Curie conservandas exhibuerit.

¶ 8. Licet vero Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Diocesi obtenti subijci dicatur jurisdictioni illius Episcopi, in cuius Diocesi Beneficium hujusmodi situm est, eam tamen de cætero hac in re inconcussè servari volumus Regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censetur, nisi Beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitam sustentationem, sive juxta Taxam Synodalem; sive, ea deficient, juxta morem Regionis, pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus pro se sufficiat; illudque ad Ordinandum pacifice possideatur, sublata quacumque facultate supplendi quod deficeret fructibus ejusdem Beneficii cum adjectione Patrimonii etiam pinguis, quod ipse Ordinandi in eadem, seu alia quavis Diocesi obtineret; ac Episcopus is ordinans, tam de prædictis Testimonialibus Litteris, quam de redditu Beneficii hujusmodi expressam in consuetâ collatorum Ordinum attestationem mentionem facere debeat.

¶ 9. Ceterum subditus ratione Originis is tantum sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Diocesi, in qua ad Ordines promovendi desiderat; Dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu superannatiæ ejus Patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi sortita natiuitas, sed vera tantum, & naturalis Patris origo erit attendenda.

¶ Quod si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti, sicuti præmittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibid. Canonico aliquo impedimento interiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci Litteras Testimoniales, ut supra obtinere, illasque Episcopo Ordinanti per eum in collatorum Ordinum testimonio similiter recensendas præsentare teneatur.

¶ 10. At si Pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tamen, ac eo animo permanerit, ut inibi vere domicilium de Jure contraxerit, tunc non Origo Patris, sed Domicilium per Patrem, legitime, ut præfertur, contractum, pro Ordinatione ejusdem Filii attendi debeat.

¶ 11. Subditus autem ratione Domicilii ad effectum suscipiendi Ordines is dumtaxat censetur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in alio loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rem, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius utroque casu se vere, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet.

¶ 12. Si quis tamen a propriæ originis loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alicui Canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ Originis testimonialibus Litteris, ut supra asserere debeat, ac de illis expressè

sa similiter mentio in susceptorum Ordinum Litteris, faciendâ erit.

¶ 13. Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diocesis subditum Familiarem suum ad aliquos Sacros, seu Minores Ordines, vel etiam primam Tonsum promovere, seu ordinare præsumat absque ejus proprii Originis scilicet, seu Domicilii Prælati Testimonialibus Litteris, ut supra, & nisi ad præscriptum Conc. Trid. præfati *sess. 23. c. 9. de reform.* Familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in suo æquali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit, Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam, juxta modum superius præfinitum, sufficiat, quacumque fraude cessante, statim, hoc est, saltem intra terminum unius mensis a die factæ Ordinationis hujusmodi testimonio expressam eidem Familiaritatis, ac Litterarum prædictarum mentionem facere teneatur.

¶ 14. Porro, ut quibuscumque fraudibus aditus omnino præcludatur, volumus, & Apostolica auctoritate, statuimus, atque decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione Originis, sive Domicilii subditos Clericos quoscumque ab alienis Episcopis quavis auctoritate, etiam cum suis Commendatitiis Litteris promotos, nedum ad formam Concilii Trident. prædicti *sess. 14. cap. 3. de reform.* quoad scientiam examinare valeat, verum etiam Ordinum eis collatorum Testimoniales Litteras, quoad tamen, recognoscere, ac diligenter perquirere, an quos illos præsentis Constitutionis formam, & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti ei magis benefico ad docendum de ejusmodi adimplemento, itaut quos eo termino elapso id minime præstitisse compererit, a susceptorum Ordinum exercitio, & si ita, & quando ei expedire videbitur, suspendere, illisque, ne in Altari, aut in aliquo Ordine ministrarent, interdicere possit.

¶ 15. Ita vero præmissa omnia, & singula perpetuo, ac inviolabiliter observari, atque adimpleri volumus, ut si quid in istis præmissis, seu eorum aliquo secum fiat, Ordinans quidem a Collatione Ordinum per annum, Ordinatus vero a susceptorum Ordinum executione, quantum proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliiisque insuper gravioribus pœnis pro modo culpæ nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque subiaceat.

¶ 16. Decernentes pariter easdem præfatas Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ut quoque plenarios, & integros effectus sorti, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Sedis præfate Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functiones; sublata eis, & eorum quilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

¶ 17. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, ac quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitius clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, in genere, vel in specie, seu alia quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, speciosa, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illos omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, eidem præsentibus pro expressis, & interris habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissa

rum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 18. Volumus autem, ut præsentis Litteræ in valvis Ecclesie Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur, sicque publicentur, & affigantur, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arceant, & afficiant, ac si unicuique eorum nominatim, & personuliter intimatæ fuissent.

§. 19. Quodque eorumdem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in iudicio quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Decretorum, Declarationis, Voluntatis, Statuti, & Derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, pridie Nonas Novembris, Pontificatus nostri anno quarto.

B. Card. Prodaturus.
J. F. Card. Albanus.

Vifû de Curia J. Sacripantes,
D. Ciampinus.

Loco * Flumbj.

Ut quis ordinari possit ab alieno Episcopo ratione Beneficii in ejus Diocesi obtenti, requiritur, quod Beneficium sit ibi revera obtentum, & pacifice ab Ordinaudo possessum. Sic expresse statutum est in dict. Constitutione *Speculatores*, §. 8. Item requiritur, quod tale Beneficium, detractis oneribus, per se sufficiat ad congruam Clerici sustentationem, adeo ut non possit defectu fructuum ejus suppleri per adjunctionem Patrimonii *cit.* §. 8. Item requiritur, quod Ordinandus ante Ordinationem obtineat Testimoniales Litteras proprii Episcopi, tam Originis, quam Domicilii super suis natalibus, ætate, moribus, & vita, & eas exhibeat Episcopo Ordinanti in actis illius Curie conservandas. *Ibid.* §. 7. Insuper requiritur, quod Episcopus sic ordinans, tam de prædictis Testimonialibus Litteris, quam de redditu Beneficii hujusmodi expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem faciat; *Ibidem* §. 8. in fine.

16 Ut quis fiat subditus Episcopi, & ab ipso ordinari possit ratione Originis, requiritur, ut naturaliter ortus sit in ea Diocesi, in qua ad Ordines promovendi desiderat; Dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus Patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi fortuita natiuitas, sed vera tantum, & naturalis Patris origo erit attendenda; *Ibidem* §. 9.

17 Si quis autem tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti, ut præmittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci Litteras testimoniales, ut supra, obtinere debet, & illas præsentare Episcopo ordinanti per eum in Collatorum Ordinum Testimonio recensendas; *Ibidem* §. 9. in fine.

18 Si vero pater in alieno loco, ubi ejus Filius natus est, tamdiu, ac eo animo permanserit, ut inibi vere Domicilium de Jure contraxerit, tunc non origo patris, sed Domicilium per patrem legitime, ut præfertur, contractum, pro Ordinatione ejusdem Filii attendi debet; *Ibid.* §. 10.

19 Origo Matris quoad receptionem Ordinum non attenditur, quia Filius sequitur solummodo originem patris, & non matris; *l. Filius 2. Cod. de Municipibus, & Originariis*. Si autem filius sit illegitimus, tunc si super defectum natalium dispensetur ad Ordines recipiendos debet attendi Origo matris, & non patris, quia Filii illegitimi sequuntur matrem, ejusque Originem; *l. cum legitime 19. ff. de statu hominum, l. Municipem, 1. §. final. ff. Ad Municipalem, & l. Ejus qui 19. ff. eodem*. Expositus tamen, cujus parentes ignorantur, potest ordinari in Diocesi, in qua, ut supra, naturaliter ortus est. Vel si de hoc constare nequeat, potest ordinari in

Diocesi loci, ubi expositus est. *Stephanus Gratian. discept. forens. cap. 75. num. 12. Mandol. de atate minori cap. 1. a n. 22. Barbosa de Offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 4. num. 17. cum aliis ibi citatis; Reiffenuecl. lib. 1. Decretal. tit. XI. numer. 93. & alii passim.*

Ut quis fiat subditus Episcopi, & ab ipso ordinari possit ratione Domicilii, requiritur, quod illud adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit; Et nihilominus ulterius utroque casu se vere, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet, *cit. Constit. Speculatores §. 11.*

Verum enim Domicilium, non nuda voluntate, & assertione, sed animo, & facto simul constituitur, textu expresso in *l. Domicilium 20. ff. Ad municipalem*, ubi: *Domicilium re, & facto transfertur, & non nuda contestatione*. Ubi Glossa inquit: *Facto subintellige, & animo; nam hæc duo sunt necessaria*. Unde Domicilium contrahitur animo permanendi, videlicet perpetuo in tali loco, alioquin enim non contrahitur Domicilium, ut *l. Postliminii 5. ff. de captivis, l. Ejus, qui manumissit, §. Celsus ff. Ad municipalem*. Hinc si quis inhabitet locum animo inde recedendi, non contrahit ibi Domicilium, quamvis mille annis ibidem habitet. *Menochius lib. 2. de Arbitrariis iudic. cas. 86. num. 7. Barbosa de Offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 4. num. 25. Marchin. de Sacrament. Ordinis tract. 1. part. 5. cap. 7. num. 1. & alii passim*. Exacto tamen alicubi Decennio, si de opposito non constet, præsumptione Juris censetur ibidem contractum Domicilium; *l. Nec ipsi 2. Cod. de incolis*. Sufficit autem animus perpetuo manendi in tali loco perpetuitate saltem propositi, licet postea progressu temporis hujusmodi propositum scitum, & Domicilium mutari ob supervenientem causam possit, ut *cap. Ultim. de Parochiis, & cit. l. Ejus, qui manumissit §. Celsus ff. Ad municipalem*; Dummodo quoad Ordines recipiendos se vere, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet, ut *cit. Constit. Speculatores §. 11.*

Si quis tamen a propriae originis loco in ea ætate discesserit, quæ potuerit alicui Canonico impedimento obnoxius officii, etiam Ordinarii suæ originis Testimoniales Litteras, ut supra, afferre debet, ac de illis expressa similiter in mentio in susceptorum Ordinum Litteris faciendæ erit; *cit. Constit. Speculatores §. 12.*

Ut quis fiat subditus Episcopi, & ab ipso ordinari possit ratione Familiaritatis, seu Commensalitatatis, requiritur, quod sit vere familiaris Episcopi, id est Dominicæ potestati Episcopi vere subiciatur, ejusque expensis tamquam Domicilius commensalis continue alatur, ut *c. Ultim. de verbor. signif. in 6. juncto Conc. Trident. sess. 14. c. 2. de reform.* ubi: *Etiã prætextu familiaritatis continue commensalitatatis sue, & concordat cit. Constit. Speculatores §. 13. ubi: In suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus alerit*. Item requiritur, quod ipsum secum retinuerit per integrum, & completum triennium. *Concil. Trident. sess. 23. cap. 9. de reformat.* ubi: *Nisi per triennium secum fuerit commoratus, & cit. Constit. Speculatores §. 13. ubi: Familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit*. Item requiritur, quod is ante receptionem Ordinum obtineat Testimoniales Litteras proprii, originis scilicet, aut Domicilii, Episcopi super suis Natalibus, ætate, moribus, & vita, & eas Episcopo ordinanti consignet in actis illius Curie conservandas. Sic expresse *cit. Constit. Speculatores §. 13. Item requiritur, quod Episcopus ordinans suum familiarem statim, id est saltem intra terminum unius mensis a die Ordinationis, quacumque fraude cessante, re ipsa conferat illi Beneficium sufficiens ad ejus congruam sustentationem, ac in Ordinationis hujusmodi Testimonio expressam itidem Familiaritatis, ac Litterarum prædictarum mentionem faciat* *Concil. Trident. cit. sess. 23. cap. 9. de reform.* & expresse quoad omnia *cit. Constit. Speculatores §. 13.*

Tali autem facultate ordinandi suos triennales Familiares non gaudent Episcopi Titulares, adeoque nequeunt ipsos ordinare absque sui proprii Prælati expresso consensu, & Dimissorias. Sic expresse *Concil. Trident. sess. 14. c. 2. de reform.* Immo ordinati ab Episcopo Titulari sine expresso consensu proprii Episcopi, ipso jure suspensi sunt, donec suo proprio Episcopo visum fuerit. Sic expresse *Concil. Trident. loc. cit.*

35 Et ipse Episcopus Titularis Ordines conferens, seu Pontificalia exercens sine licentia Ordinarii Diocesani, est suspensus per annum ab usu Pontificalium. Sic expresse *Concil. Trident. loc. cit.*

36 Litteras Dimissorias pro Ordinibus ab alieno Episcopo recipiendis, ultra Romanum Pontificem, qui eas concedere potest pro omnibus ordinandis totius Orbis, potest quilibet Episcopus concedere suis subditis, sive is sit Episcopus originis, sive Domicilii, textu expresso in *cap. Cum nullus 3. de temporibus Ordinatum in 6.* Qui enim potest ordinare, potest etiam Dimissorias ad Ordines dare. *Glossa ibi verb. Oriundi; arg. cap. Potest 68. de Regul. Juris in 6. ubi: Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum*. Et eadem ratione potest etiam Episcopus dimissorias concedere suo Familiari Triennali, sicuti etiam potest ipsas dimissorias concedere Cardinalis suis Familiaribus Triennalibus, declaravit *Sac. Congreg. Conc. 22. Jan. 1602.* ut testantur *Selcius in Selectis Canonis, c. 19. num. 3. & Barbosa in Trid. sess. 23. c. 9. n. 3.* In supradictis omnibus tamen semper est servanda dispositio Innocentii XII. in *cit. Constit. incip. Speculatores supra adducta n. 11.*

37 Vicarius Generalis Episcopi non potest Dimissorias concedere, nisi Episcopo absente, seu si præsentem, id ei concedente; alioquin enim ad hoc se non extendit ejus Officium; *c. Cum nullus 3. §. Inferiores, de comp. Ord. in 6. ubi late. Glossa in expositione casus, Aloysius Riccius in Praxi aurea part. 3. ref. 232. num. 1. & seq. Reiff. loc. cit. n. 125. Barbosa de Offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 7. n. 9. cum communium aliorum*.

38 Vicarius Capitularis, Sede vacante, non potest infra annum a die vacationis computandum Dimissorias concedere, præterquam illi, qui alicujus Beneficii recepti, vel recipiendi ratione arctatus fuerit; Alias Vicarius Capitularis contraveniens, Ecclesiastico subiacet Interdicto; Et sic ordinari, si in Minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio Clericali præsertim in Criminalibus gaudent. In majoribus vero ab executione ordinum ad Beneplacitum futuri Prælati, sunt ipso jure suspensi. Sic expresse *Concil. Trident. sess. 7. c. 10. de reform.* Quamvis enim Concilium sibi inninet solum *Capitulum contraveniens*, tamen quia Capitulum infra octo dies post mortem Episcopi tenetur constituere Vicarium, juxta præscriptum ejusdem *Conc. sess. 24. de reform. c. 16.* non potest amplius, electo Vicario, ejusmodi Dimissorias concedere per seipsum, sed solum per ipsum Vicarium Capitularum. Unde *Sac. Cong. Episcop. & Regular. in Neapolitana 12. Jan. 1604.* declaravit, Dimissorias concedere tam arctatis intra annum, quam non arctatis post annum a die vacationis Sedis, non ad Capitulum, sed ad Vicarium Capitularum omnino spectare. Vicarius enim Capitularis private, & non cumulative quoad Capitulum jurisdictionem obtinet, ut declaravit *Ead. S. Cong. Episc. & Regul. in Nevinton. 17. Sept. 1655. & in Hydruntina 1. Octobris ejusdem anni 1655.* Et hoc etiam Capitulum illum constituit, & elegit cum tali, aut alia restrictione, & limitatione facultatis, cum Capitulum non possit in electione Vicarii aliquid sibi reservare, nec potestatem electi coarctare, ut sepe superius respondit *S. Cong. Episc. & Reg. & signanter in Cajetana 20. Octob. 1567. in Regiensi 26. Julii 1593. in Brundisina 8. Julii 1606. in Salemitana 16. Junii 1628. in Tudertina 11. Decemb. 1654.* apud Nicolium in *Florentis verb. Vicarius Capitularis a n. 54. ad 59. & in Vensisina 14. Novemb. 1698.* apud Monacell. *tom. 1. tit. 1. form. 2. n. 16.* Vide verb. *Capitulum mart. 3. n. 62. & 63.* Hic tamen adlendam, & attendendam sunt dux sequentes Epistolæ, ut sequitur.

in nome della Santità Sua a tutti li Vicarij Capitolari di questo Regno il concedere le lettere Dimissoriali per la prima Tonitura, ed altri Ordini, quantunque sia passato l'anno della vacanza delle Chiese, senza speciale licenza di questa Sacra Congregazione sopra li negozj de' Vescovi, e Regulari; Obbediteo al supremo comando di Sua Beatitudine; E le prego ecc.

Roma 9. Settembre 1701.

G. Card. di Carpegna Prefetto.
G. D. Paracciani Prosegretario.

EPISTOLA,

Qua præcedens Mandatum Nuncio Apostolico in Regno Neapolitano injunctum instauratur, & ad Vicarios Capitulares, & Apostolicos Ecclesiarum, quarum vacatio post illud contigerat, extenditur.

Con lettera delli 9. Settembre prossimo passato per comando d'esso della Santità di N. Signore fu ingiunto a Monsignor Arcivescovo di Cesarea Antefiore di V. S. di proibire in nome della Santità Sua a tutti li Vicarij Capitolari di questo Regno il concedere le lettere Dimissoriali per la prima Tonitura, ed altri Ordini, quantunque fosse trascorso l'anno della vacanza delle Chiese, senza speciale licenza di questa Sacra Congregazione sopra li negozj de' Vescovi, e Regulari; essendo pertanto vacate altre Chiese in detto Regno dopo l'Ordine accennato, sua Beatitudine mi ha ordinato di rinnovarlo a lei, affinché faccia la medesima proibizione agli altri Vicarij Capitolari, ed Apostolici delle Chiese, che dopo il prim' ordine restano vacanti, ed il Signore Iddio lo prosperi.

Roma 5. Maghio 1702.

G. Card. di Carpegna Prefetto.

N. Grimaldi Segretario.

Arctatus ratione Beneficii recepti ad finem obtinendi a Vicario Capitulari etiam infra annum a die vacationis Sedis Dimissorias ad Ordines dicitur omnis ille, qui obtinet aliquod Beneficium requirens servitium personale, & ratione cuius de Jure, consuetudine, privilegio, Statuto Ecclesie intra annum tenentur se ordinari facere, ut qui assumitur ad Parochiam, cum is teneatur intra annum se promovere facere ad Sacerdotium; *cap. 14. de elect. in 6.* Et qui obtinet Dignitatem, seu Canonicatum, seu Cappellaniam, habens sibi annexum aliquem Ordinem, cum is teneatur intra annum ad eadem Ordinem se promovere facere. *Conc. Trid. sess. 22. capit. 4. de reformat. & sess. 24. c. p. 12. de reform.*

Arctatus autem ratione Beneficii recipiendi dicitur omnis ille, qui habet Jus, seu vocatus est ad aliquod Beneficium vacans requirens actu certum ordinem, quo ille caret. Hinc enim potest Vicarius Capitularis concedere infra annum Dimissorias pro tali Ordine recipiendo, juxta Tridentinum *cit. sess. 7. cap. 10. de reform.* Immo si quis nondum Toniturus vocetur ad aliquod Beneficium, potest Vicarius Capitularis infra annum concedere ei Dimissorias pro recipienda prima Tonitura. *Card. de Luca de Beneficiis decis. 71. n. 7. Garcia part. 5. de Benefic. cap. 7. num. 102.* ubi pro hac sententia refert declarationem Sacre Congregationis, & rursus *part. 7. cap. 1. n. 30.* ubi aliam refert ejusdem Sacre Cong. super *cap. 10. sess. 7. Concil. Trid.* quæ ait: *Vicarius Capituli, Sede vacante, infra annum potest concedere Dimissorias ad primam Tonituram ei, qui est presentatus a Patronis Laicis ad Beneficium Ecclesiasticum suscipiendus ipsorum, ut illud obtinere valeat*.

Vicarius Capitularis Sede vacante, concedens intra annum Dimissorias non Arctato incidit in penam supradicti Decreti Tridentini. *sess. 7. cap. 10* quamvis is, cui concessit, usus non fuerit, nam actus fuit perfectus quo ad concedentem, per quem non stetit. Sic decitum fuisse refert ex Garcia & Marchino *Barbosa in cit. sess. 7. cap. 10. num. 10.* Qui *ibidem numer. 18. antecedenti* dicit, quod Vicarius Capitularis, Sede vacante, concedens Dimissorias intra annum non Arctatis, non incurrit penam Suspensionis per annum, juxta *cap. 10. sess. 7. & 23.* sed tantum penam Interdicti juxta *d. cap. 10. sess. 7. & 23.*

EPISTOLA,
Qua Nuncio Apostolico in Regno Neapolitano jussu Summi Pontificis mandatur, ut omnibus Vicariis Capitularibus ejusdem Regni Pontificio nomine inhibeat, ne Litteras Dimissorias pro prima clericali Tonfura, aliisque Ordinibus cuicumque concedant, rancestis annis a die vacationis Ecclesiarum elapsus sit, absque speciali facultate Sac. Congregationis.

LA Santità di Nostro Signore ha ordinato d' impingere a V. S. affinché con Lettera Circolare proibisca Ferrar. Biblioth. Tom. V.

citat Franciscum Leonem, & Molium, & Rotam in Burg. Canonica 19. Octobris, & 28. Novembris 1586. coram Giffio.

51 Nota. Circa dimissorias a Vicario Capitulari concedendas, vel non, in dominiis Regis Sardinie nunc attendenda, & exacte est observanda Instructio Benedicti XIV. dependente a Concordatis Benedicti XIII. in qua sub §. XV. sic expressè habetur: „ I Vicarij Capitulari non poterant d'ordinanzi senza il voto del pieno Capitolo da darli nel luogo solito Capitolare, per maggioranza di voti segreti da calcolarsi secondo il costume di ciascun Capitolo, e da registrarli negli atti Capitulari. concedere le Lettere dimissoriale a Laici, benchè siano realmente artati per ragion di Beneficio o di Cappellania, che sia veramente Ecclesiastica, nel modo spiegato di sopra, oppure a coloro, che avendo già la prima tonsura, sono presentati a qualche Beneficio, o Capellania, che actu requirat Ordinem, e coll' expressa condizione, che così nell' uno, che nell' altro caso, colui, che chiede d'esser promosso non sia stato altre volte rigettato dal Vescovo antecessore: Ma ove si tratti di Persone, che non sono veramente artate nel senso di sopra accennato, non poteranno concedere le Lettere dimissoriale neppure post annum latus Ecclesie, senza una expressa licentia della Sagra Congregatione del Conc. „ Vide ibi, ubi insuper statuuntur pœnæ contra transgressores & multa alia ad rem faciuntur merito observanda. & exequenda. Et dicta dispositio militat etiam pro alijs Dominii-gaudentibus similibus Concordatis.

52 Abbates, alique exempti licet in Parochos, & Parochianos jurisdictionem habeant quasi Episcopalem private ad Episcopum, nequeunt suis subditis secularibus Litteras Dimissorias ad Ordines suscipiendos concedere. Vide verb. Abbas num. 24. ubi adducitur ad id Textus Concilii Trident. sess. 23. de reform. cap. 10. & Decret. Sac. Congr. quibus al. de ultra alia varia Decreta antiqua relata ab Eminentiſſimo Petra num. 5. Comment. ad Constit. 4. Callisti III. sect. 2. num. 67. alia novissima edita die 26. Junii 1709. & die 16. Decembris 1713. apud eundem Petram ibidem num. 68. & die 26. Januarii 1717. apud eundem ibidem sect. 3. num. 16.

53 Neque ipsè Episcopus tamquam Abbas nec alius Prælati loci potest subditis secularibus Nullius Diœcesis concedere Litteras Dimissorias, sed has debet concedere Episcopus vicinior. Vide verb. Abbas num. 26. ubi ad id adducuntur varia Decreta, quibus adde novissimum Decretum Sacræ Cong. Conc. editum die 30. Januarii 1717. in respons. ad 6. ubi cum quaereretur: An Eminentiſſimo Abbat. competat Jus concedendi Dimissoriales pro Ordinandis, tam siper vita, & moribus, quam Patrimonio, vel titulo Beneficii; Sacra Congr. respondit, Ad sextum Negative. Sic refert Card. Petra dict. tom. 5. Comment. ad Constit. 4. Callisti III. sect. 3. num. 19.

54 Dimissoria ab Episcopis, aliisque Ordinariis dirigi non possunt Abbatibus Regularibus sub pœna Suspensionis a Collatione Ordinum præter alias pœnas arbitrio Sacræ Congregationis reservatas, tam contra concedentes, quam contra Ordinantes; Vide verb. Abbas num. 22. ubi adducitur Decretum per extensum.

55 Prælati Regulares possunt concedere suis subditis Regularibus Litteras dimissorias ad Ordines; & habetur ex cap. Abbatibus 3. de privileg. in 6. Ex Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 10. & expressè ex Decreto Sacræ Cong. Concilii de mandato Clementis VIII. edito 15. Martii 1596. Sed secluso speciali privilegio non possunt ipsas dimissorias concedere suis Regularibus subditis, nisi ad Episcopum Diœcesanum, id est ad Episcopum, intra cujus Diœcesim situm est Monasterium ordinandi; Dummodo ipsè Episcopus Diœcesanus Ordinationes habuerit; alioquin si Diœcesanus Ordinationes non sit habiturus, possunt Prælati Regulares, servatis servandis, concedere suis subditis Regularibus Dimissorias ad quemcumque alium Episcopum. Sic expressè citat. Decret. de mandato Clement. VIII. editum, quod hic ad litteram datur.

57 „ Decretum Sacræ Congregationis Concilii Tridentini „ emanatum auctoritate sel. rec. Clementis VIII. super Ordinatione Regularium.

„ De mandato S. D. N. Clementis Divina Providentia „ Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & sin-

„ gulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cætero observari faciant, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilii Trid. continentur, cujus tenor est talis.

„ Congregatio Concilii censuit, Superiores Regulares 58 „ posse suo subdito icidem Regulari, qui prædictis qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, Litteras Dimissoriales concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterii, in cujus Familia ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit: & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quo ad doctrinam, & dum ipsi Regularum non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel abfuerit, vel nullas habiturus esset Ordinationes. Verum cum a Superioribus, Episcopo Diœcesano absente, vel Ordinationes non habente, Litteræ Dimissoriae dantur, ab eis utique hujusmodi causam absentia Diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse. Quod qui non fecerint, Officii, & Dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem S. D. N. Papæ reservatas pœnas incurrunt. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die 15. Mensis Martii 1696.

Decretum Clementis VIII. quoad Ordinationes Regularium fuit novissime confirmatum per Innocentium XIII. pro Regnis Hispaniæ Constit. incip. Apostolici Ministerii, confirmata per Benedictum XIII. Constit. incip. In supremo, die 23. Septembris 1724. ibi: „ Quoties vero Regulares ad Ordines erant promovendi, servetur omnino Decretum Congregationis Cardinalium Concil. Trid. interpretum a piæ memoriæ Clemente Papa VIII. Prædecessore etiam nostro confirmatum die 15. Martii 1595. quo sancitur, non ad alium, quam ad Episcopum Diœcesanum Litteras Dimissorias pro eorumdem Ordinum susceptione a suis Superioribus esse dirigendas, præterquam in casu, quo Diœcesanus a Diœcesi abisset, vel Ordinationes non esset habiturus; quo etiam casu in Litteris Dimissoriis ad alium Episcopum dirigendis expressa fieri debebat mentio, vel de prædicta Episcopi Diœcesani absentia, vel de illa alia causa, videlicet, quod Ordinationes non sit habiturus; exceptis tamen quoad prædicta Regularibus illis, quibus per speciale privilegium a Sede Apostolica post Concilium Tridentinum fuerit concessum, ut a quolibet Catholico Antistite Ordines suscipere possint, super quo Indulto nihil per præsentem innovare intendimus. Noverint autem Episcopi se debere per semetipsos, secluso agrotationis casu Ordines conferre, & Sacrorum Ordinum collationem, statutis a Jure temporibus, in Cathedrali Ecclesia, vocatis, & assistentibus Canonicis, publice habendam esse, vel si in alio Diœcesis loco, semper tamen in Ecclesia, quantum fieri poterit, digniori, & præsentem Clero ejusdem loci. Ne vero incertitudo, an ipsi Ordinationes sint habituri, nimis grave afferat incommodum promovendis varia Diœcesis loca inhabitantibus, per mensem ante singulis vicibus publico Edicto ab ipsidem Episcopis denuntietur, se Ordinationes esse habituros, adeo ut quoties denunciatio hujusmodi facta non fuerit; inde satis intelligant Regulares, Episcopum Diœcesanum Ordinationes ea vice minime esse habiturum, subique idcirco licitum futurum Ordines ab alio Episcopo suscipere cum Litteris Dimissoriis suorum Superiorum ad eum directis, servata in iis forma superius expressa.

Unde ad hoc, ut Regulares possint ab alio Episcopo ordinari, sufficit, quod in Litteris dimissoriis Prælati Religionis, sive Conventus testetur de absentia Diœcesani, vel quod nolit habere ordinationes, ut clare patet ex verbis dicti Decreti, & adductæ Constitutionis; nec est necessarium habere de hac re ex Curia Episcopali instrumentum, vel fidem authenticam. Sic Piaſec. in praxi nova Episcop. part. 1. cap. 1. n. 14. Ugolin. de potest. Episcopi cap. 23. §. 20. n. 8. Campanil. In diversorio juris Canonici Rubric. 12. cap. 13. num. 37. Madius de Sacris Ordinibus cap. 10. n. 8. Miranda in Manual. Prælat. tom. 1. q. 28. art. 2. Molfesius in Summa Theologia moralis tract. 2. cap. 2. n. 23. Barbosa de Offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 7. n. 18. & alii passim.

Insuper cum Eminentiſſimus Card. Petra in Indice tom. 61 quinti suorum Commentariorum ad Constitutiones Apostolicas verb. Ordines, expressè dicat, quod Decretum Clementis VIII. quoad

quoad Ordinationes Regularium fuit confirmatum per Innocentium XIII. pro Regnis Hispaniæ, & generaliter per Benedictum XIII. itante hac asserta generali confirmatione, & innovatione Benedicti XIII. sufficeret, ut Regulares cum Dimissoriis suorum Superiorum posset ab alio Episcopo ordinari, quod proprius eorum Diœcesanus, per mensem ante singulis vicibus publico Edicto non denuntiaverit se Ordinationes esse habiturum, ut ex dispositione dictæ novissimæ Constitutionis tenentur acere Episcopi, ut patet ex ipsius præcisè verbis supra adductis n. 55. Ubi enim eadem ratio est eadem est Legis dispositio, l. lido 27. ff. de Legibus; l. Illud 32. ff. Ad Leg. Aquilianam, c. Inter corporalia 2. de tranſtat. Episcop. Cum ratio legis sit anima legis; l. Cum ratio 7. ff. de bonis damnator.

62 Si Regulares ordinandi morentur in Monasterio nullius Diœcesis, Dimissoria concedende sunt ad Episcopum viciniorum. Sic expressè cit. Decret. Clement. VIII. adduct. supra n. 53. confirmat. & innovat ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. ut patet ex verbis adductis supra n. 55. In casu, quo proprius Episcopus Ordinationes non teneat, possunt Dimissoria Regularium dirigi ad quemcumque alium Episcopum, etiam ultra montes; Dummodo sit Catholicus Episcopus. Sic expressè Passerinus de statu homin. l. 3. q. 189. num. 814. Card. Petra t. 1. Commentar. ad Constit. unic. Urban. II. sect. num. 41. Marchinus tract. 1. de Sacrament. Ord. in communipart. 5. cap. 11. n. 17. & alii: Decretum enim Clementis VIII. & Constitutio Innocentii XIII. confirmata a Benedicto XIII. dicit abique ulla distinctione, & restrictione, ad quemcumque alium Episcopum; Et ubi Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; c. Quia circa 22. de privileg. & l. De pretio, ff. de Publiciana in rem actione.

64 Nec Regulares comprehenduntur in Decreto generali mandante, ut Ultramontani absque Sanctitatis linc, vel Sacræ Cong. Episcop. & Regul. licentia Ordines non conferantur, prout declaravit eadem Sac. Cong. Episcop. & Regul. in 2. Neapolitana, 30. Decemb. 1617. quia in Decreto generali non comprehenduntur Regulares: nisi de iis fiat expressa mentio; Sic refertur, & tenet Sellius in Selectis Canonie. cap. 18. n. 30. Barbosa in Concil. Trid. sess. 23. cap. 8. de reform. n. 34. Card. Petra tom. 5. Comment. ad Constit. 8. Pii II. numer. 76. & alii. Expedit tamen, ut Dimissoria in similibus casibus dirigantur a Regularibus Superioribus ad aliquem Episcopum viciniorum, tum ad tollendas Religiosorum divagationes, tum ad evitanda multa absurda, & inconvenientia, tum ad se conformandum Constitutioni Urbani VIII. incip. Secretis edit. die 11. Decembr. 1614. in qua statuitur, ut Ultramontani non ordinentur ab Episcopis Italiæ, neque ad Ordines Minores, aut Clericalem Tonsuram, nisi Dimissoria requisita propriorum Ordinariorum per Nuncios Apostolicos, seu Collectores earum Regionum, ac per Vicarium Urbis approbata fuerint.

66 Superiores Regulares, si ex industria, & per fraudem transferant Subditos de una Diœcesi ad aliam, ut facilius ad examen admittantur, ac statim ordinati redeant ad primam Diœcesim, peccant, & sunt punibiles in foro externo, ut contravenitores præcepti Summi Pontificis, ut ex multis probat Card. Petra tom. 1. Comment. ad Constit. unic. Urbani II. sect. 2. num. 34. Ubi sub num. 37. subiungit, quod ad rem propositio dubio in Sacra Congr. Concil. in una Neapolitana die 8. Augusti 1692. Secundo per quantum tempus Regulares ordinandi convenari debeant in Conventu Diœcesis Episcopi ordinantis ad hoc, ut dici possint de Familia ipsius Conventus? Sacra Congregatio respondit: Providebitur in casibus particulariter proponendis. Et ita ad aliud dubium: An Regulares sint licite ordinati in eadem Neapolitana, in qua Cardinalis Archiepiscopus conquestus fuerat, Regulares per quatuor dies remotos fuisse a Conventibus Neapolis ante Ordinationes, & fuisse ordinatos ab alijs Episcopis, ubi morabantur? Respondit Providebitur in casibus particularibus.

63 Regulares si fuerint ab Episcopo Diœcesano in examine reprobati, non possunt a suis Superioribus mitti ad alios Episcopos pro Ordinibus suscipiendis, & si hoc faciant, ultra pœnas in cit. Decreto Clementis VIII. quas incurruunt Superiores Regulares, Episcopus non Diœcesanus sic eos ordinans a collatione Ordinum per annum erit suspensus, & Ordinati a susceptorum Ordinum executione suspensi erunt, quamdiu Episcopo Diœcesano expedire videbitur manere suspendis, ut Sacra Congr. Concil. respondit Archiepiscopo novi Regni Græciæ 14. Martii 1620. lib. 56. Decret. pag. 610.

Sed si rejiciantur, debent recurrere per viam appellationis ad legitimum Superiorem. Ead. Sac. Congr. 23. Aprilis 1604. lib. decret. 55. pag. 859. apud Monacell. tom. 2. tit. 15. for. mul. 4. num. 29.

Superiores Regulares nequeunt concedere suis Novitijs Dimissorias ad Ordines recipiendos, sed hoc spectat ad Episcopum loci Monasterii, in quo Novitius agit Novitium. Marchinus tract. 1. de Sacrament. Ord. in communipart. 6. cap. 4. num. 15. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 7. num. 32. & 33. cum multis ibi citatis, & omnes Doctores citati, verb. Novitius num. 93. 94. 95. Vide ibi dicta ad rem.

Notanter autem supra sub num. 56. fuit dictum, quod secluso speciali privilegio non possunt ipsas Dimissorias concedere suis Regularibus subditis, nisi ad Episcopum Diœcesanum, quia qui speciale privilegium ad id post Concilium Tridentinum a Sede Apostolica obtinuerunt, possunt adhuc a quolibet Catholico Antistite Ordines suscipere, & consequenter eorum Superiores ad quemlibet Catholicum Antistitem Dimissorias concedere. Habetur expressè ex citata novissima Constitutione Innocentii XIII. incip. Apostolici Ministerii, confirmata a Benedicto XIII. Constit. incip. In supremo, ut patet ex propriis verbis adductis supra num. 55. ibi: Exceptis tamen quoad prædicta Regularibus illis, quibus per speciale privilegium a Sede Apostolica post Concilium Tridentinum fuerit concessum, ut a quolibet Catholico Antistite Ordines suscipere possint, super quo Indulto nihil per præsentem innovare intendimus.

Tali speciali privilegio gaudet Patres Societatis Jesu, ut eis concessit Gregorius XIII. Constitut. 77. incip. Primum unile, confirmata a Paulo V. post Clementem VIII. & nunc vigere ex Oraculo Innocentii XII. testatur Eminentiſſimus Petra tom. 5. Commentar. ad Constit. 7. Pii II. num. 87. & refert Monacell. tom. 2. tit. 13. formul. 4. num. 31. quod: dictus Pontifex Innocentius XII. instante Patre Thyrso Gonzalez Generali, & referente Eminentiſſimo Card. Sperello tunc Vicesgerente sub die 17. Augusti 1695. declaravit prædictum Decretum non comprehendere Clericos Societatis, sed in illorum Ordinatione servandam esse Constitut. Gregorii XIII. & jam antea propositum in Sacra Congr. Concil. ab Archiepiscopo Mechliniensi duplici dubio, nempe, ut refert Monacell. loc. cit. num. 32.

I. An Clerici Societatis Jesu Sacros Ordines ab Archiepiscopo Mechliniensi suscipiendi debeant se subicere examini prout ceteri Regulares?

II. An Clerici Societatis Jesu habitantes in Diœcesi Mechliniensi Archiepiscopo Ordinationem habente, possint extra Diœcesim Mechliniensem ordinari ab alio Episcopo in propria Diœcesi?

Sac. Cong. Conc. die 5. Jul. 1681. respondit:

Ad I. Negative, nisi adsit consuetudo in contrarium.

Ad II. Affirmative.

Dicto speciali privilegio gaudet Fratres Minores de Observantia in partibus Indiarum Occidentalium existentes ex concessione post Concilium Tridentinum, & Clementem VIII. eis facta ab Urbano VIII. Constitut. incip. Cum sicut, ibi: Nos ejusdem &c. & infra: Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis ejusdem Ordinis S. Francisci in partibus Indiarum Occidentalium hujusmodi tantum existentibus expressè professis, ut de Superiorum suorum licentia a quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente, in propria Diœcesi residente, vel in aliena de Diœcesani loci consensu Pontificalia exerceant, per eos eligendos ad omnes, & etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, etiam temporibus ad id a jure statutis, ac interstitiis a Sac. Cong. Concil. Trid. designatis, minime servatis, annique curriculo non expectato, etiam si in unoquoque ex dictis Sac. Ordinibus susceptis, antequam ad alium promoveantur, se minime exerceant; Dummodo tamen ad id idonei reperiantur, & servatis alias servandis, promovendi, & promoti in illis etiam in Altaris Ministerio ministrare libere, & licite possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac facultatem imper-

73 An autem tali speciali privilegio gaudeant omnes alii Regulares, quamvis multi id negent, plurimi tamen id affirmant ex concessione facta a Clemente VIII. die 23. Novembris 1596. Congregationi S. Joannis Evangeliste in Portugalia, quibus indulgit, ut a quocumque Antistite communione Ecclesie habente cum Prelatorum suorum licentia, seu Dimissoria ordinari valeant. Unde quod ejusmodi Religiosi non sint adstricti ad eam formam concedendi Dimissoria suis subditis, quae in Lepius citato Decreto Clementis VIII. adducto supra num. 54. praecribitur, notant Piascius part. 1. praxis Episcopalis cap. 1. art. 2. num. 5. Barbosa part. 2. de Offic. & potest. Episcop. allegat. 4. numer. 60. Pirhing lib. 1. decret. tit. XI. num. 61. vers. Porro est, Reiffentuel ibidem num. 136. Sporer tom. 3. part. 1. cap. 5. num. 123. cum multis aliis; Nec immerito, quia allegata Concessio Clementis VIII. est posterior dicto suo Decreto, uti patet ex Data, cum Decretum datum sit 15. Martii 1596., & concessio data sit die 23. Novemb. ejusdem anni. Tum quia Privilegium a Papa concessum debet aliquid speciale operari, Cap. Abbate 25. de verbor. significat. Si autem dicti Religiosi non possent Dimissoria concedere ad alios Episcopos, nisi in casu, quo proprius Dioecesanus abesset, vel nullas Ordinationes haberet, nihil speciale operaretur, cum jam id fuerit ipsis, sicuti & omnibus aliis Regularibus concessum ab ipomet Clemente VIII. in priori Decreto edito 15. Martii 1596. Cum dictis autem Religiosis communicant in privilegiis alii Regulares. Vide supra art. 2. num. 13. ubi varia ad rem.

74 Patres Congregationis Oratorii Urbis, & Neapolis habent Indultum, quod promoveri facere possint ad quoscumque Ordines suos Alumnos a Locorum Ordinariis, in quorum Dioecesi habent Domicilium abique Litteris Dimissoria Episcoporum Originis. Sic declarasse Sacram Congregationem Concilii anno 1604. lib. 55. Decret. pag. 575. refert Monacell. tom. 2. tit. 13. formul. 4. num. 41. & Card. Petra tom. 5. commentar. ad Constitut. 7. Pii II. num. 84. ubi subiungunt non videri derogatum tali Indulto per Constitutionem Innocentii XII. incip. Speculatores, quia Lex generalis nunquam censetur comprehendere eam privilegiam, & specialem, per reatum in Cap. Cum Ordinem 6., & Cap. Abbatem 40. ubi Gloffa verb. Per Litteras, de Rescriptis, Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 2. n. 6. Rota coram Peusinger. dec. 354. n. 10. cum ibi allegatis.

75 Verum quoad haec, de quibus hucusque, Ordinationes scilicet Regularium, nunc attendenda est omnino, & observanda novissima Constitutio Benedicti XIV. incip. Impositi Nobis desuper edita die 27. Feb. 1747. In qua, relata veteri Controversia de Ordinatione Regularium inter ipsos, & Episcopos, ac sanctione sub Gregorio XIII. Sixto V., & Clemente VIII. quod nempe Superiores Regulares possint suis subditis Regularibus pro eorumdem Ordinatione litteras Dimissorias duntaxat concedere, ad Episcopum Dioecesanum, & solum, si Dioecesanus abfuerit, vel non esset habitus Ordinationis, ad quemcumque alium Episcopum praedictam sanctionem confirmat, Superiores Regulares Decreti Clementis VIII. transgressores omnibus poenis in iplo contentis subicit, ac Regulares contra dicti Decreti praescriptum incurrent, & Episcopos eos sic promoventes, poenas omnes, atque censuras, quae adversus Sacram Ordinationem suscipientes ab Episcopo, qui proprius ad hunc effectum dicit, & haberi nequit, necnon adversus Episcopos, alienos subditos indebite ordinautes, in Jure Canonico, & in Constitutionibus Apostolicis statutae habentur, incurtere ipso facto absque alia declaratione decernit; Clementer respective absolutis, dispensatis, ac rehabilitatis iis omnibus, qui in praedictis deliquissent, & ob hoc sententias, censuras, ac poenas Ecclesiasticas antehac incurrisissent.

76 Praeterea statuit, ut Superiorum Regularium Dimissoriae, quae ideo ad alium Antistitem directae fuerint, eo quod Episcopus Dioecesanus extra Dioecesim commoretur, vel Ordinationem non sit habiturus, nullius sint valoris, & momenti, nisi illis adjuncta fuerit authentica attestatio Vicarii Generalis, vel Cancellarii, aut Secretarii ejusdem Episcopi Dioecelani, ex qua constet, vel ipsum a Dioecesi abesse, vel Clericorum Ordinationem habiturum non esse proximo legitimo tempore per Ecclesiasticas Leges ad hunc effectum statuto. Quod si aliquis Antistes Regularem virum in sua Dioecesi proprium Domicilium non habentem, solis ipsius Superioris Dimissorialibus Litteris contentus, sine adjuncta

prafata attestazione in forma probante, ad Ordines promoveri praesumpserit, decernit, & declarat, hunc ipso facto incurtere in poenas Canonicas adversus eos constitutas, qui alienum subditum legitime Dimissoria delinquentem ordinaverint. Declarat tamen, Regulares volentes se promovere ad Ordines non teneri ostendere Dimissorias Ordinariorum propriae originis, sed sufficere, ut observent formam praescriptam in Decreto Clementis VIII. ut censuit etiam Sacra Congregatio Concil. 28. Februarii 1654., & amplissime confirmavit 7. Martii 1674.

77 Privilegia autem suscipiendi Ordines a quocumque Catholico Antistite decernit illis solis Regularibus suffragari, quibus post Tridentinum Concilium nominatim, atque directe, non autem per communicationem concessa fuerint, ut jam in quadam Congregatione particulari ab Innocentio XIII. deputata fuit declaratum, & ipsemet Innocentius XIII. statuit Constitutione incipient. Apostolici Ministerii, confirmata a Benedicto XIII. Constitut. incip. In supremo. Dicta vero privilegia declarat nequaquam post Concilium Tridentinum indulta censeri, nisi vel post ipsius Concilii confirmationem re ipsa fuerint concessa, vel quatenus antea concessa, & posterius confirmata esse asserantur, hujusmodi confirmationes, quae in forma communis nuncupantur, nemini ad praemissum effectum ullo pacto suffragari. Quod vero spectat ad eorumdem privilegiorum usum, & exercitium, vult monendos esse illos, qui vere ipsis, ut supra concessis, gaudent, ut non sine justa causa, nec extra debitas circumstantias, pro libito ipsis urantur; Minime vero ad ostendendam duntaxat ipsorum privilegiorum singularitatem, quemadmodum aliquibus in more positum esse cognovit, qui pridie illius diei, quo ab Episcopo Dioecelano Clericorum Ordinationes publice habendae sunt, ad alterius Episcopi Dioecelani consulto migrant, moxque suscepto ibidem Ordinationis munere, ad pristinum domicilium redeunt: idque se facere ajunt, ut jurium suorum indemnitati consulant; quasi vero Apostolica privilegia, non nisi cum aperto Episcopo Dioecelani contentu suam vim, & robur habitura forent. Sic ipse expresse in cit. Constit. incip. Impositi Nobis, ubi etiam ad rem multa sapientissime tradit, ac Episcopos, & Regulares omnes, maximo quo potest Apostolica voluntas studio, per misericordiam Dei nostri, ut tam in hoc negotio, quam in ceteris omnibus solliciti sint unitatem spiritus, & sinceram dilectionis concordiam servare, hortatur &c.

78 Nuncios Apostolicos possunt Ordines conferre illis, qui habent Dimissoria propria Episcopi cum clausula, quod possint a quocumque Antistite ordinari; Supplicante enim Nuncio Apostolico Taurinensi pro resolutione dubii: An ipsi Nuncio competeret facultas absque licentia Episcopi Dioecelani Ordines in propria Capella conferendi habentibus Litteras Dimissoriales a propriis Episcopis cum clausula, quod possint a quocumque Antistite ordinari? Sacra Congreg. Concilii sub die 23. Aug. 1653. respondit, posse; lib. 19. Decr. p. 271.

79 Graeci, & Albanenses graeco ritu viventes, & commorantes in Italia, sine Litteris Dimissoriae proprii Ordinarii loci Latini, & Dioecelani nequeunt promoveri ad Ordines sub poena suspensionis, & si suspensi in suis Ordinibus ministraverint, Irregularitatem incurunt. Et si ordinantur ab Episcopo Latino illi, qui a Presbyteris Graecis sunt confirmati, debent ante Ordinationem iterum confirmari sub conditione, videlicet: N. Si es confirmatus, Ego te non confirmo, sed si non es confirmatus, ergo signo te signo Crucis. Confirmo te Christate salutis. In nomine Patris, &c. Clementis VIII. Constit. 34. incip. Sanctissimus.

80 Ultramontani non possunt ordinari ab Episcopis Italiae, nisi illorum Dimissoriae fuerint recognite, & approbate per Nuncios Apostolicos earum Regionum, ac per Vicarium Urbis. Urban. VIII. Constitut. 33. incip. Secretis. Et hoc quamvis Ordinandi permanerent in Collegiis Italiae. Sacra Congregat. Concil. in Bononien. 15. Martii 1692. apud Monacell. tom. 1. tit. 1. formul. 19. num. 3. Hoc tamen non procedit in Ultramontanis Regularibus, ut jam dictum est supra num. 60. ex declaratione Sacrae Congreg.; Vide ibi.

81 Commorantes in Urbe per quatuor menses non possunt ordinari extra Urbem cum Litteris Dimissoriae proprii Ordinarii, sed debent se praesentare Eminentissimo Cardinali Vicario, a quo debent Ordines recipere vigore Edicti tempore Clementis VIII. de anno 1603. emanati, ac Alexandri VII. anno 1664. die 15. Maii, & Declarationis Congregationis deputatae ab eodem Pontifice approbate; alias contraveniendo incurunt suspensionem Papae reservatam.

84 Ordines subditis sex Episcopatum Cardinalitiorum prope Urbem, in quibus non sunt suffragani, si proprius Cardinalis Episcopus non accedat ipse ad suam Dioecesim, & ibi Ordinationes habeat, debent conferri per Cardinalem Vicarium Urbis cum Dimissoria sui Ordinarii, nec dicte Dimissoriae possunt dari aliis Episcopis sub poena suspensionis, Alexander VII. Constitut. 129. incip. Apostolica Sollicitudo.

85 Metropolitanus, Patriarchae, & Nuncios, seu Legati nequeunt subditis Ordinariorum conferre Ordines, seu Dimissorias ad alios Episcopos concedere. Sic declaravit Sacra Congregatio in una Burgeni 16. Novemb. 1621., & refert Pignatell. tom. 2. consulti. 1. num. 5., & per tot. & in Compend. verb. Nuncios, & Card. Petra tom. 1. commentar. ad Constitut. Unicum Urban. II. sect. 1. num. 44. ubi refert, san. mem. Innocentium X. prohibuisse Legato Bononiae se ingerere in materia Ordinum, praevio voto Sacrae Congreg. Episcoporum, & Regular. 30. Septembris 1650. Et de Archiepiscopo Sacra Congreg. Concilii in Calaguritana die 17. Januarii 1693. censuit, dandas esse Litteras monitorias Metropolitanum Burgeni ut abtineret a conferendo Ordinibus, qui fuerunt ab Ordinario rejecti, & Episcopus uteretur Jure suo in Ordinationibus, non obstantibus jussu Metropolitanum in contrarium, & in casibus hujusmodi certior Sac. Congregationem. Et propositis pluribus dubiis in Congregatione die 16. Aprilis anni 1695., & dilata resolutione die 16. Julii 1695. iterum propositis inter alia, IX. An Metropolitanus possit cogere Suffraganeum ad conferendum Ordines, & an possit admittere appellationes ab Ordinum denegatione? X. An, & in quibus casibus teneatur Episcopus exprime causas denegationis Ordinum, & an ad id compelli possit per Metropolitanum? Sac. Congreg. cum alia octo dubia fuissent proposita circa gravamina praesentia per Episcopum contra Archiepiscopum quoad appellationes, respondit; Ad primum utque ad novum, Dentur Decreta alias a Sacra Congregatione Episcoporum edita, apud Quarantam in Summa Bullarii verb. Archiepiscopi auctoritas, impressa. Ad decimum censuit pariter dandum esse Decretum in Rhemon. 21. Aprilis 1668. tenoris sequentis: Propositis in Sac. Congregatione Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum dubitationibus, circa quas Eminentia Vestra pro sua egregia Pastoralis sollicitudine Apostolicam Sedem consuluit, Eminentissimi P. P. illius zelum charitativa meliora emulantes, peculiariter laude prosequuti sunt: Ceterum eas dubitationes, quae primis quinque capitibus, seu numeris digestae, & descriptae sunt, unico responso ex declarationibus aliis editis deserviri posse consenserunt. Etenim cum nullus ordinari debeat, quem suus Episcopus sua Ecclesiae utilem, aut necessarium non judicaverit, Congregatio non semel declaravit, ab hujusmodi iudicio nullam dari appellationem, sed recursum duntaxat ad Sedem Apostolicam, quae juxta ipsius Congregationis sententiam per Gregorium XIII. sel. rec. approbatam, quotiescumque Ordinarius recusaverit quemquam ordinare, Metropolitanus, aut vicinior Episcopo committit, ut ab eodem Ordinario prius requiratur causam recusationis, quo legitimum non allegante, liceat illi eundem recusatum ordinare. Itaque si qui ex Dioecelani Episcoporum Emin. Vestrae Provincialium Sedem Apostolicam adaverit, juxta praenarratam formulam eorum querimoniam consulatur, cui formula, ut innum in praesens addatur, consenserunt expedire Eminentiss. P. P. videlicet ut Metropolitanus, aut vicinior Episcopus, antequam commissas sibi partes exequi aggrediantur, paterne carent, ut illi denique apud suos Episcopos per tres vias suppliciter instent. Ad XI. censuit dissentientes esse casus particulares.

86 Papa potest ordinare quoscumque sine Dimissoriae suorum Ordinariorum. Communissima, Cap. Nunc vero 20. Cap. Per Principalem 21. caus. 9. q. 3., & arg. cap. Proposuit 4. de concessione praebendae, ibi: Qui secundum plenitudinem potestatis de iure possumus supra sui dispensare, & expresse Pius II. Constitut. 7. incip. Cum ex Sacrorum, ubi excipit ordinatos a Summo Pontifice, ibi: Praeterquam si per sedem Apostolicam iuxta eius stylum ordinati fuerint. Ordinatos autem a Papa nullus ad superiores Ordines promovere potest sine ipsius licentia, Cap. Filium 122. caus. 1. quest. 1., & cap. Cum in distribuendis 12. de temporibus Ordinari. Barbosa lib. 1. juris Ecclesiast. univers. cap. 2. num. 82., & cap. 33. num. 59. & de Offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 50. num. 22. cum aliis ibi citatis, & Benedictus XIV. Constitut. incip. In supremo.

88 Quamvis ex dictis super num. 14. ratione allata Constitutio

tionis Speculatores, Litterae Testimoniales proprii Episcopi Originis, & Domicilii de necessitate requirantur, ut Clericus legitime ad primam Tonsuram, seu etiam ad minores Ordines a proprio Episcopo promotus, possit ab alio Episcopo, ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Dioecesi obtenti, ad ultteriores Ordines promoveri; Non videtur tamen necessario requiri, ut talis Clericus possit in alia Dioecesi Beneficium obtinere, & in illo institui; Cum circa hoc nihil dicta Constitutio decernat; Immo ex ipsa videtur posse contrarium colligi, cum §. 7. expresse dicat, talem Clericum non posse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Dioecesi obtenti, ad ultteriores Ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem Testimoniales litteras &c. quae verba ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Dioecesi obtenti, clare denotant, Beneficium jam fuisse legitime sine dictis Testimonialibus in illius Dioecesi obtentum; Alias si ad illud obtinendum fuissent necessariae, sicuti Constitutio statuit non posse Clericum in tali Dioecesi Beneficium, sine dictis Testimonialibus ad ultteriores Ordines promoveri, statuisset etiam non posse sine ipsis aliquid Beneficium in aliena Dioecesi obtinere; Quod enim voluit, expresse; Unde si etiam id voluisset, expresse; arg. cap. Inter corporalia 2. de translation. Episcoporum. §. Sed neque istud, cap. Ad audientiam 12. de Decimis, & cap. Quia circa 22. de privilegiis, cum similibus.

89 Tum quia hoc colligitur etiam ex resolutione Sacrae Congreg. Concil. in Pientina, seu Ilicen. Ordinationis, in qua cum Episcopus Pientinus conquestus fuisset apud ipsam Sacram Congregationem, nec Clericum Laurentium Medicum Medichesium sibi originis, & Domicilii iure subditum, & jam ab iplo ad Ordines Minores promotum, sine suis Litteris, aut Dimissoriae, aut Testimonialibus ad omnes Sacros Ordines exercere Episcopus Ilicensis, ratione, ac titulo cujusdam Beneficii in ejus Dioecesi obtenti, propositis quatuor sequentibus dubiis:

- I. An Clericus Laurentius Medichesius fuerit licite ordinatus ad titulum Beneficii, de quo agitur?
 - II. An praedictus Laurentius licite fuerit ad Sacros Ordines promotus ab Episcopo Ilicen. in cuius Dioecesi Beneficium illud existit, sine Litteris Dimissoriae Episcopi Pientini?
 - III. An Litterae Testimoniales, quas idem Laurentius impetravit ab Episcopo Pientino, fuerint sufficientes ad licitam Ordinationem?
 - IV. An, & qui Ordines contulit, & qui eos suscepit, inciderint in poenas statutas a Sacro Concilio Tridentino, & a Bulla Speculatores in casu &c.
- Dicta Sacrae Congreg. die 18. Julii 1733. Respondit: Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative. Ad III. Affirmative in casu, de quo agitur. Ad IV. Negative.
- Sic apud Theaurum Resolutionum Sacrae Congregationis Concil. tom. 6. pag. 111. ad 116. ubi multa ad rem merito ibi legenda.

90 Ibi, ut vides, nec minimum quidem dubium excitatum fuit super facultate conferendi ipsi Clerico Beneficium, in eoque ipsum instituendi. Quod si aliqua adfuisset & adesset ratio, etiam minima, excitandi tale dubium, & solum, ut ita dicam, aliquod ad id Canonicum fundamentum somniasset Episcopus Pientinus, certe excitare, & omnem movere lapidem non omisit, utpote sibi periculis graviter offensus ab Episcopo Ilicensi; Sed tota controversia restricta fuit, ut supra patet in propositis, & decisus in Sacra Congreg. Concilii dubiis, ad dicti Clerici promotionem ad ultteriores Sacros Ordines, juxta sancita ab Innocentio XII. in allata Constit. incip. Speculatores. Unde nullus videtur adesse ambigendi locus super facultate conferendi in nostro casu alicui Clerico sic jam a suo Episcopo Originis, & Domicilii ad primam Tonsuram, seu etiam ad Minores Ordines promotum, Beneficium in sua Dioecesi, in eoque ipsum instituendi ab alio Episcopo, dummodo non procedat ratione ipsius Beneficii in sua Dioecesi obtenti ad conferendos ei ultteriores Ordines, sine Testimonialibus proprii Episcopi Originis, & Domicilii, juxta disposita in dict. Constitut. Speculatores.

91 Tum quia experientia constat, non paucos adesse Clericos, qui nolentes ad ultteriores, & Sacros ascendere Ordines, & aliunde digni nulla habentes impedimenta Canonica, in alienis Dioecesibus sine dictis Testimonialibus obtinent in dies Beneficia simplicia, nullam peronale residentiam, & celebrationem per se Missarum requirunt: Quamvis tamen non desint Episcopi, qui ad mutuam inter se venerationem, & reve-

reverentiam conservandam, ac magis fovendam, ut valde decet, & summe præstat pro conferendis solis dignis, atque dignioribus Beneficiis, dictas Testimoniales exquirere consueverint.

92 Nota tamen atque advertit, quod a præfata resolutione, Sacre Congregationis Concilii in Pientina, seu Ilcinen. hic adducta num. 88. ead. Sacra Congregatio die 3. Augusti ejusdem anni 1733. recessit quoad tertium, & quartum dubium; Reproposita enim causi ex noviter deductis sub dub. An quoad III. & IV. dubium sit standum vel recedendum a decisis die 18. Julii proxime præteriti in casu? Eadem Sacra Congregatio dicta die 8. Augusti 1733. respondit: Quoad tertium recedendum a decisis, ad quartum vero consulant conscientie sue; Sic apud Theaurum Resolutionum Sacre Congregationis Concilii tom. 6. in dict. Pientina, seu Ilcinen. Ordinationis sub die 8. Augusti 1733. in cuius expositione clar. mem. Eminentissimus Cardinalis de Lanfredinis, tunc ejusdem Sacre Congregationis Secretarius plura eruditissime tradit ad rem. Et signanter quod Testimoniales Litteras impetrari oportet ab Episcopo originis, etiam si quis inde dilacerit in tali atate, in qua nullum Canonicum impedimentum contrahere poterit (ac proinde in casu quo de natalibus solum, ac de ætate testari queat Episcopus originis,) ut deducitur ex resolutione edita in Laquedonien. seu Bituntina Ordinationis 16. Novembris 1709. ut in lib. 19. Decret. pag. 365.

93 Et scite advertit, quod magna intercedit differentia inter Litteras Dimissorias, & Litteras Testimoniales. Nam Litteræ Dimissoriæ exprimit traditam facultatem, ut aliter Episcopus possit Clericum illum ad Ordines promoveri; Litteræ autem Testimoniales non hanc facultatem impertiunt, quia supponitur factenda Ordinatio ab alio Episcopo non indigente traditione hujus facultatis, sed ea potituro jure suo; solumque continent testimonium, quod Clericus promovendus sit dignus, cui tales Ordines conferantur, quemadmodum hæc diversitas clare deducitur ex Litteris utriusque generis, quarum formulam tradit Monacell. tom. 1. tit. 4. formul. 3. & formul. 9. Et insuper etiam differunt Litteræ Testimoniales, quæ dantur eo fine, ut ad præscriptum Bullæ Innocentianæ exhibeantur alteri Episcopo Ordines collaturæ ei, qui Beneficium in sua Diocesi fuerit affectus, & Litteris Testimonialibus, quæ concedi solent ad commendandum Clericum & Diocesi proficiscentem, ut illarum quoque formula habetur apud eundem Monacell. dict. tit. 4. formul. 6. Sed si istiusmodi Litteræ nullum exprimentes respectum promotionis ad Ordines, approbarent tamquam idoneæ, & Bullæ Innocentianæ satisfactientes ad suscipiendos ab alio Episcopo Ordines, facilis sterneretur via fraudibus cum non mediocri Ecclesiasticæ Disciplina discrimine, quemadmodum conquelesit fuit Episcopus Pientinus sic scribens: Si de Testimonialibus agatur, non inficior, quod a mea Curia concessæ fuerint Clerico Laurentio Medicheschio paulo ante ejus discessum, prout Clericis omnibus illas postulantibus, & præsertim discipulis conceduntur, sed limitate ad mores, & absque ullo prorsus respectu ad Ordines suscipiendos, de quibus nec per umbram fuit cogitatum. Et infra: Præ audi vi dictum Medicheschium celebratæ Missam in hac mea Diocesi, quam fuisse ordinatum.

Litteræ autem Testimoniales concessæ ab Episcopo Pientino Clerico Medicheschio sunt istæ: Testatur, Clericum Laurentium Medicheschii nostræ Diocesis in minoribus Ordinibus constitutum, nullo excommunicationis, irregularitatis, aut cuiusvis alterius Canonici impedimenti vinculo, saltem quod sciamus, innodatum existeret, neque ullo crimine postulatam, sed esse bonis, & honestis moribus præditum, ac talem, qualem in sortem Domini vocatos decet.

Quibus omnibus, aliisque diligenter ponderatis, eadem Sacra Congregatio die 8. Augusti 1733. prudentissime recessit a decisis sub die 18. Julii ejusdem anni 1733. quoad tertium, & quartum dubium sub his verbis: Tertio, An Litteræ Testimoniales, quas idem Laurentius impetravit ab Episcopo Pientino, fuerint sufficientes ad licitam Ordinationem? & resolutum, Ad tertium Affirmative in casu, de quo agitur. Et quo ad quartum dubium propositum sub his verbis: Quarto; An & qui Ordines contulit, & qui eos suscepit, inciderint in penas statutas a Sacro Concilio Tridentino, & a Bulla Speculatorum in casu &c. ac resolutum, Ad quartum, negative. Quibus postea repositis die, qua supra his verbis: An quoad tertium & quartum dubium sit standum, vel recedendum a decisis die 18. Julii proxime præteriti, in casu &c. Respondit; Quo ad tertium, recedendum a decisis; ad quartum vero consulant conscientiam suam. Hæc apud laudatum Eminentissimum de Lanfredinis loc. cit. Vide ibi, ubi plura alia ad rem erudite congesta.

Coadjutor Canonicus cum futura successione, & assignata congrua, alias exterius, eo ipso debet dici subditus Capitulo Elborensi, seu respective alteri, ad effectum suscipiendi Ordines absque alia dimissoria Episcopi suæ originis? Propositis enim in Sacra Congregatione Concil. sequentibus dubiis: I. An Coadjutor cuiusdam Canonicatus cum futura successione, & assignata congrua, alias exterius, eo ipso dici possit subditus Capitulo Elborensi ad effectum suscipiendi Ordines, absque alia dimissoria Episcopi suæ originis? II. An supradicta Coadjutoria sufficiant saltem, ut talis Coadjutor dicatur habere Domicilium requisitum a Constitutione san. mem. Innocentii XII. incip. Speculatores ad effectum suscipiendi Ordines, ex eo quod ex possessione talis Coadjutoria perpetua, videtur sufficienter demonstrari animus perpetuo permanendi? III. An idem Episcopus Auxiliarius teneatur inquirere, utrum circa illos, qui sibi ab Ordinario, seu Capitulo proponuntur, seu dimittuntur ordinandi, satisfactum sit supradictæ Constitutioni Speculatores, non obstantes quod ipsi non competat habitare, & expedire ordinandos, sed prioriori Capituli, a quo non in genere, sed expresse perlonæ habiles, & expeditæ proponuntur? Ead. Sac. Conc. Cong. die 23. Aug. 1731. Respondit. Ad I. Affirmative. Ad II. Satis provisiu in primo. Ad III. Non teneri requirere, sed posse, & debere iusta subsistente causa se abstinere ab Ordinatione. Regulares ad Ordines promovendi præter Litteras Obedientiales sui Superioris, non tenentur exhibere Ordinario fidem sui Baptismatis ad docendum de legitima ætate, dummodo in Litteris Obedientialibus exprimat ætas. Sic expresse Sacra Congr. Concil. die 12. Decembris 1733. in Iraxinen. in respons. ad 2. dub. apud Theaurum Resolution. Sac. Cong. Concil. tom. 6. impressionis Venetæ.

An pro Ordinibus suscipiendis possit fieri variatio de uno Episcopo ad alium, attendendæ sunt sequentes Resolutiones Sacre Congregationis Concilii. Cum enim in Fundana Ordinum 27. Febr. 1666. proposita fuissent hæc dubia: I. An in suscipiendis minoribus Ordinibus sit permixta variatio; itaut qui ab Episcopo Originis, seu Domicilii Tonstura, aut altero ex minoribus Ordinibus initiatus fuerit, possit ad alium Ordinem Minorem ab Episcopo Beneficii promoveri? II. An sit permixta variatio in ascensu ab Acolythatu ad Subdiaconatum? III. An sit permixtum subdiacono in promotione ad Diaconatum, vel Diacono in promotione ad Sacerdotium variare? Sacra Congreg. Concil. respondit: Variationem in unoquoque ex prænaratis casibus (dummodo non in fraudem fiat) licitam esse, ut in lib. 25. decret. pag. 26. Sicque conciliari possunt dissidentes Doctorum opiniones, ut scilicet variatio bona fide facta liceat, secus vero in fraudem, ut observat Eminentissimus Petra tom. 1. ad Constitut. unic. Urbani II. sect. 1. numer. 64. Et ad hoc facit alia ejusdem Sac. Congregationis Resolutio, quæ in Mutinen. 26. Januar. 1658. ad dubium; An Laico, cui a proprio Episcopo fuit denegata prima tonsura, possit ipsa prima tonsura conferri, vel concedi Litteræ dimissoriales ab Ordinario alterius Diocesis, coram quo ipse Laicus presentatus fuit ad Beneficium Ecclesiasticum. Respondit; Non posse: ut in lib. 21. decret. pag. 166. Et in Aversana, seu Casertana Ordinationis. . . Cum quidam Laicus prima tonsura initiari petiisset ab Episcopo Originis, & Domicilii, & ab eo repulsam passus, deinde fuisset Clericali militiæ adscriptus ab alio Episcopo, in cuius Diocesi fuerat presentatus ad tenue Beneficium, discussio dubio: An Ordinatus, & Ordinatus inciderint in penas statutas in cap. 3. sect. 23. de Reformat. Eadem Sacra Congregatio respondit; Affirmative, ut in lib. 43. decret. pag. 128. & 491. Sic referuntur tom. 5. Theauri Resolut. Sac. Congregationis Concilii in Pisana, seu Clusina, ad dubium Ordinationis, in qua cum quidam Petrus Christophorus fraudolenter extortis Litteris Testimonialibus, Episcopum pro suscipiendis Ordinibus variasset, proposito dubio: An Petrus Christophorus fuerit licite ad Sacros Ordines promotus cum Litteris dimissoriis Episcopi Clusini, & sine Litteris dimissoriis Archiepiscopi Pisani? Ead. S. Congreg. 27. Januar. 1732. Respondit, Affirmative, sed Petrum Christophorum esse suspendendum.

Secretaria Cardinalis Vicarii, & quidem de mandato ejusdem Summi Pontificis Benedicti XIV. De Bulla Speculatorum, quam refert Auctor sub num. 11. vide Lamperez, & Moreno, licet caute legendos, ob nonnullos errores, in quo inciderunt, eosque notatos a Monacello, Riganti, aliisque.

ARTICULUS IV.

Quoad ea, quæ concernunt culpam, & penam male Ordinantium, & Ordinatorum.

Ordines absque speciali dispensatione, seu privilegio illicite, sed valide conferuntur, & suscipiuntur, aut extra Tempora, vel ante legitimam ætatem, aut sine Litteris Dimissoriis; Communis quod utramque partem. Et quidem quoad primam partem, nempe quod illicite conferantur, & suscipiantur, est evidentiissima, cum id sit contra gravem & expressam prohibitionem Ecclesiæ, ut patet toto tit. de temporibus Ordinationum, & eodem in 6. & cap. illud 1. cap. De aliena 2. cap. Si quis ausus 3. cap. Clericos 4. cap. Primatus 6. & cap. Extraneo 7. dist. 71. cap. Quoniam 2. c. Ordinationes 3. cap. Quod a Paribus 4. & cap. Ordinationes 7. dist. 75. cum pluribus similibus, Concil. Trident. sess. 14. c. 2. de reform. sess. 23. cap. 8. & c. 13. de reform. & sicpe alibi; Pii II. Constitut. incipient. Cum ex Sacrorum; Urban. VIII. Constit. incipient. Speculatores; & in aliis Constitutionibus variorum aliorum Pontificum. Quoad secundam partem, nempe quod valide adhuc conferantur, & suscipiantur, clare conitat ex variis Sacris Canonibus, & signanter cap. Consultationi 16. de temporibus Ordinationum, ubi expresse definitur, quod Ordinati ad Sacros Ordines extra Tempora a Jure statuta sine ullo dubio Characterem recipiant, ex capit. Cum quidam 3. cap. Quod translationem XI. cap. Vel non est compos 14. de temporibus ordination. capit. Saepè contingit 1. & cap. Eos qui 2. eod. in 6. ubi sic Ordinantes, & Ordinati suspenduntur quidem a collatione, & respective ab executione Ordinum, ut non declarantur invalidæ Ordinationes. Et hoc quamvis in aliquibus Canonibus præfata prohibentibus, dicatur irrita aliter facta Ordinatio, ut in cap. Si quis ausus 3. dist. 71. cap. Nullus 1. caus. 9. quest. 2. & aliis, quia dictum verbum irritum intelligendum non est, quod Ordinatio sit nulla, & invalida in se ipsa, itaut non recipiatur Character, quia verum eum recipit, ut expresse cavetur in cit. cap. Consultationi 16. de temporibus ordinar. sed intelligendum est, quod sit sine ulu licito talis Ordinatio; Turrecremat. in cit. Canon. Sanchez opuscul. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 14. Campanil. in Diverforio suis rub. 6. cap. 3. num. 18. Cardinal. Petra tom. 5. Comment. ad Constitut. 7. Pii II. sect. unica num. 1. & alii passim docentes, quod neque defectus ætatis, neque defectus Dimissoriarum, aut statutorum temporum, atque hujusmodi non servata præcepta Ecclesiæ infringant validitatem Ordinum collatorum, & receptorum.

Si autem Episcopus ante ordinationem protestaretur se vere, & absolute non habere intentionem ordinandi eos, qui non habent legitimam ætatem, Dimissorias, vel aliq. requisita necessaria, invalida esset Ordinatio illorum, qui ordinati essent contra dictam absolutam, & veram non retractatam intentionem Episcopi eos non ordinandi; Desereret enim in tali casu intentio Ministrum, quæ necessario requiritur ad validitatem Sacramenti. Hinc Sacra Congregat. Concilii die 31. Jan. 1638. declaravit: Nullam fuisse ordinationem quondam Simonis Tarcii, qui consecratis sibi falsis Dimissoriis accessit ad Episcopum N. qui agnosceus, vel saltem dubitans Dimissorias esse subrepticias, protestatus fuit in ipsa ordinatione, num celebratione ordines expoicenti conferre, quoties ipse sufficientem haberet ætatem, ac Dimissoriæ veræ, & non adulteratæ essent. Sic apud Monac. tom. 2. tit. 13. form. 3. num. 43. & Card. Petram loc. cit. n. 5. in fine. Nec valet obijcere, quod Sac. Congregat. Concil. in una Portalegren. 5. Aprilis 1704. declaravit quendam Clericum, qui falsis Dimissoriis ordinatus fuerat, fuisse valide ordinatum, non obstante, quod Episcopus ordinans fuisset protestatus se non habere intentionem. Non valet, inquam, quia ideo Sac. Congregat. declaravit validam talem ordinationem, quia talis protestatio fuerat generaliter emissa a Secretario, & non ab Episcopo, & insuper ipse Episcopus interrogatus respondit

Pinio Auctoris num. 2. quod Abbas possit conferre Subditis suis Ordines minores, tamen non sit benedictus, haud potest indistincte recipi. Ea tribus tantum casibus admitti potest. I. Si Abbas hoc a S. Sede privilegionatus sit, ut nondum benedictus Ordines minores suis subditis conferre valeat. II. Si munitus sit diuturna consuetudine. III. Demum si Episcopus fuerit in mora illum benedicendi. Extra autem tres hosce casus amplecti nequit, Confer Sanchez consil. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 6. & sequent. & qui alios allegat Theaur. de Poen. verb. Ordo cap. 23. versic. Verum est. Mora autem Episcopi dicitur adeffe, si ter Abbas petierit benedictionem, eamque ipse Episcopus haud fuerit impertitus, attemptata Constitutione S. Mem. Benedicti XIII. quæ incipit: Commissi. Quinimo juxta eandem Constitutionem non aliter Abbas non benedictus ex privilegio potest conferre subditis suis minores Ordines, quam si privilegium recte, & nominatim ipsi sit concessum. Cæterum si agatur de Abbate, qui Privilegium illud allegare queat per communicationem, nequit inspectata dicta Constitutione conferre amplius minores Ordines suis subditis non benedictus. De facultate Cardinalium Presbyterorum circa collationem primæ tonsuræ, & minorum Ordinum in suis Titulis, Familiaribus, & subditis, de qua disserit Auctor numer. 9. consulenda est Constitutio S. M. Innocentii XII. cui initium est: Romanus Pontifex. Recte notavit Auctor num. 77. quod Vicarius Urbis conferre debet Ordines subditis sex Episcopatuum suburbicariorum, in quibus non sunt Episcopi suffraganei, si proprius Cardinalis Episcopus non accedat ad suam Diocesim, ibique habeat ordinationem. Nuper vero Auctor quidam asserere non dubitavit, quod Cardinalis Episcopus in Urbe residens, possit in ea ordinare subditos suos absque licentia Vicarii Urbis, ex inepti sima illa ratione, quod scilicet Capella Palatii ejusdem Cardinalis in Urbe existens, censetur proficitionem juris adherere ipsius Episcopatu. At novam hanc opinionem iuri contrariam Concilio Tridentino, Constitutioni Alexandri VII. incipient. Apostolica, tum inconcussa Praxi improbat S. M. Benedictus XIV. ut ex ejus Epistola Typis data, quæ incipit: Nell'ultima audienza, asseraturque in Ferrar. Bibliob. Tom. V.

se habuisse intentionem faciendi in ordinandis eis est requisitis carentibus, quod facit, & mandat Ecclesia, & sic non conatabat de vera, & absoluta intentione negativa ipsius Episcopi ante ordinationem per ipsiusmet protestationem, & quatenus advenit, conatabat de retractione dictae negativae intentionis in actu ordinationis per supradictam ipsam confessionem, seu responsum. Sic Card. Petra loc. cit. num. 5. Monacell. loc. cit. num. 42. & tenent plures alii apud ipsos, alii que passim. Si vero dubium esset de vera, & absoluta intentione habita in tali protestatione, vel de mutatione intentionis prius expressae, tunc ordinatio saltem sub conditione reiteranda iuxta stylium Pœnitentiariæ, de quo testatur Pignatell. rom. 4. consulti. 140. num. 7. Monacell. loc. cit. num. 44. Card. Petra loc. cit. num. 6. & alii. Et sic pluries respondit Sacra Congregat. Concil. & signanter in Aprutina ordinum 11. Januarii 1710. in Perusina ordinationis 19. Julii 1732. & in Vgentina 3. Augusti 1743. apud Theaurum Resolutionum S. Congregationis Concilii dictorum annorum.

8 Episcopus ordinans scienter aliquem ante legitimam ætatem, suspenditur a collatione omnium ordinum. Communis, textu expresso in c. Vel non est compos 14. de temporib. ordinat. ibi: Prædictum Episcopum (qui puerum 13. annorum in Diaconum ordinavit) a collatione ordinum suspendentes. Non est tamen ipso Jure suspensus, sed solum per sententiam suspendendus; Colligitur ex cit. cap. Vel non est compos, ubi Papa mandat, prædictum Episcopum per sententiam suspendi, ibi: Mandamus, quatenus si rem invenieritis ita esse, prædictum Episcopum a collatione ordinum suspendentes &c. Et nullibi in Jure reperitur statuta Suspendio lata sententiæ contra Episcopum sic delinquentem: Immo ex cap. Sane 2. de temporibus ordinat. cit. cap. Vel non est compos, & aliis Juribus est tantum suspendendus; Glossa penultima; & Interlinear. in Clementin. final. de ætat. & qualitat. Nec cit. Constitut. Pii II. incip. Cum ex Sacrorum, Suspendionem ipso Jure imponentis, loquitur de Episcopis male ordinantibus, sed solum de Clericis male ordinatis, ut ipsam legenti patet. Et Bulla Sixti V. incip. Sanctum, & salutare, infligens Suspendionem, aliasque penas etiam contra Episcopos male ordinantes, moderata est a Clemente VIII. Constitut. incip. Romanum Pontificem; & reducta ad dispositionem Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini, nec non citatæ Constitutionis Pii II. Et sic tenent Card. Petra loc. cit. num. 32. cum Riccio, Ventriglia, & Theauro ibi citatis, Reiffenstuel lib. 1. Decretal. tit. 11. numer. 184. & 176. Fagnan. in cit. cap. Vel non est compos n. 4. & alii passim.

10 Episcopus sic suspensus a collatione ordinum, non est suspensus ab alio actu ordinum; Unde, si talis Episcopus, durante illa Suspendione, Missam celebret, non efficitur Irregularis. Abbas in cap. Cum dilectus num. 20. vers. Si ergo suspensus, de consuetudin. Rebuffus in praxi benefic. tit. de Clericis ad Sacros Ordines male promotis gloss. 2. n. 7. Reiffenstuel loc. cit. num. 175. Fagnan. in cit. cap. Vel non est compos n. 45. & alii plures.

11 Ordinati scienter Ordinibus Majoribus, ante legitimam ætatem sunt ipso Jure suspensi; Communis hodie ac certa ex Constitut. Pii II. incip. Cum ex Sacrorum, ubi expresse declarat, quod qui aliquem ex Sacris ordinibus se fecerint promoveri, a suorum executione ipso Jure suspensi sunt. Et si, durante tali Suspendione, in eisdem ordinibus ministraverint, eo ipso Irregularitatem incurrunt, & ultra penas, possunt etiam privari Beneficiis Ecclesiasticis. Sic expresse cit. Constitut. Pii II. Cum ex Sacrorum, ibi: Et si hujusmodi Suspendio, ne durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso Irregularitatem incurrant. Præterea ultra alias penas, nas in tales generaliter a Jure inflictas, Beneficiis Ecclesiasticis possunt Jure privari.

13 Talis Suspendio est perpetua, & tamdiu durat, quandiu sic ordinati absolutionem non obtulerint, quia cum sit simplex, & indeterminata, non stat in nobis eam limitare ad certum tempus; Jura enim, ubi volunt Suspendionem esse temporalem, id solum exprimerent, ut in cap. Eos qui 2. de temporib. ordinat. in 6. cum aliis allegatis per Glossam in Clement. final. in verb. Suspendi, de penis. Unde & Pius II. si voluisset suam Suspendionem durare solummodo usque ad ætatem legitimam, hoc expresse fecisset, sicuti expresse Honorius III. in cap. Vel non est compos 14. de temporib. ordinat. argument. cap. Inter corporalia 2. de translation. Episcop. §. Sed quicquid istud; cap. Qui 22. de privileg. & cap. Ad audientiam 12. de Decimis; Sic Fagnanus in cap. Vel non est compos nu. 13.

Gonzalez ibid. num. 7. Reiffenstuel loc. cit. num. 179. Card. Petra loc. cit. num. 13. & alii apud ipsos, Sic suspensi ob dolose receptos Sacros Ordines, & facti Irregulares ob ministracionem in ipsi factam, durante suspensione solent recurrere ad Sacram Pœnitentiariam, cum delictum est occultum, & Sacra Pœnitentiaria solet concedere facultatem Confessarij eos absolventi a Suspensione, & dispensandi ab Irregularitate, cum clausula, Dummodo de presenti habeant ætatem, & solet injungere dicto Confessario exequenti, ut tales Pœnitentes per aliquod tempus sibi beneficium suspensos detineat ab Ordinibus. Marcus Leo in praxi Sacre Pœnitentiariæ part. 3. in formul. a mala promotione ante ætatem pag. 290. & seq. Card. Petra loc. cit. num. 23. Quamvis tamen possint absolvi, & respective dispensari a proprio Episcopo vigore Concilii Tridentini sess. 24. de reformat. cap. 6. Vide verb. Irregularitas art. 3. num. 7. Si autem delictum evadat publicum, causa devolvitur ad Sac. Congr. Episcop. & Regul. ut de simili casu testatur Card. Petra loc. cit. n. 24.

15 Episcopus scienter ordinans aliquem extra tempora a Jure statuta sine dispensatione, aut privilegio, non est suspensus ipso Jure, sed suspendendus est per sententiam, & privandus potestate conferendi ordines, quos illicite contulit. Communis per textum in cap. Sane 2. & cap. Cum quidam 8. & cap. Litteras 13. de temporibus ordinat. Episcopus autem sic suspensus a collatione ordinum censetur solum suspensus a collatione illius ordinis, quem male contulit, & aliorum Majorum, sed non a collatione inferiorum illius. Card. Petra loc. cit. num. 34. Abbas in cit. cap. Vel non est compos numer. 5. Fagnan. ibidem num. 16. Reiffenstuel loc. cit. num. 182. & alii passim, argum. cap. Quales hinc 4. dist. 25. ibi: Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet, quod de quibusdam conceditur, juncto cap. Oda 15. & cap. In poemis 49. de Regul. Juris in 6.

17 Ordinati scienter in Sacris extra Tempora sine legitimam dispensatione, seu privilegio sunt de facto ipso Jure suspensi. Sic expresse citata Constitutio Pii II. incip. Cum ex Sacrorum. Unde non sunt amplius attendenda Jura antiqua in cap. Sane 2. & cum Quidam 8. de temporibus ordinat. ubi censentur suspendendi per sententiam, & non suspensi ipso Jure.

18 Sic suspensi, & consequenter ob ministracionem facti irregulares, si talis suspensio, & irregularitas sit occulta, possunt absolvi, & respective dispensari ab Episcopo virtute Concilii Tridentini sess. 24. cap. 6. Barboia de offic. & potest. Episcop. cap. part. 2. allegat. 17. num. 14. Bonacin. de Censuris disp. 3. quaest. 6. punct. 5. num. 5. vers. Tertio, & alii passim, Si autem sit publica. Barboia loc. cit. num. 14. docet, non posse absolvi, & respective dispensari, nisi per Summum Pontificem, & testatur sic tenere Communem Doctorum, & nuncupatim de Suspendione agentes adducit Rebuffum, Gutierrez, & Bonacinam: Oppositam tamen sententiam, scilicet proprium Episcopum posse ab hac Suspendione, & Irregularitate absolvere, & respective dispensare probabiliter docent Suarez de Censuris disp. 7. sect. 1. num. 18. Pirhing lib. 1. Decretal. tit. xi. num. 107. Reiffenstuel ibid. num. 184. Armill. verb. Suspendio num. 22. Silvester eod. verb. num. 8. vers. Tertium, Clement. 1. §. penult. verb. Excommunicationis, de Hereticis. Papa enim Pius II. in cit. Constitut. non reservavit sibi talem absolutionem, & dispensationem, adeoque hoc ipso concessisse videtur facultatem absolventi, & dispensandi Episcopo, ut in simili dicitur cap. Nuper 29. §. In secundo, de sentent. excomm. cum citatis a Guttier. Canonic. lib. 2. cap. 5. a princip. Concessum enim dicitur, quod expresse prohibuit non reperitur; l. Nec non, ff. Ex quibus causis.

19 Episcopus ordinans scienter alienum subditum sine Dimissorijs, seu consensu sui proprii Superioris, est ipso facto suspensus per annum a collatione Ordinum. Communis, textu expresso in cap. Eos qui 2. de temporibus ordinat. in 6. & Concil. Trident. sess. 23. cap. 8. de reformat. & in citat. Constitut. Innocent. XII. incip. Speculatores. Episcopus autem sic suspensus censetur solum suspensus a collatione illius ordinis, quem male contulit, & aliorum Majorum, sed non a collatione inferiorum illius. Vide supra numer. 16.

20 Ordinati scienter ab alieno Episcopo sine Dimissorijs, seu consensu sui proprii Ordinarii, sunt suspensi ipso facto ab executione susceptorum Ordinum, quamdiu proprio id Ordinario videbitur expedire; textu expresso in Concil. Trid. cit. sess. 23. cap. 8. de reformat. & in cit. Const. Innocent. XII. incip. Speculatores.

Ul-

23 Ultra alias penas arbitrio Summi Pontificis infligendas in sic ordinatos ab alieno Episcopo sine Dimissorijs, seu consensu proprii Diocesani, & in alienum Episcopum sic ordinantem, possunt insuper sic ordinati puniri privatione Beneficii Ecclesiastici, ut expresse statuit Pius II. in cit. Const. incip. Cum ex Sacrorum. Et Episcopi sic ordinantes puniri insuper possunt in hoc, quod postquam eorum Suspendio fuerit manifesta, possint sui subditi absque ipsorum licentia interim a vicinis Episcopis ordinari, ut est expresse statutum in cap. Eos qui 2. de temporibus ordinat. in 6. ut sic puniantur in eo, in quo deliquerunt, nempe quod sui subditi absque eorum licentia ordinentur ab aliis Episcopis, sicuti ipsi alienos subditos sine priorum Superiorum, seu Diocesanorum facultate auti sunt ordinare.

24 Suspendio facta contra Ordinatos sine Dimissorijs, licet non sit reservata Sedi Apostolicæ in cit. Const. Pii II. incip. Cum ex Sacrorum, fuit tamen reservata propriis Episcopis a Concilio Trid. sess. 23. cap. 8. de reformat. & a Constit. Innocentii XII. incip. Speculatores. Suspendio tamen facta contra Ordinatos cum falsis Dimissorijs est reservata Summo Pontifici, ut expresse statuit Urbanus VIII. Constit. incipien. Secretis. Item Summo Pontifici est reservata Suspendio lata contra eos, qui postquam permanserunt per quatuor menses in Urbe, faciunt se promoveri extra Urbem cum Litteris Dimissorijs proprii Ordinarii, ut expresse fuit statutum per publicum Edictum tempore Clementis VIII. & Alexandri VII. Vide supra art. 3. n. 76. Item reservata est Summo Pontifici Suspendio lata contra Ordinatos ex lex Episcopopatibus Cardinalitatis prope Urbem cum Litteris Dimissorijs ab alio, quam a Cardinali Vicario; Sic expresse statuit Alexander VII. Constit. incip. Apostolica Sollicitudo.

28 Ab Irregularitate incurta propter ministracionem in Ordinibus sic male susceptis, si sit publica, dispensat solum Summus Pontifex; Campanil. in diverso Jur. Rub. 7. c. 5. n. 2. Card. Petra l. c. n. 28. & alii passim; Si autem esset occulta, tunc posset dispensare Episcopus vigore Concilii Tridentini sess. 24. de reformat. c. 6. ubi statuit, quod Episcopi possint dispensare in Irregularitatibus occultis, exceptis iis, quæ oriuntur ex homicidio voluntario; Barboia ad cit. Cap. 6. ff. 24. de reformat. n. 12. & de offic. & potest. Episcop. alv. 39. n. 41. Campanil. l. c. Card. Petra l. c. & alii passim.

29 Episcopus scienter ordinans aliquem ad Sacros Ordines sine titulo sustentationis, ultra grave peccatum, quod committit agendo contra justam prohibitionem Ecclesiæ in materia gravi, tenetur eidem sic ordinato providere de necessariis alimentis, donec Beneficium Ecclesiasticum consequatur; Communis, textu expresso in c. Episcopus 4. & c. Cum secundum 16. de præbendis. Et ipso Episcopo ordinatore jam mortuo, tenetur sic ordinato providere de necessariis alimentis Capitulum, Sede vacante, & deinde novus Episcopus; textu expresso in cit. Cap. Cum secundum 16. de præbendis. ibi: Tamdiu per Ordinatos, vel Successores eorum provideri volumus ordinatis, donec per eos Succesoria Beneficia consequantur. Immo si Clericus sine titulo fuerit scienter ordinatus a pluribus Episcopis, Domicilii videlicet, & Originis, recipiendo v. g. ab Episcopo Originis Diaconatum, & ab Episcopo Domicilii Presbyteratum, tunc quilibet iporum tenetur in solidum sic ordinato providere de necessariis alimentis; Fagnan. in cit. c. Cum secundum 16. de præbendis. n. 24. Reiffenstuel l. c. n. 192. & alii passim.

32 Quinimmo necdum Episcopus sic scienter ordinans, sed etiam Episcopus sic scienter dans licentiam alteri Episcopo promovendi, vel certis, & determinatis promovendis ad Sacros ordines sine titulo, tenetur ipsis alimenta prestare, textu expresso in c. Si Episcopus 37. de præbendis in 6. ubi assignatur justa ratio, quia nempe Episcopus, antequam det talem licentiam pro determinatis personis ab alienis Episcopis ordinandis, prævirede debet, an habeant titulum, & revertis sine titulo, nequit talem facultatem concedere. Si vero Episcopus alienus ex generali commissione, & licentia Episcopi Diocesani ordinationes habeat, & scienter ordinet aliquem sine titulo, tunc non tenetur proprius Episcopus, utpote sine culpa, sed alienus Episcopus, utpote, qui in culpa fuit, alimenta prestare sic ordinato, textu expresso in c. Cap. Si Episcop. 37. de præbendis, in 6.

34 Talis autem obligatio providendi de necessariis alimentis sic ordinati scienter sine titulo incumbit Episcopis solummodo, quando tales ordinati aliunde non habent, nec habere possunt suam sustentationem, puta ex sua, vel paterna hereditate; sic enim expresse limitatur in cit. c. Episcopus 4. de præbendis, ibi: Nisi talis ordinatus de sua paterna hereditate subsistat vita possit habere. Item talis obligatio incumbit Episcopis solum, quando scienter sine titulo ordinant, vel concedunt aliis determinatam facultatem aliquas certas personas sic ordinandi, & sic ordinati bona fide, & absque dolo, & fraude propria tales Ordines susceperunt. Non autem quando sic ordinati fuerunt ipsi soli in culpa decipiendo Episcopos, ac fingendo per fraudem titulum, quem non habebant; tunc enim Episcopi non tenentur alimenta prestare sic Ordinatis, cum ipsi Episcopi, ut supponitur, sint quoad hoc sine culpa, & rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conveniat, ut expresse dicitur in c. Cognoscentes 2. de Constitutionibus, & ipsi soli sic ordinati sint in culpa, dolo, & fraude, quæ patrocinari non debent; c. Sedes 15. c. Ex tenore 16. de Rescriptis c. Ex litteris 2. de Dolo, & contum. Cap. Tunc 12. de Cler. non resid. l. In fundo ff. de rei vindic. l. Cum hi ff. de Transact. l. Si Legatarius Codic. de Legatis, cum similibus; Ne videantur de sua malicia commodum reportare; Cap. Intelleximus 7. de iudicis, l. Nemo ex suo delicto ff. de Regulis Jur. Et sic tenent Fagnan. in cit. Cap. Cum secundum 16. de præbendis, nu. 62. Ugolin. de Offic. & potest. Episcop. Cap. 26. §. 15. vers. Tertio non tenentur, Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. xi. n. 111. Reiffenstuel ibid. num. 193. & alii passim.

Si Episcopus aliquem ordinet sine titulo sub pacto, & promissione, quod ordinatus non possit ex post ab ipso petere alimentum, tunc Episcopus ordinans suspenditur a collatione Ordinum per triennium, & sic Ordinatus est perpetuo suspensus ab Ordine recepto, donec a Summo Pontifice dispensetur; textu expresso in Cap. Si quis ordinaverit 45. de Simonia.

37 Si Episcopus Religiosum nondum Professum, aut non nisi ad certum tempus, ordinet ad Sacros Ordines sub prætextu Religionis, & absque titulo Beneficii, vel Patrimonii, tunc est ipso Jure suspensus per annum a collatione talium Ordinum, & Religiosus sic ordinatus est suspensus ab executione Ordinum, donec Beneficium Ecclesiasticum sit adeptus, vel aliunde habeat, unde vivere possit. Et si interim in ipsis Ordinibus ministraverit, efficitur Irregularis; Sic expresse statuit S. Pius V. Constit. incip. Romanus Pontifex. Excipiuntur tamen Patres Societatis Jesu, qui tria vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ in Societate emiserunt, quia illi de licentia Præpositi Generalis possunt promoveri ad Sacros Ordines absque titulo etiam ante Solemnem Professionem. Vide supra art. 2. n. 68. & 69.

39 Promoti ad Sacros Ordines cum falsis, & fictis titulis sunt ipso facto perpetuo suspensi absque spe obtinendæ dispensationis a Sede Apostolica, & subjacent adhuc majoribus penas arbitrio Summi Pontificis infligendis; Sic expresse statuit Urbanus VIII. Constit. incip. Secretis.

40 Episcopus ordinans aliquem eodem die ad duos Sacros Ordines secundum aliquos est ipso facto suspensus a collatione utriusque Ordinis, donec a Sede Apostolica absolutionem, & dispensationem impetraverit; Sic Reiffenstuel l. c. n. 205. Barboia in Cap. Litteras 13. de temporibus ordinat. cum aliis ibi citatis arg. cit. Cap. Litteras 13. §. final. & Cap. Dilectus 15. de temporibus ordinat. Secundum autem plures alios non est ipso facto suspensus, sed solum suspendendus; Pirhing. in Jus Canon. tit. 10. de temporibus ordinat. n. 108. Layman de Sac. Ordin. l. 5. Cap. 10. n. 10. Suarez disp. 31. sect. 1. n. 41. Pignatell. rom. 4. consulti. 228. n. 5. Card. Petra l. cit. num. 49. Theaur. de panis p. 2. Cap. 15. §. 4. vers. Episcopos conferens, ubi testatur de communi; Suspendio enim, de qua in cit. Cap. Litteras, & Cap. Dilectus, de temporibus ordinat. non est lata sententiæ respectu Ordinantis, sed solum sententiæ ferendæ; Hinc S. C. Conc. in Bovenst. 7. Maji 1707. respondit: Quoad Ordinatos dandam esse absolutionem, imposita poenitentia salutaris arbitrio Episcopi vicinioris (quia Episcopus fuerat particeps actionis prohibitiæ); Quo vero ad Ordinantes ad mentem, ut licet non solum acriter coarguatur, sed etiam acriter moneatur, quod licet ipsi gravior esset pena infligenda, quia plus deliquit scienter conferendo dictos Ordines Sacros eodem die; attamen ex benignitate Sacre Congregationis omnis pena pro hac vice ei remittitur, quodque in posterum a similibus committendis omnino ablineat; Sic Card. Petra l. c. n. 49. qui tamen supra in Comment. ad eandem Constitut. Pii II. n. 44. refert, quod casus in dict. Bovenst. propositus erat: An Ordinatus eodem die ad Minores, & Subdia-

3, conatum, ille, necnon Episcopus ordinans in penas, & 3, quas incidit, ? & postea sub n. 48. refert dictam resolutionem Sacra Congr. Concilii emanatam esse respectu Clericorum, qui scienter receperunt, & respectu Episcopi, qui scienter contulit Minores cum Subdiaconatu eodem die.

41 Ordinatus eodem die ad duos Ordines Sacros secundum aliquos est suspensus solum ab executione ultimi Ordinis Sacri, illo die sibi collati; Sic Barbosa in *Cap. Litteras 13. de tempor. ordin. n. 5. & p. 2. de offic. & potest. Episcop. allegat. 14. n. 11.* citans alios; Reiffent. *l. c. n. 206.* Layman *l. citat. Cap. 10. num. 10. & alii. arg. cit. Cap. Litteras 13. de tempor. ordin. & cap. 2. De eo, qui surripit.* Alii autem dicunt, Ordinatam ad duos Sacros Ordines eodem die esse suspensum, quoad omnes Ordines receptos; Navarr. in *Manual. c. 27. n. 241.* & alii, quos refert Thesaur. *de penis p. 2. c. 15. §. Recipiunt duos Sacros.* Sed quidquid sit circa intelligentiam *cit. c. Litteras, aliorumque Textuum* id prohibentium, tollitur difficultas ex *cit. Cont. Pij II. incip. Cum ex Sacrorum contra male promotos, ut suspensi maneant indefinite loquendo; Scortia ad dictam Bullam innotem; 103. Pirhing, in Jus Canon. tit. 1. de tempor. ordin. §. 11.* Unde Sacra Congr. Concilii in discriminatam huiusmodi Ordinatam supponit incursos in Suspensionem, & concedit non solum absolutionem, quae reservata est Sedi Apostolicae, sed etiam dispensationem ab Irregularitate ob administrationem Ordinum in fortioribus terminis Ordinatorum eodem die in Ordinibus Minoribus, & Subdiaconatu, ut in *d. Bononijs 7. Maji 1707. in Neapolitana 6. Aug. 1711. & in Malevitana 12. Maji 1714.* Sic praesertim apud Card. Petram *l. c. n. 48.*

42 Episcopus conferens Ordines Sacros absque celebratione Missae graviter peccat, sicut & graviter peccant ipsos Sacros Ordines extra Missam recipientes, & tam Ordinans, quam Ordinati possunt gravi poena puniri, quia agunt contra Ordinationem Ecclesiae, & contra illam, quod ipsa Ecclesia servat; Sic Glossa in *Cap. Quod sicut 28. de election. verb. Dividatur*, Card. Petra *l. c. n. 50.* & alii passim observantes, quod semper fuerunt Sacri Ordines collati cum celebratione Missae Ordinantis, & quod Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 23. Cap. 3. de reform.* voluit, collationes Sacrorum Ordinum in Cathedrali Ecclesia inter Missam solemnem publice celebrari.

43 Ipsa Missa debet celebrari ab eodem Ordinante, nec sufficit, ut celebretur ab alio Sacerdote coram illo, quia debet esse unicus actus con celebrationis, ut in simili, nempe de consecratione Episcopi, recte notant Glossa in *cit. Cap. Quod sicut 28. de election. verb. Dividatur*, Hallier de *Sacr. ord. p. 2. Cap. 5. art. 2.* Card. Petra *l. citat. numer. 39.* & ipso teste alii communiter.

44 Missa tamen celebratio non est de substantia, & essentia ordinationis; Unde quamvis collatio, & receptio Sacrorum ordinum sine celebratione Missae sit illicita, est tamen valida; Sic expresse Glossa in *cit. Cap. Quod sicut, verb. Dividatur*, Barbosa *p. 2. de offic. & potest. Episc. alleg. 14. n. 16. & ad Concil. Trient. sess. 23. Cap. 3. n. 14.* Giribald. *tract. 9. de ordine Cap. 3. dub. 4. n. 35.* Sanchez in *opuscul. Moral. lib. 7. Cap. 1. dub. 6.* Campanil. in *Divisorio Jur. Can. rubr. 2. n. 36. & rubric. 5. c. 3. n. 21.* Card. Petra *l. c. n. 41.* ubi testatur de communi Theologorum, & Canonistarum.

45 Hinc non est reiteranda tota ordinatio, sed solum supplenda est Missa ipsius ordinatis, & donec suppleatur dicta Missa, remanent suspensi ordinati; Glossa *l. c.* Hallier *l. c. Cap. 5. art. 2.* Sanchez *l. c. dub. 13.* qui ait, omnem suppletionem debere fieri ab eodem, qui ordinavit, si est possibile; quod si fieri nequeat, ab alio, nec non in tempore, quo ordinationes possunt celebrari; Campanil. *cit. rubr. 2. n. 36.* ubi advertit, quod Missa debet suppleri cum omnimoda cautela, ne ceteris innotescat error, ac propterea consulti, ut patiens defectum accedat quasi Minister Episcopi.

46 Ordinans, & ordinatus, non expectatis temporum Interstitiis, graviter peccant, quia utique est voluntarius, culpabilisque transgressor Sacrorum Canonum in materia gravi. Et quamvis in iure nulla reperitur expressa poena contrariis, potest tamen Superior eos punire poena arbitraria; *Zucchi in praxi Episc. p. 1. verb. ordo §. Ad quinquem*, Reiffent. *lib. 1. Decret. tit. XI. n. 203. & 204.* Barbosa *p. 2. de offic. & potest. Episcop. allegat. 13. numer. 14.* cum plurimis ibi citatis.

Alia vide verb. *innotescit.*

Ordines quinam suppleri debeant a Clericis Graecis, qui ritu Latino ad superiores ordines sint promovendi, declarat Bened. XIV. tom. 1. *Comit. 57. incip. Etsi Pastoralis §. 7.* Vide supra verb. *Graeci.* Ordinandi examinari debent in Doctrina Christiana, Idem *Comit. 42. incip. Etsi minime §. 10.* Ordinandi docere debent, se operam dedisse instruendis fidelibus in Doctrina Christiana; Idem *ibid. §. 6.*

Ordinationes Ministrorum Ecclesiae cum magno delectu fieri jubentur; Idem *Comit. 2. incip. Ubi primum §. 1.* Ordinatio infantis est illicita, sed valida; Idem *Comit. 129. incip. Eo quavis tempore §. 20. & 25.* Ordinationes Graecorum quibus legibus, & ritibus fieri debeant, declarat idem Pontifex *Comit. 57. incip. Etsi Pastoralis §. 7.* Vide supra ad verb. *Graeci.* Ordinationes Graeco-Ruthenorum ad Ecclesiam Catholicam redeuntium, Episcopo Auxerrensi delegantur; Idem *Comit. 33. incip. E sublimi.*

Ordinatus in infantili aetate non tenetur ad onera Ordini Sacro adnexa, nisi Ordinationem ratam habuerit, sive expresse, sive tacite; Idem *Comit. 129. incip. Eo quavis tempore §. 20. 22. 23. & 26.* Quare pro Ordinatis apud Cophthos ad Diaconatum in infantili aetate, praescribitur exploratio voluntatis, quae fiat ad normam Concilii Toletani secundum post expletum annum decimum sextum; Idem *ibid. §. 27. & 28.* Si quis secularia vota elegerit, suspensus erit ab exercitio Ordinis Sacri; Idem *ibid. §. 22.* Nec tenebitur ad recitationem Horarum Canoniarum; Idem *ibid. §. 28.* Et nuptias, etiam iterato, contrahere poterit; Idem *ibid. §. 28. & 29.* Eligentibus autem perseverare in Ministerio Ecclesiae prohibentur secunda nuptia, & omnis bigamia sub poena depositionis; Idem *ibid. §. 30. 31. & 32.*

Ordinatus ad Ordinem Sacrum ante pubertatem non tenetur servare onera Ordini adnexa, nisi ratam habuerit ordinationem, sive expresse, sive tacite; Idem *ibid. §. 23.* Nec ministrare potest in Ordine suscepto ante complementum aetatis legitime; Idem *ibid.* Ordinatus per vim non adigitur servare onera Ordini adnexa; Idem *ibid. §. 21.*

Ordinatus per saltum, vel alias male promoti, dispensationem obtinere possunt in casibus occultis a Poenitentia Apostolica. Bened. XIV. *Constitut. 95. Pastor bonus §. 18.* Ordinati a schismaticis, exercitium Ordinis non recipiunt. Sed absolutionem recipere tenentur, & dispensationem ab irregularitate; & schisma, errorefque abjurare. Idem *Constitut. 57. incip. Etsi Pastoralis §. 7.*

Non ordinati ad Sacrum Presbyteratus ordinem, qui Missam celebrasse, aut Confessiones Sacramentales audisse reperti fuerint, Curiae Seculari puniendi tradi debent. Idem *Constitut. 97. incip. Sacerdos.* Ordinationis probatio in tali casu a Reo facienda est, nec incumbit Fisco onus eam excludendi, ubi ex relatione Ordinarii constat eum non promotum fuisse; Idem *ibid.*

Ordinationes Regularium, an ad Episcopos Dioecesanos privative spectarent, olim disputatum fuit; Idem tom. 2. *Comit. 27. incip. Impositio Nobis.* Gregorius XIII. & Clemens VIII. spectare decreverunt, nisi Episcopus extra Diocesis maneat, aut ordinationes non sit habiturus; Idem *ibid.* Id confirmatur ab Innocentio XIII. exceptis iis Regularibus, quibus privilegium recipiendi ordines a quocumque post Concilium Tridentinum specialiter concessum fuerit; Idem *ibid.* Id ipsum confirmat Bened. XIV. sub penis contra suscipientes ordines ab eo, qui non est proprius Episcopus, & contra ordinantes alienos subditos sine eorum ordinarii licentia, in iure statutis; Idem *ibid.* De absentia vero Episcopi a propria Dioecesi, vel quod ordinationes in Temporibus habiturus non sit, authentica testimonia afferri jubet, subscripta nempe, vel a Vicario Generali, vel a Cancellario, aut a Secretario eiusdem Episcopi Dioecesanum, iisque deficientibus, dimissorias nullas haberi decernit; Idem *ibid.*

Privilegia recipiendi ordines a quocumque, nisi post Tridentinum Concilium alicui Ordini Regulari nominatum, & directe, non autem in communicatione privilegiorum, concessa fuerint, vel ante illud concessa, postmodum in forma specifica, cum infertione veteris Indulti, confirmata sint, nullatenus suffragari decernit; Idem *ibid.* Privilegia recipiendi ordines a quocumque, vult cum summa moderatione in usum esse deducenda, & nunquam sine iusta causa, nec extra debitas circumstantias pro libito ad ostendendam duntaxat ipsorum privilegiorum singularitatem; Idem *ibid.* Huiusmodi

modi privilegii concessio per se non probat exemptionem ab ordinarii jurisdictione; quam maxime olim in odium simoniacae pravitatis indulgeri contingeret; Idem *ibid.* *Constitut. 40. incip. Causarum Palatii Apostolici.*

Privilegia recipiendi ordines extra tempora Regularibus Indulta non arctant Episcopos Dioecesanos ad eos ordinandos extra tempora, vel dimittendos ad ordinationem alibi suscipiendam; Idem in *cit. Constitut. Impositio Nobis.* Vide, in *addit. quoad verbum Ordo*, ubi datur Summarium dictae Constitutionis. Ordinatio ad titulum Religiosae paupertatis, an ratificare censenda sit Professionem initio nullam, adhuc disputatur, donec a Sanctissimo, ut in praemis, cum aliis similibus quaestionibus explanetur, & decidatur; Idem *Constitut. 47. incip. Si datam.*

Pro ordinum collatione nihil a Collatoribus, aut eorum Ministris, etiam si sponte oblatum, est accipiendum; Sic expresse Concil. Tridentinum *sess. 21. cap. 1. de reform.* ibi: *Quoniam ab Ecclesiastico ordine omnis avaritia suspicio abesse debet, nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam Clericalis tonsura, nec pro Litteris Dimissorias, aut Testimonialibus, nec pro Sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alii Ordinum Collatores, aut eorum Ministri quovis praetextu accipiant;* Bened. XIV. *de Synodo Dioecessana lib. 5. cap. 6. num. 1.* Vide tamen tom. 7. *verb. Taxa n. 1.*

Sacerdotio initiandum, qui licet omnes consuetas manuum impositiones ab Episcopo accepisset, ad Episcopum tamen, solita Patene cum Hostia, & Calicis cum vino, instrumenta porrigentem, ad alia tunc temporis distractus, non accessit, iterum sub conditione esse ordinandum, respon. lit. *Sacra Congregat. Concil. teste eod. Bened. XIV. loc. cit. lib. 7. cap. 25. num. 1. & 13. qui ibid. num. 2.* ex Humberto de *Sacrament. ordinis disput. 3. artic. 6. dicunt, sane ridiculam, & plane absurdam esse opinionem illorum, qui tenent ante impressionem Evangeliorum in ordinatione Diaconorum, fuisse eis traditum loco libri Evangeliorum, chartam, in qua Fidei nostrae Mytheria erant contcripta.*

Episcopus ordines collaturus laudabiliter sub censuris praecipit, ne quis Canonico impellimento irretitus, aut sine legitimo Patrimonio, vel Beneficio ad Sacros ordines accedat; sed improbat Episcopi protestationem, si non habere intentionem ordinandi irregulares, censuris immodatos, legitimo Patrimonio, aut Beneficio, vel Litteris dimissorialibus sit ordinarii carentes, cum ex ipsa varia orientur animi anxietates, & etiam prudens dubitatio excitetur, num revera quis fuerit legitime ordinatus, eo quod aliquo ex enunciatis impedimentis et est obstrictus; Idem *loc. cit. cap. 26. num. 1.* Si quis aliquo ex his impedimentis detentus ordinatur sub tali protestatione, cui alligata fuerit Episcopi intentio, erit iterum absolute ordinandus, si dubia sit Episcopi intentio, Ordinatio sub conditione erit iteranda; Idem *ibid. num. 2.* Vide supra verb. *Ordo art. 4. num. 4. & 5.* ubi ad id varia afferuntur Decreta Sacrae Congregationis Concilii. Quare ad evitandas omnes dubietates, & securius procedendum expedit, ut Episcopus se abtineat a simili protestatione, & prius diligenter inquirat de ordinandorum omnimoda idoneitate, & postea in actu collationis ordinum, absolutam habeat intentionem omnes ordinari, quotquot ad ordinationem accesserint; Idem *ibid. n. 2.*

Ab ordinibus suspensus, ad superiorem ordinem ascendens, licet grave committat Sacriligium, non incurrit tamen irregularitatem, nam sic non exercet ordines, a quibus est suspensus, ad incurrendam irregularitatem indictam in *cap. Apostolica 9. de Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto Missaltrante, cap. 1. de sentent. excommunicat. in 6. & cap. 1. de sentent. & re iudicata pariter in 6.* Idem *ibid. lib. 7. cap. 67. num. 7.* ubi refert, sic censuisse Sacra Congregat. Concil. in *Carinolen. seu Neapolitana ordinationis die 31. Januarii 1688.* & multo ad id adducit etiam Doctores contra alios oppositum sentientes.

Episcopus potest ob crimen occultum, etiam extrajudicialiter cognitum, Clericis interdicere ascensum ad ordines superiores, & susceptorum ministerium, seu exercitium; Idem *loc. cit. c. p. 71. a num. 3. ad 5.* scite ad id adducens Concil. Trident. *sess. 14. cap. 1. de reformat.* & Decreti Sacrae Congregat. *eiusdem Concil. in Clericis die 24. Novemb. 1657. in Capitanen. 16. Decemb. 1730. & in Oritana seu Tarentina 20. Augusti 1735. ut in Thesoro Resolutionum tom. 5. & 7.* Et adeo verum est, posse Episcopum, virtute praedicti Decreti

Concilii Tridentini ex causa sibi nota Clericum interdicere, tam Sacrorum exercitio, quam ascensu ad altiores ordines, ut neque teneatur *Causam suspensionis, seu delictum manifestare ipsi reo, sed tantum Sedi Apostolicae, si suspensus ad eam recursum habuerit*, quod praecisus verbis respondit *Sacra Congregat. Concil. Episcopo Vercellensi die 21. Martii 1647. lib. 7. Decret. pag. 170. & sequent.* Et universim loquendo, Episcopum renuentem alicui ordines conferre, nullo jure obstringi ad manifestandam causam, cur eum repellat, neque ei, qui repulsi est, ullam competere appellationem, sed tantum permitti adire Sedem Apostolicam, eique suas querelas exponere, declaravit *Eadem Sacra Congregatio in Romanensi die 21. April. 1668.* apud ipsum *num. 4.* qui *ibid. num. 5.* subiungit, quod si sic ab Episcopo suspensus, nihilominus appellationem interponere, ejusque obtentu, in Altari ministrare, seu quovis modo suum ordinem solemniter exercere praesumat, statim incidat in irregularitatem, uti, quidquid in contrarium senserint nonnulli Doctores, expresse definivit *Sacra Congregat. Concil. in Sagonen. 21. Junii 1625. lib. 24. positionum pag. 1.* ibi: *Episcopus Sagonenfis ex facultate sibi attributa Decreto Concilii cap. 1. sess. 14. ex causis sibi notis suspendit Parochum ab Exercitio Curiae, sed ille appellavit, & Curiam exercuit. Queritur, an a dicta suspensione detur appellatio, itant Parochus, non obstante appellatione interposita per exercitium Curiae effectus fuerit irregularis? Sacra Congregat. Concilii censuit ab huiusmodi suspensione non dari appellationem, & Parochum, qui Sacramenta, ut supra, ministravit, irregularitatem contraxisse. Hinc ille, qui subiungit, id tamen ab Episcopo non debere in Synodo statui, & declarari.* Vide tom. 7. *verb. Suspendio artis. 7. per tot. & signanter num. 22.*

Ibidem *dict. artic. 3. num. 82.* advertendum est, quod a resolutione Sacrae Congregationis Concilii in Pientina, seu Ilcinen. Ordinationis sub die 18. Julii 1733. adducta *ibi, & in tom. 7. in appendice Pientina, seu Ilcinen. ordinationis eadem Sacra Congregatio die 8. Augusti ejusdem anni 1733.* recessit quoad tertium, & quartum dubium; Reproposita enim causa ex noviter deductis sub dub. *An quoad III. & IV. dubium sit standum vel recedendum a decisis die 18. Julii proxime praeteriti in casu?* Eadem Sacra Congregatio dicta die 8. Augusti 1733. respondit: *Quoad tertium recedendum a decisis, ad quartum vero consulant conscientiae suae;* Sic apud Thesaurum Resolutionum *Sacrae Congregat. Concilii tom. 6. in dict. Pientina, seu Ilcinen. Ordinationis sub die 8. Augusti 1733.* in cuius expositione clar. mem. Eminentissimi Cardinalis de Lanfredinis, tunc eiusdem Sacrae Congregationis Secretarius plurimae eruditissime tradit ad rem. Et signanter quod Testimoniales Litteras impetrari oportet ab Episcopo originis, etiam si quis inde discesserit in tali aetate, in qua nullum Canonicum impedimentum contrahere potuerit (ac proinde in casu quo de natalibus solum, ac de aetate testari queat Episcopus originis), ut deducitur ex resolutione edita in *Laquodoniensi, seu Bituntina Ordinationis 16. Novemb. 1709. ut in lib. 19. Decret. pag. 365.*

Et scite advertit, quod magna intercedit differentia inter Litteras Dimissorias, & Litteras Testimoniales. Nam Litterae Dimissoriae exprimunt traditam facultatem, ut alter Episcopus possit Clericum illum ad Ordines promovere; Litterae autem Testimoniales non hanc facultatem impertiuntur, quia supponitur faciendam Ordinationem ab alio Episcopo non indigente traditione huius facultatis, sed ea potius jure suo; solamque continent testimonium, quod Clericus promovendus sit dignus, cui tales Ordines conferantur, quemadmodum haec diversitas clare deducitur ex Litteris utriusque generis, quarum formulam tradit Monacell. *tom. 1. tit. 4. formul. 3. & formul. 9.* Et insuper etiam differunt Litterae Testimoniales, quae dantur eo fine, ut ad praescriptum Bullae Innocentianae exhibeantur alteri Episcopo Ordines collaturo ei, qui Beneficium in sua Dioecesi fuerit assecutus, a Litteris Testimonialibus, quae concedi solent ad commendandum Clericum Dioecesi proficiscentem, ut illarum quoque formula habetur apud eundem Monacell. *dict. tit. 4. formul. 6.* Sed si huiusmodi Litterae nullum exprimentes respectum promotionis ad Ordines, approbarentur tanquam idoneae, & Bullae Innocentianae satisfactio ad suscipiendos ab alio Episcopo Ordines, facilis iteraretur via fraudibus cum non mediocri Ecclesiasticae Disciplina discrimine, quemadmodum conquestus fuit Episcopus Pientinus sic scribens: „Si de Testimonialibus agatur, non inficior, quod a mea Curia concessae fuerint Clerico Laurentio Medichichio paulo ante ejus discessum, pro-

- prout Clericis omnibus illas postulantibus, & præsertim di-
 scissuris conceduntur, sed limitate ad mores, & absque
 ullo proflus respectu ad Ordines suscipiendos, de quibus
 nec per umbram fuit cogitatum. *Et infra:* Prius audi-
 ditum Medicefchium celebrasse Missam in hac mea
 Dioecesi, quam fuisse ordinatum.
- 46 Litteræ autem Testimoniales concessæ ab Episcopo Pien-
 tino Clerico Medicefchio sunt istæ: *Testamur, Clericum*
Laurentium Medicefchi nostræ Dioecesis in minoribus Ordini-
bus constitutum, nullo excommunicationis, irregularitatis,
aut cuiusvis alterius Canonici impedimenti vinculo, saltem
quod sciamus, immodatum existere, neque ullo crimine postu-
latum, seu esse bonis, & honestis moribus præditum, ac talem,
qualem in sortem Domini vocatos decet.
- 47 Quibus omnibus, aliisque diligenter ponderatis, eadem
 Sacra Congregatio die 8. Augusti 1733. prudentissime recessit
 a decisio sub die 18. Julii ejusdem anni 1733. quoad tertium
 dubium propositum sub his verbis: *Tertio, An Litteræ Tes-*
timoniales, quas idem Laurentius impetravit ab Episcopo Pien-
tino, fuerint sufficientes ad licitam Ordinationem? & resolu-
tum, Ad tertium Affirmative in casu, de quo agitur. Et quo
 ad quartum dubium propositum sub his verbis: *Quarto, An*
& qui Ordines contulit, & qui eos suscepit, incidit in poe-
nas statutas a Sacro Concilio Tridentino, & a Bulla Specula-
tores in casu &c. ac resolutum; *Ad quartum Negative,*
 Quibus postea repropofitis die qua supra sub his verbis: *An*
quo ad tertium, & quartum dubium sit standum, vel receden-
dum a decisio die 18. Julii proxime præteriti in casu &c. Re-
 spondit: *Quo ad tertium recedendum a decisio. Ad quartum*
vero consulant conscientia sua. Hæc apud laudatum Eminen-
 tissimum de Lanfredinis *loc.cit.* Vide *ibi*, ubi plura alia eru-
 dite congesta ad rem.
- 48 * In Sacra Congregatione die 31. Martii 1695. agitatum
 est, num Clericus, qui falsaverat Testimoniales Ordinum,
 præcedentium, adeoque metu cenurarum, quæ in eo casu
 comminari solent in edicto, habuit intentionem non susci-
 piendi Ordinem Subdiaconatus, qui tunc sibi ab Episcopo
 conferebatur, reipsa ordinatus esset? Respondit vero die
 24. Augusti ejusd. anni, esse iterum ordinandum sub condi-
 tione; nam illa animi perturbatione, qua agitabatur Clericus,
 non satis constare poterat, utrum verum animum suscipiendi
 Ordinem non habuerit. *De Sacrif. Missæ lib. 7. cap. 10. §. 13.*

Novæ Additiones ex aliena manu.

- 1 **I**N *Can. Neminem dist. 79.* poena suspensionis statuitur, si
 quis Ordines accipiat absque sufficienti Patrimonio: *De-*
crevit Sancta Synodus vacuam haberi manus impositionem. In
 alio Canone *Sanctorum* id ipsum verbis hæc decernitur: *De-*
cernimus, ut sine titulo facta Ordinatio irrita habeatur. Inno-
 centius III. in *cap. Cum secundum, de Præbend. & Dignitat.*
 severitatem hanc veterum Canonum mitigavit, & obstringit

eum, qui haud ignarus fraudis, atque imparis Patrimonii
 contulerit Ordines, ut subministraret Ordinato necessaria ad
 vitam agendam: *Licet autem Prædecessores nostri Ordinati-*
ones eorum, qui sine certo titulo promoventur, in injuriam Or-
dinantium irritas esse voluerint, & inanes; Nos tamen ben-
ignius agere cupientes, tamdiu per Ordinatos, vel Successores
eorum provideri volumus Ordinatis, donec per eos Ecclesiastica
Beneficia consequantur. Concilium Tridentinum *sess. 21. c. 2.*
de Reformat. iterum præscripsit veterum Canonum poenas
 illis, qui titulo imparis Beneficii, siue pertinentis ad alium
 quempiam, aut Patrimonii fictitii ordinantur: *Antiquorum*
Canonum poenas super ipsos innovando. Sixtus V. in sua *Con-*
stitutione 91. rursus confirmat suspensionis poenam a prius
 sanctionibus infligam, & Clemens VIII. in sua *Constitutio-*
ne 40. iis terminis concludit Sixtinam, qui decernuntur a
 Concilio Tridentino,

Patet ex his, quod, ut recte judicetur, an Ordinatus titulo
 imparis Beneficii, vel ad alium quempiam pertinentis, aut
 Patrimonii fictitii, incurrat suspensionem, investigandum
 sit, an Concilium Tridentinum, dum veterum Canonum
 Decreta renovavit, poenam suspensionis pronulgaverit, vel
 solum edixerit, ut qui fraudis conscientia Ordines administrave-
 rit, alimenta præstare debeat Ordinato, donec honestam
 vitam sustentationem alio pacto consequatur?

Sacra autem Congregatio Concilii Interpres, cui hac in re
 standum omnino est, poenam superius expositam solummodo
 in eum, qui Ordines contulerit, renovatam asseruit, non
 item suspensionem, nisi forte Ordinatus fuerit ante conscientia
 doli, & Ordinatorem ipsum in fraudem adduxerit. Tunc enim
 eadem suspensionis poena liberari nequit, uti die 27. *Novem-*
bris anno 1610. constitutum fuit: *Sacra Congreg. Concilii,*
 proposito superscripto dubio, omnia sententia censuit
 hoc casu poenam suspensionis apte Concilium non esse
 correctam, & hodie a Tridentino Concilio esse innovatam,
 & propterea hujusmodi Clericum, qui adhibito dolo, con-
 fictoque titulo Ordinatorem decept, esse ipso jure suspen-
 sum, carereque Ordinum executione. *Confer Fagnanum*
 in *cap. Cum secundum num. 63.* usque ad finem, de *Præb.*

ORDO, PROUT EST IMPEDIMENTUM MATRIMONII.

Vide verb. *Impedimenta art. 2. a num. 1. ad 7.*

ORGANA.

Vide verb. *Musica num. 20.* & verb. *Paramenta num. 37.*
 & verb. *Sacerdos num. 53.*

OSTIARATUS.

Vide verb. *Ordo, Ordinare art. 1. num. 3. 4. 28. 29. ad 30.*

FINIS TOMI QUINTI.

